www.e-rara.ch

Io. Alberti Fabricii, SS. theologiae d. et prof. publ., Bibliotheca Graeca, sive, Notitia scriptorum veterum Graecorum

Fabricius, Johann Albert

Hamburgi, 1708-1728

Zentralbibliothek Zürich

Shelf Mark: RRf 130 | G

Persistent Link: https://doi.org/10.3931/e-rara-29351

[Liber V. Pars tertia et quarta.]

www.e-rara.ch
Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]


Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]


Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

Visual Library

RRf 130:ac/G






ΜΑΤΑΙΟΤΗΣ ΜΑΤΑΙΟΤΗΤΩΝ
ΟΜΗΡΟΣ
ΚΑΙ ΤΟΥΤΟ ΜΑΤΑΙΟΤΗΣ
IO. ALBERTI
FABRICII
BIBLIOTHECA
GRÆCA

JO. ALBERTI FABRICII

SS. Theol. D. & Prof. Publ.

BIBLIOTHECÆ GRÆCÆ

Volumen Septimum,

in qvo præter alios insignes qvarti maxime ac quinti Sæculi Scriptores recensentur Grammatici Græci ac Christiani Poëtæ, & Hæresiologi, Catenæq; Patrum Græcorum in Scripturam Sacram.

Accedunt nunc primum edita Grammatica DIONYSII THRACIS; LIBANII Sophistæ Orationes IV. cum versione, una etiam cum notis C. V. GODFRIDI OLEARII. Ejusdem Libanii Epistolæ quædam & EMANUELIS PHILE Poëma de Elephante, aliaque Poëmatia. Insertus præterea Catalogus qvingentorum circiter Scriptorum, qvi Veritatem Religionis Christianæ adversus Atheos, Deistas, Ethnicos, Judæos, & Muhamedanos asseruerunt.

Editio nova pluribus locis ab Auctore emendata.



HAMBURGI,
Sumtu VIDUÆ FELGINERIÆ.
ANNO MDCCXXVII.

BIBLIOTHEK
DER
CANTONAL
LEHR-
ANSTALTEN
ZU
ZÜRICH



Perillustri ac Generoso Domino

FRIDERICO ROSTGAARD,

Domino de Kraagerop,

POTENTISSIMI DANIÆ ET NORVEGIÆ REGIS CONSILIARIO STATUS ET JUSTITIÆ, ATQVE ARCHIVARIO INTIMO,

S. D.

JO. ALBERTUS FABRICIUS.

FAcit id, qvo litteras Tibi jam pridem obstringis, ornandi illas sollers studium atqve ea quam non temere de benevolentia Tua concepi, fiducia, ut novum hoc Bibliothecæ meæ Græcæ Volumen illustri Nomini Tuo audeam inscribere, Tibique dedicare. Qvanqvam enim publicæ curæ ac negotia tantum non Totum Te vindicant sibi, summeqve

cordi Tibi sunt quæ ad salutem, decus & gloriam Regni magniqve Regis tui spectant: tamen ut à teneris hæret fixus Tibi in medullis amor incredibilis studiorum omnisq; præclaræ doctrinæ, ita qvam continenti industria & ignea ingenii vi Tibi conciliasti eruditionē, qvam longis per omnē cultiorem Europam obitis itineribus mirifice auxisti & expoliviſti, hanc necdum cessas qvotidie excolere & pulchris locupletare incrementis, monumentaq; illius vel statuere vel moliri quibus nomen Tuum omni posteritati commendetur olim atqve consecretur. Neqve adeo Te vel patriæ aut veteris Theotiscæ Lingvæ, Antiqvitatumve septentrionalium studium occupat, in qvo pauci sunt qvi paria Tecum facere possunt, pluribusve qvam Tu subsidiis instructi abundant: vel Orientalium litterarum studium singulare, in qvibus qvantum profeceris, luculenter, ut alia jam mittam, testari potest Borhaneddinianum Enchiridion, qvod ex Arabico, cum Maronitam Josephum Banese freqventares Romæ, in Latinam Lingvam es interpretatus. Non inqvam aut hæ aut aliæ qvæcunq; ita Te occupant literæ, ut abjeceris pro-

pter-

pterea vel amorem vel ſtudium lingvæ Græcæ Græcorumq; ſcriptorum, qvos evoluiſti aſſidue, & qvorum non modo pulcherrimam & rariſimarum editionum copiam in longa atq; diligenti peregrinatione Tua Tibi comparaſti atq; in Patriam Tuam redux intuliſti, ſed etiam in adytis Bibliothecarum ſcrutatus inedita monumenta, non paucis deſcribendis impendiſti operam, vel ſi qvi venales Tibi offerrentur antiqui Codices MSti, lubenter eos ære tuo vel auro redemiſti, Tibiq; vindicaſti. Inprimis Sophiſta Libanius magna pars fuit curioſæ atq; felicis induſtriæ Tuæ, cujus Epiſtolas ineditas longe ſupra millenas, qvæ necdum lucem viderunt, ex omnibus Bibliothecarum Europæ, Italiæ præſertim & Galliæ angulis eruiſti collegiſtiq; in uſus publicos haud dubie, atq; eo inſtituto, ut Græcæ eloqventiæ myſtas diſertiſſimi illius ſcriptoris Attico melle ac ſvaviſimis monumentis beares. Qvod licet exequi Tejã per Temet, alia magis ardua negotia prohibeant, tamen abditum diutius latere hunc theſaurum, eoqve Rem literariam carere ac privari indignum ratus, laudatiſimo conſilio delegiſti Clariſimum Virum JO-

HANNEM GRAMMIUM publicum Græcarum literarum in Academia Hafnienſi Doctorem, cui apographa Tua, qvæ vidi diligenter ac nitide deſcripta concrederes, & convertenda in Latinum ſermonem atqve edenda Libaniana offerres. Cum vero tantum eluceat Tuum in Libanium, dignum judicio hoc Tuo ſcriptorem ſtudium, etiam eo nomine haud ingratum futurum Tibi exiſtimandi præſens meum volumen, qvod non exigua ejus pars Libanio à me tributa eſt atqve conſecrata. Neq; aliter exiſtimo, qvam Reverendum atqve eruditisſimum amicum noſtrum D. GODFRIDUM OLEARIUM, cujus beneficio inedita qvæ hoc libro vulgavi Libanii monumenta in acceptis refero, atq; referet poſtera ætas, nulli ea magis vel conſecrata velle, vel probata qvam Tibi, Tuiq; qvi ſunt paucisſimi, ſimilibus. Ego vero ſummam voti mei conſecutus mihi videbor, ſi hanc obſervantiæ meæ in Te atq; amoris teſtationem, qvam oblata Tibi iſthac Bibliotheca meæ Græcæ parte facere publice volui, benevole accipias, meqve favore Tuo impoſterum qvoqve digneris.

Hamburgi VI. April. Anni Chriſtiani cIↃ IↃ ccXV.

AD

AD LECTOREM.

Nlhil est qvod in frontispicio hujus Libri Te morer, nisi ut veniam petam si qua lapsus fuero, à benevolentia Tua; deinde rogem ut studium meum, licet tenue, inserviendi commodis literarum, boni consulas, deniqve, ut qvæ Tibi à me in hoc volumine offeruntur, uno conspectu lustrare possis velut in tabella, ac mea ipsum vineta subinde cædentem, errataqve sive mea sive typographi emendantem recognoscere.

Libri V. Cap. VII. De *Apollonio Dyscolo* Grammatico, ejusq; scriptis editis, ineditis ac deperditis pag. 1.

Index Scriptorum in Apollonii Historia Commentitia & IV. libris Syntaxeos allegatorum pag. 6. In hoc pro Heraclide Cretensi Κρητικῷ, legendum Κριτικῷ ex acuta emendatione doctissimi Viri ad Philostratum pag. 525.

De *Herodiani* Grammatici Scriptis editis, ineditis ac deperditis p. 8.

De Herodiano altero, Historiarum scriptore pag. 11. Aliis Herodianis ibidem memoratis addendus, ad qvem Libanii Sophistæ Epistolæ.

Aldi Manutii collectio qvadruplex Grammaticorum Græcorum, pag. 11.

Hephæstionis Alexandrini Enchiridion p. 16. Alii Hephæstiones p. 28. qvibus addendus Hephæstio, Sophistæ Juliani discipulus, de qvo Eunapius in Juliano p. 95. & in Proæresio p. 109.

Index Scriptorum in Hephæstionis Enchiridio laudatorum p. 29.

De *Dionysio Thrace*, ejusqꝫ Scholiastis p. 24. DIONYSII Thracis Ars Grammatica, nunc primum edita ex Apographo Holsteniano qvod exstat Hamburgi in Bibl. Johannea p. 26.

De variis Grammaticis Græcis editis, *Tryphone*, *Corintho*, *Em. Moschopulo*, *Constantino Lascari*, cujus Grammaticæ editio Mediolanensis A. 1476. 4. rarissima (vix enim libri ante hanc Græce typis excusi reperiuntur) exstat Hafniæ apud illustrem Virum Frid. Rostgaardum. De *Emanuele Chrysolora* aliisqve Grammaticis p. 34. Ex *Bessarionis Macre* γραμματολογίᾳ τεχνολογικῇ (de qva p. 40.) Alexander Helladius qvi eam latine vertit, testatur adolescentes hodie Grammatica elementa doceri lib. de statu præsenti Ecclesiæ Græcæ pag. 85. De tribus Chrysoloris Manuele, Johanne ac Demetrio addendus insignis Leonis Allatii locus ex libro adversus Creyghtonum p. 3. seq.

De variis Grammaticis Græcis ineditis *Arcadio*, *Georgio Chœroboſco* aliisqve longe pluribus p. 41-48.

Catalogus Græcorum Grammaticorum deperditorum, cui etiam editorum atqve MStorum nomina inserta sunt p. 48-73. Aristarchi discipulis addendi Hellanicus, Menecrates Nysæus, Moschus Syracusius, Ptolemæus Pindarion Epithetes.

De *Dositheo* Magistro p. 59.

Recentiores Grammatici selecti, qvi latine tradiderunt elementa sermonis Græci p. 73. vel Græcobari p. 75.

Cap. VIII. De JULIANO Imp. ejusqve scriptis editis ac deperditis. pag. 76. Adde: natum esse CPoli 6. Nov. A. C. 332. Qvod vero pag. 77. scripsi auditum ab eo Nicomediæ Libanium, emendari debet, nam licet id peroptasset, tamen jurejurando qvo se priori Magistro suo obligaverat prohibitus id non fecit, sed satis ipsi fuit ex orationum ejus lectione modo proficere. Vide infra p. 230.

Epistolæ qvædam in editionibus Juliani hactenus desideratæ, ex editione Clariss. Muratorii p. 48.

Index

Index eorum ad qvos Juliani Epistolæ p. 87. in hoc nota qvod Epistolam tertiam Codex Barocciánus non ad Libanium scriptam præ se fert, ut in editis, sed ad Priscum.

Alii Juliani amplius sexaginta pag. 90. qvibus addendi Julianus *Ascalonita*, cujus meminit Harmenopulus. Julianus *Lariſſæ*, in Syria secunda Episcopus, & Julianus Episcopus *Sardicæ* Dacien-sis, ambo inter Orientales illos qvos Cyrillus Alex. & alii non exspectarunt in Synodo Ephesina. Vide Garnerium auctario operum Theodoreti pag. 556. 560. 567. 658. qvi pag. 92. pro Juliano Ἐριδικῆς Episcopo, legendum notat Σαρδικῆς. Julianus *Viennenſis* Martyr, de qvo Surius 28. Augusti. Ἰουλιανισταὶ infra pag. 486. dicti à Juliano Halicarnassensi. Per Julianum *Pelagianum* intelligitur Eclanensis.

Ad pag. 95. Julianos Theurgos patrem filiumqve innuit Basilius Seleucien-sis, lib. 1. de vita Theclæ pag. 267. cum Ostane, Apollonio Tyaneo, & Simone Mago Julianos memorans, falliturqve doctissimus Pantinus, qvi de Imperatore Juliano sermonem illi esse existimavit.

Catalogus scriptorum CCCC amplius, qvi Veritatem Religionis Christianæ qvam Julianus oppugnavit, adversus Atheos, Deistas seu Naturalistas, Idololatras, Judæos & Muhamedanos asseruerunt pag. 96. Centuriam novam qvam hoc loco supplementi vice addere volebam, typographo properante in aliud tempus differre cogor.

Cap. IX. LIBANII Sophistæ Oratio *de ulciſcenda Juliani Imp. nece*, cum versione & notis V. C. GODFRIDI OLEARII, qvi Græca ex Codice Barocciano Bodlejanæ Bibl. descripsit p. 145.

Ejusdem Libanii Oratio. *Adeos qui moleſtum eum appellabant*, p. 279. tertiaqve *ad Antiochenos de Imperatoris Ira* pag. 207. & qvarta *Parentalis in Julianum Imp.* pag. 223. cum ejusdem eruditissimi

OLEARII versione, qvi primus tres nunqvam editas ex MSto Codice descripsit vertitqve, qvartam minus integre editam antea à Morello ex MSto Codice emendavit supplevitqve & longe accuratiore versione donavit.

Cap. X. De Libanio Sophista, ejusqve scriptis editis, ineditis ac deperditis p. 378.

Epistolæ qvædam Libanii ineditæ ex trecentis amplius qvos laudatus Olearius olim Græce à se descriptas mecum benevole communicavit p. 367.

Index eorum ad qvos sunt editæ ineditæqve Libanii Epistolæ. pag. 402.

Cap. XI. De S. EPIPHANIO ejusqve scriptis pag. 414. alii EPIPHANII pag. 416. De S. THEODORETO pag. 430.

Synodicon adversus Tragœdiam Irenæi pag. 442.

Index eorum ad qvos Epistolas scripsit *Firmus* Cappadociæ Episcopus, pag. 442. & Theodoretus pag. 443. alii duo Theodoreti pag. 449.

De LEONTIO Byz. & aliis Leontiis pag. 451. De EUTHYMIO Zigabeno ejusqve scriptis, singillatim de ejus Panoplia Græce Tergobysti in Walachia nuper edita, pag. 460. Index scriptorum è qvibus Panoplia collecta est pag. 464. Alii Euthymii pag. 475. Ex JOSEPHI Christiani Scriptoris inediti ὑποφητικῶ Capita de Hæresibus pag. 476. Similia ex *Stephano* Diacono CPol. pag. 478. *Anastasio* Sinaita pag. 479. *Sophronio* Hierosol. p. 483. De TIMOTHEO presbytero p. 491.

Cap. XII. De S. MACARIO utroqve Alex. pag. 492. Alii Macarii ultra qvinqvaginta pag. 459. De AMPHILOCHIO Iconicensi, p. 500. & aliis hoc nomine p. 507.

Cap.

Cap. XIII. De S. GREGORIO NAZIANZENO pag. 507. Index eorum ad qvos Epistolas dedit pag. 522. Index Alphabeticus carminum Nazianzeni, adscriptis primis singulorum verbis p. 524. De CÆSARIO S. Nazianzeni fratre. p. 542.

Cap. XIV. De S. CYRILLO Hierosolymitano. 543. NEMESIO p. 549. & Græca Epitome scriptorum qvorundam *Jo. Cassiani* p. 551.

Cap. XV. De S. JOHANNE CHRYSOSTOMO pag. 553. Ejus vitæ Scriptores Græci pag. 555. alii pag. 559. Index Alphabeticus Homiliarum & tractatuum Chrysostomi, adscriptis primis singulorum verbis, & editionis Ducæanæ ac Savilianæ paginis p. 560. Index similis Epistolarum & eorum ad qvos Chrysostomus scripsit p. 633. Editiones p. 655.

Cap. XVI. De APOLLINARI Alex. & Laodiceno filio pag. 658. alii Apollinares pag. 660. qvibus addendus C. Sulpicius Apollinaris, de qvo in *Bibl. Latina*. Ad pag. 664. nota qvod V. C. Humfredus Hody in Græcorum Bibliorum Historia pag. 631. non absurde qvidem negat versionem novam Græcam librorum sacrorum V. T. unqvam fuisse ab Apollinari compositam: ex Hieronymi tamen verbis videtur colligi posse, eum in commentariis sacris loco κειμένου sive textus non semper verba posuisse ex LXX. interpretibus, sed modo hanc modo illam, sæpius Symmachi interpretationem prætulisse, atqve adeo novum veluti textus corpus ex pluribus compaginasse.

Metaphrases Poëticæ Psalmorum Græcæ pag. 652. Latinæ pag. 675. & aliis linguis p. 677. Hoc argumentum qvemadmodum & aliarum *Biblicarum* Metaphrasium notitiam longe plenius & diligentiore studio expositam studiosis hominibus, ut confido, non invidebit accuratæ & exqvisitæ doctrinæ laude commendabilis non minus qvam amœni & elegantis ingenii felicitate florentissimus, amicus noster Michaël Richey. Hic me monuit Erasmi Schmidii metaphrasin cum inserta pasim altera non contemnenda *Andreæ Tzschornatii* Senftenbergensis Ao. 1602. 20. Febr. Witebergæ noctu in platea gladio confossi, ad se jam pridem perveniisse ex dono Venerandi Theologi D. Jo. Diecmanni.

De NONNO Panopolita pag. 682. De JOHANNE GAZÆO pag. 689. De NONNO Monacho qvi in Nazianzeni ſteleteviticas ſcripſit pag. 690. de GEORGIO PISIDE p. 691. De EMANUELE PHILE. pag. 695. Poëma nunc primum editum de elephante pag. 699. Alia ejus inedita pag. 709. De JOANNE GEOMETRA pag. 715. De JOANNE Mauropo, Metropolita Euchaitenſi. pag. 718. Alii Poëtæ Græci Chriſtiani pag. 722. Corpora Poëtarum Græcorum pag. 723. ſeq.

Cap. XVII. De CATENIS Patrum Græcorum in ſingulos S. Scripturæ libros, atqve indices Scriptorum in ſingulis illis allegatorum pag. 727.

BI-

BIBLIOTHECÆ GRÆCÆ VOLUMEN SEPTIMUM.

LIBRI V. PARS TERTIA.

CAPUT VII.

De APOLLONIO Dyscolo, ejusque filio HERODIANO, atq; aliis Grammaticis Græcis.

De Apollonio Dyscolo. 1. *ejus Syntaxeos libri, & inedita quædam.* 2. *Historiæ mirabiles.* 3. *Scripta deperdita.* 4. *Index scriptorum in Historia commentitia & quatuor libris syntaxeos laudatorum.* 5. *De Herodiano Grammatico ejusq; scriptis editis & MSS.* 6. *ac deperditis* 7. *De Herodiano Historiæ scriptore, quem ab Grammatico diversum fuisse demonstratur.* 8. *De Grammaticis Græcis ab Aldo junctim editis.* 9. *De Hephæstione Alexandrino.* 10. *Hephæstiones varii* 11. *Index scriptorum in Hephæstionis Enchiridio & Græcis ad eum scholiis allegatorum.* 12. *De Dionysio Thrace MS. & ineditis in eum variorum Scholiis.* 13. *Dionysii Thracis τέχνη γραμματικὴ nunc primum edita è MS. Holsteniano.* 14. *Alii Grammatici Græci editi, inediti ac deperditi, ordine Alphabetico recensiti.* 15.

1.

APOLLONIUS Mnesithei & Ariadnes F. Alexandrinus, cognomine *dyscolus* sive difficilis, temporibus Hadriani & Antonini Pii Alexandriæ floruit, magnum inter Grammaticos

maticos nomen consecutus, tum ob scripta qvæ ipse composuit, tum ob filium qvem instituit *Herodianum*. Cognomen dyscoli a) à moribus potius qvam phrasi perplexa & abrupta vel à difficultate qvas proposuerit qvæstionum tulisse duxerim, nam ut phrasis ejus nihil habet molesti, ita cum difficilibus moribus pulchre convenit ejus egestas, qva compulsum auctor vitæ refert, cum chartas non posset emere, b) scripsisse ἐν ὀστράκῳ sive in testa. Vixit & sepultus est in Bruchio sive Πυρραχείῳ c) Alexandrino, in qvo viros doctos antea Regum Ægyptiorum liberalitate nutritos constat. Apollonium hunc & Herodianum omnibus prioribus Grammaticis antefert Priscianus in præf. lib. 1. judicans eos *qvanto sint juniores, tanto perspicatiores & ingenio floruisse, & diligentia valuisse*, idqve *omnium judicio confirmari eruditissimorum. Qvid enim Herodiani artibus certius? qvid Apollonii scrupulosis qvæstionibus enucleatius posse inveniri?* Idem lib. 2. p. 581. ait Apollonium & Herodianum omnes antiqvorum errores Grammaticorum purgavisse. Iisdem maximis auctoribus confisum audere se Grammaticorum aliorum ante se errores corrigere, scribit præf. libri 6. & maximum auctorem artis Grammaticæ passim appellat, ut lib. 8. pag. 833. & in limine libri XI. & pag. 941. *Melius igitur Apollonius, qvem nos qvantum potuimus sequi destinavimus.* Atqve initio libri XIV. *Græcorum doctissimi, & maxime Apollonius, cujus auctoritatem in omnibus sequendam putavi.*

II. Scripsit teste Svida περὶ συντάξεως τῶν κατὰ λόγον μερῶν *de Syntaxi partium orationis*, sive ut Priscianus in libri XVII. exordio inter-

a) Auctor Vitæ: Ἐκλήθη ὁ δύσκολος, ἐπεὶ καὶ δυσχερὴς ἦν κατὰ τὴν φράσιν, διὸ ὀλίγων ἢ λέξεων πολλὰ παρεισῆκε νοήματα, ἢ ὅτι κακότροπος ἦν, ἢ ὅτι ἐν ταῖς γυμνασίαις δυσλύτους ἀπορίας ἔλεγεν. Ἐθεώρει γὰρ ἐν τοῖς ἀρχαίοις σοφοῖς εἰς ἕνα τόπον συνέρχεσθαι, καὶ γυμνασίας χάριν αἰνιγματώδεις τινὰς καὶ ἀσαφεῖς λέξεις φθέγγεσθαι. De qvæstionibus hujusmodi Grammaticis confer Joh. Wowerium c. 10. Polymathiæ.

b) Idem auctor vitæ: Τοσοῦτον δὲ ἦν πένης ὁ Ἀπολλώνιος, ὡς ἐν ὀστράκῳ γράφειν τὰ ἑαυτοῦ συγγράμματα, διὰ τὸ μὴ εὐπορεῖν χάρτου πρίασθαι. Mos porro antiqvissimus scribendi in testa, ut vel ex Athenienſium ostracismo omnibus est notissimum, qvem Theseus reperit.

c) De hoc Bruchio viri docti ad Ammianum XXII 16. & qvi de Museo Alexandrino scripsere Jo. Fridericus Gronovius & Ludolphus Neocorus T. VIII. Antiqvitatt. Græcarum Jac. Gronovii.

interpretatur, *de ordinatione sive constructione dictionum* libros IV. Idem Priscianus librum tertium laudat libro XVIII. p. 1134.

Post editiones Græcas imperfectas, * ex qvibus unam ad manus habeo luculentis typis impressam ab Aldo Venet. 1495. fol. cum Theodori Gazæ Grammatica qvi Apollonium in plerisqve secutus est, optimam Græcolatinam debemus *Frid. Sylburgio*, cui nescio cujus docti viri latinam versionem & commentarium ex Italia obtulerat Jo. Vincentius Pinellus, sed huic deinde prælata ab editore est versio *Francisci Porti* Cretensis, qvi Græca ex MS. codice Michaëlis Sophiani emendaverat & suppleverat, ac notas qvoqꝫ addiderat, opusqve suum morti vicinus legaverat Theodoro Sebastio, à qvo illud Sylburgius deinde nactus est. Hic Græca recensuit ad apographa Porti & Andreæ Dudithii, qvæ ambo ex Sophiani codice descripta erant, & qvoad libri I. capita XXI. conveniebant cum codice Palatino, qvem cum Aldina editione in plerisqꝫ conspirare animadvertit. Præter versionem ac notas Porti, suas etiam addidit notisqve Porti insperfit, adjunxit qvoqve Photii excerpta, in Hispaniis non diu ante publicata ex libris duobus Chrestomathiæ Procli Grammaticæ, cum versione & notis Andreæ Schotti, præcipue autem indicibus utilissimis & accuratissimis hæc Apollonii & Procli scripta illustravit. Francofurti apud Andreæ Wechelii heredes 1590. 4.

Possideo & ipse MStum Codicem Syntaxeos Apollonianæ trecentorum amplius annorum in charta bombycina, qvem dono mihi dedit vir judicio & doctrina præstans Jo. Philippus Palthenius, Gryphisvvaldensis Academiæ cum viveret non inficiandum orna-

* Gesnerus in Bibl. *Apollonii Alexandrei Dyscoli de constructione libri IV. impressi Venetiis in 4. apud Aldum, & Florentiæ in 8. A. 1515 & olim Romæ, sed omnes istæ editiones imperfectæ sunt. Nicolaus Sophianus Cir Græcus, & in ea lingua doctissimus, ostendit mihi Venetiis exemplar suum impressum, cui multa folia, quæ deficiebant, manu adscripta erant.* Nimirum in editionibus Græcis, qvemadmodum & in Codice meo MS. desunt lib. 2. sect. 18. p. 142. edit. Wech. à verbis πρὶν ἡμῖν usqve ad p. 182. εἴγε τὰ ἐν τοῖς πρώτοις. Et lib. 4. sect. 10. seqq à p. 326. ad 330. ut minores lacunas p. 70. 111. 197. 215. 256. 259. 266. 272. 289. 313. 314. 317. 322. qvæ circellis inclusa Sylburgius exhibet, præteream. Nota etiam trajectiones qvod sect. 1. libri IV. leguntur quæ Wecheliana editio lib. 1. sect. 3. habet à p. 18. à verbis τῶν ὑπολειπομένων usqve ad p. 21. init. Nec non lib. 3. sect. 1. mediæ inserta qvæ in Wecheliana p. 196. constituunt sectionem secundam.

mentum. Hunc Codicem video eosdem habere defectus qvos in editione Græca obſervare licet, ut in nota adſcripta expoſui.

In Bibliotheca Regia Pariſienſi exſtant præterea MSS. ejusdem Apollonii opuſcula tria, περὶ συνδέσμων, *de conjunctionibus*: περὶ ἐπιῤῥημάτων, *de adverbiis*: & περὶ ἀντωνυμιῶν, *de pronominibus*, digna profecto, inqvit Clariſſ. Kuſterus ad Svidam T. 1. p. 284. qvæ in lucem edantur, tum propter eruditionem & antiqvitatem auctoris, tum qvia ſæpe in illis veteres ſcriptores deperditi citantur. Ibidem producit initium libri de pronomine, in qvo allegantur *Ariſtarchus, Dionyſodorus Trœzenius* & *Tyrannio*.

III. A Svida diſerte interſcripta Apollonii noſtri memoratur Liber περὶ κατεψευμένης ἱστορίας, & idem Meurſio videtur qvi à *Guil. Xylandro* Auguſtano ſub ἱστοριῶν θαυμασίων, *Hiſtoriarum mirabilium* titulo prolatus primum * in lucem eſt donatusqve latina verſione, & cum Antonino Liberali, Phlegonte & Antigoni mirabilibus atqve M. Antonini libris Græce & Latine editus Baſil. 1568. 8 Fuit Apollonius æqvalis Phlegontis, à qvo allegatur c. XI. & XIII. mirabilium, licet illa qvæ Phlegon ex Apollonio Grammatico profert, in hoc qvi exſtat ejusdem argumenti libro non leguntur. Itaqve & Meurſius non integrum Apollonii librum ſed fragmentum tantum ejus ad nos perveniſſe exiſtimavit, qva in parte libenter ei aſſentior. Ab hoc Meurſio meliorem Apollonii iſtius libelli editionem habemus vulgatam Lugduni Batav. 1620. 4. cum Xylandri verſione, Meurſii notis & de Apolloniis ſyntagmate.

IV. *Scripta Apollonii deperdita.*

Περὶ μερισμῶν τῶν ϛ λόγου μερῶν, *de partitione partium Orationis libri IV.* Svid. & auctor vitæ qvæ Syntaxi præmiſſa legitur, is enim ait Apollonium ſcripſiſſe περὶ τῶν ὀκτὼ μερῶν ϛ λογου: qvemadmodum & Priſcianus in exordio libri 17. Incertum hujusne partes operis fuerint qvæ ab Apollonio ipſo in Syntaxi memorantur lib. 2.

* Xylander in præf. ad Albertum à Steten: *Quos ad te mitto libellos, eos Græcos ex Bertiſſimis membranis, rariſſimo mihique altas nunquam viſo literarum genere coactis ſcriptis, liberali permiſſu Illuſtriſſimi optimique Principis ac Domini mei, in cujus Bibliotheca is Codex ab me erat repertus, tranſcriptos ſuperiore anno* (1567.) *cum ociosus Auguſtæ eſſem, in latinam ſermonem tranſtuli.*

lib. 2. p. 117. περὶ ἄρθρων, *de articulis* lib. 1. p. 77. περὶ προστακτικῶν, *de imperativis* lib. 1. pag. 72. 73 91. lib. 4. pag. 297. 322. περὶ μετοχῶν, *de participiis.* lib. 3. p. 204. 234. περὶ ἐπιῤῥημάτων *de adverbiis.* lib. 1. pag. 92 lib. 3. p. 205. 264. lib. 4. p. 313. περὶ τῶν συνδέσμων *de conjunctionibus & earum constructione.*

Περὶ ῥήματος, ἤτοι ῥηματικόν, *de Verbo, libri V.* Svid Scholiastes MS. ad Dionysium Thracem: ὁ δὲ Διονύσιος ὡς φησιν Ἀπολλώνιος ἐν τῷ ῥηματικῷ, ἔτως ὁρίζεται· ῥῆμα ἐστὶ λέξις κατηγόρημα σημαίνουσα. Priscianus lib. 8. p. 833. *Apollonius summus auctor artis Grammaticæ docens in primo libro de verbo.* Definitio ῥήματος in iisdem scholiis ad Dionysium hæc ex Apollonio affertur: ῥῆμα ἐστὶ μέρος λόγου ἐν ἰδίοις μεταχηματισμοῖς διαφόρων χρόνων δεκτικόν, μετ' ἐνεργείας ἢ πάθους προσώπων τε καὶ ἀριθμῶν ὡρισμένον ὅτε, καὶ τὰς ψυχῆς διαθέσεις δηλοῖ. Apollonius ipse lib. 1. Syntax. p. 77. ὡς ἐπεδείκνυμεν ἐν τῷ περὶ ῥημάτων. & lib. 3. p. 208. ἀκριβώσομεν ἐν τῷ περὶ ῥημάτων.

Περὶ τῶν εἰς μὶ λήγοντων ῥημάτων παραγώγων, *de Verbis derivatis, desinentibus in μι, liber unus.* Svid.

Περὶ ὀνομάτων, ἤτοι ὀνοματικόν. *De Nominibus, liber unus.* Svid.

Περὶ ὀνομάτων κατὰ διάλεκτον. *De Nominibus secundum varias Dialectos.* Svid.

Περὶ τῆς ἐν θηλυκοῖς ὀνόμασιν εὐθείας, *De Nominum femininorum casu recto, liber unus.* Svid.

Περὶ παρωνύμων, *de paronymis liber unus.* Svidas, & Constantinus Porphyrog. c. 23. de Imperii administratione.

Περὶ συγκριτικῶν. *De comparativis.* Svid.

Περὶ διαλέκτων Δωρίδος, Ἰάδος, Αἰολίδος, Ἀτθίδος. *De Dialectis Dorica, Jonica, Æolica, Attica.* Svid.

Περὶ σχημάτων Ὁμηρικῶν. *De figuris Homericis.* Svid. Apollonius ipse lib. 4. p. 324. ὡς δείκνυται ἐν τῷ περὶ σχημάτων.

Εἰσαγωγὴ ἢ περὶ παθῶν. *Isagoge sive de passionibus, atque de figuris vocum Grammaticis.* Svid. Stephanus in Καρία. Etymologicum magnum in Ἀρίστυλλος, ex quo discis hunc Apollonii librum etiam commentario illustratum ab Herodiano.

Περὶ τόνων καθηναγκασμένων, *de tonis coactis* libri duo. Svid.

Περὶ τόνων σκολιῶν. *De tonis obliquis, liber unus.* Svid. Apollonius ipse lib. 2. p. 135. ἐν τῷ περὶ τόνων ἀκριβέστερον τὰ τοιαῦτα ἐπεδείξαμεν.

περὶ προσῳδιῶν *De accentibus libri quinque.* Svid.
περὶ στοιχείων. *De literis sive elementis.* Svid.
περὶ ὀρθογραφίας. *De orthographia.* Apollonius ipse lib. 3. Syntax. pag. 270. τὰ τοιάτα ἐντελέστερον ἀποδεικνυμένα ἐν τῷ περὶ ὀρθογραφίας.
περὶ προθέσεων. *De præpositionibus.* Svid.
περὶ τῶν Διδύμε πιθανῶν. *De Didymi probabilibus.* Svid.
περὶ συνθέσεως. *De compositione.* Svid.
περὶ διαφορεμένων. *De iis quæ duobus modis efferuntur.* Svid.
περὶ τὸ τίς, *De vocula* τίς. Svid.
περὶ γενῶν. *De generibus.* Svid.
περὶ πνευμάτων. *De spiritibus.* Svid. Apollonius ipse lib. 4. pag. 314. ὑπερ ὧν ἐν τῷ περὶ πνευμάτων ἠκριβώσαμεν.
περὶ κτητικῶν. *De possessivis.* Svid.
περὶ συζυγίας. *De conjugatione.* Svid.
περὶ γενῶν. *De generibus.* Steph. in Καρία. Apollonius ipse lib. 1. Syntax. pag. 28. πρὸς ἃς ἀντείρηται διὰ πλειόνων ἐν τῷ περὶ γενῶν, & pag. 30. καθότι παρετήσαμεν καὶ ἐν τῷ περὶ γενῶν. Etiam hunc Apollonii librum commentario Herodianus illustraverat, ut ex laudato Stephani loco paret.

Citantur etiam in Scholiis Græcis ad Apollonium Rhodium Apollonii λέξεις, & πρῶτον ὑπομνημάτων, & ab Etymologico M. in κωφός, & σοφιστής Glossæ Herodoti. Sed plures fuere Apollonii etiam Grammatici. Vide supra lib. 3. c. 21.

V. Index Scriptorum in Historia commentitia & in IV. libris Syntaxeos Apollonianæ laudatorum.

numeri paginas edit. Wechelianæ, C. præmissum capita Historiæ commentitia indicat.

ABro Grammaticus 66. 116. 124. 130. 181. 219.
ἐν τῷ περὶ ἀντωνυμίας, *de pronomine.* l. 29. p. 66. Aristarchum reprehendit. 105.
Alcæi liber primus. 62.

αἰολί-

αἰολίζεται τὰ Ἀλκαίου ποιήματα, δωρίζεται τὰ Ἀλκμᾶνος. 277.
Alcmam. 211.
Anacreon. 237.
Andron ἐν τῇ Ἱλιάδι τῶν πρὸς Φίλιππον θυσιῶν. C. 8.
Arati versus, non nominato auctore. 99.
Aristarchus Grammaticus ἐξηγησάμενος τὰ ποιήματα ἐθαυμάσθη. 96. allegatur 57. 83. 84. 129. 165. 181. 182.
ejus ἀθετήσεις in Homero 11. ejus ἐκδόσεις 159. reprehensus ab Abrone. 105. 106.
Aristophanes Grammaticus 304.
Aristoteles. C. 6. ἐν ταῖς ἐκλογαῖς τῶν ἀναλομῶν. C. 39. ἐν τοῖς ζωικοῖς sive περὶ ζώων. C. 27. 28. 44. ἐν τῷ περὶ ζωῆς καὶ θανάτου. C. 26. περὶ μύθης. C. 25. ἐν νομίμοις βαρβαρικοῖς. C. 11. ἐν τοῖς φυσικοῖς προβλήμασι. C. 7 9. 21. 37. 51.
Aristoxenus ἐν τῷ Τελίου βίῳ. C. 17.
Bacchylides Jovem ἀρίσαρχον dixit. 188.
Callimachus 65. 219.
Comanus Grammaticus Homerum interpretatus. 149.
Ctesias C. 40. ἐν τῇ δεκάτῃ Περσικῶν. C. 20.
Eudoxus Cnidius ἐν τῷ ἑβδόμῳ Γῆς περιόδου. C. 38.
Eudoxus Rhodius C. 24.
Euripidis Phœnissæ. 62.
Heraclides Grammaticus 328. ἐν τῷ περὶ καθολικῆς προσῳδίας de accentibus in universum IV. 10. p. 326.
Heraclides Cretensis ἐν τῷ περὶ τῶν ἐν τῇ ἑλλάδι πόλεων. C. 19. Fortasse pro κρητικῷ sive Cretensi legendum κριτικός, ut suspicatur Clariff. Olearius ad Philostratum p. 525.
Hesiodus. 58. 209. 324.
Homerus 12. 15. 20. 22. &c. versus ejus singulis fere paginis, licet nomine non semper appellato. Ejus ἐκδόσεις variantes 159. locus ex βαλιαχομυομαχίᾳ sed nec autore nec poëmate laudato. 303.
Menander Comicus. 154. τὸ πρὸς Μενάνδρου, ὦ Λάχης, Λάχης. 51.
Incerti scriptoris τὸ κατὰ τόπους μυθικόν. C. 13.
Phylarchus ἐν τῇ ἱστοριῶν. C. 14. ἐν τῇ κ'. C. 18.
Pindarus 80. 223. 277.
ἐν Ἰσθμιονίκαις. 158. locus difficilis ἐταράξειν τὰς ὑπομνηματισαμένους. ibid.
Posidonius Grammaticus 331.
Sappho 288.

Scym-

Scymnus Chius. C. 15.
Seleucus Grammaticus Homerum interpretatus 167.
Sophocles Ajace. 51. 213.
Stoici 36. 74. 279. 295. 300. 314.
Tacus ἐν τῷ περὶ λίθων. C. 36.
Theocritus 131. ejus versus. non nominato auctore 10. 125.
Theophrastus ἐν τῷ περὶ φυτῶν. C. 16. 29. 31. 32. 33. 34. 41. 43. 47. 50. ἐν τῇ ε τῶν φυτικῶν αἰτίων. 46. ἐν τῷ περὶ ἐνθυσιασμῶν. C. 49.
Theopompus ἐν τοῖς θαυμασίοις, C. 1. 10.
Trypho Grammaticus 35. 51. 52. 53. 57. 71. 180. 214. 301. 317. ἐν τῷ περὶ ἄρθρων *de articulis*. 301. ἐν τῷ περὶ προθέσεων. 317.
Zenodotus Grammaticus Homerum interpretatus 11. 43. 164. 165.

VI. Apollonii, de qvo hactenus dictum est, filius HERODIANUS Alexandrinus, Patre, à qvo edoctus fuit, in Grammatica scientia neutiqvam inferior, Romam se contulit, & Imperatori Marco Antonino se probavit, atqve amore ejus dignus habitus, προσῳδίαν suam Catholicam ei inscripsit, teste auctore vitæ Apollonii. *Artium minutissimus scisitator* audit Ammiano Marcellino XXII. 16. & à Prisciano *maximus auctor artis Grammaticæ*, una cum Apollonio patre freqventer laudatur, & pelagus post se traditur reliqvisse scriptorum, è qvo pauca admodum, veluti tabulæ naufragium longorum temporum evaserunt, nihil enim Herodiani typis editum exstat nisi hæc admodum exigua aposphasmatia:

1) περὶ τῶν ἀριθμῶν, ad calcem Apollonii Syntaxeos, in edit. Aldina.
2) παραγωγαὶ δυσκλίτων ῥημάτων.
3) Ἐκ τῶν Ἡρωδιανοῦ παρεκβολαὶ μεγάλαι ἑπτὰ. Hæc duo aposphasmatia exstant Græce in volumine altero Grammaticorum Aldi, qvod recenseo infra §. 9.
4) περὶ ἐγκλινομένων καὶ ἐγκλιτικῶν καὶ συνεγκλιτικῶν μορίων. Hoc qvoqve in eodem volumine legitur, & præterea ad calcem dictionarii Græcolatini & Latino Græci Venet. 1523. fol.

MSS. in Bibl. Regis Galliæ, Ἐπιμερισμοὶ, κατ' ἀλφάβητον.
περὶ σολοικισμοῦ καὶ βαρβαρισμοῦ.
περὶ χρόνων. Laudat Congius in glossario Græco.

VII.

VII. *Scripta Herodiani deperdita.*

Εἰς τὸ ἀνεκφώνητον. Etymolog. M. in δυσωπᾶσθαι.

In Apollonii περὶ γενῶν, Stephanus in καρία. Cæterum Svidas in Λέπερκος tradit *Lupercum* Berytium libris XIII. de generibus multa Herodiani κατευδοκιμῆσαι sive emendasse & rectius tradidisse.

In Apollonii περὶ παθῶν. Vide mox infra in παθῶν.

περὶ γάμου καὶ συμβιώσεως. Etymologicum M. in ἄρσην.

Ἐξήγησις τῶν λέξεων Ἱπποκράτους. Etymolog. M. in ἄμπωτις. Sunt viri docti qvi Herodiani esse putant librum de vocibus Hippocratis qvi exstat sub *Erotiani* nomine. Sed qvid de illa conjectura mihi videatur, dixi lib. 4. c. 36. §. 5.

Ἐπιμερισμοί (qvorum partem MS. in Bibl. Regis Galliæ exstare supra dixi,) Svid. in καλαπρηξεῖαι. Schol. Aristophanis ad Eqvites v. 433. ad Aves 877. Etymol. in ἀνδεναύκην, Eustathius ad Iliad. δ. pag. 445. ubi num Herodianus sit auctor, videtur addubitare. Et Etymologici Magni autor in ὑπερκύδαντας, τὸ ὀνομαστικὸν, inqvit, ἔστι Ἡρωδιανοῦ ὁμολογῆσαι εἶναι, οἱ δὲ ἐπιμερισμοὶ οὐκ εἰσὶν αὐτοῦ πάντες, ἀλλ' εἰσὶν καὶ ψευδεπίγραφοι.

Magni ἐπιμερισμοί. Idem auctor in ἀβακέως. ἔστως Ἡρωδιανὸς εἰς τὰς μεγάλας ἐπιμερισμούς.

Ζητούμενα τῶν μερῶν τοῦ λόγου. Idem in φιλοπότης. ἔστως Ἡρωδιανὸς εἰς τὰ ζητούμενα τῶν μερῶν τοῦ λόγου.

περὶ κλίσεως ὀνομάτων, cujus operis librum 1. laudat Stephanus in βρίγες.

Μονόβιβλος, περὶ κυρίων καὶ ἐπιθέτων καὶ προσηγορικῶν. Schol. Euripidis in Hippolytum coronatum, vers. 408.

Μονόβιβλος, ὅτι τὰ εἰς ὰρ ὀξύτερα τοῦ βαρυνομένου τῷ ὠ ἄκλιτά εἰσι. Etymolog. in Καρητός.

Ὀνοματικὸν sive ὀνομαστικοὶ κανόνες. Eustathius in Iliad. δ. pag. 445. Odyss. π. p. 1807. Etymolog. M. in ὑπερκύδαντας, ubi male excusum ὀνομαστικῶς.

περὶ Ὀρθογραφίας. Priscian. lib. 1. p. 567. Stephanus in Καρία.

περὶ παθητικῶν. Etymolog. M. in ἀλάλημαι.

περὶ παθῶν in librum Apollonii, ejusdem argumenti. Etymolog.

M. in ἀρίσυλλος, & passim alibi, Stephanus in πνύξ. Schol. Aristophanis ad Lysistratam vers. 994.

Ἀνόμαλος προσῳδία. Etymologo M. in ἀρκτός.

Ἀττικὴ προσῳδία. Schol. Aristophanis ad Aves v. 485. & Etymologicum M. in φωριαμός.

Ὁμηρικὴ προσῳδία. Svidas in μεμνῆτο. Hujus partes Ἰλιακὴν προσῳδίαν citat Etymol. M. in Ἠδ, ubi bis male excusum προσόδῳ pro προσῳδία, Ὀδυσσειακὴν Schol. Aristophanis ad Aves, 862.

Μερικὴ προσῳδία. Auctor vitæ Apollonii Dyscoli, nisi pro μερικὴν προσῳδίαν, legendum ὁμηρικήν.

Προσῳδία καθόλικὴ sive ἡ καθόλ (scil. προσῳδία sive τέχνη περὶ προσῳδίας) Eustathio ἡ μεγάλη προσῳδία, libris XX. ad Imp. Marcum Antoninum. Idem auctor de Apollonii vita: καθολικὴ δ' λέγεται ὅτι ἀπὸ μονοσυλλάβε λέξεως ἕως δισυλλάβε (lege δ' συλλάβε hoc est τετρασυλλάβε) περιλαμβάνει. Sæpius citatur hoc opus τεχνικὸν à Stephano Byz. qvi librum vigesimum allegat in ἄβαι. Laudat qvoqve hoc opus freqventer Scholiastes Apollonii Rhodii & librum vigesimum ad lib. 1. v. 1289. Herodianum *primo Catholicorum* laudat Priscianus lib. 6. p. 723. ut omittam alia veterum loca qvæ notavit Clariss. Kusterus ad Svidam T. 2. p. 78. Hoc opus prolixum in epitomen olim contraxerat *Aristodemus* Grammaticus ut Svidas testatur. Aliam Epitomen MS. servat Bibliotheca Bodlejana, qvam legisse se testantur Bentlejus * Epistola ad Millium, aliiqve viri docti. Hæc *Theodosium* Grammaticum auctorem habet, eundem qvi in Dionysium Thracem scripsit. Titulus est: κανόνες τ καθολικῆς προσῳδίας, ᾧ σοφωτάτῳ Ἡρωδιανῷ, ᾧ περιέπεμψε Θεοδόσιος ὁ γραμματικός, φυλάξας τὸν ἀριθμὸν τῶν βιβλίων. *E re literaria foret*, inqvit laudato loco Clariss. Necorus, *si hæc Epitome Theodosii & alia nonnulla veterum Technicorum opuscula, qvæ in Bibliotheca Oxonienſi latent, in lucem aliqvando protraherentur.* De *Constantini Lascaris* Epitome MS. libri XVI. dixi infra p. 40. in Catalogo Grammaticorum.

Συμ-

* Verba Bentleii sunt p. 37. cum retulisset Hesychium Alex. in præf. Lexici sui referre se omnia manu sua scripsisse μετὰ πάσης ὀρθότητος καὶ ἀκριβεστάτης γραφῆς τοῦ γραμματικοῦ Ἡρωδιανοῦ, addit: *Ego fero, qui Theodosii Mstam ἐπιτομὴν τ καθόλ Herodiani legerit, testificor parum hinc promissi, vel nullo modo satisfactum esse.*

Συμπόσιον qvod Puteolis scripsit. Stephanus in δικαιαρχεία. Eustathius in Iliad. β. p. 154. Etymologicum M. in ἦθος.

περὶ συντάξεως στοιχείων. Stephanus in ἀγβάτανα.

περὶ χημάτων. Etymolog. M. in ἀργύφεον.

Τέχναι γραμματικαί. Priscianus præf. lib. 1. *Quid Herodiani artibus certius?*

Herodianus ἐν τοῖς εἰς λις, *de nominibus in* λις *desinentibus* videtur allegari à Stephano in ἀδελις.

VIII. A Grammatico Herodiano haud dubie diversus * fuit HERODIANUS qvi Historiam Cæsarum dictione eleganti & perspicua scripsit, nam & ætas qva vixit, & vitæ genus aperte utrosqve distingvunt. Grammaticus apud Marcum Antoninum A. C. 180. defunctum gratiosus fuit, Historiæ scriptor longe post vixit, ultra annum nempe 238. in qvo ejus tela Historiæ desinit, licet in calce libri secundi ait se LXX annorum res tradere constituisse. Alter ille Grammaticam docuit, neqve aliam qvam umbraticam vitam duxit: at scriptor Historiæ lib. 1. c. 2. testatur se ἐν βασιλικαῖς ἢ δημοσίαις ὑπηρεσίαις γενόμενον ea qvibus ipse interfuerit, exponere. Laudatur ab Evagrio Scholastico lib. V. Hist. Eccles. cap. ult. & Trebellio Pollione in triginta Tyrannis c. 32, Lampridio in Alex. Severo c. 52. & 57. & in Antonino Diadumeno c. 2 à Julio Capitolino in Maximo & Balbino c. 15. atqve in Albino c. 12, ubi eum *ad fidem pleraque dixisse* tradit, & in duobus Maximinis c. 13. qvo loco notat eum *Maximino in odium Alexandri plurimum faviisse.* Alii Pertinacem nimis ab eo laudatum arguunt, alii temporum & annorum notationem omissam, alii ut Tillemontius, † non orationes modo ex ingenio attributas iis qvos loqventes inducit, qvod ipsi est cum aliis Historicis commune, sed Epistolas qvoqve.

Exstat Herodiani *Historia Romana* ab excessu Marci Antonini usqꝫ ad Gordianum nepotem, qvi Maximino succesit, descripta *libris*

* Confundunt alii, Gesnerum in Bibl. & Sigonium in judicio de Historicis Romanis secuti, à qvibus recte dissentit Hanckius libro 2. de Rom. rerum scriptoribus p. 294. Fuit etiam Herodianus qvidam junior, belli dux sub Justiniano, de qvo multa Procopius. Vide etiam de Herodiani statua Codini Origines CPol. n. 75. Combefisii fasciculum rerum CPol. p. 7. &c.

† Tillemontius in vitis Imperatorum T. 3. nota 2. in vitam Macrini p. 614. *Tout le caractere de l' Histoire d' Herodien, qui est fort orateur, porte à croire, que les lettres & les harangues qu'il raporte sont de luy même, & non pas de ceux qu'il fait parler.* adde notam 6. in vitam Maximini I. p. 635 sep.

VIII. qvos legit etiam Photius, atq; ab judicio scriptoris & dictionis amœnitate commendat Codice XCIX.

Prodit *Græce* Venet. apud Aldum 1503. fol. una cum Scholiaste Thucydidis, & Xenophontis ac Gemisti Plethonis de rebus Græcorum.

Lovanii 1525. 4. separatim.

Basileæ 1530. forma minore.

Latine ex versione præclara *Angeli Politiani* ad Innocentium VIII. qvam incerta & parum credibili fama ajunt qvidam eum *Georgio Tiphernati* surripuisse. Bononiæ 1493. fol.

Argentorati 1513 4 ex ædibus Schurerianis.

Lugd 1551. 1559. 12.

Antvverp. 1566. 12.

atqve sæpius inter cætera Politiani opera. Venet. 1498. fol. Paris. 1512. fol. Lugd. 1537. 8.

Græce & Latine cum Politiani versione,

Venet. 1524. 8.

Basil. 1535. 8. 1543. 8. 1549. 8. 1563. 4.

Cum *H. Stephani* notis in margine & locorum qvorundam versionis Politiani emendatione. Paris. 1581. 4. Lugd. 1611. 8. In Parisiensi editione à Stephano additi libri duo primores Zosimi, antea inediti.

Cum H. Stephani notis, *Erici Memmii* & *Andreæ Schotti* emendationibus, notisqve *Frid. Sylburgii*, in tomo tertio scriptorum Historiæ Romanæ minorum, Francof. ex officina Wecheliana 1590. fol.

Francof. 1630. 8 & Lond. 1639. 8. cum *Danielis Parei* monitis & exemplis Ethico politicis.

Argentorat. 1644. 8. prima editio capitibus distincta, cum argumentis, notis & indice latino *Joannis Henrici Bocleri*. In altera A. 1662. 1672. 8. accedit *Balth. Scheidii* index Græcus.

Oxoniæ 1678. 8. & 1704. 8. cum notis brevibus Variorum.

Patavii 1685. 8.

Pauli Voëtii in Herodiani Marcum & Commodum notæ. Ultraject. 1645. 12.

Herodianus *Gallice* per *Jo. Colinium*, è latina Politiani versione. Lugd. 1541. 1546. 8. cum notis.

Inter-

Interprete *Jac. Contesio*, ** Vintemilleo Rhodio, Consiliario in parlamento Divionensi. Lugd. 1554. fol. His qvi ejus reprehenderunt dictionem, respondit in libello qvi inscribitur *remonstrance aux censeurs de la langue Françoise.* Recusa illa versio Paris. A. 1580. apud Fed. Morellum.

Tertia *Boisguilberti*, ex latina Politiani, Paris. 1675. 12.

Nova *Mongaulti* è Græco, cum notis. ibid 1700. 8.

Germanice per *Hieronymum Bonerum.* 1530. Augustæ Vindelicorum fol.

Recusa versio & recognita Hamburgi 1660. 8.

Belgice interprete *Petro Rabo*, Roterodami 1683. 8.

IX. Aldus Manutius, cui instaurati in Europa decoris sui auspicia magnam partem Græcæ literæ debent, jam sub sæculi decimi qvinti extremum typis luculentis corpus Grammaticorum Græcorum duplici volumine Græcè edidit, qvorum uno, qvod Venetiis Anno MCCCCLXXXXV. (1495.) fol. prodiit, continentur:

I. *Theodori Gazæ* Γραμματικῆς εἰσαγωγῆς (*introductivæ Grammaticæ*, ut Aldus interpretatur) *libri IV.*

2. *Ejusdem liber* περὶ μηνῶν, *de Mensibus*, speciatim Atticis.

3. *Apollonii Alexandrini* περὶ συντάξεως, *de constructione libri IV.*

4. *Herodiani* περὶ τῶν ἀριθμῶν, sive qvomodo numeri apud Græcos exprimantur, fragmentum.

Alterum Volumen inscribitur: Θησαυρὸς, κέρας ἁμαλθέας, καὶ κῆποι Ἀδώνιδος, *Cornu Copiæ & Horti Adonidis*, Venetiis in domo Aldi Romani, summa cura laboreqve præmagno, mense Augusto, MIIIID. (1496.) fol. In hoc exstant:

1. ΑΙΛΙΟΥ ΔΙΟΝΥΣΙΟΥ περὶ ἀκλίτων ῥημάτων.
2. Ἐκ τῆς ΕΥΣΤΑΘΙΟΥ καὶ ἄλλων ἐνδόξων ἐκλογαὶ κατὰ στοιχεῖον.
3. Σχηματισμοὶ τῶν εἰμὶ καὶ ἅμι ῥημάτων. CHOEROBOSCI.
4. Περὶ τῶν κατὰ θέσεσθαι σημαντικῶν.
5. Τὰ κατὰ πορεύεσθαι σημαντικά.
6. Ἐκ τῶν ΗΡΩΔΙΑΝΟΥ παρεκβολαὶ μεγάλαι * ῥήμασιν.

** Vide Ludovicum Jacobum à S. Carolo de scriptoribus Cabilonensibus p 31.

* Rectius μεγάλαις Ῥήτορσιν legitur in MS. Cæsareo de qvo Lambecius VII. p. 259.

7. Ἐκ τῶν αὐτοῦ περὶ δυσκλίτων ῥημάτων.
8. ΧΟΙΡΟΒΟΣΚΟΥ πρὸς τὰς ἐν πᾶσι ῥήμασι κανόνας ζητουμένας καὶ ὁμοιότητας.
9. Τοῦ αὐτοῦ περὶ ἐφελκυστικοῦ ν.
10. Περὶ ἀνωμάλων ῥημάτων, καὶ στοιχείων.
11. ΗΡΩΔΙΑΝΟΥ περὶ ἐγκλινομένων καὶ ἐγκλιτικῶν καὶ συνεγκλιτικῶν μορίων.
12. Ἐκ τῶν ΧΟΙΡΟΒΟΣΚΟΥ περὶ ἐγκλινομένων.
13. Ἀνωνύμου περὶ ἐγκλινομένων.
14. Ἐκ τῶν ΙΩΑΝΝΟΥ καὶ Γραμματικοῦ περὶ Διαλέκτων.
15. ΕΥΣΤΑΘΙΟΥ περὶ τῶν παρ' Ὁμήρῳ Διαλέκτων.
16. Περὶ Διαλέκτων τῶν παρὰ ΚΟΡΙΝΘΟΥ παρεκβληθεισῶν.
17. Περὶ τῶν εἰς ω θηλυκῶν ὀνομάτων. CHOEROBOSCI.

Primus, inqvit Aldus in præfat. *labor in hoc opere concinnando fuit* Gvarini Camertis, *&* Caroli Antenorei, *Florentini, hominum multi ſtudii ac in Græcarum literarum lectione frequentium. Hi ſimul ex* Euſtathio, Etymologico *& aliis dignis Grammaticis accepere hæc canoniſmata, digeſſereque per ordinem literarum, nec ſine adjumento & conſilio* Angeli Politiani, *viri ſummi ingenio, & ingenioſe docti. Secundus vero labor meus fuit, qui ea omnia recognovi, non parvo labore cum iis conferens, unde excerpta voluminibus fuerant. Multa addidi, plurima immutavi, adjuvante interdum* Urbano, * *divi Franciſci fratre optimo, à quo brevi habebitis quas ſumma cura & doctiſſime compoſuit in Græcam linguam introductiones.*

Non

* Hic eſt Urbanus Bolzanius, Valerianus Bellunenſis, Minorita ſive Franciſcanus, Leonis X. Præceptor defunctus A. C. 1526. ætat. 84. qvem in re tenui non parvum felicitatis humanæ exemplum celebrat Pierius Valerianus de infelicitate literatorum libro ſecundo Videndus etiam de eo Voſſius in Ariſtarcho lib. 1. cap. 4. Lucas Waddingius in ſcriptoribus Ord. Minorum p. 331. & auctores Ephemeridum literarium Italiæ (Giornale de letterati d'Italia) T. 3. pag. 43. ſeq. Hujus Grammaticæ Græcæ Inſtitutionum libri duo ex illis qvi latine ſcripſere illa ætate, primas ferunt, atq; imperfectius primum editæ auctore ignaro ſunt ab Aldo 1497. 4. Deinde ab auctore recognitæ & auctæ prodierunt 1512. & Baſileæ 1524. & 1530. 1535. 1539. 4. Recuſæ etiam Pariſ. 1543. & Venetiis 1549. 8 Alius Urbanus Grammaticus, & junior, patria Imolenſis, de qvo Leander Albertus in deſcriptione Italiæ A. 1550. edita p. 288. *Urbano Grammatico dignisſimo humaniſta, anche egli queſt' anni paſſati paſsò all' altra vita, poi che in piu luoghi haveva fatto iſperientia della ſua dottrina.* Alius etiam Urbanus qvem belluam vocat & graviter perſtringit Franciſcus Philelphus libro IV. Epiſtola ad Petrum Michaëlem, data Mediolani A. 1440.

Non omittendum Volumen tertium ex officina Aldi & Andreæ Asulani, soceri vulgatum Venetiis 1523. fol. in qvo post dictionarium Græco Latinum & Latino Græcum pro illa ætate copiosissimum, subjecta leguntur:

1.) Ammonii περὶ ὁμοίων καὶ διαφόρων λέξεων.
2.) Τάξις παλαιὰ καὶ ὀνομασία τῶν ἀρχόντων, qvalis ad calcem Svidæ exstat sub titulo: ἑρμηνεία τῶν ἐπιστρατευμάτων καὶ πολεμικῶν προσηγορίας φωνῶν, vocabulorum militarium interpretatio.
3. Ὀρθικὴ ὀνομασία τῶν περὶ τὸ στράτευμα τάξεων καὶ ἡγεμονιῶν.
4.) Τὰ Η καὶ Ω ΩΣ σημαντικα.
5.) Περὶ διαλέκτων ἐκ τῶν ΙΩΑΝΝΟΥ γραμματικῆ τεχνικῶν.
6.) ΕΥΣΤΑΘΙΟΥ περὶ τῶν παρὰ Ὁμήρῳ διαλέκτων.
7.) Περὶ διαλέκτων τῶν παρὰ ΚΟΡΙΝΘΟΥ παρεκβληθεισῶν.
8.) Περὶ ἀνωμάλων ῥημάτων, καὶ στοιχεῖον.
9.) ΗΡΩΔΙΑΝΟΥ περὶ ἐγκλινομένων καὶ ἐγκλιτικῶν καὶ συνεγκλιτικῶν μορίων.
10.) ΙΩΑΝΝΟΥ γραμματικῆ ΧΑΡΑΚΟΣ περὶ τῶν ἐγκλινομένων.
11.) Περὶ ἐγκλινομένων ἐκ τῶν Ε ΧΟΙΡΟΒΟΣΚΟΥ.
12.) Anonymi περὶ ἐγκλινομένων.
13.) Thomæ Magistri, Phrynichi & Manuelis Moschopuli de Vocibus Atticis.

Exstat & qvartum Volumen Grammaticorum Græcorum ex Aldi & Asulani officina Græce in lucem editum Venet. 1525. 8. in qvo tibi occurrent:

1. *Theodori Gazæ* libri qvatuor Grammaticæ Græcæ; qvi etiam Græce & Latine prodierunt Parisiis 1529. 8. 1540 8. 1549. 4 Basil. 1519. 4. ne dicam de libris duobus prioribus qvi Erasmo interprete excusi sunt Colon. 1525. 8.

2. Ejusdem de mensibus liber.

3. GEORGII LECAPENI περὶ συντάξεως τῶν ῥημάτων *de constructione verborum* ad Lazarum qvendam, pag. 171-216. In limine scripti testatur se usum præceptis Apollonii Dyscoli, Herodiani, Apollonii junioris, nec minus eorum qvi de Atticis vocibus scripsere, & Arcadii Byzantini. περὶ τ συντάξεως

ταξεως & λόγε διδασκαλία πολλήτε καὶ βαθεῖα καθέστηκε, Φιλομαθέσατε ΛΑΖΑΡΕ, καὶ πολλῆ δεομένη χρόνε, καὶ μείζονος ἢ τῆς καθ' ἡμᾶς δυνάμεως. Πολλὰ γὰρ περὶ αὐτῆς τοῖς ἀρχαίοις ἀμπεπόνηται, ΑΠΟΛΛΩΝΙΩΙ τῷ σοφωτάτῳ τῷ ἐπίκλην δυσκόλῳ, καὶ ΗΡΩΔΙΑΝῷ τῷ πολυμαθεστάτῳ, καὶ ΑΠΟΛΛΩΝΙΩΙ τῷ νέῳ, καὶ τοῖς ΑΤΤΙΚΙΣΤΑΪΣ, καὶ ΑΡΚΑΔΙΩΙ τῷ Βυζαντίῳ, ὧν ταῖς πραγματείαις ἐν ἐντυχηκὼς, θαυμάσεις αὐτῶν τὸ πολυμαθὲς καὶ ἐν Ἑλληνισμῷ τὴν ὑγιᾶ καὶ καθάπλοον χρῆσιν, καὶ τὴν ἀκριβῆ καὶ πολύτροπον καὶ πολυχήμονα πάσης τῆς Ἑλληνικῆς ἁρμονίας ποικιλίαν. Recusus est hic libellus de constructione verborum Græce sub Lecapeni nomine etiam Florentiæ 1520. 8. apud heredes Philippi Juntæ, licet in MStis quibusdam Codicibus refertur ad *Michaëlem Syngelum*, presbyterum Hierosolymitanum.

4. EMANUELIS MOSCHOPULI περὶ τῆς ὀνομάτων καὶ ῥημάτων συνθέσεως, *de constructione nominum ac verborum.*

5. Ejusdem περὶ προσῳδιῶν p. 233-236.

X. HEPHÆSTIO Alexandrinus Grammaticus, inter Imperatoris Veri Præceptores Julio Capitolino a) laudatus, scripsit Svida teste ἐγχειρίδιον περὶ b) μέτρων, qvi libellus eruditus atqve utilis etiamnum exstat. Prodiit Græce cum scholiis Græcis (excerptis è *Longino* atqve aliis scriptoribus, auctore Christiano ut ex p. 88. perspicue apparet.) Venetiis apud Aldum 1526. 8. atqve inde emendatius & cum locupletissimo indice nitide excusum Paris. 1553. 4. ab Adriano Turnebo. Longini * prolegomena in Hephæstionis Enchiridion integriora nuper vulgavit Græce Clariss. Hudsonus in sua Longini editione Oxon. 1710. 8. atqve inde depromta dedi supra lib. 4.

a) in Vero c. 2. *Audibit Scaurum Grammaticum latinum, Scauri F. qui Grammaticus Hadriani fuit: Græcos Telephum, Hephæstionem, Harpocrationem.* Ubi Is. Casaubonus in notis: *Hephæstion hic videtur ille esse Alexandrinus Grammaticus, cujus exstat hodieque de re metrica elegans libellus. Auctorem certe illum antiquissimum esse nullius dubito.*

b) ita legendum, non ἐγχειρίδια ἀπὸ μέτρων, jam monuere viri doctissimi.

* In editione Hephæstionis Parisiensi p. 25. videtur Longinus ab Hephæstione citari. Sed verba καὶ λογγῖνος ibi corrupta sunt & legendum καὶ λογία. Nam p. 93. Scholiastes testatur dramati Epicharmi titulum fuisse λόγος καὶ λογία.

lib. 4. c. 31. Eadem cum doctisſimi viri Jo. Boivini notis & verſione prodiere in editione poſtuma operum Nicolai Boilavii Deſpræi Pariſ. 1712. 4. Amſt. 1713. 12. Reſpicitur hic Hephæſtionis liber à Priſciano lib. de verſibus ſive metris Comicis, à Scholiaſte Euripidis, Ariſtophanisqve & Demetrio Triclinio ad Sophoclem ** variis in locis & ab Hermogenis ſcholiaſte p. 381. 387. Etiam ex hoc libello deſumta qvæ de novem metris Ariſtophani præmittuntur Græcis ſcholiis illuſtrato. Multa qvoqve ex illo recentiores qvi de metris ſcripſere, ut *Jacobus Micyllus* Argentoratenſis, cujus libri III. de re metrica prodiere Francof. 1539. 8.

Narravit mihi vir Nobiliſsimus Frid. Roſtgaardus, Danus, ſe hoc Hephæſtionis monumentum in Italiæ Bibliothecis cum MSS. Codicibus comparaſſe, & emendaſſe non paucis in locis. Fuit etiam in Bibliotheca Renati Moreau Hephæſtionis Enchiridion de Metris, paulo diſſimile ab editis, teſte Labbeo p. 213. Bibl. novæ MSS. Idem p. 196. memorat in Bibl. Caroli de Montchal fuiſſe MS. Græce *Anonymi* de re metrica tractatum, Alterius Anonymi de re metrica, Hephæſtionis Enchiridion, Ejusdem metricam Iſagogen, c) & dilucidiorem explorationem d) de re metrica ſive poëtica. Ab eodem Labbeo p. 110. laudantur alia ſcripta hujus argumenti in Bibliothecis deliteſcentia, *Andreæ* & *Theodoſii* Grammatici de pedibus, *Demetrii Triclinii* de metris e) *Joannis Botaniotæ* ad Iſidorum Diaconum & Tabularium de metris jambicis. *Rhodii Nili* de verſibus Anacreonticis, *Incerti* de metris Pindaricis, f) *Trichæ* ſynopſis novem metrorum. De verſibus collectio ex multis, incipiens ab ipſis XXIV. elementis, cum *Anonymi* de Poëticis elementis, de ſyllaba communi, de dialectis, nec non *Joannis Tzetzæ* de omni verſuum genere

** Hephæſtionis ſcholia in Sophoclem laudat Calepinus Lexico in *Pelides*.

c) p. 63. edit Turnebi. περὶ μετρικῆς εἰσαγωγῆς ἢ περὶ ποιήματος.

d) p. 65. σαφεστέρα διδασκαλία περὶ μετρικῆς εἰσαγωγῆς, ἢ περὶ ποιήματος.

e) forte non alia qvam qvæ ſcholiis in Sophoclem præmittuntur Δημητρίου Τρικλινίου περὶ μέτρων οἷς ἐχρήσατο Σοφοκλῆς.

f) Etiam hæc forte eadem, qvæ Græcis in Pindarum ſcholiis præmittuntur.

Anonymi plures, ut in Bibl. Bodlejana Cod. 14. & 35. Barocc. περὶ τ᾽ πῶς συνέστη ἡ τῶν Ἑλλήνων γραμματικὴ εὕρεσις, καὶ ἐκ τίνων καὶ ποίων ἀνδρῶν τῶν παρ᾽ Ἕλλησι στοιχείων εἰσαγωγὴ ἀπὸ τ᾽ ἀληθ᾽ γέγονεν Ἑβραϊκῆ πρώτη στοιχεῖα. Alia Cod. 45. 46. 50. 52. 57. 68. 71. 76. 116. 119. &c.

Apollonii dyſcoli nonnulla, de qvibus ſupra pag. 4. Ejusdem de paſſionibus dictionum in Codice Barocc. 45. incipit: Τὰ παθη τῶν λέξεων. Hujus ſcriptoris editam ſyntaxin, utut parum vulgo tritam Ezechiel Spanhemius à Salmaſio tanqvam optimam Helleniſmi magiſtram commendatam ſibi celebrat pag. 199. b. ad Julianum. De cognomine *dyſcoli*, forte veriſima ratio eſt qvod

sit ita dictus ob egestatem & vitam inopem, qvæ δύσκολος Græcis appellatur, ut apud Aristophanem in Pluto v. 264. ψυχρὸς βίος καὶ δύσκολος.

Mich. Apostolii de figuris Grammaticis edere voluit Allatius. Vide infra, in Herodiano.

Arcadii Grammatica libris XIX. Cod. Reg. Paris. 450. Ἀρκαδίου περὶ τόνου τῶν ὀκτὼ μερῶν τοῦ λόγου καὶ περὶ ἐυρέσεως τῶν προσῳδιῶν καὶ περὶ ἐγκλινόμενων, ἐν ᾧ καὶ περὶ πνευμάτων καὶ χρόνων. MS. in Codice Colbertino 3113. Salmasius Epist. V. ad Vossium: *Inter alia vidi Apollonii τεχνικὰ & Arcadii Grammatici opera, in quibus, præcipue in Apollonio multa reperiuntur citata testimonia Alcæi, Sapphonis, Corinnæ, Rhintonis, Sophronis & aliorum qui lingua Æolici aut Dorica mera scripsere, ex quibus duabus dialectis non te latet constitam esse Romanam priscam loquelam.*

Aristarchi Grammatici Canonum thesaurus. Cod. 6. Bibl. Regiæ Paris. Labbe p. 104. Bibl. novæ MSS.

Christoduli, vide infra, *Planudæ* & *Thomæ Magistri*.

Demetrii Anagnostæ Grammatica MS. Florentiæ in Codice XIV. sæculi, in Bibl. monasterii B. Mariæ.

Demetrii Chrysoloræ Erotemata Grammaticæ in Bibl. Vindob. teste Nesselio IV. pag. 163. nisi Demetrium Chrysoloram scripsit pro Emanuele Chrysolora, de cujus erotematis sæpius excusis dixi supra pag. 38. seq. Hujus Demetrii Chrysoloræ Epistolæ centum ad Imp. Manuelem Palæologum, exstant in Codice Barocciano 125.

Diomedes Scholasticus in Dionysium Thracem, Cod. Barocc. 116. & in Bibl. Johannea Hamb.

Dionysii Atticistæ excerpta qvædam ex Codice MS. Henrici Scrimgeri ad Meursium misisse se testatur Patricius Junius Epistola ad eum data, qvæ cum aliis pluribus ad eundem scriptis est apud me.

Georgii Choeroboſci περὶ τρόπων * τῶν κατὰ ποιητικὴν καὶ θεολογικὴν χρῆσιν. Citat Meursius glossar. in κῦρις. MS. Colbert. 1825. Barocc. 36. 68. 71. & Ejusdem περὶ προσῳδιῶν in Bibl. Johannea hujus urbis & Oxoniæ in Bodlejana Cod. Barocc. 116. incipit: ἰστέον ὅτι ἰριχῶς λέγεται ἡ προσῳδία. *De XXVII. tropis & figuris poëticis & de spiritibus atque accentibus* exstat MS. in Bibl. Vindobonensi. De

* Hujus Georgii libellus περὶ τρόπων, *de figuris* poëticis, Oratoriis & Theologicis Græce cum Fed. Morelli versione prodiit Paris. 1615. 12. cum Procli diad. de divino ad poëticen instinctu, (ex ejus commentar. in Platonem.)

De ſpiritibus ſervatur etiam in Vaticana, Cod. 883. Allatio teſte, & incipit: τὸ ἀ πρὸ τοῦ ἑαυτοῦ ψιλοῦται ἀεί, Ἀαρών, ἄαπτος. *Grammatica* MS. Romæ in Collegio Græcorum incipit: Τί ἐστιν γραμματική; τέχνη θεωρητικὴ καὶ πρακτική. In titulo additur, ab aliis tribui (falſo haud dubie) S. Baſilio. Γεωργίου τοῦ χοιροβοσκοῦ γραμματική. Ἄλλοι λέγουσιν ὅτι τοῦ ἁγίου Βασιλείου. Ejusdem Chœroboſci eſt, inqvit Allatius, qvod apud Joannem Suzium fuiſſe tradit Verderius in ſupplemento, Georgii Grammatici *de Syntaxi*. Legunturqve hodie in Bibliotheca Regis Gallorum Georgii Chœroboſci Doctoris Oecumenici *de tropis*, *de dialectis*, *de ſchematibus*. *Ejusdem Orthographia*. *Iterum de tropis poëticis*. *Ejusdem Grammatica*: *Ex Chœroboſco variæ regulæ Grammaticæ*. Vide Labbeum Bibl. nova MSS. pag. 104. & 110. qvi pag. 106. memorat *Canones Grammaticos dictante Georgio Diacono*, *doctore Oecumenico*. Idem forte ſcriptum qvod apud Allatium p. 321. de Georgiis ex Codice 1385. Regis Chriſtianisſimi refertur hoc titulo: προλεγόμενα τῶν Θεοδοσίου κανόνων ἀπὸ φωνῆς Γεωργίου Διακόνου, οἰκουμενικοῦ διδασκάλου. Incipit: Ἐπειδὴ κανόνων εἰσαγωγικῶν μέλλομεν ἄρχεσθαι, ἐν ἐπιτομῇ ἃ ἔστιν ὠφελιμώτατα ἡμῖν ὁ Θεοδοσίου, μάθωμεν τί ἐστι κανών. Sed hunc Georgium Diaconum qvi Theodoſii Alexandrini Canones Grammaticos illuſtravit, atqve exſtat etiam in Bibliotheca Segvieriana * & in Bodlejana, Codice Barocc. 76. 116. 119. &c. Chœroboſco juniorem & ab eo diverſum qvidam volunt, licet Chœroboſcum etiam Chriſtianum fuiſſe & Doctoris œcumenici titulo inſignitum conſtat. Alium præterea *Georgium Grammaticum* memorat Allatius pag. 322. Anacreontica ejus carmina, qvæ edere etiam voluit, celebrans. Fuit & Georgius Grammaticus ſæculo XV. qvi ſcripſit Codicem Græcum 3265. in Bibl. Regia Pariſ. ut notat Montfauconus p. 99. Palæographiæ Græcæ. Georgius Chœroboſcus *de ſoloecismo*, & qvot modis committitur. In Codice Barocc. 71. Ἐπιμερισμοὶ Pſalmorum novem ſub hujus Georgii nomine lecti Allatio, † atqve in Scoriacenſi Bibl. qvondam obvii, qvibus novem Pſalmi Grammatica analyſi evol-

F 2 vuntur,

* Vide Catalogum MSS. Græcorum Segvierianæ Bibl. (qvæ hodie Cosliniana eſt) p. 15.
† pag. 319. de Georgiis.

vuntur, si non alium Grammaticum habeant auctorem, ostendunt Chœroboscum hunc fuisse Christianum, qvi vixit ante Stephanum Byz. ἐθνικῶν scriptorem vel ejus Epitomatorem Hermolaum, qvi Justiniano Imp. opus suum dedicavit, adeoqꝫ floruit sæculo saltem qvinto post CHristum natum. Citat certe Stephanus vel Hermolaus in Ταμίαθις Georgii Chœroboſci ὀνομαστικὸν sive librum de nominibus, uti Etymologici Magni scriptor, ῥηματικὸν ejusdem sive de verbis opus Grammaticum in θράψας. Sed in libello Georgii περὶ τρόπων laudatur Simeon Metaphrastes qvem constat floruisse Sæculo decimo. Chœroboſci cognomen per convicium ei impositum fuisse observat Allatius ex Eustathii Commentariis in carmina Jambica Damasceni de Pentecoste. Freqventer citatur in Etymologico M. qvi *canonum* ejus Grammaticorum & *Orthographiæ* subinde mentionem facit, qvem memorat etiam Eustathius, qvi Georgium τεχνικὸν hoc est τέχνης Grammaticæ scriptorem vocat, uti Varinus qvoqve in Lexico.

Georgius (al. *Gregorius*) Pardus antea dictus, Corinthi Episcopus atqve Metropolita, unde *Corinthus* * vulgo audit, de barbarismo & solœcismo, & de syntaxi, MS. in Bibl. Vindob. aliisqve. Ejus περὶ τροπων ποιητικῶν, in Bibl. Vaticana. Vide Allatium de Georgiis pag. 416. seq. ubi de ejus commentariis Grammaticis in Odas sacras SS. Cosmæ & Jo. Damasceni.

Georgii Curtesii (Κυρτέσης) Scholarii περὶ στοιχείων ἤτοι γραμμάτων, προσῳδιῶν καὶ τῶν ὀκτὼ τοῦ λόγου μερῶν, ἤτοι εἰς γραμματικὴν πρώτη εἰσαγωγή, in gratiam amici composita, MS. Mediolani in Bibl. Ambrosiana & Romæ in sancta Sylvestrina & Vallicellana. Allatius pag. 409. de Georgiis. Dubitat Allatius p. 396. 400. idemne hic sit cum Georgio Scholario, qvi sub Gennadii nomine notissimus est, & de qvo alibi.

Georgius Diaconus. Vide paullo ante in Georgio Chœroboſco.

Georgii Lecapeni Monachi, qvi in Thessalia medio sæculo XIV. vixit, diversa ab edita syntaxi (de qva supra pag. 15.) τεχνολογία περὶ γραμματικῆς, sive περὶ σημασίας ῥημάτων καὶ ὀνομάτων MS. in Codice Regio Paris. 2770. & Vatican Cod. 883. Incipit: γράφειν ἐνεργητικὸν σημαίνει πέντε. Ejusdem *de figuris Homericis & Canonismata in Homerum.* Labbeus pag. 104. Bibl. novæ MSS.

De

* Sub *Corinthi* nomine liber de dialectis sæpius editus, ut dixi lib. IV. c. 34 §. 19.

De aliis ejus ſcriptis videndus Allatius de Georgiis pag. 363. ſeq. Schedas ejus ineditas Grammaticas citat Meurſius gloſſario in γράμμα, qvi Laccapenum vocat, ut Geſnerus Logaponum. In Catalogo MSS. Bibl. Bodlej. Codice Barocciano 103. *Lecapenæ Grammatica Alphabetica.*

Georgii Scholarii, vide ſupra *Georgii Curteſii.*

Georgii Trapezuntii Grammatica Cod. Reg. Pariſ. 1644.

Georgii Zegabeni carmen Politicum de ſeptem vocalibus & literis conſonantibus, ex qvo verſiculi qvidam apud Allatium p. 350. de Georgiis, qvibus egeſtatem ſuam Grammaticus ille deplorat.

Harmenopuli Lexicon verborum ſynonymorum, & de verbis tranſitivis atqve intranſitivis MS. in Codice Barocc. 68. De ſyntaxi verborum Cod. 159. Vide infra in Planude.

Herodiani qvædam. Vide ſupra p. 8. 9. De tonis adverbiorum in Bibl. Vindobonenſi. Lambec. V. p. 258. Ars Grammatica & de ſchematibus ac figuris nec non ἐπιμερισμοὶ ordine Alphabetico MSS. in eadem Bibl. & in Codice Colbertino 2220. Labbeus in Bibl. nova MSS. pag. 383. *Obſervet Lector*, inqvit, *Grammaticæ Græcæ ſtudioſus, operâ Allatii Romæ apud Maſcardum A.* 1643. *prodiiſſe Tiberium Sophiſtam, Herodianum, Lesbonaſtem Romanum, Mich. Apoſtolium & alios de figuris Grammaticis, Græce & Latine, qua tamen opuſcula nondum mihi videre contigit.* Hæc (typographi forte culpa,) nunqvam puto lucem vidiſſe, uti multa alia qvæ Allatius uſibus publicis laudatiſſimo ſtudio deſtinavit. Περὶ διχρόνων de vocalibus ancipitibus MS. in Bibl. Bodlejana Cod. Barocc. 71. 119. De qvæſitis circa omnes nominum declinationes & de conjugatione verborum. Cod. 76. De accentibus adverbiorum Cod. 125.

Joannis Botaniotæ ad Iſidorum Diaconum & Tabularium de metris Jambicis. Labbe p. 110. Bibl. novæ MSS.

Joannis Levitæ de ſpiritibus. in Bibl. Regis Chriſtianiſſimi Codice 901.

Joannis Glycis ſive *Glycæ* aut *Glycei* Patriarchæ Græmmatica MS. in Bibl. Reg. Pariſ. & in Codice XIV. ſæculi Florentiæ in Bibl. Monaſterii B. Mariæ.

Conſtantini Laſcaris de proſodia verborum. Vide ſupra pag. 39. Ejusdem *de barytonis & circumflexis* una cum Grammatica & Syntaxi MS. p. 104. neſcio an diverſa ab editis.

Lesbonactis Romani (h. e. ex nova Roma CPolitani) περὶ χημάτων de figuris Grammaticis, de spiritibus & dictionibus edere voluit Allatius. Vide si placet qvæ dixi lib. IV. c. 30. §. ult.

Libanii & aliorum de Metris. Cod. 71. Barocc.

Manuelis Calecæ Grammatica in Codice Regio Paris. 1692.

Manuelis Moschopuli Cretensis ac Byzantini Varia. vide supra p. 37. seq.

Maximi Mozari canones περὶ πνευμάτων καὶ ἀνθιστοίχων. Labbe p. 134. Bibl. novæ MS.

Melampodis in Dionysium Thracem. In Johannea Bibl. hujus Urbis, & Cod. 116. Barocc.

Michaëlis Soliardi Grammatica. Labbe p. 105. Bibl. novæ MSS.

Michaëlis Syngeli presbyteri Hierosol. (cujus syntaxis edita exstat sub nomine Georgii Lecapeni ut p. 16. dixi) de metris, de partibus orationis, de dialectis, qvantitate syllabarum & aliis Grammaticæ partibus. id.

Neophyti Monachi de XXIV. literarum inventione & allegoria, MS. Græcè Romæ. Gesnerus in Bibl.

Excerpta è *Nicanore de interpunctionibus*. Incipit σιγμαί εἰσιν ὀκτώ. MS. Cod. 71. Barocc. Melampus in Scholiis ineditis ad Dionysium Thracem laudat juniorem Dionysio Nicanorem, ejusqve Ἀλεξάνδρου περὶ σιγμῶν. Hic est Nicanor Grammaticus Alexandrinus, qvi Hadriani temporibus vixit, & per jocum σιγματίας dictus est, qvod doctrinam περὶ σιγμῶν paullo subtilius excusfisset, διότι ἐπολυλόγησε περὶ σιγμῶν, ut ait Eustathius: Svida enim teste scripserat περὶ σιγμῆς ἧς καθόλου, de interpunctione universè libros sex, horumqve compendium libro uno. Nec non de interpunctione apud Homerum & Callimachum. Ne dicam de ejus κωμῳδεμένοις, & περὶ ναυσάθμου, & de voce ὦναξ.

Nicephori Gregoræ de instabilitate regularum. Labbeus p. 105.

Niceæ Metropolitæ Heracleensis libellus Grammaticus. id.

Nicolai Rhabdæ Grammatica. id.

Rhodii *Nili* de versibus Anacreonticis. id. p. 110.

Niphonis Monachi de octo partibus orationis. id. p. 105.

Orionis περὶ ἐτυμολογίας. Labbe Bibl. nova MSS. p. 107. 385.

Maximi Planudæ Grammatica MS. Florentiæ in Bibl. monasterii S. Mariæ Benedictionorum scripta A. C. 1341 teste Montfaucono Palæo-

lægraphia Græca pag. 70. Ejusdem Planudis dialogus de qvæstionibus Grammaticis, qvi inscribitur Neophron & Palætimus, in Cod. Barocc. 125. & Bibl. Regia Paris. & Segvieriana. Incip. πρὸς τῶν λόγων αὐτῶν ὦ Παλαίτιμε. Vide Catalogum MSS. Græcorum illius Bibliothecæ qvæ hodie Cosliniana, pag. 21. & Labbei Bibl. novam MSS. pag. 105. ubi etiam Planudæ syntaxin ex Harmenopulo & Christodulo commemorat. Donati Grammatica parva à Planude Græce versa Cod. 71. Barocc. in Bibl. Bodlejana.

Porphyrius de Grammatica de regulis spirituum MS. in Codice Colbert. 1212. Ejusdem περὶ προσῳδίας ad Dionysium Thracem, MS. etiam in Bibl. Johannea hujus Urbis Hamburgensis. Περὶ τοῦ καλῶ, χθών, φλέγμα, δρῦς ἑρμηνεία. in Codice Barocc. 50. qvod fragmentum edidit V. C. Rich. Bentleius Epist. ad Jo. Millium p. 49.

Michaëlis Pselli de Grammatica, versibus Politicis ad Constantinum Monomachum. MS. in Bibl. Regia Paris. aliaqve de qvibus Allatius libro de Psellis §. 61. editionis à me curatæ. Ex Grammatica versibus politicis scripta subinde aliqvid profert Meursius in glossario Græcobarbaro.

Stephanus Grammaticus in Dionysium Thracem. Cod. Barocc. 116. & in Bibl. Johannea hujus Urbis Hamb.

Theodori Prodromi qvi circa A. C. 1100. claruit, Grammatica, qvæstiones Grammaticæ, σχέδη & brevis enarratio ad qvæsita Sebasto cratoris sæ, MSS. in Variis Bibl. Theodori Prodromi de accentibus, Lexicon, & de mensibus laudat Meursius in glossario. De aliis ejus scriptis dixi lib. V. c. 6. §. 10 11.

Theodosii Alexandrini Christiani scriptoris in Dionysium Thracem, MS. in Bibl. Johannea hujus urbis & Cod. Barocc. 116. De Dialectis. Cod Barocc. 71. Epitome magnæ Prosodiæ Herodiani, in Bibl. Bodlej. Cod. Barocc. 179. Canones Grammatici ὀνομαζικοὶ ἀπὸ φωνῆς γεωργίᾳ χοιροβοσκῇ, MSS. in Bibl. Coisliniana p. 230. Erotemata Grammatices memorat Labbeus Bibl. nova MSS. p. 106. de prosodia, de pedibus, Carnumim generibus & dialectis, MS. in Bibl. Vindob.

Theognosti Grammatici Canones Orthographiæ ultra mille, ad Leonem Armenum Imp. MS. in Codice Barocciano 50. Incipiunt: τῷ δεσπότῃ μου καὶ στεφανηφόρῳ. De hoc Theognosto, qvi in Etymologico magno subinde laudatur, vide scriptores post Theophanem p. 51. Rich. Bentlei Epist. ad Joh. Millium p. 77.

Thema

Thomæ Magistri Grammatica MS. Florentiæ in Bibl. Monasterii B. Mariæ & in Codice Regio Paris. 1288. Christoduli de syntaxi per ordinem Alphabeti. Cod. 1538.

Tricha ἔ σοφῶ]άτα Τειχᾶ πε῀ὶ μέτρων in Codice bombycino XIV. sæculi, Florentiæ in Bibl. monasterii B. Mariæ, teste Montfaucono in Diario Italico p. 368.

Tryphonis observatio de litera ῥ, πᾶ δασύνε]αι καὶ πᾶ ψιλᾶται. in Codice Barocc. 125. & in Bibl. Vindob. Lambec. V. p. 258. De metris. Cod. 71. Barocc. in Bibl. Bodlejana.

Jo. Tzetzæ Versus politici de pedibus & metris poëticis. in Bibl. Vindob. & Cod. Barocc. 131.

Zachariæ Calliergi Compendium Grammaticæ Cod. 71. Barocc.

Catalogus Grammaticorum Græcorum deperditorum.

qvibus etiam Indicem editorum, & ineditorum, de qvibus hactenus dictum est, majoribus literis inserui.

CUm non modo *Asclepiadis* * Myrleani junioris opus de Grammaticis jam pridem interciderit, constans pluribus libris qvorum undecimum laudat vetus auctor vitæ Arati: sed, qvod mecum dolebis, etiam *Joannis Jonsii* ** commentarius qvem de Grammaticis antiqvis paravit, fatis viri doctissimi sit interceptus, hanc jacturam utcumqꝫ præsenti capite resarcire, & post editos atqꝫ ineditos Grammaticos Græcos etiam unam alteramqve deperditorum hoc loco centuriam referre instituí, qvod boni, rogo, Lector consulas.

Abron Phryx sive Rhodius, ex servo manumissus, discipulus Tryphonis Grammatici, Romæ Grammaticam & Rhetoricam docuit, suppar Augusti Imp. temporibus. De eo Svidas. Allegatur ab Apollonio in Syntaxi, & ab auctore Etymologici, apud qvem in ὁμοκλήσασκεν, male Ἄμβρων pro Ἄβρων.

Ægialei Grammatici qvi Archelai disputationi cum Manete interfuit, mentio apud Epiphanium T. 1. pag. 627. Sed is in Actis ipsis Archelai à Zaccagnio editis pag. 23. *archiater nobilissimus* appellatur.

ÆLIUS

* Vide qvæ Jonsius lib. 2. de scriptoribus Hist. Philosophicæ c. 17.

** Opus de Grammaticis promittit Jonsius p. 210. & alibi.

ÆLIUS DIONYSIUS, & *Ælius Serenus*. Infra in Sereno & Dionysio.

Agallis sive *Anagallis* Corcyræa Grammatica de qva præter Athenæum Svidas in ὀρχησις & Ἀναγ.

Agallias Corcyræus, Aristophanis Grammatici discipulus citatus, in scholiis minoribus & ab Eustathio ad Iliad. Σ. 491.

Agatho Samius, de qvo Meursius in Bibl. Græca.

Agathocles citatus in scholiis ad Apollon. Rhodium, Etymologicò Magno, Eustathio &c.

Agresphon qvi de Homonymis scriptoribus librum composuit Svid. in Ἀπολλώνιος.

Alexander Ætolus ex Plevrone Ætoliæ opido, temporibus Ptolemæi Philadelphi clarus, de qvo dixi lib. 2. c. 19.

Alexander Cotyæus, Polyhistor, de qvo lib. 4. cap. 28. ad Orationem XII. Aristidis, qvi eum defunctum elogio celebravit.

Cornelius Alexander Milesius, Polyhistor & ipse cognomento, priore antiqvior, Cratetis Grammatici discipulus. Vide Svidam & qvæ supra lib. 3. c. 8. ubi varios Alexandros recenseo.

Alexarchus Grammaticus, qvi se ipsum solis imagine effingi curavit, teste Aristone Salaminio apud Clementem Alex. p. 36. protreptici.

Alexio sive *Alexander* Myndius, de qvo viri docti ad Laërtii lib. 1. c. 29.

Amarantus Alexandrinus, cujus commentarius ad Theocritum laudatur in Etymologico magno. Liber περὶ σκηνῆς ab Athenæo.

Ambryon qvem περὶ Θεοκρίτου laudat Laërtius V. c. 11.

Amelesagoras citatus à Schol. Euripidis ad Alcest. 1.

Amerias Macedo, de qvo Meursius in Bibl. Græca.

Ammonianus Syriani Philosophi propinqvus, de qvo Svid. in ὄνος λύρας. & Ἀμμωνιανός. Damascius apud Phot.

AMMONIUS præceptor Socratis Scholastici, auctor libri περὶ ὁμοίων λέξεων, de qvo dixi lib. 4. c. 26. §. 15.

Ammonius Ammonii F. Alexandrinus, clarus ante Augusti Imp. tempora, de qvo dictum à me eodem loco. Idem forte Trypho-nis Grammatici, de qvo infra, pater.

Andrantus de qvo Athenæus lib. XV. p. 673.

ANDREAS DONUS. Supra p. 41.

Andromachus Philologus, gener Homeri Tragici, maritus Myronis.

Svid. in Μυρώ Ejus Ἐτυμολογικά, schol. minor. ad Iliad. ν'. 130. Alius Andromachus Syrus, Sophista de qvo Svid. in Ἀνδρόμ. Ne memorem hoc loco Andromachos Medicos, de qvibus infra, libro VI.

Anteros Alex. infra in Apollonio.

Antimachus Colophonius, Grammaticus & Poëta, de qvo Clariss. Kusterus ad Svidam consulendus.

Apellico Tejus φιλόβιβλος μᾶλλον ἢ φιλόσοφος, qvem Aristotelis & Theophrasti libros ex veteribus exesis Codicibus transscripsisse in nova exempla, sed parum feliciter subinde suppleviſſe arguit Strabo XIII. p. 609. adde Athenæum V. p. 214. Svidam in Ἀπελλικῶν. Et qvæ dixi lib. 3. c. 11.

Aper ex Aristarchi schola, Romæ docuit, Didymum freqventer perstrinxit, discipulum habuit Heraclidem Ponticum. Svid. in Ἡρακλείδης.

APION Pliſtonices, cognomento μόχθος sive labor, discipulus Didymi, Anterotis Grammatici præceptor. Svid. in Ἀνίερως & Ἀπίων. Vide scriptores à me laudatos lib. 2. cap. 5. & lib. 4. c. 6. §. 6. ubi de libris Flavii Josephi adversus hunc Apionem. Ejus glossæ Homericæ MSS. in Codice Barocc. 119. in Bibl. Bodlejana.

Apollinaris Laodicenus Syrus, de qvo infra inter Poëtas Christianos, Grammaticus dicitur à Svida in Ἀπολλινάριος.

Apollodorus Athenienſis, Asclepiadis F. discipulus Aristarchi Grammatici, de qvo supra lib. 3. c. 27.

Apollodorus Cumanus, de qvo ibidem, ubi varios Apollodoros recenseo.

Apollodorus Cyrenæus. Svid in ἄνλιχρυς.

Apollonius Alexandrinus *Archebuli* sive *Archebii* pater an filius, Augusto imperitante clarus.

Apollonius Alexandrinus alio nomine *Anteros*, qvi Claudii temporibus Romæ docuit, præceptor Apionis Pliſtonicæ. De hoc & superiore dixi lib. 3. cap. 21.

APOLLONIUS Alexandrinus cognomine dyscolus, clarus temporibus Hadriani & Antonini Pii, de cujus syntaxi & libris mirabilium dixi supra p. 2. seq. de inediris scriptis p. 4. & 41. 42. de deperditis p. 5.

Apollonius Myndius. Stephanus Byz. in Μύνδος.

Apol-

Apollonius Nyſæus, cujus Strabo meminit lib. XIV. p. 650.

APOLLONIUS Rhodius, Grammaticus & Poëta, præceptor Aſclepiadis ſenioris Myrleani, præfectus Bibliothecæ Alexandrinæ, tempore Ptolemæi Philadelphi, qvo in munere ſucceſſorem habuit, teſte Svida, Ariſtonymum. De ejus ſcriptis fuſe dictum à me eſt libro 3. c. 21.

MICH. APOSTOLIUS. ſupra p. 45. & lib. 4. c. 9. §. 9.

ARATUS Poëta, Manecratis Grammatici auditor, Grammaticis & ipſe accenſendus vel propter διόρθωσιν Odyſſeæ Homericæ, de qva dixi lib. 2. c. 2. §. 19. De aliis ejus ſcriptis lib. 3. c. 18.

ARCADIUS Antiochenus, qvi Svida teſte ſcripſit περὶ ὀρθογραφίας, περὶ συντάξεως τῶν τοῦ λόγου μερῶν, & ὀνομαστικὸν, qvod ille præclarum & admirandum appellat. Ejus ineditos adhuc libros XIX. memoravi ſupra p. 42. De Orthographia præter Arcadium ſcripſere Apollonius Dyſcolus, Chœroboſcus, Didymus, Draco, Evdæmon, Herodianus, Hyperechius Alexandrinus, Orus, Pamphilus, Soterides, Theognoſtus, Tryphon & Tyrannio. Arcadii librum περὶ τόνων MS. laudat Salmaſius de modo uſurarum p. 256.

Archias Alexandrinus. Svid. in Ἐπαφρόδιτος.

Archibius Apollonii F. vel pater, qvi ἐξήγησιν Epigrammatum Callimachi ſcripſit. Svid.

Archibius Ptolemæi F. Leucadius ſive Alexandrinus, qvi Trajani tempore docuit Romæ. id.

ARISTARCHUS Samothrax, clariſſimus è diſcipulis Ariſtophanis Grammatici, Alexandriæ docuit, inſtitutique filium Regis Ptolemæi Philometoris, æmulus Cratetis Grammatici Pergameni cum qvo contendit Pergami. Diſcipulos Grammaticos habuiſſe circa XL., atqve ultra DCCC. ὑπομνήματα ſive commentarios reliqviſſe refert Svidas, qvi teſtatur in Cypro inſula obiiſſe annos natum LXXII. Diſcipuli ſcholæque ſucceſſores ejus Ariſtarchei appellantur ut Aper, Ariſtis, Ariſtodemus, Demetrius Ixion, Demetrius Scepſius, Dicæarchus Lacedæmonius, Menander, Mnaſeas, Pamphilus, Satyrius &c. filii Ariſtarchus & Ariſtagoras. De ejus emendatione Poëmatum Homeri dixi lib. II. cap. 2. §. 18. De aliis ejus ſcriptis videndi Meurſius in Bibl. Græca, Jonſius &c. Confer etiam de

Aristarcho Menagium c. 25. Anti Bailleti. Aristarchi Grammatici Canonum Thesaurum. MS. memoravi supra p. 42. Alii Aristarchi fuere 1) Samius, Mathematicus, de qvo lib. III. 5. 2) Tegeates, Tragicus de qvo lib. II. c. 19. 3) Medicus Reginæ Berenices, memoratus Polyæno VIII. 50. 4) Byzantii præfectus apud Xenophontem VII. de expedit. Cyri pag. 398. 5) Alexandrinus Ὀνειροκριτικῶν scriptor, Artemidor. IV. 25. 6) Sicyonius qvo se usum Plinius major profitetur libro V. Hist. Nat. 7) Aristarchus ὁ τῶν ὀλυμπιάδων ἐξηγητὴς interpres antiqvitatum Olympicarum, qvi mercede conductus Pausaniam circumduxit, à qvo laudatur in Eliacis prioribus p. 428. 8) Aristarchus Chronographus cujus Epistolam ad Onesiphorum primicerium de situ Athenarum & gestis ibidem Apostolorum tempore, laudat Hilduinus non maximæ fidei scriptor, in Areopagiticis, Epistola ad Ludovicum Imp. Puto hanc Epistolam à sutoribus fabularum suppositam esse Aristarcho qvi comes Apostoli Pauli fuit Actor. XXVII. 2 Coloss. IV. 10. à Pseudo Dorotheo autem adscribitur LXX. discipulis, & Apameæ Syriæ Episcopus fuisse traditur, qvem faciunt alii æqve incerta fide Episcopum Thessalonicæ. 9) Aristarchus Ephesi tyrannus de qvo Svid. 10) Orator Ambraciotarum qvi Olympiad. CXI. 2. civibus suis persvasit ut præsidium Philippi Macedonis urbe ejicerent, teste Diodoro Sic. lib. XVII. p. 488.

Aristas, Aristodemus, Aristocles Grammatici memorantur Varroni libro IX. de lingva Latina.

Aristis discipulus Aristarchi. Svid. in Ἐρατοσθένης.

Aristocles Rhodius Augusti Imp. tempore clarus Grammaticus & Rhetor, cujus περὶ ποιητικῆς laudat Ammonius in ἐπικήδιος. Vide Meursium de Rhodo II. 6. qvi alios Aristocles recenset in Bibliotheca Græca & ad Aristoxenum p. 145. sq. Aristoclis Grammatici meminit etiam Varro libro IX. de Lingva Lat.

Aristodemi duo Nysæi, qvorum recentionem facit Strabo lib. XIV. pag. 650. narrans alterum Menecratis Grammatici (de qvo infra) fuisse filium, alterum qvi Magni Pompeji libros erudiit, mane rhetoricam, pomeridianis horis Grammaticam docuisse. Ex his alterum in testimonium videtur vocare Varro loco laudato,

to, & Plutarchus parallelis minoribus, μυθικὴν Aristodemi laudans σωαγωγήν. Etiam apud Parthenium in eroticis c. 8. legendum Ἀριστόδημος ὁ Νυσαεὺς ἐν πρώτῃ ἱστοριῶν, ut recte Vossius de Hist. Græcis, non ut Meursius in Bibl. Græca, ὁ Νικαεύς. Ab horum priore forte non diversus *Aristodemus Alexandrinus* (ita dictus non à patria sed qvod Alexandriæ docuit) Aristarchi discipulus, in scholiis ad Pindarum & Athenæo laudatus, qvi in Pindarum scripsit.

Aristodemus tertius junior, à qvo Epitomen τῆς καθόλου Herodiani scriptam testatur Svidas in Ἀριστόδ. De aliis Aristodemis, Cario, Eleo, & Thebano Meursius in Bibl. Græca & Vossius lib. 1. de Hist. Græcis cap. 21. De Aristodemo Athenienſi tragico dixi lib. II. c. 19. De Aristodemo Spartiata viri docti ad Laërtium lib. I. c. 31. Omitto Aristodemum Cumanorum tyrannum, de qvo Livius II. 34. Alium iterum regem Messeniorum, de qvo Pausanias in Messeniacis, & Aristodemum ex Herculis posteris, Eurysthenis & Proclis geminorum parentem, de qvo Apollodorus in Bibl. Aristodemum deniqve pontificem templi Dianæ, cujus meminerunt fabulosi scriptores Jacobus de Voragine ac Petrus de Natalibus.

Aristonicus Alexandrinus, qvi scripsit de notis Criticis in Homero & Hesiodi Theogonia, & de iis qvæ apud Homerum ἀσύντακτα sive à communi constructione abhorrentia occurrunt libros VI. Vide Svidam in Ἀριστόνικος, ibiqve Clariss. Kusteri notas, & Meursium in Bibl. Græca.

Aristophanes Byzantius, Callimachi, Zenodoti Ephesii, Dionysii Jambi, Euphronidæ Corinthii sive Sicyonii & Eratosthenis discipulus, Præceptor Grammatici Aristarchi, præfecturam gesit Bibliothecæ Alexandrinæ * regnante Ptolemæo Philadelpho, ut narrat Vitruvius qvem vide præfat. libri VII. De ejus διορθώσει poëmatum Homeri dixi lib. 2. cap. 2. §. 17. qvemadmodum de Ἀττικαῖς λέξεσι & γλώσσαις Λακωνικαῖς lib. IV. cap. 34. de Epitome librorum Aristotelis de animalibus lib. 3. c. 6. §. 16. & de animadversionibus in Callimachi πίνακας lib. 3. c. 19. Alia ejus scripta referuntur à Meursio in Bibl. Græca, Jonsio de scriptoribus Hist. Philosophicæ, & Kustero ad Svidam.

* Addendus præfectis Bibl. Alex. qvos recenset Jonsius p. 101.

Aristoteles Grammaticus περὶ πλεονασμῶ memoratus Laërtio V. 35.

Artemidorus Pseudo Aristophanius, de qvo dixi lib. IV. cap. 13. ubi varios Artemidoros recensco.

Artemidorus Ascalonita. ibid.

Artemidorus Capito, sub Hadriano Imp. ibid.

Artemidorus Tarsensis, cujus meminit Strabo XIV. p. 675.

Asclepiades Diotimi F. Myrleanus sive Apameensis Bithynus, genere Nicæensis, ex Apollonii Rhodii schola Romæ clarus tempore Pompeji magni, de cujus scriptis ad Chalcidium Meursius pag. 25. seq. & Jonsius lib. II. de scriptoribus Hist. Philosophicæ cap. 10. pag. 167. seq. Hic est qvi scripsit φιλοσόφων βιβλίων διορθωτικά, teste Svida. Asclepiadem qvoqve Myrleanum alium juniorem facit Jonsius II. 17. qvi de Grammatica scripserit post Dionysium Thracem, qvem castigaverit teste Sexto Empiricio. Sed Sextus lib. I. c. 12. contra Grammaticos, Asclepiadis qvidem sententiam de partibus Grammaticæ diversam à sententia Dionysii Thracis & post illam refert, sed Dionysium ab Asclepiade memoratum & confutatum non indicat. Itaqve idem forte hic fuerit cum superiore, & qvi opus illud præclarum de Grammaticis scripsit, qvod interciditse inprimis dolendum est.

Astyages Grammaticus, Svida teste scripsit τέχνην γραμματικήν, περὶ Καλλίκτων, περὶ μέτρων, κανόνας ὀνοματικούς, & commentarium in Callimachum Poëtam.

ATHENÆUS Naucratita, de qvo abunde dixi lib. 4. c. 20.

Autodorus Cumanus. In MS. Theodosii ad Dionysium Thracem commentario: Αὐτόδωρος δέ τις Κυμαῖος συγγραφάμενος λέξιν, ἐπέγραψεν· Αὐτοδώρου γραμματικὴ λέξις.

Basilides cujus ἐξηγητικῶν librum XXIII. citat Clemens Alex. IV. pag. 506. hæreticus fuit, & à Meursio in Bibl. Græca confunditur cum Grammatico Basilide, cujus περὶ ὁμηρικῆς λέξεως allegat Etymolog. Magnum in ἀρίζηλος, ubi à Cratino qvodam illud opus in compendium missum refert.

S. BASILII nomine editum scriptum περὶ γραμματικῆς γυμνασίας, & Grammatica ipsi tributa. Vide supra p. 35. & 43.

Cajanus Arabs Sophista, cujus libros qvinqve περὶ σωτάξεως Svidas memorat.

JO. BOTANIOTA. supra p. 45.

MANUEL CALECAS. supra p. 46.

ZACHARIAS CALLIERGUS. p. 48.

CAL-

CALLIMACHUS Grammaticus & Poëta de qvo vide si lubet qvæ supra lib. 3. cap. 19.

Callistratus à Svida subinde laudatus.

Charis laudatus in scholiis ad Pindarum & Aristophanem. Diversi ab hoc Chæris tibicen aliusqve citharœdus de qvibus eadem ad Aristophanem scholia: & Chæris Corcyræus Poëta antiqvissimus cujus meminit Demetrius Phalereus apud Tzetzam prolegom. ad Lycophronem.

Chamæleon de qvo Meursius in Bibl. Græca.

Charon Apollonii Rhodii discipulus, cujus librum de historiis qvas attigit Apollonius memorat Scholiastes illius Grammatici ac Poëtæ.

Chrysippus Philosophus de qvo Lib. III. c. 15. dixi, varia etiam Grammatica scripserat, qvæ memorat Laërtius V. 192. seq.

DEMETRIUS CHALCOCONDYLAS, de qvo supra p. 40.

GEORGIUS CHOEROBOSCUS cujus inedita retuli supra p. 42. seq. edita p. 13. 14. 41.

CHRISTODULI, alio nomine Thomæ Magistri, syntaxis MS. supra pag. 47. 48.

DEMETRIUS CHRYSOLORAS, de qvo p. 41.

EMANUEL CHRYSOLORAS de qvo p. 38.

Claudius Didymus, infra in Didymo.

Clemens Etymologo in ζάλη & Svidæ subinde laudatus.

Comanus. Supra pag. 7.

CONON, cujus διηγήσεων argumentum servavit Photius Cod. 186. De illo Tho. Galeus in diss. scriptoribus Hist. Poëticæ præmissa c. 8.

Cometas Grammaticæ Doctor CPoli sub Michaële Theophili F. de qvo continuator Theophanis p. 118. hic est de cujus interpunctione poëmatum Homeri dixi lib. 2. c. 2. §. 21.

CONSTANTINUS LASCARIS de qvo supra p. 39.

CORINTHUS de dialectis. vide supra pag. 14. 15. 35. 44. & lib. 4. c. 34. §. 19.

Corinthus Grammaticus Græcus qvem memorat Ausonius in Professoribus Burdegalensibus.

Crates Mallotes Grammaticus Pergamenus, Aristarchi æmulus, de qvo lib. 3. c. 15. & de ejus διορθώσει Homerica, à qva Homerici & Critici cognomen tulit, lib. 2. c. 2. §. 20.

Cratinus de qvo paullo ante in Basilide.

GEORGIUS CURTESIUS, de qvo supra p. 44.

CYRIL-

CYRILLI sive *Jo. Philoponi* Lexicon de qvo supra p. 36. Aliud de qvo lib. 4. c. 35. §. 1.

Daphidas Telmissensis Grammaticus, de qvo Svidas & Valerius Max. lib. 1. cap. 8.

Demetrianus Criticus & Mathematicus, pater Aspasii Rhetoris, qvi tempore Alexandri Mameæ Imp. Romæ claruit. Svid. in Ἀσπάσι@.

Demetrius Adramyttenus cognomine Ixion, Augusti ætate floruit ex Aristarchi schola. Vide Svidam & de ejus scriptis Meursium in Bibl. Græca. Menagium ad Laërtii V. 84.

DEMETRIUS Anagnostes. Supra p. 41.

DEMETRIUS CHALCOCONDYLES. Supra p. 40.

DEMETRIUS CHRYSOLORAS. p. 41.

Demetrius Cyrenæus, cognomento ϛάμν@. Laërt. V. 84.

Demetrius Erythræus. Laërt. ibid. Svid. in Τυραννίων.

Demetrius Ixion, supra in Demetrio Adramytteno.

Demetrius Magnes de qvo Meursius in Bibl. Græca, Vossius de Hist. Græcis & Jonsius.

Demetrius Scepsius Straboni laudatus, de qvo Menagius ad Laërtium pag. 224.

DEMETRIUS TRICLINIUS, cujus exstant in Sophoclem scholia, & περὶ μέτρων οἷς ἐχρήσατο Σοφοκλῆς & περὶ χημάτων Planude junior est, ut dixi lib. 2. c. 17. §. 5.

Demon de qvo Meursius in Bibl. Græca.

Demosthenes Bithynus sive Thrax, de qvo Svidas atqve idem Meursius.

Dicæarchus Lacedæmonius, Aristarchi discipulus. Svid.

DIDYMUS Alexandrinus, Grammaticus Ἀριϛάρχ@ ex Aristarchi schola Augusto imperitante clarus, à labore immenso & scriptorum multitudine *chalcenterus* & qvoniam ipse qvæ vel legisset vel scripsisset ob multitudinem obliviscebatur βιβλιολάθας à Demetrio Trœzenio dictus, discipulos habuit Apionem Plistonicem, & Heraclidem Ponticum. Svid. in Δίδυμ@, Ἀπίων & Ἡρακλείδης. Ex libris ejus qvos ad 4000. scripsisse traditur, nullus ad nos pervenit nisi ei tribuendus sit liber MS. *de marmoribus & lignis omnium generum*, qvem sub Didymi Alexandrini nomine MS. servari Parisiis in platea S. Jacobi in Bibl. Patrum S. I. num. 40. notat Jonsius p. 221. Nam *scholia in Homerum* qvæ sub Didymi nomine feruntur, à longe juniore aliqvo ex variis scriptoribus excer-

excerpta sunt ut dixi lib. 2 c. 3. Titulos qvosdam librorum Didymi qvi apud veteres celebrantur, memoravi eodem loco. Vide etiam sis Meursium in Bibl. Græca, & Kusterum ad Svidam.

Didymus junior Alexandrinus, cujus πιθανὰ & ὀρθογραφίαν Svidas memorat, Romæ eum docuisse testatus. Idem tamen paullo ante πιθανὰ tribuerat Didymo Atejo Philosopho Academico.

Claudius Didymus, qvi eodem Svida teste scripserat Epitomen τῶν Ἡρακλέωνος h. e. commentariorum Heracleonis Grammatici in Homerum & de iis qvæ contra analogiam peccacit Thucydides, περὶ τῶν ἡμαρτημένων παρὰ τὴν ἀναλογίαν Θουκυδίδῃ, & de analogia lingvæ Latinæ περὶ τῶν παρὰ Ῥωμαίοις ἀναλογίας. Ex Didymi Ἐπιτομῇ fragmentum exstat apud Stobæum serm. 101. qvod de ἐπιτομῇ τῶν Ἡρακλέωνος accipiendum Meursius haud dubitat.

Didymus Heraclidæ F. apud Neronem Imp versatus & Musica non minus qvam Grammatica arte conspicuus, de qvo idem Svidas.

Diocles Grammaticus, cujus somnium refert Artemidorus IV. 72.

Diocles è Grammatico eremita Christianus, de qvo Palladius in Lausiaca.

Diodorus Tarsensis, Ἀριστοφάνους, de qvo dixi lib. 3. c. 31. ubi varios Diodoros recenseo.

Diodorus sive *Diodotus* Galeno memoratus Tom. 3. edit. Græcæ Basil. pag. 302. & T. 4 pag. 15.

Diogenes Rhodius de qvo Svetonius Tiberio c. 32.

Diogenes sive *Diogenianus* Cyzicenus, de qvo Svidas.

DIOGENIANUS Heracleotes, Hadriani ætate clarus, scriptor magni Lexici è qvo proverbiorum συναγωγὴν habemus: vide si placet qvæ dixi lib. IV. c. 9.

DIOMEDES Scholasticus, supra p. 42. & 24.

Dionysius Grammaticus Platonis Magister de qvo viri docti ad Laërt. III. 4. Jonsius p. 250.

DIONYSIUS THRAX. Supra p. 24. seq.

ÆLIUS DIONYSIUS Halicarnasseus ἐν τῷ περὶ συλλαβῶν καὶ στοιχείων λόγῳ allegatur in scholiis ineditis ad Dionysium Thracem.

Clarus fuit temporibus Hadriani. Hujus περὶ ἀκλίτων ῥημάτων edidit Aldus, ut dixi p. 13. Idem forte Dionysius qvem in articulationibus Græcis laudat Fulgentius in continentia Virgiliana. Alia de hoc Ælio supra lib. 3. c. 32. ubi plures Dionysios recenseo, & lib 4. c. 34. §. 4. ubi de Dionysio Atticista, qvi idem cum Ælio est, & cujus inedita qvædam memoravi supra pag. 42.

Dionysius Alexandrinus Glauci F. Præceptor Parthenii Grammatici, & sub Imperatoribus à Nerone usqve ad Trajanum præfectus Bibliothecæ καὶ τῶν βιβλιοθηκῶν πρώτη, καὶ τῶν ἐπιστολῶν καὶ πρεσβειῶν ἐγένετο καὶ ἀποκριμάτων. Svid.

DIONYSIUS Atticista, idem cum Ælio Dionysio.

DIONYSIUS *Car*, *Halicarnasseus*, Criticus Augusti temporibus celebris, de cujus scriptis lib 3. c. 32.

Dionysius Jambus Aristophanis Grammatici præceptor.

Dionysius Lindius qvi Pompeji ætate Grammaticam Romæ docuit. Mentio apud Strabonem, Svidam & Isidorum lib. 1. cap. 15. Origg. ubi male *Linteus*. Apud Tatianum *Olynthius*.

DIONYSIUS LONGINUS Criticus, cujus περὶ μέτρων dedi supra lib. 4. c. 31.

Dionysius Scytobrachion Alexandriæ paullo ante Ciceronem docuit, de qvo viri docti ad Sveton. de Grammaticis c. 7.

Dionysius Sidonius de vocum similitudinibus & differentiis laudatus à Varrone lib. IX. de Lingva Lat.

Dionysius Zopyrus Scholiasti Aristophanis laudatus, nisi legendum Dionysius & Zopyrus, ut sane videtur è Laërtio VI. 100.

Dionysodorus Trœzenius allegatus ab Apollonio Dyscolo, ut notavi supra p. 4. & à Plutarcho. Alius Dionysodorus Mathematicus, cujus meminit Vitruvius IX. 9. Dionysodorus Sophista, Platoni memoratus in Euthydemo, sub init. Dionysodorus tibicen de qvo Hesychius illustris.

Dioscorides Grammaticus. Svid. in Νικόλαος.

Dioscorius Myræus, qvi Byzantii Grammaticam docuit sub Leone Imp. Svid. in Διοσκόρος & Θυάτειρα.

Dorion Criticus, Philostrato memoratus de vitis Sophistarum in vita Dionysii Milesi p. 525. ubi Morellus male legit Κρητικόν.

Doro-

Dorotheus Aſcalonita. Etymolog. in ἀμφιγνοεῖν. Steph. Ἀσκάλων.

DOSITHEUS Magiſter, incerta ætate ſcriptor, de tota re Grammatica tres libros compoſuit, Goldaſto * qvi MStos in Codice Sangallenſi legit, judice *admodum conquiſite. Primo libro proletaria exſequitur, & paſſiva illa de octo orationis partibus præcepta cum induſtria. Altero ſimplicium vocabulorum ſignificationes tradit in iis quas gloſſas vocamus ſive Lexica. Poſtremus has continet D. Hadriani Imp. ſententias & Epiſtolas cum aliis aliorum dictis & ſcriptis, quæ neſcio quorum deſidiâ an injuriâ truncata peritarunt.* Idem Goldaſtus in præfat. *De Doſitheo qui aut quo ævo fuerit, quis ejus meminerit, nihil dum ſcire potui. Codicem Monaſterii S. Galli, qui Cujacio viſus, collatus, laudatus, eum ipſi habuimus, conceſſu & beneficio illuſtriſſ. & reverendiſſ. Principis D. Bernardi nunc Abbatis, quem in ædibus Schobingeri deſcripſimus, hominis de re literaria benemeriti, merentis, meriturique.* Jacobus Cujacius lib. XIV. cap. 33. & libro XXI. Obſervationum cap. 5. 6. 7. Hadriani ſententias illuſtrans teſtatur ſe illas cum eſſent in editione H. Stephani imperfectæ & depravatæ, reſtituere ſe ex Bibliotheca S. Galli apud Helvetios, *ubi in calce Grammatices Doſithei Magiſtri ſunt ejusdem Hadriani ſententiæ & Epiſtolæ, hoc eſt reſcripta brevia longeque plura, quæ omnia ad jus Civile pertinent Græce & Latine conſcripta.* Auctor præfationis ad Gloſſaria utriusqve lingvæ digeſta à Carolo Labbeo. *Præter bina iſta gloſſaria, aliquot alia ex ineditis gloſſariis excerpta Latino Græca ſubdidit* Henricus Stephanus *A. 1573. fol. Ex iis primum in certa capita ad locos communes digeſtum Gloſſarii B. Benedicti Floriacenſis titulum præfert, quod forte ex Monaſterii illius Bibliotheca fuerit. Huic ſubnectuntur Exercitationes aliquot Grammaticales † hisque ſententiæ Hadriani Imp. quas ex Codice Doſithei Grammatices Sangallenſi, in quo eas legerat Jacobus Cujacius, auctiores & notis illuſtratas rurſum publicavit*

* In notis ad Hadriani Imp. ἀποφάσεις ſive reſponſiones Epiſtolasqve Græcas cum latina Doſithei verſione ex libro 3. Grammaticæ ejus excerptas, editasqve Græce & Lat. Genevæ 1601 8. p. 25.

† Exercitationes illæ ſive Colloqvia ex H. Stephani editione Johannes Verwey qvoqve ſubjunxit ſuæ novæ Methodo docendi Græca p. 317. Gaudæ 1702. 8. Exſtant etiam in theſauro utriusqve linguæ Bonaventuræ Vulcanii qvi Gloſſaria & ſcriptores de proprietate & differentiis vocabulorum utriusqve Lingvæ junctim edidit Lugd. Bat. 1600. fol p 281. In eodem theſauro Vulcanii p. 299. habes etiam Hadriani ἀποφάσεις qvales H. Stephanus cum gloſſariis ſuis ediderat.

Melior Hamensveltus Goldastus *A.* 1601. *& haud ita pridem V. C.* Nicolaus Catharinus. *Quæ quidem sententiæ non aliæ sunt quam Hadriani Imp. Interrogationes, quarum meminit Alcuinus Epistola* 102. *Incertum vero an is Dositheus fuerit, adqvem Epistolam XXXIII. scripsit Julianus Imperator.* Certe ante Justinianum Imp. vixisse non dubitat Tho. Reinesius in defensione Variarum Lectionum pag 90. qvi de lege in parricidas lata, qvæ inter sententias Hadriani legitur, disserens, *vanum*, inqvit, *fuerit & puerile existimare legem illam sic perscriptam, sive morem ad Adriani tempora pertinere; nam tum parricidas culleo insutos in mare vel amnem jactari vel bestiis objici* l. pen. D. de l. Pomp. de parr. *etiam vivos exuri mos erat*, Julius Paulus lib. V. sentent. tit. 24. *subnexaque ea est responsis Adriani à scriptore Magistro Grammatico: quem citeriorum seculorum aliquo, & quidem ante Justinianum vixisse, certum est: & repetita fortassis è lege à Constantino, nisi nos fallit Tribonianus, primum promulgata* C. de his qvi par. vel lib. occid. *Ex eodem Dosithei Grammatici libro desloratum est* fragmentum de manumissionibus & libertis præsertim Latinis Junianis, *quod inter veterum JCtorum reliquias cum Codice Theodosiano edidit Cujacius latinum.* Lugd. 1566. fol.

Draco Stratonicensis, de qvo Svidas.

Ebrardus, de qvo Henricus de Gandavo in Catalogo scriptorum Eccles. c. 60. *Ebrardus Betuniæ oriundus, scripsit librum quem Græcismum vocant, Grammaticis non ignotum.*

EMANUEL CHRYSOLORAS Supra, pag. 38.

EMANUEL MOSCHOPULUS pag. 37. seq.

Epaphroditus Chæronensis, Archiæ Alex. de qvo supra, alumnus & discipulus, clarus Romæ à Nerone ad Nervam usqve, de cujus scriptis Kusterus ad Svidam videndus. Alius Epaphroditus Neronis libertus, de qvo uti etiam altero qvem Apostolus Paulus memorat, dixi lib. III. cap. 7. qe Epaphrodito Chæronensi lib. 2. c. 5.

ERATOSTHENES de qvo dixi lib. III. cap. 18.

Epitherses Æmiliani Rhetoris pater. Plutarchi civis & in Grammaticis præceptor. Plutarch. de oraculorum defectu p. 419. Ejus λέξεις citat Erotianus in ἔμβην.

Eudæmon, cujus Orthographiam præter Svidam & Etymologicum Magnum laudat Stephanus Byz. in Ἀλία.

Eugenius, Trophimi F. Phryx qvi temporibus Anastasii docuit CPoli & mul-

& multa scripsit qvæ apud Svidam videantur. Alius Eugenius è Grammatico & Rhetore Latino, Valentinianiqve Imp. antigrapheo Tyrannus, de qvo Historia Miscella XIII. 11. & Zosimus IV. 54. 55. 58. V. 5. Alius Eugenius Themistii Philosophi Pater' ad qvem Juliani Epistola XVIII.

Euphorio ab Etymologo sæpe citatus.

Euphranor qvem centenario majorem audivit Apio Plistonices. Svid. in Ἀπίων.

Euphronides Corinthius vel Sicyonius, Aristophanis Grammatici præceptor. Svid. Ἀριστοφ.

Euphronius citatus ab eodem Svida in Διϊτρεφής. Etymolog. in ἐνερχμός.

JOHANNES GALENUS, infra in JOHANNE Pediasimo.

THEODORUS GAZA, Supra p. 39.

GEORGIUS CHOEROBOSCUS. p. 13. 14. 15. 41. 42. seq.

GEORGIUS CURTESIUS p. 44.

GEORGIUS DIACONUS. p. 43.

GEORGIUS GRAMMATICUS, à superioribus forte diversus pag. 43.

GEORGIUS LECAPENUS p. 44. seq.

GEORGIUS sive GREGORIUS PARDUS, Corinthi Metropolita p. 44.

GEORGIUS SCHOLARIUS p. 44.

GEORGIUS TRAPEZUNTIUS p. 45.

GEORGIUS ZEGABENUS p. 45.

JOHANNES GLYCIS sive GLYCEUS p. 45.

MICHAEL GLYCAS. Infra in Michaële.

Harpocratio Grammaticus Veri Imperatoris præceptor. Capitolinus in ejus vita c. 2. Vide si placet qvæ de variis Harpocrationibus, in qvibus tres Grammatici, dixi lib. IV. cap. 36. ubi de Valerio Harpocratione, Rhetore Alex. cujus Lexicon habemus.

Hecatæus Abderites, qvem Criticum & Grammaticum appellatum esse Svidas auctor est, & de Homeri ac Hesiodi poësi scripsisse.

Heliodorus metricus, qvi de metris versuum multa scripsit. Irenæi Grammatici pater. Svid. Εἰρηναῖος. Citatur ab Hephæstione, Rufino & Prisciano. Ejus discipulus Minutius Pacatus.

Helladius Alexandrinus, Theodosii junioris temporibus clarus, cujus λέξεως παντοίαις χρῆσιν κατὰ στοιχεῖον etiam Photio Cod. 145. me-

moratum, & alia Svidas commemorat. Hic est Helladius qvem audivit Socrates Scholasticus.

HELLADIUS Besantinous Ægyptius, Licinii & Maximiani temporibus scripsit, ex cujus χρηστομαθειῶν libris qvatuor excerpta leguntur apud Photium Cod. 279. latine versa & notis illustrata à Jo. Meursio, editaqve post ipsum diu defunctum, Trajecti 1686. 4. & recusa T. X. thesauri Antiqvitatum Græcarum Gronoviani.

ALEXANDER HELLADIUS, supra p. 41.

Hellanicus junior, Ptolemæi Grammatici Aristarchei præceptor. Svid. in Ἀνδοκίδης & Πτολεμαῖος.

HEPHÆSTIO Alexandrinus. Supra p. 16.

HERACLEON Tilotensis Ægyptius, de qvo Svidas & ad eum Kusterus. Huic scholia brevia qvæ in Homerum habemus tribuuntur à Josua Barnesio ad Euripidem T. 2. p. 158. *Ita Didymus, sive potius Heracleon Grammaticus, ut doctis visum est.*

Heraclides Ponticus Didymi discipulus & adversus Aprum hyperaspistes, tempore Claudii & Neronis clarus, de cujus λέξεις idem Svidas. Vide etiam qvæ de aliis ejus scriptis viri docti ad Laërtium. Ejus prosodiam laudat Apollonius in syntaxi. Etiam in libro de mirabilibus c. 19. ubi liber de civitatibus Græciæ allegatur, pro Heraclide Κρητικῷ forte legendum Κριτικός, & Grammaticus hic intelligitur ex verisimili conjectura Rev. Olearii ad Philostratum p. 525.

HERACLITUS Grammaticus, cujus allegorias Homericas habemus de qvibus dixi lib. 1. c. 22. n. 3

Heremius Philo. infra, *Philo Byblius.*

Hermippus Berytius, Philonis Byblii discipulus, qvi Hadriani temporibus vixit & multa scripsit Svida teste. De Hermippo Berytio ac Smyrnæo videndi Vossius & Jonsius, de Athenienſi Comico dictum à me lib. 2 c. 22.

Hermocrates Jasius Callimachi præceptor.

HERMOLAUS Byzantius, cujus compendium ἐθνικῶν Stephani Byz. Justiniano Imp. dicatum habemus, de qvo dixi lib. 4. c. 2.

HERODIANUS de qvo supra p. 8. seq.

Herodorus qvi cum Apione non semel citatur ab Eustathio, & cujus nomen

men Clariſſ. Grævius in præfat. Lexici Heſychiani pro Heliodoro reponi jubet.

Herodotus Grammaticus. Svid. in ζυγομαχῶν.

HESYCHIUS Alexandrinus, de cujus Lexico ſive gloſſis dixi lib. 4. c. 35. qvas præclaro Lud. Kuſteri ingenio caſtigatas & expolitas propediem cupidius & cum majore fructu evolvent ſtudioſi.

Hiſtiæus Grammaticus, memoratus in Luciani ſympoſio T. 2. p. 636.

Homerus Byzantius Andromachi & Myrus F. de qvo dictum à me lib. 2. c. 19. §. ult.

Homerus Sellius, de qvo lib. 2. c. 22.

HORAPOLLO, cujus libros duos de Hieroglyphicis Ægyptiorum habemus. Vide ſupra lib. 1. c. 13.

Hylas Plutarch. IX. 5. ſympoſ.

Hyperechius Alexandrinus. Svid. in Λέων Μαχέλλης, & in Ὑπερέχιος, ubi eum tempore Marciani Imp. floruiſſe teſtatur, ſcripſiſſeqꝫ τέχνην γραμματικὴν περὶ ὀνομάτων, περὶ ῥημάτων καὶ ὀρθογραφίας.

Jaſon Argivus, Plutarcho junior Grammaticus cujus libros qvatuor περὶ τῆς Ἑλλάδος ſive de rebus antiqvis Græciæ usqve ad obitum Alexandri Magni Svidas memorat. De Jaſone Nyſæo Menecratis F. videndi Voſſius de Hiſtoricis Græcis & Jonſius. De Jaſone Tralliano Tragico, cujus etiam apud Polyænum mentio, dixi lib. 2. c. 19. Omitto Phereum Jaſonem, ducem callidisſimum Græcorum, de qvo viri docti ad Ciceronis lib. 1. de Offic. c. 30. & Jaſonem Theſſalum, fabularum ſcriptoribus expeditionem aurei velleris narrantibus celebratum, de qvo Laur. Begerus in ſpicilegio Antiqvitatis p. 118. ſeq.

IGNATIUS Diaconus, cujus Metaphraſin Jambicam fabularum Æſopiarum habemus. Vide ſupra lib. 2. c. 9. §. 8.

JANUS LASCARIS. Supra p. 40.

JOHANNES BOTANIOTA Cretenſis, Ἰωάννης νομικὸς Κρὴς, Βοτανειάτης πρὸς Ἰσόδωρον Διάκονον καὶ Ταβουλάριον τῶν χιωτῶν, στίχον ἑκατὸν τὸ Ἰαμβικὸν ἀριθμήσαντες μέτρον. MS. in Bibl. Regis Galliæ.

JOHANNES CHARAX p. 15.

JOHANNES GALENUS. Mox infra in JOHANNE Pediaſimo.

JOHANNES GLYCEUS p. 45.

JOHAN-

JOHANNES Grammaticus Nicolai Myſtici, Patriarchæ CPol. A. C. 925. defuncti de cujus ſcholiis in Alcinoum dixi lib. 4. c. 23. §. 14.

JOHANNES LEVITA Supra p. 45.

JOHANNES PEDIASIMUS ſive ΓΑΛΗΝΟΣ (*Tranquillus*) primæ Juſtinianæ & totius Bulgariæ chartophylax, atqve ὑπατ@· φιλοσόφων ſub Andronico Palæologo juniore, ſæculo XIV. clarus, de cujus ſcholiis in Heſiodi Aſpidem & allegoriis in ejusdem Poëtæ Theogoniam dixi lib. 2. c. 8. §. 13. & 16. De ſcholiis in Cleomedem lib. 3. c. 5. § 22. De expoſitione Syringis Theocriteæ lib. 3. c. 17. §. 3. Ejusdem verſus Jambici de muliere bona & mala, Græce & Latine editæ ſunt à Luca Holſtenio Rom. 1638. 12. una cum Sententiis Demophili, Democratis & Secundi. Præterea in Bibl. Vindob. exſtant MSS. Allegoria anagogica in qvatuor primos verſus libri IV. Iliados, & de triplici modo allegoriæ fabularum poëticarum, Phyſico, Ethico, Theologico: Nec non de duodecim laboribus Herculis, & Compendium Geometriæ.

JOHANNES PHILOPONUS. Ejus de dialectis ſupra p. 14. 15. 35. Collectio vocum qvæ pro diverſa ſignificatione accentum diverſum accipiunt. pag. 36. De aliis illius ſcriptis infra, capite ſingulari.

JOHANNES TZETZES. Supra p. 48. & lib. 2. c. 3. §. 14. & c. 8. §. 10. & lib. 3. c. 16. §. 3. ubi de ejus commentariis in Homerum, Heſiodum, & qvæ ſub fratris Iſaaci nomine vulgavit, in Lycophronem. De ejus Variis Hiſtoriis aliisqve ſcriptis dicetur alibi, capite ſingulari.

Irenæus. Vide infra in *Minucio.*

Iſter Cyrenæus, Callimachi ſervus & diſcipulus, de qvo Voſſius in Hiſt. Græcis.

CONSTANTINUS & JANUS LASCARIS. Supra p. 39. 40.

GEORGIUS LECAPENUS. p. 15. & 44.

LESBONAX Romanus. Supra p. 46.

Lupercus Berytius, Claudii II. temporibus clarus, ſcripſerat Svida teſte περὶ ξ ἀν libros III. περὶ ξ ταώ de pavone, περὶ τ καρίδ@· de ſqvilla piſce: περὶ ξ πλάτωνι ἀλεκτρύων@·, de gallo apud Platonem: κτίσιν ξ ἐν Αἰγύπτῳ Ἀρσινόητ, origines Arſi-

Arsinoëti in Ægypto. Ἀτ]ικὰς λεξεὶς, de Vocibus Atticis. Τέχνην γραμματ]ικήν, Artem Grammaticam. περὶ γενῶν de generibus masculinis, fœmininis & neutris libros XIII. in qvibus multa accuratius tradiderit qvam Herodianus.

Lynceus Samius, Theophrasti discipulus, frater Duridis Historici, Menandri Comici æqvalis à Svida Grammaticus appellatur. Ejus ἀπομνημονεύματα, Epistolas & alia multa laudat Athenæus.

Lysanias Berytius, Eratosthenis præceptor. Svid. Ἐρατ]οσθένης.

MANUEL CALECAS, supra p. 46.

MANUEL CHRYSOLORAS, p. 38.

MANUEL MOSHOPULUS p. 37. seq.

Marcianus γραμματ]ικὰς λόγας Ἀνασασίαν τὴν Ξ βασιλέως ὑαλεν]ι-νιγαλέα διδάσκων. Svid.

Marcus Grammaticus. Plutarch. IX, 5. sympos.

Marsyas γραμματ]οδιδάσκαλ]ος. Svid. Idem de qvo supra lib. 3. c. 7.

MAXIMUS MOZARUS. Supra p. 46.

MAXIMUS PLANUDES. p. 46. seq. De ejus fabulis vitaqve Æsopi dixi lib. 2. c. 9. §. 11. De aliis ejus scriptis differendi (plura enim composuit) alibi dabitur locus.

MELAMPUS, supra p. 46.

Melissus Mæcenatis libertus, de qvo lib. 2. c. 22. Hic est qvem Svetonius cap. 3. de Grammaticis Lenæum Melissum, Plinius Melissum Mæcenatem appellat.

Menander Aristarchi discipulus. Svid. in Ἐρατ]οσθένης.

Menecrates Ephesius qvem Aratus audivit. Svid. in Ἄρατ]ος.

Menecrates Nysæus Aristarchi discipulus. Strab. XIV. p. 650.

Tertius *Menecrates* junior Grammaticus, cujus mentio apud Artemidorum IV. 82.

MICHAEL APOSTOLIUS. Supra p. 42. & lib. 4. c. 9. §. 9. ubi de ejus proverbiis & Ἰωνιᾷ.

MICHAEL GLYCAS de Syntaxi MS. Bibl. Vindob. vide Nesselium IV. p. 110.

MICHAEL SOLIARDUS. Supra p. 46

MICHAEL SYNGELUS, Presbyter Hierosol. Supra p. 46.

Minutius Pacatus (Græco nomine *Irenæus*) Alexandrinus, Heliodori Metrici discipulus, de cujus scriptis dixi lib. 4. c. 34. § 4.

Mithæcus. Plato Gorgiâ, Athenæus, Svid.

Mnaseas Aristarchi discipulus, Svid. Ἐρατοσθένης

MANUEL MOSCHOPULUS. Supra p. 37. seq.

Μοιρίδης Ἀττικιστὴς λέξεις Ἀττικῶν καὶ Ἑλλήνων, ἐκ διορθώσεως ἐξεργασθεὶς ὑπὸ Ἰω. Ἁδσῶνος· ἐκδόθη Τίμωνος Φλιασίου λέξεις παρὰ τῶν παρὰ Πλάτωνι λέξεων, ἐκ διορθώσεως Δανιὴλ Ῥόλκιου. Cum variis notarum suarum adjecit ac praefatus est Jo. Frid. Fischerus. Lipsiae 1756 8. v. Gothing. Hal. Magd. 1756 pag. 1249 sq.

MOERIS Atticista, de cujus libro de vocibus Atticis tunc adhuc inedito dixi lib. 4. 34. § 6. nunc addo eum ex Jo. Pricæi apographo vulgatum Græce studio C V. Johannis Hudsoni Oxon. 1712. 8. qvi castigationes suas addidit, Gregoriiqve Martini dissertationem de pronunciatione linguæ Græcæ contra Adolphum Mekerkum subjunxit.

MOSCHUS Syracusanus Aristarchi discipulus, inter Bucolicos poëtas celebris, de qvo lib. 3. c. 17. §. 12.

Munatius Trallianus, Criticus Herodis Attici Magister. Philostratus in Herode c. 14. & in Polemone c. 7.

MUSÆUS cujus carmen de Herone & Leandro habemus, Grammaticus dicitur in qvibusdam Codd. MSS. ut notare me memini lib. 1. c. 16. § 6. Idem forte Musæus ad qvem exstat Procopii Gazæi Epistola qvæ incipit: ὁ λογιώτατος Παλλαδὶ χρυσὸν ὅλον ἦκεν ἄγων τὴν ὑμετέραν ἐπιστολήν. Certe hæc fuit sententia Salmasii, cujus manu istud annotatum in editione Græcolatina Epistolarum Procopii reperi.

MARCUS MUSURUS Cretensis, A. C. 1518. defunctus, de qvo, uti de Eman. Chrysolora, Demetri Chalcondyla, Theod. Gaza, Jano Lascari & Georgio Trapezuntio Lambecius VI. p. 278. seq.

NEOPHYTUS. Supra p. 46.

Neoptolemus Parianus Poëta & Grammaticus, cujus præcepta in Artem suam Poëticam transtulisse Horatium Porphyrion annotavit.

NICANOR ὁ στιγματίας. Supra p. 46.

NICANDER Grammaticus & Poëta de qvo lib. 3. cap. 26.

NICEPHORUS GREGORAS. Supra p. 46.

NICETAS Metropolita Heracleensis. ibid.

Nicias de qvo viri docti ad Sveton. de Grammaticis c. 14.

Nicocles Laco in Grammaticis Juliani Imperatoris præceptor, teste Socrate III. 1. Hic videtur Nicocles qvi citatur ab Etymologici magni auctore in σκάλοψ.

NICO-

NICOLAUS RHABDA. Supra p. 46.

Rhodius NILUS. ibid.

NIPHO Monachus. ibid.

ORION. ibid. Hic est Orion sive Orus Grammaticus Thebanus Etymologo sæpius laudatus, & cujus Anthologium sive συναγωγὴν sententiarum ad Eudociam Theodosii junioris conjugem Svidas memorat, idem mox etiam tribuens Orioni & Oro qvoqve Alexandrino.

Orion Alexandrinus cujus librum περὶ ἐτυμολογίας & Atticarum vocum collectionem & Elogium Hadriani Cæsaris, cujus forte temporibus vixit, Svidas commemorat.

Orion Grammaticus Junior, Alexandrinus, præceptor Procli Philosophi. Marin. in vita Procli c. 8 Diversus à tribus hisce Orion ad qvem, suum ἐν λόγοις discipulum, Epistola Procopii Gazæi XLI.

Orion vel ORUS Milesius Etymologo laudatus, qvi ὀρθογραφίαν ejus citat in χῶ. Ori Milesii Etymologicum apud se MS. laudat Fulvius Ursinus notis ad Festum in *cibus*.

ORUS Alexandrinus Grammaticus qvem Svidas refert CPoli docuisse & scripsisse περὶ διχρόνων de vocalibus ancipitibus. Ἐθνικά (qvæ Stephanus Byz. etiam & Etymologus allegat) λύσεις προτάσεων Herodiani. Κατὰ Φρυνίχου κῆ στοιχεῖον Contra Phrynichi voces Atticas, ordine Alphabetico. Περὶ ἐγκλιτικῶν μορίων, περὶ τῆς ει & αι διφθόγγου. Orthographiam & πίνακα τῶν ἑαυτοῦ sive indicem operum suorum. Ori *de polysemis dictionibus MS.* in Codice Regis Christianissimi 604. Ori Ἰλιαδικὴν προσῳδίαν videtur citare Etymologici Magni scriptor in κρεῖον. Sed si recte inspicias videbis Orum ibi provocare ad Ἰλιαδικὴν προσῳδίαν Herodiani de qva supra p. 10.

Minutius Pacatus. Supra in *Minutio*.

Palæphatus Ægyptius sive Athenienſis, de qvo lib. 1. c. 21. §. 1.

Palamedes Eleates, cujus commentarium in Pindarum, ὀνοματολόγον & de Comicis ac Tragicis vocibus librum Svidas commemorat. Vide & supra lib. 1. c. 23. §. ult. ubi duos Palamedes refero Eleatas, qvorum alter Physicus è Pythagoræ schola, de qvo plura lib. 2. c. 13.

Pamphila de qva Svidas in Παμφίλη & Σωληνίδης. Photius Cod. 175. Menagius in Hiſtoria mulierum Philoſopharum & Vosſius de Hiſtoricis Græcis. De alia Pamphila Latoi filia idem Menagius ad Laërtium lib. 1. ſect. 24.

Pamphilus Grammaticus Ariſtarcheus, & *Pamphilus* cognomento Φιλοπράγματος, cujus τέχνης γραμματικῆς idem Svidas meminit, qvi de utroqve videndus, & Lambecius lib. 2. de Bibl. Vindobonenſi p 528-542.

Pamprepius Thebanus, qvi Athenis Grammaticam docuit Zenonis temporibus. De illo multa Svidas è Malcho Hiſtorico in Παμπρέπιος. Meminit iterum in Σαλλύσιος, Σαραπίων &c.

Pampus Grammaticus ad qvem Epiſtola ſexta Æneæ Gazæi.

Parmeniſcus Grammaticus ab Etymologico Magno citatur in ἄρεως & in ἀγραφίης, ubi male editum eſt Παρμένιος. Alius Parmeniſcus Pythagoricus de qvo lib. 2. c. 13. alius Parmeniſcus præfectus Apolloniatarum, in numo apud Laur. Begerum T. 1. theſauri Brandenburg. p. 462.

Parthenius Phocenſis, Dionyſii Grammatici diſcipulus Athenæo, Etymologo, Svidæ, Euſtathio aliisqve memoratus de qvo lib. 3. c. 27. §. 9. ubi & de aliis hoc nomine & de Parthenio Nicæno, cujus narrationes amatorias habemus.

Paxamus de qvo Svidas.

Philemon Atticus Anxonenſis de qvo Meurſius in Bibl. Attica.

Philetas Cous Grammaticus Criticus, Ptolemæi Philadelphi præceptor, de qvo idem Svidas & Vosſius III. inſtitut. Poëtic. p. 52.

Philippus qvem de ſpiritibus dictionum ſcripſiſſe, Herodiani præcepta ſecutum & de ſynalœpha, Svidas auctor eſt.

Phillatius (al. *Philtatius*) Olympiodori Hiſtorici amicus cujus meminit Photius Cod. LXXX. pag. 110. Ζηνόβιος ἐν τοῖς Ἀθήναις ἀνακύψαντος περὶ τῶν κεκολλημένων βιβλίων, μαθεῖν τοῖς ἐπιζητοῦσι τὸ μέτρον ἐκ κόλλης, Φιλλάτιος ὁ ἐξ ἱστορικὸς ἑταῖρος εὐφυῶς περὶ γραμματικὴν ἔχων ἀπέδειξε, καὶ εὐδοκιμήσας, τοιχάνει πολλῶν εἰκόνος.

Herennius Philo, Byblius Grammaticus, Domitiani temporibus clarus, Hermippi Berytii præceptor de qvo dixi lib. 4. cap. 4. ubi plures Philones retuli.

PHI-

PHILOXENUS de cujus glosſis dicam infra capite qvod Lexicis Græcis adhuc deſtinavi. Nonnulla de eodem habes lib. 2. cap. 4.

Pinytus. Stephanus Byz. in βιθύνιον.

Pius πῖος qvi in Odyſſeam ſcripſit. Vide ſi placet lib. 2. c. 5.

MAXIMUS PLANUDES. Supra p. 46. ſeq.

PORPHYRIUS. Supra p. 47. & lib. 4. c. 27. lib. 2. cap. 5.

MICHAEL PSELLUS. p. 47.

Poſidonius qvem citat Etymolog. in ὀψίς. Idem ni fallor qvem Ariſtarchi anagnoſten laudat Euſtathius. De aliis Poſidoniis præter Jonſium & ea qvæ lib. 3. c. 15. dixi, videndus Begerus T. 1. theſauri Brandenburg. pag. 276. licet numus qvem ibi refert, nulli ex tribus Poſidoniis Svidæ memoratis, convenire videtur ſed potius alicui præfecto vel Magiſtratui hujus nominis in provincia aliqva mari vicina vel inſula.

Proteas Zeugmatites. Steph. Byz. in ζεῦγμα, Etymolog.

Protogenes Grammaticus. Plutarch. VIII. 4. & IX. 2. ſympoſ.

PTOLEMÆUS *Aſcalonita* de qvo dixi lib. 4. c. 33. & lib. 2. c. 5.

PTOLEMÆUS Alexandrinus, cognomine *Chennus*, *Hephæſtionis* F. clarus Trajani & Hadriani temporibus. Vide ſupra pag. 28. & Svidam in Πτολεμαῖος & Ἐπαφρόδιτος, Photium Cod. 190. ubi excerpta dat ex ejus ſex libris ad Tertullam eruditam fœminam περὶ τῆς εἰς πολυμάθειαν καινῆς ἱστορίας (παράδοξον ἱστορίαν Svidas appellat,) qvæ Græce & Latine inter ſcriptores Hiſtoriæ Poëticæ cum Dav. Hœſchelii & Andreæ Schotti notis recudi curavit Tho. Galeus. Pariſ. 1675. 8. Tzetzæ *Ptolemæus Hephæſtion* dicitur. Svida teſte ſcripſit etiam Sphingem, drama hiſtoricum, & ἀνθόμηρον poëma Homerici æmulum libris XXIV.

Ptolemæus Ἐπιθέτης ſive ut in Euſtathii codicibus Ἐπιθέτος dictus, hoc eſt aſcititius, qvod Ariſtarchum ſectaretur, Hellanicum vero auſcultaret. Scripſit Svida teſte περὶ τῶν παρ' Ὁμήρῳ πληγῶν de plagis ſive vulneribus qvæ inflicta narrat Homerus, & commentarium in Odyſſeam.

Ptolemæus Oroandri F. Alexandrinus cognomine Pindarion, Ariſtarchi diſcipulus, qvi, ut idem Svidas auctor eſt, ſcripſit Homeri-

corum ὑποδειγμάτων sive exemplorum libros III. De charactere dicendi qvo Homerus usus est. De dictione librum ad Neothalidem. De Utide Iliad. ί. 366. & Asteropæo Iliad. ξ. 351. aliaqve.

Ptolemæus cum Aristonico Alexandrino Patre suo Grammaticam Romæ professus, qvem Svidas ait scripsisse τὰ ὁμοίως εἰρημένα τοῖς Τραγικοῖς sive de iis qvæ plures Tragici consimilia sibi dixerunt, In Homerum libros qvinqvaginta, De iis qvæ ab Homero ξένως & parum credibiliter narrata sunt, Et de Musis ac Nereidibus.

Seleucus Alexandrinus cognomento Homericus, qvi totum Poëtam commentariis illustravit. Scripsit etiam de differentiis verborum περὶ τῆς ἐν συνωνύμοις διαφορᾶς, aliaqve de qvibus Svidas & eruditus ejus interpres Kusterus consulendus. Citatur ab Apollonio Dyscolo, Eustathio &c.

Seleucus Emesenus Grammaticus, cujus commentarius in Lyricos & alia scripta à Svida memorantur.

Semus Eleus qvi de pæanibus scripsit, atqve à Deliacorum qvod composuit opere Delius aliis appellatur. Vide Svidam & Vossium de Historicis Græcis.

Ælius Serenus Athenienſis, cujus Epitomen commentariorum Philoxeni in Homerum libro uno & Philonis de urbibus & claris illarum viris, libris tribus constantem Svidas memorat.

Sergius Grammaticus ad qvem scripsit Severus Eutychianus. Photii Bibl. Cod. 230. p. 464. ex Eulogii Alex. libro IX.

SIMEON Grammaticus, cujus Etymologicum MS. in Bibl. Vindob.

Socratides. Vide paullo infra in Soteride.

Sosibius Laco. Svid. in δικηλιστῶν, & in Σωσίβιος, ubi ex Athenæo innuit eum scripsisse λύσεις solutiones problematum (ut Hephæstion, Orus Alex. Zenodotus & alii) adeoqꝫ fuisse ex illo Grammaticorum genere qvi à nodis difficilium qvæstionum solvendis λυτικοὶ sive ἐπιλυτικοὶ appellabantur, qvemadmodum contra ἐνστατικοὶ, qvibus ut Apollonio Dyscolo jucundum erat propositis qvæstionibus aliorum ingenia fatigare. Vide Wovverii polymathiam p. 95. Jonsium p. 206.

Sostratus Aristodemi F. Nysæus. Strabo XIV. p. 650.

Sote-

Soteridæ duo à Svida memorantur Grammatici, unus Pamphilæ, de qva supra, maritus (sed qvem alibi * vocat Σωτεριδην) qvem ait scripsisse Orthographiam; qvæstiones Homericas, Commentarium in Menandrum, De metris, De Comœdia & Commentarium in Euripidem. Alter Pamphile pater, Epidaurius qvi sub ejus nomine libros tres Historiarum vulgaverit.

STEPHANUS MS. in Dionysium Thracem. Supra p. 47. Alius ut existimo cujus ἐθνικῶν epitomen habemus, de qva lib. 4. c. 2.

MICH. SYNGELUS presbyter Hierosol. Supra p. 16. 39.

Taurscus Cratetis Mallotæ auditor, Sexto Empirico memoratus lib. 1. contra Grammaticos c. 12.

Telephus Pergamenus L. Veri præceptor, de qvo viri docti ad Capitolinum in Vero c. 2. Svidas plura ejus scripta memorat qvæ intercidisse dolendum est. Ποικίλης φιλομαθίας sive variæ eruditionis libros duos: Vitas Tragicorum & Comicorum. Βιβλιακῆς ἐμπειρίας de notitia librorum libros tres, qvibus docuit τὰ κτήσεως ἄξια βιβλία qvi libri essent comparatu digni. De Athenienſium legibus, moribus & dicasteriis. Περιήγησιν sive descriptionem Pergami, de Pergami Regibus libros V. & de Augustali Pergameno περὶ δὲ ἐν Περγάμῳ Σεβαστίᾳ libros duos. Præterea libros V. περὶ συντάξεως λόγου Ἀττικοῦ sive de Attica constructione, & de nominibus vestium aliarumqve rerum qvarum in vita usus est, atqꝫ ὠνυτόκιον sive collectionem Epithetorum ad expeditam dictionis copiam libris X. Deniqve alia Homerum spectantia qvæ retuli lib. 2. c. 5. ubi etiam de altero *Telepho* Coo, Philetæ Grammatici de qvo supra, patre.

Theagenes Cnidius, qvem in Critica Magistrum habuit Herodes Atticus. Philostr. in Herode c. 14.

Theo Grammaticus, cui succesſit Tiberii & Claudii tempore Apio Plistonices. Svid. in Ἀπίων. Idem forte Theo cujus commentarius in Odysseam ab Eustathio allegatur.

THEODORETUS de spiritibus dictionum. Supra p. 36. Exstat etiam

* Svidas in Παμφίλη. Itaqve videndum an Soteridæ ambo apud Svidam denotent unum eundemqve hominem, & priore loco legendum non ἀνὴρ Παμφίλης sed πατήρ. Certe etiam priorem illum scribit libros Historiarum Pamphilæ nomine proscripsisse, qvod idem mox etiam de altero affirmat.

etiam ad calcem Grammaticæ Urbani, & Alexandri Scoti, & ad calcem Scapulæ.

THEODORUS GAZA. Supra p. 39

THEODORUS PRODROMUS. p. 47.

THEODOSIUS Alexandrinus. ibid.

THEOGNOSTUS ſive THEOGNOTUS, ibid.

Theſpeſius Grammaticus, in qvem Greg. Nazianzeni Epigramma dedi lib. 4. c. 32.

THOMAS Magiſter. Supra p. 47. ſeq. & lib. 4. c. 34. §. 10.

Timarchus ſive potius *Timachides* Rhodius. Vide Kuſterum ad Svidam in ἀργάς.

TIMOTHEUS Grammaticus Gazæus, cujus ἀποσπασμάτιον MS. in Codice Barocc. 50.

GEORGIUS TRAPEZUNTIUS. Supra p. 45.

TRICHA. pag. 48.

TRYPHIODORUS de qvo lib. 2. c. 5. & c. 7. §. 8.

TRYPHONIS pauca inedita retuli p. 48. & editum de tropis atqve figuris dictionum apoſpaſmation pag. 36. qvod exſtat etiam ad calcem Grammaticæ Græcæ Urbani Bellunenſis, Alexandri item Scoti Lugd. 1614. 8. pag. 954-959. Ejus περὶ ἄρθρων & προθέσεων citat Apollonius Dyſcolus in Syntaxi, alia memorat Svidas & ad Svidam Clariſſ. Kuſterus. Fuit hic Tryphon Ammonii F. Alexandrinus, qvi eodem Svida teſte Auguſti temporibus & antè vixit.

Tyrannio dictus alio nomine *Theophraſtus*, Heſtiæi Amaſeni & Dioniſii Thracis diſcipulus, Romam captivus ductus à Lucullo, ubi dives & Bibliothecæ 30000. amplius librorum poſſeſſor factus eſt. De hoc Heſychius illuſtris & Svidas, Plutarchus Lucullo p. 504. & Syllâ p. 468. Strabo XIII. p. 609. ubi de libris Ariſtotelis ab eo redemtis.

Tyrannio Amaſenus junior, prioris diſcipulus à præceptore nomen conſecutus, alio nomine Diocles qvem audiviſſe ſe teſtatur civis ejus Strabo, XII. p. 548. Hic Terentiæ Ciceronis libertus & liberorum ejus præceptor de qvo Cicero II. 6. Epiſt. ad Attic. & II. 4. ad Qvintum fratrem. De hujus Tyrannionis διορθώσει Homerica aliisqve ſcriptis videndus Svidas.

Jo-

Jo. TZETZA sive TZETZES. Supra in Johanne

URBANUS Bellunensis, supra p. 14.

ZACHARIAS CALLIERGUS. p. 48.

Zeno Grammaticus cujus Epigrammata memorat Laërtius VII. 35.

Zeno Myndius. Stephanus Byz. in Μύνδος.

Zenodotus Philetæ discipulus, Ephesius, Ptolemæi Lagi tempore præfectus Bibliothecæ Alexandrinæ, de cujus διορθώσει poëmatum Homeri dixi lib. 2. c. 2. §. 16.

Zenodotus alter junior, Alexandrinus, qvi Aristarchi criticam in Homero audaciam subinde castigavit. Vide si placet qvæ dicta à me sunt eodem loco.

Zopyrio Grammaticus cujus meminit Plutarchus IX. 2. seq. convivalium qvæstionum.

Zopyrus. Supra in Dionysio Zopyro.

Recentiores Grammaticos Græcos, qvi latine scripserunt, recensere universos nihil attinet, non magis qvam telas congerere aranearum. Celebriores tamen plerosqve laudare non alienum ab hoc loco existimavi, ut sunt:

Angeli Caninii, Paris. 1555. 4. & ex *Caroli Hamboëssi* recensione 1578. 8. & cum præfatione Tho. Crenii de claris Angelis, Amst. 1700 8.

Nic. Clenardi institutiones Colon. 1530. 1541. 8. auctæ & illustratæ observationibus *Petri Antesignani* Rapistagnensis, Lugd. Bat. 1594. 4. *Frid. Sylburgii*, Francof. 1587. 8. *Renati Gvillonii*, Heidelb. 1607. 8. *Alexandri Scoti* & *Jo. Varennii* Lugd. 1614. 8. *Petri Bertrandi Merigoni* Paris. 1618. 8. *Stephani Mosqueti* Paris. 1630. 8. *Gerh. Johannis Vossii*. Amst. 1650. 8. & *Phil. Labbei* S. I. Paris. 1656. 8.

Martini Crusii Grammaticæ Græcæ cum latina congruentis partes duæ Basil. 1560. 1562. 8.

Ludovici Enoci de puerile doctrina Græcarum literarum, Paris. 1555. 8. apud Rob. Stephanum.

Theophili Golii Grammatica post plures alias editiones recusa Amst. hoc anno 1714. 8. cum prosodia Græca Josephi Langii.

Jac. Gretseri institutionum Græcæ lingvæ libri IV. è qvibus secundus tradit Syntaxin * Ingolstad. 1602. 8.

Ottonis Gvaltperii Lubec. 1612. 8.

Renati Gvillonii de via recta in Græciam, cum syntagmatis Canonum & figurarum & de carminum generibus syllabarumqve † qvantitate. Paris. 1567. 4.

Hermanni ab Hardt nova & brevis methodus Lingvæ Græcæ, in ejus studioso Græco, Helmstad. 1699. 8.

Jo. Frid. Kœberi Grammatica Harmonica Golio Welleriana. Lips. 1688. 8.

Lanceloti, Benedictini è Portu Regali, Nova Methodus, Nouvelle Methode pour apprendre facilement la langve Grecqve. Est mihi ad manus nona editio Paris. 1696 8.

Sigismundi Lauxmin institutiones Lingvæ Græcæ. Vilnæ 1655. 12.

Mich. Neandri erotemata Græcæ Lingvæ, cum prolixa & docta præfatione de notitia librorum Basil. 1565. 8.

Henrici Opitii, Theologi deinde Kilonienſis Græcismus restitutus. Kil. 1676. 8.

Santis Pagnini Isagoge ad lingvam Græcam capessendam. Paris. 1523. 4.

Petri Rami Grammatica Græca. Francof. 1581. 8. 1605. 8.

Jo. Rhenii Grammatica Græca. Lips. 1658. 8.

Francisci Sanctii Grammatica Græca. Salmanticæ 1592. 8.

Henrici Stephani paralipomena Grammaticarum Græcæ lingvæ Institutionum & animadversiones in Grammaticorum traditiones. Genev. 1581. 8. Ejusdem de bene instituendis Græcæ lingvæ studiis, de parum fidis illius Magistris, & de cautione in illis adhibenda 1587. 4. De abusu lingvæ Græcæ in qvibusdam vocibus,

* Syntaxin Græcam singulari studio tradidit *Jo. Possellus* post editionem Witteb. 1561. 8. sæpius recusus: etiam novissime cum præfat. Schurzfleischii, & Hexastichis tetrastichis & distichis Græcis in Evangelia, mei qvondam Doctoris Joh. Gothofredi Herrichen, Ὁ μακαρίτης, Lips. 1692. 8. *Jo. Casp. Suiceri* ratio syntaxeos apud Græcos qvatenus à Latina differt, prodiit Tiguri 1651. 8. *Jo. Varennii* Lovan. 1532. 4. Paris. 1576. 8. *Tobiæ Eckardti* compendium Græcæ syntaxeos Lips. 1661. 8.

† Prosodia Græca *Petri Cœlemanni* Francof. 1611 & 1651. 8. *Philippi Labbei* S. I. Paris. 1663. 8. Ejusdem thesaurus prosodicus Græcolatinus ibid. 1654. 8. *Jo. Varennii* de accentibus. Paris. 1544. 8.

bus qvas Latini usurpant. 1563. 1573. 8. & Gallice de conformitate lingvæ Græcæ cum Gallica 1566. 8.

Francisci Vergaræ Grammatices libri V. qvorum ultimus est de ** dialectis. Paris. 1645. 8.

Jo. Verwey nova methodus docendi Græca. Gaudæ 1702. 8.

Urbani Bellunensis Grammatica, de qva supra p. 14.

Georgii Henrici Ursini Grammatica & electa Græca. Norimb. 1691. 8.

D. Jac. Welleri & *Abr. Telleri* Grammatica Græca. Lips. 1635. 8. atqve deinde sæpissime.

Græcobarbari sermonis vulgaris, cujus hodie in Græcia usus est, Grammaticam composuit *Simon Portius* Paris. 1638. 8. qvam Glossario suo mediæ & infimæ Græcitatis Cangius præfixit, Lugd. 1688. fol. Hinc lingvæ Græcæ vulgaris elementa publicata sunt à *Joanne Tribechovio*, Jenæ 1705. 8. & à *Jo. Michaële Langio* in Philologiæ Barbaro Græcæ parte priore, Noribergæ 1708. 4. in qva præterea habentur Historia Lingvæ Græcæ * & glossarii Barbaro Græci Compendium: In posteriore Introductio ad poësin Barbaro Græcam, & Batrachomyomachia Homerica ex Demetrii Zeni, Zacynthii Græco Barbara ** versione, cum versione latina notisqve Martini Crusii, & Dissertatio de Versione Novi Test. † Græco Barbara, & Exercitatio de differentia lingvæ Græcorum Veteris & Novæ. Novissime *Thomas Parisinus* ex Capucinorum ordine Grammaticam lingvæ Græcæ vulgaris edidit Parisiis 1709. 8. Latine Gallice & Italice.

** De dialectis Græcorum præterea videndi *Salmasius* commentariis de lingva Hellenistica, *Jo. Varennius* Paris. 1543. 8. *Merigonus* ibid. 1621. 8. *Martinus Rulandus* Tiguri 1556. 4. *Erasmus Schmidius* Witeb. 1621. 8. & cum *Jo. Pasoris* idea dialectorum Novi Test. Argentorat. 1712. 8. curante præclaro viro *Georgio Friderico Heupelio*, qvi & ipse ibid. An. 1712. 8. canones perspicuos Græcarum dialectorum, exemplis auctorum illustratos edidit. Adde *Jacobi Zwingeri* hypotyposin dialectorum Græcarum & alia qvæ de hoc argumento leguntur ad calcem Lexici Jo. Scapulæ & in appendice thesauri H. Stephani, & ad calcem glossariorum ab eodem editorum.

* Historiam lingvæ Græcæ præter Cangium præf. ad glossarium Græcum tradidit Gvil. Burtonus, Lond. 1657. 8. & Laurentius Ingewaldus Elingius, Professor Upsaliensis Lips. 1691. 8. Videndus etiam Meursius in Fortuna Attica c. ult.

** De hac versione Batrachomyomachiæ dixi lib. 2. c. 3. §. 16.

† Illam versionem N. T. Græcobarbaram Maximi Margunii Calliopolitæ post editionem Genev. 1638 4. recensuit Seraphim, Hieromonachus Mytilenæus Lond. 1703. 12. & post hunc Anastasius Michaël Macedo, Halæ Sax. 1710. 12. ex qva editione iterum prodiit in Novo Test. qvadrilingvi Christiani Reineccii, Lips. 1713. fol.

CAPUT VIII.

De JULIANO Imperatore, Apostata.

Juliani Augusti vita. 1. *Scriptorum ejus junctim editorum recensio.* 2. *Epistolæ à Clariss. Muratorio primum vulgatæ ex Codice Ambrosiana Bibl.* 3. *Index eorum ad quos Juliani Epistolæ exstant.* 4. *De opere adversus Christianos, & aliis scriptis ejus deperditis.* 5. *alii Juliani.* 6. *Catalogus quadringentorum amplius scriptorum, veterum atque recentium, qui Veritatem Religionis defensitarunt.* 7.

FL. *Claudius* JULIANUS, Julii Constantii a) & Basilines b) filius, sub ductu Mardonii Evnuchi, c) præceptorumqve Nicoclis * Laconis Grammatici, & Rhetoris Ecebolii cultui Christiano d) innutritus, ab eodem annos natus viginti ** occulte descivit e) cum ab A. C. 352.

a) Hic Constantius Constantini Magni frater ex Galla uxore Gallum Cæsarem & inde è Basilina Julianum genuit, occisusqve est A. C. 338. Vide Tillemontium T. 4. Hist. Imperator (b) Valesius ad Ammian. XXV. 3.

c) Socrates III. 1. Hist. (ex qvo emendandus Sarisberiensis VIII. 21. Policratici) Libanius T. 2. p. 263. qvi de Nicocle videtur intelligendus p. 157.

* Liban. T. 2. p. 157.

d) Unde Optatus lib. 2. cap. 16. de Juliano: *ex famulo DEI factus est minister inimici.* Itaqve Libánius panegyrico in Julian. T. 2. Opp. p. 175. σφοδρὸν μὲν ὑπὸ τῶν Θεῶν illi tributi, anteqvam Nicomediam veniisset, atqve ibi oraculo delinitus & à Philosophis persvasus *fecisset se Christianæ professionis ex sortem*, ut verbis utar Petri Blesensis Epist. 42 Nazianzenus Orat. 3. p. 101. πρῶτον γὰρ χριστιανῶν ἐπανάστασιν τῷ δεσπότῃ καθάπερ οἱ δοῦλοι ποτε τοῖς Σκύθαις, ὥς φασιν, ἐπινοήσας. Hinc passim ut Svidæ ὁ φραβάτης καὶ ἀποστάτης, & Prudentio Apotheos. v. 454. *Perfidus ille DEO, quamvis non perfidus orbi.* Idem Nazianzenus Orat. X. p. 166. Ἐλύσσα καθ' ἡμῶν βασιλεὺς ὁ δυσώνυμος, καθ' ἑαυτὸν πρῶτον μανεὶς ἐκ τῆς εἰς χριστὸν ἀθετήσεως. Cyrillus lib. 1. contra Julian. pag. 3. ἦν μὲν γὰρ πρὸ τῶν τῆς βασιλείας καιρῶν τοῖς πιστεύσασι ἐναριθμιος, ἠξιώθη δὲ καὶ ἁγίου βαπτίσματος, ἐνήσκητο δὲ καὶ βίβλοις ταῖς ἱεραῖς. Falluntur certe qvi nunqvam Christianum fuisse contendunt, ut Hallenses III. 9. Observ. select.

** Julianus Epistola 51. ad Alexandrinos, paullo ante mortem scripta: ὀχ ἁμαρτήσεσθε ὡδὲ ὀρθῆς ὁδὸς πειθόμενοι τῷ πορευθέντι κἀκείνην τὴν ὁδὸν ἄχρις ἐτῶν εἴκοσι, καὶ τάυτην ἰδὲ σὺν θεοῖς πορευομένῳ δωδέκατον ἔτος.

e) Valesius ad Ammiani XXI. 2.

352. Maximum Ephesium, Philosophum f) & Libanium Sophistam Nicomediæ audivisset. Diu tamen adhuc simulavit † CHristi sacris se adhærere, ut etiam in Memoriis Martyrum freqventer versatus †† & inter Lectores g) Ecclesiæ, nomen professus sit suum, & jam licet ab A. C. 355. Cæsar, h) publice in Ecclesia sacris interfuerit. Sed simulac adversus eum, factum jam Augustum, patruelis Constantius Imp. infestum animum prodidisset, ac deinde Constantio illo 3. Nov. Anni ejusdem 360. mortuo, Julianus solus obtinuisset Imperium, Idololatram se & atrocem Christianismi hostem & insectatorem palam ** professus est, baptismum i) qvo pridem tinctus fuerat, nefando initiationis idololatricæ sangvine detersit, CHristi doctrinam oppugnavit k) scriptis, nihilqve intermisit qvo Christianis ægre facere l) & Idolorum cultum promovere posset, licet à nece m) plerumqve (nam interdum etiam

K 3 sub

f) Socrates & Libanius locis laudatis. Sozomenus p. 594. seq. Eunapius in Maximo, Svid. in Μάξιμος.

† Vide Galli Cæsaris Epistolam ad Julianum qvæ Juliani Epistolis subjicitur, & Tillemontium T. 4. Hist. Imperatorum p. 927.

†† Julianus Epist. ad Athenienses p. 277. Libanius T. 2. p. 265. 288. b.

g) Nazianzenus Orat. 3. p. 94. ὁ τῶν θείων ὑπαναγνώστης ποτὲ λογίων, καὶ τῆς τοῦ μεγάλου βήματος ἠξιωμένος τιμῆς, καὶ τοὺς μάρτυρας τιμῶν σηκοῖς τε καὶ τεμένεσιν. Adde p. 58. & Socratem III. 1, Sozom V. 2, Theodoritum III. 2.

h) Ammianus Marcellinus XXI. 2.

** Vide Zosimum III. 9. & Juliani Epist. 38. Libanium T. 2. p. 234. 288.

i) Nazianzenus Orat. 3. sive στηλιτευτικῷ in Julianum primo pag. 70. οὕτω μισόχριστος ὁ Χριστοῦ μαθητὴς -- ὥσπερ καὶ τὸ γενέσθαι ποτὲ χριστιανὸς αἰσχυνόμενος -- αἵματι μὲν οὐχ ὁσίῳ τὸ λουτρὸν ἀπορρύπτεται.

k) Vide infra inter scripta Juliani num. XV.

l) D. Adam Rechenbergius in diss. de Juliani apostasia Lipsi. 1684. Conr. Rittershusius Sacrar. lect. lib. 1. c. 18. 19. De edicto qvo Christianos docere literas prohibuit, qvod exstat Epistola XLII. videndus Baronius ad A. C. 362. n. 275. 297. Valesius ad excerpta Peireſciana p. 119. & Jac. Gothofredus ad leg. 5. Cod. Theodos. de Medicis & Professoribus T. 5. p. 31. Lud. Thomasinus de studio Poëtarum Christiane instituendo lib. 1. c. 1. & 3. Neqve docendi solum sed qvoqve discendi usum Christianis interdixisse colligunt Montacutius p. 4. ad Nazianzeni στηλιτευτ. Hermantius in vita Basilii M. II. 26. & Pagi ad A. C. 362. n. 39. seq. è Nazianzeni Orat. 3. p. 51. Theodorito III. 4. Hist. & Augustino XVIII. 52. de Civitate Dei.

m) Vide Libanium T. 2. p. 290. Jac. Gothofredum ad Philostorgii librum VII. & in Oratione qvæ *Juliano* inscribitur, Sam. Basnage ad A. C. 362. n. 5. 6. 7.

ſub Juliano atrocibus in Chriſtianos ſuppliciis animadverſum, vide Svidam in Ἀμαχ&., Μακεδόνι&., Κύριλλ&. διάκονος & Μάρκος) abſtinuit, qvod priorum perſecutorum exemplo edoctus hoc pacto opprimi Eccleſiam non poſſe, Martyrii qvoqve gloriam Chriſtianis invideret. Princeps præclaris cæteroqvin animi & ingenii dotibus, periit in expeditione adverſus Perſas 26. Jun. A. C. 363. n) ætatis 32. cum poſt Conſtantii mortem haud diutius qvam annum unum & menſes fere octo imperitaſſet. Corpus Tarſum primo delatum ibiqve humatum in ſuburbio, deinde perductum CPolin, o) conditumqve ibi in æde SS. Apoſtolorum. Epitaphio ejus, qvod refert Zoſimus, in ſcriptum inter alia inſigne illud elogium: ἀμφότερον Βασιλεὺς τ' ἀγαθὸς. κρατερός τ' αἰχμητής. Mortuo parentavit Libanius Orat. IX. & X. qvi pag. 323. 324. à Chriſtianis interfectum contendit hoc argumento, qvod Rege Perſarum præmium pollicente ei qvi cædem patraſſet, nemo nomen ſuum fuerit profeſſus. Confer qvæ de cæde ejus ſcribit p. 303. ſeq. & p. 258. ubi ab Achæmenide, hoc eſt à ſuorum aliqvo obtruncatum palam affirmat.

II. Scripta Juliani, qvibus ſe Philoſophiæ p) haud imperitum & ab elegantioribus literis & lectione Poëtarum Oratorumqve egregie inſtructum teſtatur, hæc ad nos pervenerunt, in qvibus gravitatem cum comitate incorruptam olim prædicavit Ammianus XVI. 5. & Zoſimus III. 10. ἄκραν τὴν ἐν λόγοις ἀρετήν.

I. Ἐγκώμιον πρὸς τὸν αὐτοκράτορα Κωνςάντιον, *in Conſtantii Imperatoris* (Conſtantini Magni F.) *laudem*, edit. Lipſ. p. 1 - 49. In hanc Orationem, qvam vertit Petavius ediditqve primus Flexiæ 1614. 8. exſtant in editione Lipſienſi Operum Juliani, eruditæ & copioſæ *Ez. Spanhemii* obſervationes.

II. Περὶ τῶν Αὐτοκράτορ& Πράξεων, ἢ περὶ Βασιλείας, *de ejusdem Conſtantii Imp. rebus geſtis*, ſive *de regno*. p. 49-101. hanc utramqve orationem circa A. C. 358. compoſitam reſpicit Julianus ipſe Epiſt. 41. & Zoſimus, res Conſtantii ad Niſibim geſtas à Juliano

n) Pagi ad A. C. 363. n. 4. Sam. Baſnage T. 1. p. 881.

o) Vide Bandurii Imperium Orientale p. 814. ſeq.

p) De Philoſophica cognitione juliani enarratio Hiſtorica Paganini Gaudentii prodiit Piſis 1641. 4. ad calcem ejus libri de Metempſychoſi Pythagorica, vide & Mamertini Panegyricum in Julian. c. 23. & Ez. Spanhemii prolegom. ad Juliani Opera.

liano disertissime descriptas memorans libro 3. c. 8. Posteriorem primus è MS. Bibliothecæ Regis Christianissimi vulgavit Græcè *Carolus Cantoclarus*. Paris. 1583. 8. professus etiam latinè vertisse. Sed qvi tertia parte auctiorem edidit, idem qvoqve latinam versionem adjunxit Petavius, Flexiæ, ac deinde inter Juliani Opera Parisiis.

III. Εὐσεβίας τ῀ βασιλίδ῀ ἐγκώμιον *Encomium Imperatrici Eusebiæ*, Constantii conjugis, cui plurimum Julianus debuit. p. 102-130. Hanc qvoqve Orationem primus edidit cum versione sua Petavius Flexiæ 1614. 8.

IV. Εἰς τὸν βασιλέα Ἥλιον * *in Solem* qvem ut Regem ac Deum veneratur, laudatio ad Sallustium † pag. 130-158. Primus Græce è MS. Codice Toleto ex Hispania allato edidit cum castigationibus suis *Theodorus Marcilius* Paris. 1583. 8. Anteqvam prodiit, lecta est MS. à Jo. Pico & laudatur in Heptaplis ad Genesin. Pleniorem dedit Petavius. Paris. 1630. 4. Exstat etiam separatim excusa ex versione & cum notis *Vinc. Marinerii*, Madrit. 1625. 8.

V. Εἰς τὴς μητέρα τῶν θεῶν, *Matris Deûm laudatio*. pag. 158-180. Primus edidit vertitqve Petavius, Paris. 1630. 4. Juliani profectionem ad Matrem Deûm in Phrygiam memorat Libanius Orat. IX. T. 2. p. 254. meminit & Orationis in Deûm Matrem Or. X. pag. 300.

VI. Εἰς τὲς ἀπαιδεύτες κύνας, *adversus imperitos Canes* sive *Cynicos*, sectam suam dedecorantes, invectiva & genuinorum Cynicorum commendatio p. 180-203. Primus idem Petavius vertit, edidit-qve A. 1630. 4. Cynicum aliqvem, falsum Antisthenis & Diogenis imitatorem (Liban. T. 2. p. 254. 300.) patria Ægyptium (forte Heraclium) perstringi patet ex pag. 192. Αἰγύπτι῀ γ῀ ὢν ἀ τῶν ἱερέων ἀλλὰ τῶν παμφάγων, οἷς πάντα ἐξὸν νόμ῀ ὡς λάχανα χόρτ῀ (Genes. IX 3.) γνωρίζεις ὄιμαι τῶν Γαλιλαίων ῥήματα. Hoc scriptum puto respici à Svida qvi inter Juliani monumenta memorat πῶς ἔ πόθεν τὰ κακὰ κ῀ τῆς ἀπαιδεύσ῀ς.

VII.

* Duo Juliani Encomia in Solem in Strozzæ Bibl. fuisse scribit in Epitoma Gesneri Simlerus. Soli invicto solennes Ludi apud Romanos celebrati XXV. Dec. Soli templum à Juliano conditum memorat Libanius T. 2. p. 292.

† Sallustium præfectum intellige, de qvo in Epistola ad Athenienses p. 281. seq.

VII. Πρὸς Ἡράκλειον Κυνικὸν, περὶ τοῦ, πῶς Κυνιστέον, καὶ εἰ πρέπει τῷ Κυνὶ μύθους πράττειν. *Ad Heraclium Cynicum* de secta Cynica, & num Cynicum deceat fabulas effingere p. 204--239. Meminit Socrates III. 23. Hist. & Svidas qvi Heraclitum vocat. Primus idem Petavius vertit atqve edidit, qvemadmodum & qvatuor seqventes, usus non modo Codd. MSS. Bibl Regiæ, sed etiam apographo Codicis Barocciani, qvem cum eo communicavit Patricius Junius. Vide Seldenum ad Chronicon marmoreum Arundel. p. 185.

VIII. Ἐπὶ τῷ ἐξόδῳ τοῦ ἀγαθωτάτου Σαλλουστίου, παραμυθητικός. *Epistola propemptica ad Sallustium* iter meditantem, qvod ægre qvidem utpote ab amico optimo invidia Constantii divellendum, ferre tamen se testatur.

IX. *Ad Themistium* Philosophum; præceptorem ** suum, longior Epistola de difficultate gerendi Imperii p. 253-267. Plures suas ad eum Epistolas memorat p. 260.

X. Epistola sive Apologia de non deposito Imperio & suscepta adversus Constantium expeditione *ad S. P. Q. Athenienses*, Ἀθηναίων τῇ βουλῇ καὶ τῷ δήμῳ p. 268-287. scripta paullo ante Constantii mortem A.C. 260. Gallo fratre pridem extincto, qvem pag. 271. τὸν μακαρίτην appellat, ipse jam Augustus pag. 280. 281. & tota in injuriis à Constantio in se, (beneficio Eusebiæ vix servatum pag. 273-274. seq.) fratremqve admissis occupata. Hujus Epistolæ & Apologiæ, qvalem etiam ad communitatem Græcorum misisse se Julianus testatur, meminit Libanius Orat. in funus Juliani T. 2. p. 288. & Zosimus III. 10.

XI. *Fragmentum longius Epistolæ* (vide p. 298. c 304. b) de humanitate colenda & liberalitate, honorandisqve imaginibus & sacerdotibus, & qvænam legenda sint, & qvænam vita ducenda sacerdoti pag. 288-305. Ubi autem Prophetas Judæorum perstringit pag. 295. seq. opus suum adversus Christianos respicit qvando ait pag. 296. ἀλλ' ὑπὲρ μὲν τούτων ἰδίᾳ βέλτιον ἐπιδεῖξαι, πόσῳ φαυλότερον παρ' ἡμῖν ἔτοι γεγόνασι ποιητῶν οἱ τῶν ὑπὲρ τοῦ Θεοῦ λόγων διδάσκαλοι.

XII.

** Vide p. 257. d. & 259. c.

XII. Καίσαρες ἢ Συμπόσιον, *Cæsares*, sive ingeniosa Satira qva Imperatorum ante se vitia, qvos Deorum convivio admotos fingit falsè ridet, p. 306 - 336. Meminit hujus scripti Socrates III. 1. Hist. & 23. Svidas in ἰωλ. Zonaras lib. XIII. Annal. p. 10.

Primus è tribus Codd. MSS. vulgavit Græce & Latinam versionem suam addidit *Carolus Cantoclarus*, Paris. 1577. 8. & adhibito qvarto Codice è Bibl. Reginæ Catharinæ Mediceæ, ibid. 1583. 8. additis notis. Cum Cantoclari versione iterum prodiit in tomo tertio Rom. Historiæ scriptorum minorum, curante Frid. Sylburgio, qvi suas etiam castigationes addidit, Francof. 1590. fol. p. 832. & in editione Operum Juliani Parisiensi & Lipsiensi, licet Cunæus notat *multa eum perperam dixisse, plura non intellexisse, & qvæ corrupta erant præteriisse, magna alieni judicii securitate.*

Cum versione eleganti *Petri Cunæi* Lugd. Bat. 1612. & 1632. 12. adjuncta Satira ejusdem Cunæi Menippea. sive Sardis venalibus: atqve iterum cum interpretatione duplici, Cantoclari & Cunæi in tomo primo Satirarum qvæ variis auctoribus excusæ sunt Lugd. Bat. 1655. 12. Prodiit etiam ex versione Cunæi separatim Latine, ibid. 1627. forma minore, & ad calcem editionis operum Juliani Lipsiensis subjecta legitur.

Gallice transtulit 1) *Bonaventura Grangier*, Paris. 1580. 8. præmissa Juliani vita.

2) *Tho. de Hayons*, Leodii 1670. 8.

3) *Ezechiel Spanhemius*, adjuncto erudito commentario; qvo & ex numis & antiqvis monumentis Julianus subinde illustratur Heidelberg. 1660. 8. Hic Parisiis 1683. 4. longe auctior recusus, raro obvius est, at indignis modis laceratur à Gronovio ad Arrianum p. 310. cum Spanhemio summo viro & eruditissimo nihil fuerit humanius & æqvius.

4) *M. P. Moretus*, † Paris. 1682. 12. cum Juliani vita, brevibusqve annotationibus.

Belgice vertit atqve editurum se recepit *Antonius Borremansius* pag. 48. Variarum Lectionum.

XIII. Ἀντιοχικὸς * ἢ Μισοπώγων, *Misopogon* sive Satira qva se ipsum

Libri 5ti Pars Tertia.

† Acta Erud. A. 1683. p. 311. & A. 1684. p. 164.

* Fallitur Morillonus qvi titulum hujus scripti voluit esse Ἀντίοχον, non Ἀντιοχικόν, Vid. Hadr. Junii animadversiones IV, 19.

ironice reprehendendo *Antiochenses*, à qvibus * ob barbam derisus fuerat, perstringit. Scripta est sub finem Januarii A. C. 363. p. 337-371. Meminit Ammianus XXII. 14. Libanius X. Oratione funebri in Julian. T. 2. p. 307. (qvi etiam λόγον Διαλλαγῶν sive reconciliationis pro civitate Antiochena parasse se scribit IX. p. 259) Nazianzenus Orat. 4. p. 133 Socrates III. 17. Sozomenus V. 19. Theodoritus III. 28. Svidas in ἴδλ. Zonaras lib. XIII. Annal. p. 26. Nicephorus X. 27. Hist. Eccles. Elias Cretensis scholiis ad Nazianzenam pag. 482. 483. qvi Julianum in hoc scripto elaborando adjutum à Libanio tradit. Prodiit primum è Codice Petri Rami descriptus à *Petro Martinio* Morentino Navarro, qvi latinam versionem addidit, & vitam Juliani præmisit, apud Wechelum Paris. (non Francofurti ut legas in Actis Erud 1696. p. 489) A. 1567. 8. & 1583. 8. Versionem Bonav. Vulcanii qvam è Bibl. Gesnerianæ continuatore memorat illustris Spanhemius, editam non esse existimo.

XIV. *Epistolæ* Juliani *tres & sexaginta*, qvibus una *Galli* fratris A. C. 353. scripta subjungitur, qva Julianum hortatur ne Christiana sacra deserat. Ex illis Juliani Epistolis (de qvibus jam dixi lib. 2. c. 10. §. 12.) *novem* primores prodierant inter variorum Epistolas apud Aldum Græce excusas Rom. 1499. 4. & deinde Græce & Latine ** iterum vulgatas Genevæ 1606. fol. *decimam* servavit Socrates III. 3. Hist. *undecima* & qvæ seqvuntur *usqve ad duodeqvinqvagesimam* similiter inter variorum Epistolas lucem viderant: *undeqvinqvagesimo* petita è Sozomeni lib. V. cap. 16. *Qvinqvagesima, qvinqvagesima prima & secunda* Græce primum vulgatæ sunt à Petro Martinio una cum Misopogone cæterisqve Epistolis latina etiam versione illustratis Paris. 1567. & 1583. 8. Itaqve tres illas Petavius primus vertit, qvemadmodum *qvinqvagesimam tertiam* & seqventes *usqve ad qvinqvagesimam septimam*, qvas una cum Epistola Galli ad Julianum in lucem protulit *Bonav. Vulcanius* Lugd. Bat. 1597. 12. ad calcem Epistolarum ac problematum Theophylacti Simocattæ. *Qvinqvagesimam octavam & nonam* sed in unam li-

* Ex Libanii oratione inedita πρὸς Ἀντιοχεῖς περὶ τῆ βασιλέως ὀργῆς, qva Antiochenos ad placandam Juliani indignationem adhortatur, constat Antiochenos non modo legem qvam de levanda annonæ difficultate Imperator sanciverat, tulisse impatienter, sed & passos esse in urbe sua ab hominibus perditis circumferri impune ἀτιμαῖα sive cantiunculas in ignominiam Juliani compositas.

** Latina illa interpretatio diversa est à versione Petri Martinii, qvam Petavius & Lipsienses in editione Juliani servarunt.

licet à dubitante confusam *Nic. Rigaltius*, qvi versionem etiam addidit, protulit primum ad calcem funeris Parasitici Paris. 1601. 4. Sed in editione Petaviana ipso Rigaltio monente in duas divisa est, ambas mutilas, & priorem fine, posteriorem capite truncam. Priorem nuper è MS. demum supplevit ingenii & doctrinæ laude præclarissimus Vir, Lud. Antonius Muratorius, de qvo mox infra. *Sexagesima cum duabus sequentibus* à Petavio primum accesserunt ex apographo Codicis Barocciani qvod cum ipso Patricius Junius communicavit. *Sexagesima tertia* deniqve, qvam Græce tantum, valdeqve hiulcam & mancam Martinius & Petavius dederunt, *Ez. Spanhemius* emendavit supplevitqve ex Allatii Codice, atqve latinam versionem primus adjunxit. Agmen claudunt Epistolarum Juliani fragmenta è Svida in Ἀμφίων, Ἡρόδοτος, Μισωνιανός, χρῆμα.

Qvæ hactenus memoravi Juliani Opera, ad Codices Regis Galliæ & Baroccian. recensita à *Dionysio Petavio* S. I. & notis ab eo illustrata Græce & Latine prodierunt Paris. 1630. 4. In editione vero Lipsiensi 1696. fol. vir supra laudes *Ezech. Spanhemius* Græca ex præstantissimo Codice Vossiano, annorum circiter qvingentorum, castigavit, Misopogonem etiam contulit cum Codice Reginæ Christinæ, præterea Observationes suas præclaras ad primam Orationem, & erudita prolegomena, priorum etiam eruditorum præfationes & notas adjunxit. Præcipue vero editionem hanc ornavit additis libris decem *Cyrilli* Alexandrini contra Julianum, cum versione Nic. Borbonii ad librum primum, & in cæteris Joannis Auberti.

A. 1709. Patavii 4. V. C. *Ludovicus Antonius Muratorius* in Anecdotis Græcis p. 326. seq. ex MS. Codice Ambrosianæ Bibliothecæ ante annos circiter septingentos scripto, (è qvo etiam Epistolas XLV. *Firmi* Cæsareæ Episcopi, qvi Ephesinæ Synodo A. C. 431. interfuit, primus in eodem Volumine publicavit) Epistolam Juliani LVIII. altera majore parte edidit auctiorem, in qva per θεραπεύοντας καὶ προσκαθεύδοντας τῇ ὀβελὲ κορυφῇ *therapeutas Obelisci vertici indormientes* non dubium est Monachos Stylitas perstringi, qvare fortasis illa Epistolæ pars suppressa fuit à Christianis qvibusdam librariis. Idem Muratorius alias tres Juliani Epistolas ante ineditas ex eodem Codice adjunxit, qvæ cum sint breves, hoc loco una cum supplemento Epistolæ 58. à me integræ subnectentur.

LVIII. Ἰουλιανὸς Ἀλεξανδρεῦσι.

Ὀβελὸν εἶναι παρ' ὑμῖν ἀκούω λίθινον εἰς ὕψος ἱκανὸν, ἠρμένον ἐπὶ τῆς ἠϊόνος, ὥσπερ ἄλλο τι τῶν ἀτιμοτάτων ἐρριμμένον. Ἐπὶ τοῦτο ἐναυπήγησε σκάφος ὁ μακαρίτης Κωνσάντιος, ὡς μεταξῶν αὐτὸν εἰς τὴν ἐμὴν πατρίδα Κωνσαντίνου πόλιν. Ἐπεὶ δὲ ἐκείνῳ συνέβη, θεῶν ἐθελόντων, ἐνθένδε ἐκεῖσε πορευθῆναι τὴν εἱμαρμένην πορείαν, ἡ πόλις ᾠδοιτεῖ παρ' ἐμοῦ τὸ ἀνάθημα, πατρὶς ἐσά μοι, καὶ προσήκουσα πλέον ἢπερ ἐκείνῳ. Ὁ μὲν γὰρ αὐτὴν ὡς ἀδελφὴν, ἐγὼ δὲ ὡς μητέρα φιλῶ, καὶ γὰρ ἐγενόμην παρ' αὐτῇ, καὶ ἐτράφην ἐκεῖσε, καὶ οὐδύναμαι πρὸς αὐτὴν ἀγνωμονῆσαι. * Τί οὖν; ἐπειδὴ καὶ ὑμᾶς; οὐδὲν ἔλαττον τῆς πατρίδος φιλῶ, δίδωμι καὶ παρ' ὑμῖν ἀναστῆναι τὴν χαλκῆν εἰκόνα. πεποίηται δὲ ἔναγχος ἀνδριὰς τῷ μεγέθει Κολοσσικὸς, ὃν ἀναστήσαντες ἕξετε, ἀντὶ ἀναθήματος λιθίνου χαλκοῦν, ἀνδρὸς οὗ φατε ποθεῖν εἰκόνα καὶ μορφήν, ἀντὶ τριγώνου λίθου χαράγματα ἐχόντων Αἰγύπτια. Καὶ τὸ λεγόμενον δὴ, ὡς τινές εἰσιν οἱ θεραπεύοντες καὶ προσκαθεύδοντες αὐτῇ κορυφῇ, πάνυ με πείθει χρῆναι, τῆς δεισιδαιμονίας ἕνεκα ταύτης, ἀπάγειν αὐτόν. Οἱ γὰρ

LVIII. *Julianus Alexandrinis.*

Obeliscum apud vos esse audio lapideum justæ altitudinis, despici tamen, & ut qvid vile minimiqve momenti, in litore jacere. Eum Divus Constantius, ad hoc constructo navigio, CPolin ad Patriam meam, transferendum destinarat. Postqvam vero illi accidit, ut Diis ita volentibus è terris ad supera fatali itinere demigraret, exigit à me Civitas monumentum, qvum ipsa mihi sit Patria, adeoqve mihi, qvam illi, necessitudine majori conjuncta. Ille namqve eam ut sororem, at ego ut matrem amo; in ejus enim solo primum in lucem editus, educatusqve sum, neqve fieri potest ut in illam ingratus unqvam videar. * Qvid igitur? Qvoniam & vos non minus qvam Patriam amo, do ut & apud vos æreum erigatur simulacrum. Facta est autem nuper statua Colossea magnitudine, qvam vos erigentes habebitis, pro lapideo monumento æreum viri cujus simulacrum & formam desiderare dicitis, pro triangulo lapide Ægyptiis notis inscripto. Et, qvod vulgo fertur, qvosdam esse Therapevtas, qvi obelisci hujus vertici indormiant, valde mihi persvadet, ob hujusmodi superstitionem oportere ipsum abduci. Nam qvi inspiciunt

* His verbis clauditur Epistola in edit. Paris. & Lipsiensi.

θεώμενοι τὰς καθεύδουσας ἐκεῖ πολλὰ μὲν ῥύπα, πολλῆς δὲ ἀσελγείας φωὶ τὸν τόπον, ὡς ἔτυχεν, ἔστης, ὅτε πιστεύσειν αὐτὸν θεῖον εἶναι, καὶ διὰ τὴν τῶν προσεχόντων αὐτῷ δεισιδαιμονίαν ἀπιστότεροι φωὶ τὰς θεὰς καθίστασθαι. Δι' αὐτὸ δὴ ἂν ἔτι καὶ μᾶλλον ὑμῖν προσήκει συμπιλαβέσθαι, καὶ πέμψαι τῇ ἐμῇ πατρίδι, τῇ ξενοδοχούσῃ καλῶς ὑμᾶς, ὅτε εἰς τὸν πόντον εἰς πλεῖτε, καὶ ὥσπερ εἰς τὰς τροφὰς, καὶ εἰς τὸν ἐκεῖσε κόσμον συμβάλλεσθε· πάντως οὐκ ἄχαρι καὶ παρ' αὐτοῖς εὑρέσθαί τι τῶν ὑμετέρων εἰς ὃ προσπλέοντες τῇ πόλει μετ' εὐφροσύνης ἀποβλέψετε.

diunt dormientes ibi multasqve sordes, ac flagitia loco, ut casus tulit, circumfusa, illum minime arbitrantur qvid divinum esse, & propter eorum, qvi saxo eidem immorantur, superstitionem, minus de Diis credunt. Idcirco igitur magis etiam vobis convenit inceptum adjuvare, saxumqve illud ad patriam meam mittere, qvæ vos honesto excipere solet hospitio, qvando in pontum navigatis, & qvemadmodum annona deferenda, ita & externo Urbis ornatu augendo opem vestram conferre. Neqve omnino vobis ingratum erit, apud nos ipsos aliqvid vestrum exstare, in qvod, qvum ad Urbem navigatis, cum hilaritate imposterum respiciatis.

LXIV. Τὰ αὐτὰ πρὸς δῆμον εὐφημήσαντα ἐν τῷ Τυχαίῳ.

Εἰ μὲν εἰς τὸ θέατρον λαθὼν εἰσῆλθον, εὐφημεῖτε· Εἰ δὲ εἰς τὰ ἱερὰ, ἡσυχίαν ἄγετε, καὶ μετενέγκατε ὑμῶν τὰς εὐφημίας εἰς τὰς Θεάς. Μᾶλλον δὲ οἱ Θεοὶ τῶν εὐφημιῶν χρήζουσιν.

LXIV. *Ejusdem, ad populum, acclamantem in Tychæo sive templo Fortunæ.*

Siqvidem in Theatrum latenter ingrediar, acclamate: sin autem in Templa me conferam, silentium agite, & acclamationes vestras in Deos transferte. Plausus & bona verba potiori jure Diis debentur.

LXV. Τὰ αὐτὰ πρὸς ζωγράφον.

Εἰ μὲν μὴ εἶχον, καὶ ἐχαρίσω μοι, συγγνώμης ἦδα ἄξιος. Εἰ δὲ εἶχον μὲν, οὐκ ἐχρησάμην δὲ, τὰς Θεὰς ἔφερον, μᾶλλον δὲ ὑπὸ Θεῶν ἐφερό-

LXV. *Ejusdem ad pictorem.*

Siqvidem non haberem, & mihi fuisses gratificatus, venia dignus esses. Sin autem haberem, neqve uterer, Deos ferrem: imo potius Dii me ferrent. Tu vero qvare

μην. Σύ μοι ἀλλότριον σχῆμα πῶς ἐδίδυς, ἑταῖρε; οἷάν με εἶδες, τοιοῦτον καὶ γράψον.

alienum mihi habitum dediſti, o amice? Qualem me vidiſti, talem etiam pingito.

LXVI. Τοῦ αὐτοῦ, Ἀρσάκῃ * Ἀρμενίων Σατράπῃ.

LXVI. *Ejuſdem, Arſaci, Armeniorum Satrapæ.*

Ἐπείχθητι πρὸς τὴν παράταξιν, Ἀρσάκιε, θάτλον ἢ λόγῳ, τὴν δεξιὰν κατὰ τῆς Περσικῆς μανίας ὁπλίσας. Ἡ γὰρ ἡμετέρα παρασκευή τε καὶ προθυμία δυοῖν θάτερον βεβούλευται, ἢ τὸ χρεὼν ἀποδοῦναι ἐπὶ τοῖς Παρθυαίων εὐοδίας † τὰ μέγιστα ὀφπεραξαμένοις, καὶ τὰ δεινότατα ὀφπιθεμένοις τοῖς ἀνθιπάλοις, ἢ τούτοις χειρωσαμένοις, περιπανευόντων ἡμῖν τῶν Θεῶν, καλλινίκοις ἐπανελθεῖν ἐπὶ τὴν ἐνεγκαμένην, τρόπαια κατὰ τῶν πολεμίων ἐγείραντας. Πᾶσαν οὖν ῥᾳθυμίαν καὶ φενακισμὸν ἀποθέμενος, καὶ τὸν μακαρίτην ἐκεῖνον Κωνσταντῖνον, καὶ τὰς τῶν εὐγενεστάτων οὐσίας, τὰς εἰς σέ τε καὶ τοὺς ὁμοτρόπους σοι βαρβάρους ὑπὸ τοῦ ἀβροδιάτου καὶ πολυδοῦς Κωνσταντίου κενωθείσας, νῦν με ** τὸν Ἰουλιανὸν, τὸν Ἀρχιερέα τὸν Καίσαρα, τὸν Αὔγουστον, τὸν Θεῶν τε καὶ Ἄρεως θεραπευτὴν †† ἐννόησον, τὴν Φραγκῶν τε καὶ βαρβάρων ὀλετῆρα, τὸν Γαλλωντε καὶ Ἰταλῶν ἐλευθερωτήν. Εἰ δ' ἕτερόν τι βουλεύσαιο,

Ad aciem dicto celerius propera, Arſacie, dexteramqve contra Perſicum furorem armato. Noſter enim bellicus apparatus impetusqve animi alterum è duobus conſtitutum habet, aut, ſi Parthis feliciter res ſucceſſerit, fortiter pugnantes & hoſtibus omni vi obnitentes mori & naturæ debitum perſolvere. aut ſi noſtris rebus adfuerunt Dii, Perſis ſubjugatis in patriam reverti victores & trophæa de hoſtibus ſtatuere. Omnem igitur deſidiam atqꝫ tergiverſationem abjice, atqꝫ cogita Divum illum Conſtantinum, & opes nobilium in te tuiqꝫ ſimiles barbaros à molliſſimo & annoſo Conſtantio exhauſtas, nunc vero me Julianum Pontificem maximum, Cæſarem, Auguſtum, Deorum ac Martis cultorem, qvi Francorum Babarorumqve perditos, Gallorum vero atqꝫ Italorum liberator eſt. Qvod ſi aliud animo agitaveris, audio enim te verſutum eſſe, ma-

πυν-

* Meminit hujus Epiſtolæ A. C. 363. ſcriptæ Sozomenus VI. 1. & Nicephorus Calliſti X. 34. Vide etiam Libanium T. 2. p. 312.

† MS. εὐορίας. ** MS. μοι pro qvo Muratorius legit σοι. †† MS. ἐυνόησον. Muratorius ἐυνοΐσον *benevolum facito*, à cujus interpretatione aliqvot locis in hac Epiſtola receſſi.

πυνθάνομαι γὰρ εἶναί σε παν ἔργον, καὶ κακὸν στρατιώτην, καὶ ἀλαζόνα, ὡς τὰ παρόντα μοι πράγματα δείκνυσιν· ἐχθρὸν γάρ τινα τῆς κοινῆς λυσιτελείας λανθάνοντα ἀποκρύπτειν ὧδέ σε πειρᾶς, καὶ τέως μὲν ἔστω ὑπερτιθέναι διὰ τὴν τοῦ πολέμου τύχην, ἀρκεῖ γὰρ ἡμῖν ἡ τῶν Θεῶν συμμαχία πρὸς τὴν τῶν πολεμίων καθαίρεσιν. Εἰ δέ τι τὰ τῆς εἱμαρμένης κρίνειε, (Θεῶν γὰρ βούλησις ἡ τούτων ἐξουσία) ἀδεῶς καὶ γενναίως ὅπως ἔστω. Ἴσθι γὰρ, ὡς σὺ μὲν παρέργου ἕνεκα τῆς Περσικῆς χειρὸς, συναφθείσης σοι παγγενεῖ τῆς ἐσίας, καὶ τῆς Ἀρμενίων ἀρχῆς, κοινωνήσει δέ σοι τῆς δυσχερείας καὶ ἡ Νησιβίων πόλις, τῶν ἀρχαίων Θεῶν ἔστω πάλαι ἡμῖν προαγορευσάντων.

lumque militem & ſuperbum, ut res præſentes fidem mihi faciunt, ſiquidem hoſtem quendam publicæ utilitatis apud te latitantem abſcondere, atque hactenus id propter belli fortunam continuare audes: nobis ſatis eſt Deorum auxilium, ut cunctos interuerione deleamus. Sin vero aliud Fatis placuerit, (horum enim poteſtas Deorum voluntas eſt) ſecure & fortiter hoc feram. Scito tamen incenſa tibi funditus domo atque exciſo Armeniorum imperio, Perſicæ te potentiæ appendicem vero. Communem vero tecum calamitatem ſubibit Neſibiorum Civitas, cœleſtibus Diis hoc olim nobis prænunciantibus.

Notat doctiſsimus Muratorius, in altero Ambroſianæ Bibl. antiquiſsimo Codice aliam quandam brevem Juliani Epiſtolam nondum publici juris factam haberi, *ſed fugientia*, inquit, *characterum veſtigia omnem mihi legendi ſpem ſuſtulere. Illam tamen à* Friderico Roſtgaardio, *nobili Dano, aliquando edendam ſpero, una cum aliis Apoſtatæ monumentis. Quum enim Italiam peragraret, & Libanii Epiſtolas è variis Codicibus MSS. colligeret, eas luce donaturus, Ambroſianum etiam Codicem pro ſua ſollertia ſatis intellexiſſe viſus ſibi eſt.*

IV. Index eorum ad qvos LXVI. Juliani Epiſtolæ.

Sine inſcriptione ſunt I. 35. 42. 46. 47. 48.

Aëtio Epiſcopo. 31. Meminit Sozomenus V. 5.

Alexandrinis, Ἀλεξανδρέων τῷ δήμῳ. 10. 26. (qva Epiſtola Athanaſius * urbe excedere jubetur, qvemadmodum & Epiſt. 6. ad Ecdicium.) 51. 58.

Alypio Cæſarii fratri. 29. 30.

Amerio 37.

Pro Argivis 35.

Ariſto-

* Meminit hujus Epiſtolæ ſive edicti Sozomenus V. 15. Exſtat apud Socratem III. 3. & Nicephorum X. 7.

Ariſtomeni Philoſopho 4.
Arſacio Pontifici ἀρχιερεῖ Galatiæ 49.
Arſaci Armeniorum Satrapæ 66.
Artabio 7.
Baſilio 12. inter Epiſtolas S. Baſilii 206. 207.
Boſtrenis 52. Meminit Sozomenus V. 15.
Byzantiis. 11. 64.
Callixenæ. 21.
Dionyſio 59.
Doſitheo 33.
Ecdicio Ægypti præfecto 6. 9. (ubi Georgii Cappadocis Bibliothecam ** ab eo ad ſe mitti jubet, de qva etiam ad Porphyrium Epiſt. 36.) 50. 56.
Ecebolo 19. 43.
Elpidio Philoſopho 57.
Eugenio Philoſopho 18.
Eumenio & Phariano 55.
Euſtochio 20.
Georgio Καθολικῷ 8. 54.
Gregorio ἡγεμόνι 28.
Hermogeni ἀφεπάρχῳ ex præfecto Ægypti 23.
Jamblicho Philoſopho 34. 40. 41. 53. 60. 61.
Ἰωβιανῷ τῷ νεωτέρῳ. 25. In editione Aldina additur: εἰ γνήσιος, *ſi genuina.* Videtur tamen eſſe. Confer Valeſium ad Sozomenum V. 22.
Juliano τῷ θείῳ, avunculo 13.
Leontio 22.
Libanio 3. 14. 44. Sophiſtæ & Qvæſtori 27.
Luciano Sophiſtæ 32.
Maximo Philoſopho 15. 16. (ubi ſcripta ſua ei cenſenda offert) 38. 39.
Lex de Medicis. poſt 25.
Oribaſio 17.
Eumenio & Phariano 55.
Ad pictorem 65.
Porphyrio Catholico 36. Svid. in Ἐπιστολή.
Proæreſio 2.
Sarapioni τῷ λαμπροτάτῳ. 24.
Theodoræ αἰδεσιμωτάτῃ 5.
Theodoro Pontifici. 63.
Zenoni Archiatro 45.

V. Scripta Juliani deperdita.

XV. *Opus adverſus Chriſtianos*, qvod *ſeptem libris* conſtitiſſe teſtatur Hieronymus Epiſtola 83. ad Magnum Oratorem Romanum. *Julianus Auguſtus ſeptem libros in expeditione Parthica* (A. C. 363.) *adverſum CHriſtum evomuit, & juxta fabulas Poëtarum ſuo ſe enſe laceravit. Si con-*

tra

** Confer Epiſt. 36. & de ſtudio qvo flagravit Julianus amplisſimos librorum theſauros colligendi, vide Libanium T. 2. p. 234. Bibliothecam Juliani in Trajani fano dedicatam Jovianus cremavit. Svidas in Ἰοβιανός & excerpta Peireſciana pag. 846.

tra hunc scribere tentavero, puto interdices mihi, ne rabidum canem Philosophorum & Stoicorum doctrinis, id est Herculis clava percutiam? quanquam Nazarenum nostrum, & (ut ipse solebat dicere) Galilæum statim in prælio senserit, & mercedem linguæ putidissimæ, conto illa perfossus acceperit. Τὰς τ̃ χ̃ριστιανῶν λόγας nuncupat Socrates III. 1. quorum tertium allegat III. 23. Libanius threno in funus Juliani T. 2. Orat. IX. p. 255. vocat βιβλίων συγγραφὰς βοηθούσας θεοῖς, *libros Diis opitulantes.* Ex his *tres* sacris Evangeliis oppositos, decem libris Theodosio juniori Imp. dicatis confutavit *Cyrillus* Alexandrinus. Ἔχων, inqvit, εὐφυᾶ τὴν γλῶτταν ὁ κράτιστος Ἰουλιανὸς καλέσθηξεν αὐτὴν κ̃ τ̃ πάντων ἡμῶν Σωτῆρος Χριστὸν, καὶ δὴ ἱερὰ συγγέγραφε βιβλία κ̃ τῶν ἁγίων Εὐαγγελίων καὶ κ̃ τ̃ εὐαγῆς τῶν χριστιανῶν θρησκείας. Καλασείει ὴ δὲ αὐτῶν πολλὰς, καὶ ἠδίκησεν ὰ μέτριως. Hæc est Juliani ἀνασροπὴ τῶν Εὐαγγελίων qvam una cum Cyrilli Alex. opere contrario memorat Theophanes in Chronographia pag. 44. In aliis autem qvatuor libris alia sacra volumina videtur Julianus calumniatus esse, unde Cedrenus pag. 407. ὅτος ὁ δυσεβὴς καὶ τὴν τῶν θείων Εὐαγγελίων ἀνάστροφην ἐγραψεν, ἣν ὁ μέγας Κύριλλος Ἀλεξανδρείας, καὶ ἄλλοι Φιλόχριστοι ἐπηνορθώσαντο. Καὶ πᾶσαν δὴ ἄλλην γραφὴν αὐτός τε καὶ οἱ ὅμοιοι αὐτ̃ διέβαλον, ὑπὸ ὧ τῶν ὀρθοδόξων ἐξεβλήθησαν τὰ τότων νοθεύματα. *Impius ille scripsit etiam Evangeliorum eversionem, qvam magnus Cyrillus Alexandriæ Episcopus aliiqve Christiani confutarunt. Omnes præterea alias sacras literas Julianus ejusqve similes sunt calumniati, qvorum commenta à recte sentientibus explosa fuerunt.* His qvi Julianum oppugnarunt accensendus etiam est *Photius* qvi Epist. 187. ad Christophorum Protospatharium Parabatæ cavillationem adversus dictum CHristi Matth XIX. 21. refert & confutat, τὴν σὴν ἀπορίαν κ̃ πικρότερον κ̃ δριμύτερον οἶδα πρὸς Ἰουλιανῷ τῷ παραβάτῃ διεσκευασμένην. Ἃ γὰρ ΕΝ ΤΟΙΣ ΠΡΟΣ ΕΚΕΙΝΟΝ εἶπον, κ̃ ὧν ὴ μνήμη τὴν σωτηρίαν ἔχει, ταῦτα δή σοι ἆρα γράφων ἀποχρῶσαν οἶμαι τὴν λύσιν παρεσχηκέναι. Idem Epistola 211. ὁ τ̃ ἀποστασίας Ἰουλιανὸς κ̃ τ̃ εὐσεβείας γράφων; ἀλλόκοτα μὲν καὶ μωρὰ γράφων ὅμως ἔδοξέν τι σοφὸν καὶ δυσεπίλημπτον αἰτιᾶσθ χριστιανὸς, ὅτι μὴ ζωοστασίας τὸ θεῖον γεραίρουσιν. Jo. Cuspinianus in vita Juliani p. 130. scribit septem ejus libris contra CHristum petulantissime effusis, respondisse fortissime Methodium, Eusebium atqve Apollinarem, idqve Hieronymum testari. Sed Porphyrio non Ju-

liano triumviri illi responderunt, & respondisse Hieronymus auctor est. De solo *Apollinari* Syro constat qvod librum ὑπὲρ ἀληθείας Philosophis Græcis & Imperatori Juliano opposuit, teste Sozomeno V. 18 *Philippus* qvoq; *Sidetes* Juliani libros confutavit, teste Socrate VII. 27. E recentioribus adeundus Dominicus Mellinius in veteres qvosdam nominis Christiani obtrectatores, Celsum, Porphyrium, Julianum, libris IV. Florent. 1577. fol.

Cætera deperdita Imperatoris scripta memorantur

Κρόνια cum Cæsaribus Juliani neutiqvam confundenda. Svid. in Ἰουλιανὸς & Ἐμπεδότιμος.

Περὶ τῶν ἱερῶν χημάτων. Svid. in Ἰουλ.

Epistolæ complures.

Videtur etiam Julianus aliqvid scripsisse de arte militari, ut colligas ex his Theophylacti Epist. 71. πῶς δ' ἂν στρατιωτικὴν καὶ γεωμετρικὴν εἰς ταυτὸ συνήγαγε τὸ συνῆψε, τὰ μακροῖς θριγγίοις ἔκπαλαι διειργόμενα, μεθ' Ἀρχύταν, μεθ' Φιλόλαον, μεθ' τὸν Ἄιλιον Ἀδριανὸν, μεθ' τὸν ἔκπαγλον ἡμῖν Ἰουλιανόν.

Juliani χαραγὰς Combefisius in Origg. CPol. pag. 23. & Bandurius lib. V. Antiqv. CPol. p. 96. vertunt *Juliano cusam monetam*, & mox μεθ' ὧν καὶ τὴν τότε στήλην ἔξω τῆ χαραγῆς Combefisius *ejusque statuam non numo incisam*, Bandurius *ac postea ejus statuam extra monetariam officinam stantem*, qvæ utraq; mihi non arridet interpretatio. Videndum num χαραγαὶ sint sculptæ imagines sive statuæ notatæ nominibus eorum qvos referebant, qvibus deinde infra opponuntur χαραγαὶ νομίων, uti μεθ' ὧν non reddendum est *postea* sed *inter qvas* etiam Juliani statua posita ἔξω τῆ χαραγῆς, sine expresso Juliani nomine.

De libro Johnsoni Anglice edito qvi Julianus Apostata inscribitur & cui A. 1683. responsio eadem lingva Londini oppositai, ipse autem liber A. 1688. Gallice etiam versus in Belgio prodiit, videnda Petri Bælii responsa ad qvæstiones hominis è Provincia T. 1. p. 636.

VI. *Alii Juliani amplius sexaginta.*

Julianus *Ægyptius* ἀπὸ ὑπάρχων, sub Justino Imp. Ejus Epigrammata exstant in Anthologia Epigrammatum Græcorum. Alius Julianus præfectus Ægypti sub Theodosio Magno, de qvo Jac. Gothofredus ad Codicem Theodos. T. 6. p. 369. ubi etiam de

Juli-

Julianis qvi sub Valentiniano præfecturam annonæ & proconsulatum Asiæ nec non Africæ gesserunt. Alius Tiberius Julius Julianus Alexander præfectus Ægypti sub Vespasiano Imp. cujus mentio apud Josephum XX. 3. Antiq. Svetonium Vesp. c. 6. & in inscriptione Veteri apud Gruterum pag. CXXIV. 1.

Julianus Episcopus *Alexandrinus*, cui circa A. C. 187. Demetrius successit. Euseb. Hist. Eccles. p. 174. 190. 202.

Julianus *Anazarbensis* Cilix, Martyr, de qvo S. Chrysostomi Homilia XLVII. ad populum Antiochenum, Henschenius ad 16. Marti T. 2. Act. Sanctor. illius mensis p. 421. seq. Omitto plures Julianos Martyres, ut duos Eusebio memoratos, aliosqve de qvibus Bollandus T. 1. Januarii pag. 571. Cangius in CPoli Christiana lib. 4. p. 127. &c.

Julianus *Antiochenus* Episcopus post Petrum Fullonem sub Zenone Imp. ab A. C. 471-476.

Julianus *Aphthartodoceta*. Infra in Halicarnassensi.

Antonius Julianus historicus, qvi sub Hadriano de Judæis scripsit, citatus à Minucio Felice p 37. una cum Josepho nescio idemne cum Antonio Juliano Rhetore, qvem virum bonum & facundiæ florentis vocat Gellius XVIII. 5.

Julianus *Apamcensis* Episcopus tempore Commodi Imp. Euseb. V. 16. Hist. Eccles. p. 182.

Julianus *Apsilarum* Dynasta, qvem ab Adriani Patre regnum accepisse scribit Arrianus periplo ponti Euxini.

Julianus Abbas cœcus, gente *Arabs*, de qvo Sophronius in prato spirituali, Baronius ad A. C. 547. n. ult.

Julianus Petri, *Archipresbyter* S. Justæ, Toletanæ urbis, cujus nomine suppositum ab Hispanis Chronicon una cum Adversariis, descriptione eremitoriorum Hispanorum & carminum variorum collectione fertur, ejusdem cum Pseudo-Dextro furfuris. Editorem Laur. Ramiresium qvi Paris. 1628. typis excudi curavit, Sirmondus honorificum ab eo testimonium operi præfigendum rogatus, bello elusit responso, negavit enim aliud dare se posse, qvam esse auctorem de thesauro suo proferentem nova & vetera. Vide D. Antonii Reiseri Launojum confessorem pag. 783. & Nic. Antonium lib 7. Bibl. Veteris Hispanæ c. 8. qvi passim alibi in illo opere Juliani hujus commenta explodit.

Julianus *Arelatenſis*, infra in Pomerio.

Julianus *Boſtrorum* Epiſcopus, de qvo Evagrius III. 31.

Julianus Domni F. *Cæſarienſis*, Cappadox Sophiſta, qvi tempore Conſtantini M. Imp. Athenis docuit, de qvo paucis Svidas, pluribus Eunapius. Idem Julianus cujus Lexicon πολυστιχον in decem Rhetoras laudat Photius Cod. 150.

Julianus *Cæſarinus*, qvi Concilio Baſileenſi interfuit, de qvo H. Warthon in appendice ad Hiſtoriam literariam Eccleſiaſticorum ſcriptorum Cavei ad A. C. 1426.

Julianus *Cardinalis* legatus Nicolai V. Pontificis, auctor tractatus de translatione Imperii, qvi MS. exſtat in Bibl. Auguſtæ Vindel.

Julianus *Carpentoratenſis* Epiſcopus, qvi interfuit Concilio Epaonenſi A. C. 517.

Julianus *Celanenſis*. Infra in Eclanenſi.

Julianus *Chaldæus*. Infra in Theurgo.

Julianus *Cilix*. Supra in Anazarbenſi.

Julianus *Cingulanus* Epiſcopus, cujus mentio in Epiſtolis Vigilii Papæ A. C. 550. & 553.

Claudius Julianus præfectus Urbis, A. C. 201. in veteri inſcriptione apud Gruterum p. XXXII. 6.

Julianus *Coënſis* Epiſcopus Leoni I. Pontifici charus, cujus vice Synodo Epheſinæ A. C. 431. interfuit. Vide Paſchaſium Qveſnellum ad Leonem M. p. 844. ſq. edit. primæ. Exſtat ejus Epiſtola ad Leonem Imp. adverſus Timotheum Ælurum & pro Synodi Chalcedonenſis confirmatione, ſcripta A. C. 457.

Julianus *Comes* Orientis, Juliani Imp. θείος ſive avunculus, Chriſtianorum perſecutor etiam contra avunculi ſententiam crudeliſſimus de qvo Philoſtorgius VII. 10. Valeſius ad Sozom. V. 8. Jac. Gothofredus ad Cod. Theodoſ. T. 6. p. 368.

Conſules Romani Anicius Julianus A. C. 322. M. Aqvilius Julianus 38. P. Cæjonius Julianus Camoenius 325. Claudius Julianus 224. T. Vinicius Julianus, ſuffectus A. 363. Vide & infra in Salvio Juliano.

Julianus *Diaconus*, cujus antidotum æqvalis ſui laudat Aëtius III. 3. cap. 12. Alius *Julianus Lucas* natione Græcus. Diaconus Toletanus, qvi Hiſpanicam Hiſtoriam & de geſtis Ildefonſi, qvod Archi Epi-

Episcopo alii tribuunt, scripsit. Baron ad A.C. 657. n. 43. Vossius Hist. latin. p. 753.

Didius Julianus Imperator A. C. 193.

Julianus *Eborensis* Episcopus, in veteri inscriptione apud Gruterum pag. MLIII. 9.

Julianus Pelagii & Cælestii discipulus, Episcopus *Eclanensis*, contra qvem S. Augustinus scripsit. De eo multa, Annales & Pelagianæ scriptores Historiæ, Usserius, Vossius, Norisius: Garnerius qvoqve ad Marium Mercatorem Tomo I. & ad librum diurnum Pontificium Rom. p. 43. Idem Garnerius Juliani hujus libellum missum ad sedem Apostolicam vulgavit cum notis Paris. 1668. 8.

Julianus *Edessenus* Monachus & Anachoreta, cujus vitam Ephraimus Syrus scripsit. De eo Acta Sanctorum IX. Junii, Tomo 2. pag. 175. seq.

Julianus *Episcopus*, qvem in libris octo de anima colloqventem induxit & cui libros de vita contemplativa dicavit Julianus Pomerius. Forte Julianus Episcopus *Forojulienſis*, cujus mentio in vita S. Honorati, de qvo vide admonitionem libris de vita contemplativa ab erudito viro in nova Prosperi editione præmissam. Fuit & Julianus qvi cum aliis Episcopis Gallis Epistolam Synodicam ad Leonem M. scripsit A. C. 451.

Julianus *Halicarnassenſis*, Aphthartodoceta, contra qvem scripsit Eusebius Thessalonicensis teste Photio Cod. 162. De eodem Juliano Svidas. Fragmenta ejus qvædam in Catenis Græcis.

Juliani duo Episcopi *Hierosolymitani* sæculo post natum CHristum secundo. Euseb. V. 12. Hist. Eccles. Fuit & Julianus Monachus Hierosolymitanus monasterii B. Theodosii, qvi in Concilio CPolitano sub Menna A. C. 536. subscripsit libello contra Severum.

Julianus *Lebedi* postea Episcopus, notarius Stephani Episcopi Ephesini in Synodo Ephesina λῃστρικῇ A. C. 449 Evagr. II. ult. p. 311.

Julianus *Lucas*, supra in Diacono.

Julianus *Mascellio*, in veteri inscriptione apud Gruterum p. LI. 2. Ne dicam de aliis Julianis per veteres inscriptiones obviis, qvos in indice Gruteriano licet videre.

Julianus *Medicus* Methodicus, Apollonii Cyprii & Olympiani discipulus qvem audivit Alexandriæ & subinde confutat Galenus. Scri-

pſit libros XLVIII. contra Aphoriſmos Hippocratis, Philonem ſive librum de Methodo. nec non de animi & corporis morbis περὶ ψυχικῶν καὶ σωματικῶν παθῶν, atqve εἰσαγωγάς. Videindicem ſcriptorum à Galeno laudatorum ſupra lib. 4. c. 17.

Julianus *Melitenſis* Epiſcopus qvi cum Cingulano ſubſcripſit conſtitutioni Vigilii Papæ A. C. 553.

Julianus *Memoris* Epiſcopi filius, cujus & Jûs clariſſime fœmine Epithalamium à Paullino ſcriptum videre exoptat Barthius lib. 2. c. 1. Adverſariorum.

Julianus *mercator* opulentus ac liberalis, cujus tumulum epitaphio decoravit Venantius Fortunatus lib. 4. carm. 23.

Julianus *Patricius* & Exconſul qvi non diu poſt Juſtiniani tempora ſcripſit libris duobus Epitomen Novellarum, qvæ exſtat & de qva dixi in Bibl. Latina. Idem forte cui Priſcianus Cæſarienſis Grammaticus libros ſuos dedicavit.

Julianus *Pomerius* Mauritanus, presbyter Arelatenſis ſub extremum Sæculi V. clarus, cujus libri tres de vita contemplativa exſtant inter Proſperi opera, cujus nomine jam olim citati ſunt à Chrodogango in regula Canonicorum & Jona Aurelianenſi lib. 1. c. 1. & 10. de inſtitutione Laicali. De ſcriptis ejus deperditis videndus Gennadius cap. 98. de S. E. qvi ipſo adhuc ſuperſtite ſcripſiſſe ſe innuit, & Iſidorus c. 12. Ad hunc Pomerium eſt Epiſtola Ennodii ſexta libri ſecundi, & una alteraqve Ruricii Lemovicenſis, à qvo etiam Abbas appellatur. De eodem Cyprianus junior in vita S. Cæſarii Epiſcopi Arelatenſis: *Erat autem illis admodum familiaris Pomerius quidam profeſſione Rhetor, Afer genere, quem ipſis ſingulariter earum Grammaticæ artis doctrinareddebat.* Prologum alterum librorum de vita contemplativa qvem Dacherius T. 13. ſpicilegii p. 254 primus putavit ſe vulgaſſe, Lugdunenſes A. 1639. & Pariſienſes in nova Proſperi editione A. 1712. prologo priori clauſulæ inſtar ad texuere, omiſſum miror.

Julianus *Prætorianus* ſub Rege Gothorum Vitige. Liberatus in breviario c. 22.

Julianus Epiſcopus *Puteolanus*. Rectius Julius. Vide Qveſnelli notam 39. ad Epiſtolam 24. Leonis Magni.

Julia-

Julianus *Sabas* sive πρεσβύτης, eremita. Theodorit. Hist. religios. c. 3. & Hist. Eccles. III. 24. IV. 27.

M. *Salvius* Julianus Afer Hadrumetinus, proavus Didii Juliani Imperatoris JCtus, qvi Consul Romæ fuit Anno CHristi 148. & jussu Hadriani Imp. Edictum perpetuum condidit. De eo dixi in Bibl. Latina. Alius M. Salvius Julianus junior, qvi consulatum gesit A. C. 175.

Julianus *Samaritanorum* adversus Justinianum rebellantium & mox oppressorum Rex. Cyrillus in vita S. Sabæ, Baronius ad A. C. 530. n. 19. Alius Justiniani ejusdem à secretis & ad Æthiopas Homeritasqve legatus, cujus mentio apud Procopium lib. 1. & 2. de bello Persico.

Julianus *Scribo* de qvo Baronius ad A. 600. n. 3.

Julianus *Signinus* Episcopus, cujus meminit Vigilius Papa Epistola contra Theodorum Cæsarien sem scripta A. C. 551.

Julianus Chaldæus, ejusqve filius Julianus *Theurgus*, M. Antonini Philosophi temporibus clarus, de qvorum Theurgicis scriptis & τελεστικοῖς sive Magica sacra ac τελέσματα explicantibus videndus Svidas. De oraculis Juliani Theurgi dixi lib. 1. c. ult. ubi de oraculis tributis Zoroastri, Mago Persæ.

Julianus *Toletanus* Episcopus, ἀνθικειμένων & prognosticorum, aliorumqve variorum scriptorum latinorum auctor, de cujus vita & monumentis videndi Nic. Antonius lib. 5. Bibl. Veteris Hispaniæ c. 7. Caveus in Historia literaria scriptor. Eccles. ad A. C. 680. & Henschenius in Actis Sanctorum ad 8. Martii T. 1. p. 782. seq. Hunc cum Pomerio multi perperam confundunt.

Julianus *Tyrannus* sub Diocletiano, à Carino interfectus. Aur. Victor de Cæsaribus c. 39. Alius Julianus Nobilissimus, filius Constantini Tyranni, una cum patre jussu Honorii occisus A. C. 411. Sozom. IX. 15. Olympiodor. apud Photium Cod. 80. p. 195. sq.

Juliani nomen, propter Apostatam, Christianis exosum, adeoqꝫ rarius usurpatum, Hispanis vero imprimis ob Julianum Ceutæ sive Septæ Comitem, qvi A. C. 714. Mauros in Hispaniam adduxit, invisum notavit Johannes Mollerus in Homonymoscopia pag. 121. 122. & Jo. Schmidius diss. de fatalitate nominum propriorum humanorum edita Lipsiæ A. 1683.

VII.

VII. Catalogus Scriptorum CCCC amplius, qvi veram Religionem adversus Atheos, Deistas seu Naturalistas, Idololatras, Judæos & Muhamedanos asseruerunt.

Veteres Græci deperditi.

1 *Jasonis* Christiani cum *Papisco* Judæo Alexandrino Ἀληθὴς λόγος qvam S. *Lucæ* tribuit Clemens Alex. alii referunt ad *Aristonem Pellæum*. Vide qvæ dixi lib. V. cap. 1. pag. 187. seq. Proœmium sub titulo *Celsi de Judaica incredulitate ad Vigilium* legitur latine inter opera Cypriano adscripta. Confer Jo. Spencerum ad Origenem contra Celsum pag. 57.

2 Ejusdem *Aristonis* Apologia pro Christianis ad Imperatorem Hadrianum, de qva in Chronico Paschali p. 255. ubi male legitur Ἀπελλῆς καὶ Ἀρίστων, pro ὁ Πελλαῖος Ἀρίστων.

3 *Qvadrati* Apologeticus pro Christianis, ad Imp. Hadrianum.

4 *Aristidis* ad eundem Hadrianum Apologia pro Christianis.

5 *Justini* Martyris liber de resurrectione, & de fide ac Providentia ad Euphrasium Sophistam.

6 *Irenæi* contra gentes volumen, Eusebio memoratum atqve Hieronymo.

7 *Tatiani* πρὸς τὰς ἀποφηναμένας τὰ περὶ Θεοῦ.

8 *Clementis* Alexandrini de Providentia. Ejusdem de resurrectione mortuorum.

9 *Claudii Apollinaris* Hierapolitani in Phrygia Episcopi Volumen pro fide Christianorum, ad M. Antoninum Verum, & de Veritate libri duo, adversus gentes libri V. Contra Judæos libri II. Vide qvæ dixi lib. V. cap. 1. p. 189.

10 *Melitonis* Episcopi Sardensis Apologeticus pro Christianis ad M. Aurelium Antoninum.

11 *Apollonii* Romani Apologia pro Christianis latine dicta sed ab Eusebio Græce inserta Actis Martyrum.

12 *Miltiadis* Apologia pro Christianis ad Marcum & Commodum, ac Volumen adversus Gentes, & adversus Judæos aliud.

13 *Sexti* de resurrectione liber ab Eusebio V. 27. Hist. laudatus.

14 *Hip-*

14 *Hippolyti* Protrepticus ad Severam, Philippi Arabis Conjugem, Et de CHristo ac resurrectione.

15 *Methodii* adversus Porphyrium libri, & de resurrectione.

16 *Luciani* Martyris Apologia, cujus meminit Eusebius IX. 6. Hist. & Rufinus breve argumentum ex Actis Martyrii Historiæ suæ inseruit.

17 *Ammonius* Alexandrinus de Moysis & JEsu consonantia.

18 *Eusebii* adversus Porphyrium libri XXV.

19 Ejusdem Demonstrationis Evangelicæ libri X. posteriores.

20 Ejusdem Ecclesiastica Præparatio, & ἀπόδειξις allegata in Jure Græco Rom. lib. IV. p. 295.

21 *Cæsarii*, fratris Gregorii Naz. κατ' Ἑλλήνων. Svid.

22 *Apollinaris* Laodiceni libri XXX. adversus Porphyrium. Svid. vide qvæ dixi lib. IV. c. 27. n. 41.

23 Apollinaris ejusdem Syri contra Julianum & Philosophos pro Veritate, laudat Sozomenus lib. 5. cap. 18. incertum an idem opus cum priore.

24 *Philostorgii* adversus Porphyrium opus, cujus meminit ipse in Hist. Eccles. X. 10.

25 *Diodori* Tarsensis contra Judæos, & libri VIII. contra assertores fati, qvibus varios Ethnicorum Philosophorum Platonis, Aristotelis, Porphyrii errores confutavit. Svid. in Διόδωρος.

26 *Theodori* Mopsvesteni libri III. contra Magiam Persarum, de qvo opere Photius Cod. 81.

27 *Cyrilli* Alex. libri de Synagogæ defectu. Gennad. 57. de S E.

28 *Philippi Sidetæ* contra Julianum Imp.

29 *Stephanus* Bostrenus contra Judæos, citatus à Joanne Damasceno Orat. tertia de imaginibus.

30 *Joannis Philoponi* contra Jamblichum de imaginibus. Vide Photium Cod. 215.

31 Auctoris incerti Opus XV. librorum, in τύχῃ qvinqꝫ distinctum, qvo testimonia Ethnicorum Christianis dogmatis suffragantia collecta fuisse refert Photius, qvem vide Codice CLXX.

32 *Evodius* Monachus adversus Saracenos, qvi citatur ab Euthymio titulo panopliæ XXIV.

Syri.

33 *Jacobi* Nisibeni adversus Gentes, de gentium conversione, de persecutione Christianorum, de resurrectione &c. Vide Gennadium cap. 1.

Veteres Latini deperditi.

34 *Tertulliani* de superstitione sæculi.

35 *Asclepiadis* liber de providentia summi DEi, ad Lactantium qvi ejus operis meminit VII 4.

36 *Lactantii* adversus Judæos; qvod opus promittit VII. 1. institutionum.

37 *Augustini* contra Paganos libri III. & exhortatio ad eosdem.

38 *Niceæ* subdiaconi Aqvilejensis, instructionis ad Neophytos libri VI. de qvibus Gennadius c. 22.

Scriptores Græci qui exstant.

39 *Flavii Josephi* contra Apionem & Manethonem libri duo.
Liber περὶ παυλος contra Platonem, Josepho à qvibusdam tributus cujus fragmentum saltem habemus.

40 Petri Apostoli cum Appione disputatio in Clementinis & recognitionibus sub Clementis nomine editis.

41 *Justini* Martyris Ἔλεγχος πρὸς Ἕλληνας, itemqve λόγος πρὸς Ἕλληνας, nec non Apologia duplex pro Christianis, Liber de Monarchia, Eversio dogmatum Aristotelicorum, & Dialogus cum Tryphone, de qvibus uti de qvæstionibus qvoqve qvæ sub ejus nomine feruntur dixi lib. V. cap. 1. p. 53. seq.

42 *Tatiani* liber adversus Gentes

43 *Athenagoræ* Apologia pro Christianis, & liber de resurrectione mortuorum.

44 *Theophili* Antiocheni libri III. ad Avtolycum pro fide Christiana.

45 *Clementis* Alexandrini Protrepticus ad Gentes, cui etiam addi debent multa ex libris ejus Stromatum.

46 *Origenis* contra Celsum Epicureum libri VIII. qvorum primo & secundo etiam refellit objectiones qvas Judæi nomine Celsus adversus Christianos produxerat.

47 *Macarii Magnetis*, ἐρεσέχης Apologia Evangelica sive libri ἀποκριτικῶν (responsionum) ad Theosthenem adversus Gentiles Evangelii

gelii calumniatores. Opus hactenus ineditum & ab Albertino pag. 487. de S. Evchariſtia magis forte qvam meretur contemtum ac depreſſum. Vide qvæ de eo dixi lib. V. c. 1. p. 276. & qvæ ex illo ſervavit Nicephorus CPol. in anthirrheticis MSS. unde protulit nonnulla Tillemontius in Hiſtoria Imperatorum T. IV. in vita Conſtantini M. c. 93.

48 *Euſebii* libri XV. Præparationis & libri X. priores Demonſtrationis Evangelicæ, & adverſus Hieroclem, qvi Apollonium Tyanenſem cum CHriſto contulit, liber.

49 *Athanaſii* adverſus Gentes libri II. ad Macarium.

50 *Greg. Nazianzeni* ſtelitevticæ binæ in Julianum.

51 *Gregorii Nyſſeni* πρὸς Ἕλληνας, adverſus Græcos ex communibus notionibus. T. 1. Opp. p. 914. Ejusdem contra fatum. id. p. 894.

52 *Jo. Chryſoſtomi* adverſus Judæos & Ethnicos ἀπόδειξις de CHriſto T. V. edit. Græcolat. p. 735.

Ejusd. adverſus eos qvi providentiam in dubium vocant offenſi calamitatibus piorum. id. p. 766.

De Babyla & adverſus Julianum atqve Gentiles. id. T. 1. pag. 645.

Adverſus Judæos Homiliæ VI. T. 1. p. 383.

53 *Titus* Boſtrenſis providentiam Divinam propugnans libro ſecundo contra Manichæos.

54 *Hermiæ* irriſio gentilium.

55 *Baſilii* Seleucienſis demonſtratio contra Judæos de Adventu CHriſti T. 8. Bibl. Patrum Lugd. p. 495. eſt ejus Oratio XXXVIII.

56 *Cyrilli* Alex. adverſus Julianum libri X. & liber adverſus Judæos, cum qvæſtionibus.

57 *Philippi* Sidetæ Acta diſputationis in Perſide habitæ Chriſtianos inter, Gentiles ac Judæos. MS. in Bibl. Cæſarea teſte Lambecio lib. V. p. 137.

58 *Theodoreti* de curatione Græcarum affectionum, contra Julianum libri XII. & de Providentia Homiliæ X. & in Danielem ubi adverſus Judæos disputat.

59 *Gregentii* Archi Epiſcopi Tephrenſis diſputatio cum Herbano Judæo.

59 b. Æneæ Gazæi Theophraſtus, ſive de animæ immortalitate.

59 c. Zachariæ Mytilenæi Ammonius, ſive Mundum non eſſe æternum.

60 Auctor testimoniorum de Trinitate adversus Judæos qvi latine legitur inter Gregorii Nysseni opera T. 1. pag. 993. Chrysostomo junior.

61 *Joannes Philoponus* contra Proclum de æternitate mundi.

62 *Jo. Damascæni* disputatio Christiani & Saraceni, duplex T. 1. edit. Mich. le Qvien p. 466. & 470.

63 *Euthymii* Zigabeni confutatio Ismaëlitarum, sine nomine auctoris edita in Saracenicis Frid. Sylburgii. Confer qvæ idem Euthymius in panoplia adversus Judæos tit. VIII.

64 *Jo. Cantacuzeni* Imp. libri adversus Judæos & Muhamedanos, de qvo opere dixi lib. V. c. 5. p. 473.

65 *Bartholomæi* Edessæni elenchus & confutatio Hagareni in Steph. le Moyne Variis sacris T. 1. p. 302-428.

66 Anonymus contra Mahomedem, in iisdem Variis sacris pag. 429-451.

67 *Theophanis* Nicæni contra Judæos libri VI. MSS. in Bibl. Regis Galliæ cod. 2951.

68 *Nicolai* Hydruntini dialogus cum Judæo. MS. in Bibl. Regis Galliæ Cod. 2813.

69 *Matthæi* Hieromonachi libri V. in Judæos. MS. in eadem Bibl. & in Bodlejana Cod. Barocc. 33.

70 *Thaddæus* Pelusiota contra Judæos.

71 *Demetrii* Cydonii versio Græca confutationis Alcorani scriptæ à Ricoldo sive Richardo Florentino A. C. 1300. de qva dixi lib. V. c. 5. p. 691.

72 *Gennadii* CPol. dialogus cum Amurathe, de qvo ibid. pag. 697. Dialogus contra Judæos MStus in variis Bibliothecis.

73 *Theodori Abucaræ* dissertatio cum Judæo, & contra Saracenos.

74 *Samonæ* Archi Episcopi Gazensis circa A. 1072 disceptatio cum Achmede Saraceno. Confer Michaelem le Qvien ad Damascenum T. 1. p. 655.

75 *Andronici Comneni* dialogus contra Judæos.

76 *Anastasii* Abbatis sæculo nono clari contra Judæos liber, initio & fine mutilus. Latine ex Turriani versione in T. 3. Lect. Antiqvar. Henrici Canisii, & in Bibliotheca Patrum edit. Lugd. T. 13. p. 334--349

Syri.

Syri

77 *Eusebii* Edessêni contra Judæos MS. memorat Hebed JEsu in suo Catalogo.

78 *Ephræmi* Syri disputationes cum Judæis, & dissolutio impietatis Juliani. id.

79 *Diodori* Tarsensis de providentia, ita enim reddendus titulus illius operis, non *liber Politicorum*, ut Hebed Jesu. Vide Rich. Simonis Epistolas selectas T. 3. Epist. 19. p. 111.

Latini Veteres qui exstant.

80 *Tertulliani* Apologeticus, & libri duo adversus nationes, à Jacobo Gothofredo primum in lucem editi. Ejusdem de testimonio animæ, & ad Scapulam: tum adversus Judæos, & de Carnis resurrectione. Carmen ad Senatorem Apostatam qvod pleriqve Tertulliano abjudicant.

81 *Minucii Felicis* Octavius sive dialogus Cæcilii Natalis, Ethnici cum Octavio Christiano, in primis editionibus male pro octavo Arnobii libro venditatus. Hunc in theses sive Aphorismos resolvit B. Christianus Kortholtus in diatriba edita Kil. 1685. 4.

82 *Cypriani* libellus ad Donatum & alter de idolorum vanitate. Ejusdem ad Demetrianum. Et Testimoniorum ad Qvirinum adversus Judæos libri III.

83 *Arnobii* adversus Gentes libri VII. Jo. Maire typographus præf. ad Arnobium testatus est se constituisse duobus Voluminibus omnes Patres Ecclesiæ tam Græcos qvam Latinos, qvi contra Gentes scripserunt, cum integris omnium Commentariis vulgare. Sed nec ille, nec alius post eum hactenus id fuit executus.

84 *Lactantii* Divinarum Institutionum libri VII. horumqve Epitome integrior nuper edita à Clariss. Pfaffio, & liber de mortibus persecutorum ad Donatum Confessorem.

85 *Commodiani* Instructiones à Nic. Rigaltio primum editæ.

86 *Julii Firmici* liber de errore profanarum religionum.

87 *Ambrosii* de fide resurrectionis & Epist. 30. & 31. contra Symmachi relationem de Ara Victoriæ T. 2. edit Benedictin. p. 815. sq.

88 *Paulini* Nolani poëma adversus Gentiles, editum & illustratum à præstantiss. Viro Lud. Antonio Muratorio T. 1. anecdoton Ambro-

brosianæ Bibliothecæ, Mediolan. 1697. 4. In hoc inter alia testatur qvod libenter ego etiam & toto pectore verbis illius profiteor:

Discussi, fateor, sectas quantum potui omnes,
Plurima quæsivi, per singula quæque cucurri,
Sed nihil inveni melius, quam credere CHristo.

89 *Augustini* de Civitate DEi contra Gentes ad Marcellinum libri XXII. Ejusdem de vera Religione liber, & adversus Judæos.

90 *Pauli Orosii* adversus Paganos Historiarum libri VII.

91 *Aurelii Prudentii* libri duo adversus Symmachum ac veterem Deorum Gentilium cultum. Ejusdem Apotheosis, in qva hymnus contra infideles, aliusqve contra Judæos.

92 *Apollonii* Philosophi altercatio cum *Zacchæo* Christiano, libris III. in spicilegio Dacheriano T. X.

93 *Junilius Afer* parte 2. de partibus Divinæ Legis cap. 29. Unde libri religionis Christianæ asserantur T. X. Bibl. Patrum Lugd. pag. 350.

94 Incerti adversus Judæos qvi insecuti sunt Dominum nostrum JEsum CHristum. Inter S. Cypriani Opera.

95 Incerti contra Judæos, Paganos & Arianos sermo de symbolo, & de altercatione Ecclesiæ & Synagogæ, inter opera Augustini, appendice Tomi VIII. edit. Benedictinorum.

96 Varia collectanea adversus Judæos, in Auctario Stevartiano, atqve inde T. 27. Bibl. Patrum edit. Lugd. p. 619-623.

97 *Julianus*, Pomerio qvem sæpius citat junior, Episcopus Toletanus Sæculi VII. scriptor libris tribus de demonstratione ætatis sextæ contra Judæos ad Ervigium Regem.

98 *Isidorus Hispal.* contra neqvitias Judæorum.

99 *Rabani* Mauri, sive *Amulonis* potius, contra Judæos liber ad Carolum Regem Lotharii Imp. fratrem.

100 *Agobardus* de insolentia Judæorum, de Judaicis superstitionibus ad Ludovicum Pium &c.

101 *Anonymi*, Diaconi Bituricensis, ex Judæi prologus contra Judæos, editus à Jacobo Hommey in supplemento Patrum.

102 *Gviberti* Abbatis Novigentini de incarnatione, adversus Judæos.

103 *Odonis* Cameracensis Abbatis contra Judæos.

104 *Petri Blæsensis* contra perfidiam Judæorum T. XXIV. Bibl. Patrum Lugd. p. 1189.

105 *Petri Damiani* Antilogus contra Judæos, T. 3. Opusc. 2.

106 *Fulberti* Carnotensis sermo contra Judæos.

107 *Gilberti Crispini* Abbatis Westmonasterienſis ad Anselmum altercatio Christiani cum Judæo T. XX. Bibliothecæ Patrum Lugd. pag. 1884.

108 *Petrus* Cluniacensis contra Judæorum duritiem.

109 *Gvalteri de Castellione* Insulani, Tornacensium Canonicorum præpositi, qvi Sec. XII. exeunte claruit & poëmate de rebus Alexandri M. notior est, contra Judæos libri III. editi à Casimiro Oudino. Lugd. Bat. 1692. 8

110 *Thomæ Aquinatis* summa Catholicæ fidei contra Gentiles, in libros IV. distributa. Rom. 1467. Venet. 1480. fol. Colon. 1500. fol. & cum commentariis Franciſci de Sylvestris, Ferrarienſis Lugd. 1566. fol. Occurrit etiam cum iisdem commentariis inter opera Thomæ junctim excusa Rom. 1570. Venet. 1594. Antwerp. 1612. fol. tomo nono. Græce ex Demetrii Cydonii versione extat. MS. in Bibl. Regis Galliæ.

Scriptores recentiores de Veritate Religionis Christianæ.

111 *Raimundi Sebundi* Hispani Theologia Naturalis de Homine & Creaturis, sive liber Creaturarum & thesaurus divinarum Considerationum, ad umbilicum perductus Tolosæ A. C. 1436. Prodiit post Daventrienſem editionem (cujus meminit Warthonus) Argentinæ 1496. fol. Pariſ. 1509. 8. Lugd. 1540. 8. Venet. 1581. 8. Francof. 1631. 8. Lugd. 1648. Amst. 1661. Fallitur Nic. Antonius qvi Parisienſem pro prima editione habet Bibl. vet. Hispana T. 2. pag. 141.

Ejusdem Viola animæ, liber ejusdem argumenti, dialogi more disputatus. Toleti 1500. 4. Lugd. 1568. 12. Non contemnendus

dus hic scriptor visus est Michaëli Montano, qvi Theologiam naturalem Gallice vertit Rothomag. 1603. & 1641. 8. Apologiamqve ejus composuit lib 2. conatuum * cap. 12. licet secius de ipso censent alii, ut Mericus Casaubonus libro de credulitate & incredulitate p. 16.

112 *Marsilii Ficini* Florentini de religione Christiana & fidei pietate opusculum ad Laurentium Medicem, scriptum A. 1474. & sæpius editum separatim, atqve inter Ficini Opera junctim excusa primo loco positum Tomo I. Paris 1641. fol. Prodiit etiam cum notis Lud. Crocii, Brem. 1617.

113 *Hieronymi Savanarolæ*, † Ferrariensis, Triumphus Crucis contra sæculi sapientes, sive de Veritate fidei, libri IV. Lugd. Bat. 1633. 12. ut antiqviores editiones omittam.

114 *Jo. Francisci Pici, Mirandulani* sive Mirandulæ Domini & Concordiæ Comitis examen Vanitatis Doctrinæ Gentium & Veritatis Christianæ disciplinæ, libris VI. Mirandulæ 1520. atqve inter Auctoris opera excusa junctim Basil. 1601. fol. p. 467.

115 *Theodori Bibliandri* Christianismus sempiternus, verus, certus, in qvo solo homines possunt salvari, libris III. contra falsam ac deceptricem sapientiam. Basil. 1553.

Idem Alcoranum edidit cum Richardi Florentini & variorum confutatione. Basil. 1543. fol.

116 *Ludovici Vivis* de veritate fidei Christianæ libri qvinqve dialogorum more compositi Basil. 1543. Lugd. 1551. & inter Opera junctim edita T. 1. p. 286. Basil. 1555. fol.

Carolus Arndius V. C. in Systemate literario pag. 123. memorat Erasmi libellum de religionis Christianæ Veritate & seorsim excusum & conjunctim cum reliqvis ejus operibus. Sed fefellit eum memoria.

117 *Dominici Mellini* in veteres Christiani Nominis obtrectatores libri IV. Florentiæ 1577. fol.

118 *Augustini Steuchi* Eugubini de perenni Philosophia libri X. ad Paulum III. Pontificem Max. Lugd. 1540. fol. Basil. 1542. 4. & inter Opera junctim edita, Venet. 1591. fol. tomo tertio.

119

* Essais de Michaël Montagne.

† Vide Crenii præf. ad Helvici elenchos Judaicos p. 11. seq.

119 *Hieronymi Osorii* de vera sapientia libri V. Ulysipone 1578. Colon. 1579. 8. & inter opera Rom 1592. fol.

120 *Guil. Budæi* de transitu Helleniſmi ad Chriſtianiſmum libri III. Pariſ. 1556. fol.

121 *Mutii Pansæ* Pinnenſis de oſculo ſeu conſenſu Ethnicæ & Chriſtianæ Philoſophiæ, ubi Chaldæorum, Ægyptiorum, Perſarum, Arabum, Græcorum & Latinorum Myſteria, tanqvam ab Hebræis deſumta, fidei noſtræ conſona de DEo deducuntur. Marpurg. 1605. 8. ſecundus liber qvem pag. 115. & alii tomi qvos promittit p 291. & 485. nunqvam viderunt lucem.

122 *Livii Galantis*, Ord. minorum, libri XX. de Chriſtianæ Theologiæ cum Platonica comparatione, Bononiæ 1627. fol.

123 *Petrus Calanna* in Philoſophia ſeniorum, ſacerdotia & Platonica. Panormi, 1599. 4.

124 *Jo. Baptiſta Criſpus*, Gallipolitanus de Philoſophis caute legendis & Platonicorum dogmatum Chriſtianæ religioni adverſorum cenſura ac confutatio Rom. 1594. fol. Conſer ſcriptores de conſenſu vel diſſenſu Platonicæ Philoſophiæ cum Chriſtiana religione, laudatos à me ſupra lib. 3. c. 1. & *Franciſci Baltus* S. I. Apologiam Gallice editam pro SS. Patribus Platoniſmi accuſatis, Pariſ. 1711. 4.

125 *Ludovici Granatenſis* Introductio ad Symbolum fidei. Hiſpanice Salmanticæ 1582. fol. Italice Venet. 1587. 4. & latine eodem anno Jo. Paulo Gallutio interprete, & Gallice per Nicolaum Colinum.

126 *Petri Rami* Commentarius de religione Chriſtiana IV. libris. Francof 1576. 8.

127 *Guil. Poſtelli* * de Orbis terræ Concordia libri IV. ſine temporis nota fol. & 8. & Baſil. 1544. fol. Primo religionis Chriſtianæ placita rationibus Philoſophicis docentur. Secundus eſt de Muhamede, & Alcorani confutatio. Tertius, qvid commune totus orbis tam jure humano qvam divino habeat. Qvartus, qva arte ſine ſeditione falſæ de DEo perſvaſiones ad veram pertrahi poſſint. Supplementum hujus operis eſt Alcorani & Evangeliſtarum Concordiæ liber Pariſ. 1543.

* Vide Obſ. Hallenſ. T. 1. p. 335. & B. Tho. Ittigii diſſ. de Poſtello §. XI. & XVII. & XXX.

Ejusdem Pantheonosia, sive de compositione omnium disidiorum circa æternitatem &c. ibid.

128 *Josephi Acosta* S. I. de natura novi orbis libri II. & de promulgatione Evangelii apud Barbaros, sive de procuranda Indorum salute libri V. Colon. 1596. 8. Ejusdem de CHristo revelato libri IX. Rom. 1590. 4. Lugd. 1592. 8.

129 *Philippi Mornæi*, * Plesiaci Domini de Veritate Religionis Christianæ liber adversus Atheos, Epicureos, Ethnicos, Judæos, Mahumedistas, & cæteros infideles Gallicè Antwerp. 1581. 4. Latine Antwerp. 1583. 8 Lugd. Bat. 1587. 8. Sigenæ Nassoviorum 1597. 8. Herborn. 1602. 1609. 8. & cum notis Jo. Friderici Breithauptii, Consiliarii Gothani Anno 1713. denati 1697. 4.

Ejusdem Mornæi ad Judæos Paræneses. Salmur. 1607. 4. Gallice.

130 *Eilhardi Lubini* diss. de veritate Religionis Christianæ, è libro Philippi Mornæi. Rostoch.

131 *Antonii Possevini* Bibliothecæ selectæ liber IX. X. XI. de juvandis Judæis, Mahometanis & Gentibus.

132 *Hugonis Grotii* de Veritate Religionis Christianæ libri VI. carmine Belgico, ** in usum navigantium & ad barbaras terras excurrentium. Hoc opus A. 1620. in carcere *** scriptum & A. 1622. cum jam libertati restitutus esset editum, deinde *latine* auctor vertit & dicavit Hieronymo Bignonio, primumqve A. 1627. vulgavit sine notis, cujusmodi jam tertia editio prodiit Lugd. Bat. 1633. 12. Deinde addidit *notas*, cum qvibus post editionem primam Paris. 1640. 12 sæpissime vidit lucem, & separatim, & inter Criticos sacros, atqve inter Theologica Grotii Opera junctim excusa. Novissime Amstelodami *Joh. Clericus* recudi curavit 1709. 8 addito præter breves notas libro de eligenda inter Christianos dissentientes sententia. Eodem anno prodiit Lipsiæ 8. cum analectis *Ernesti Salomonis Cypriani.*

Græcæ versionis à Pastore legati Anglicani Parisiis concinnatæ meminit Grotius Epist 883. scripta ad Vossium A. 1638. additqve: *Pontificii*

* Crenius T. 3. Methodor. p. 350 seq. & T. 8. animadvers. Tho. Ittigii Opuscula Varia p. 252.

** Laudat Voëtius T. 1. select. p. 171. & Hoornbeckius de Ethnicis convertendis p. 99.

*** Vide Tentzelii Monatl. Unterredungen A. 1693. p. 232. 248. sq. Jo. Christoph. Wolfii carcerem, eruditorum Museum. p. 28.

tificii autem, nunc Persice *vertunt, ut Mahumetistas, si DEus adspiret, faciant Christianos.*

Arabicam versionem à Pocockio concinnari curavit Rob. Boyle, unde lepidus error Sponii & Wheleri qvi ex Arabico illo Grotium plagii * reum agunt, in itinerariis suis lectu alioqve dignis & amoenis.

Gallica Jo. Cordesii, nec minus altera qvæ notatur in libro Hexameron rustiqve pag. 31. itemqve nova tertia auctore P. le Jeune. Ultrajecti 1692. 12.

Germanica Valentini Musculi, qvi notas etiam transtulit dicavitqve Comiti Jacobo de la Gardie. Holmiæ, 1656. 12. Altera Martini Opitii, qvi reddidit Germanico carmine.

Anglica Coventrii.

Altera Simonis Patricii Episcopi postea Eliensis, qvi septimum librum addidit, Pontificiis oppositum.

Malaice etiam transferri fecit Rob. Boyle, (1637.

Suecica versio memoratur à Grotio Epistola ad fratrem 413. data A. C.

133 *Jo. Henichii*, Theologi Rinthelensis de veritate Relig. Christianæ tractatus, qvo ea, qvæ Hugo Grotius de hac materia commentatus est, aliqvanto uberius exponuntur. Rinthelii 1667. 12.

134 *Jo. Canuti Lenæi* Theologi Upsaliensis de Veritate & excellentia Christianæ Religionis brevis informatio ad Carolum Gustavum, Comitem Palatinum Rheni, & postea Sveciæ Regem. Upsaliæ primum, deinde Stetin. 1642. 12. Prodiit etiam Coburgi atqve A. 1702. 12 Schleusingæ.

135 *Simon Patrik* Witnesses to Christianity.

136 *Robert Jenkin* reasonablenesf and certainty of the Christian religion. Lond 1698. 1700. 8. 2. Volum.

137 *Joannis Locke* reasonablenesf of Christianity Lond. 1695. & ex Anglico Gallice, Petro Costeo interprete Amst. 1696. 8. *que la religion Chretienne est tres-raisonnable, telle qu'elle nous est representée dans l' Ecriture sainte.* Prodiit etiam Gallice altera pars ibid. 1703. 8. in qva leguntur responsa ad objectiones Stillingfleeti, Eduardi aliorumqve separatim Anglice à Lockio Londini edita.

* Confer si placet qvæ olim scripsi in Decade Decadum cap. 43. Versionis illius Arabicæ meminit Pocockius Epist. ad Vossium 336. data A. 1642. & Hottingerus Hist. Eccles. T. 1. 515.

138 *Joannis Clerici* de l' incredulité, ou l' on examine les motifs & les raisons generales qvi portent les incredules à rejetter la religion Chrétienne, avec deux lettres ou l' on en prouve directement la Verité. Amst. 1696. 1714. 8. & ex Gallico Anglice Lond 1697. 8.

139 *Caroli Leslie* truth of Christianity demonstrated. Lond 1711. 8. Memoires de Trevoux 1712. p. 183.

Ejusdem courte methode. ibid. 1697. 8. Mem. de Trevoux 1712. Mars.

140 *Joachimi Stegmanni* junioris, brevis demonstratio Religionis Christianæ Veritatis, inserta operibus Danielis Brenii. Amst. 1664. fol.

141 *Jordani Nicolai Edenii* Theologi Upsalienſis dissertatio de Religionis Christianæ veritate. Upsal. 1661. 8.

142 *Michaëlis Mourgves* S. I. plan Theologiqve du Pythagorisme & des autres sectes savantes de la Grece, pour servir d' eclaircissement aux ouvrages polemiqves des Peres contre le Paiens. Tolosæ 1712. 8. duobus Vol.

143 *Anonymi* Christianity the great ornement of humane life. Lond. 1701. Nouvell. de la Rep. des lettres 1701. Sept. p. 349.

144 *Richardi Steele* Christian Heros, libellus Anglice plus simplici vice editus in 8. & 12. qvo probatur Christianæ religionis observantem Principem dignissimum esse Herois nomine. Ad idem argumentum spectat Oratio *Hurtadi de la Motte*, voluminis tertio ejus poëmatum præmissa, qva ostenditur neminem vere mereri nominem Magni, nisi pium cultorem Numinis.

145 *Jacobi Bernardi* Professoris Math. & Ecclesiastæ Leidensis, de l' Excellence de la Religion Chrétienne. Lugd. Bat. 1714. 8.

146 *Eduardi Stillingfleet*, Episcopi Vigornienſis Origines sacræ, or rational account of the Grounds of the Christian faith, as to the truth and divine auctority of the Scriptures and the matters therein contained, libri III. Lond. 1666. 4. Germanice Brem. 1695. 8. Melior editio septima Cantabrig. 1702. fol. cui accessere ex auctoris MSto capita duo libri primi operis alterius qvod para-

parabat auctor qvinqve libris absolvendum hoc titulo: Origines sacræ or a rational account of the grounds of natural and reveal'd religion, where in the foundations of religion and the authority of the Scriptures are asserted and clear'd, with an answer to the Modern objections of Atheists and Deists.

Ejusdem letter to a Deist, in answer to several objections against the truth and authority of the Scriptures Lond. 8. & Latine D. Andrea Adamo Hochstetero interprete. Ulm. 1695. 8. cum mantissa de divinitate Scripturarum V. & N. T. ex libello Gallico Anonymi contra indifferentismum religionum A. 1692. Amst. impresso.

147 *Jo. Witty* essay towaards a vindication of the Mosaic History of creation of the world, in several lettres. Lond. 1705. 8. Act. Er. 1707. pag. 161.

148 *Jac. Abbadie* traité de la Verité de la religion Chrétienne. Roterd. 1684 2. Vol. 8. Germanice cum notis Francof. 1713. 4.

Ejusd. de la divinité de Jesus Christ. Roterd. 1689. 8.

149 *Godfridi Olearii* Theologi Lipsiensis JEsus der wahre Messias, ein köstlicher Eckstein. Lips. 1714. 8.

150 *Edward Fowler*, Episcopi deinde Gloucestriensis, design of Christianity, or a plain demonstration and improvement, that the enduing men with inward real righteousnesse or true holinesse, was the ultimate end of our Saviours coming into the world, and is the great intendment of his blessed Gospel. Lond. 1699. 8. tertia editio.

Ejusdem Libertas Evangelica, or a discourse of Christian liberty, being à farther pursuance of the argument of the design of Christianity. ibid. 1680. 8.

151 *Marchionis de Pianezza* demonstratio Evangelica, qvam ex Italico vertit Dominicus Bohurius S. I. Paris. 1672. 12, recus. 1678.

152 *Joh. Englerti*, Swinfurtensis, Gentilis testis veritatis, duabus dissertationibus expositus. Lips. 1710. 4.

153 *Petri Zornii* erstes Christenthum/so wohl in reiner Lehre als heiligen Leben aus den Feinden Christliches Nahmens den Heyden entworffen. Kiel 1711. Sciagraphia majoris operis promissi nec dum editi.

154 *Tobiæ Eckhardi*, Rectoris hodie Gymnasii Qvedlimburgensis, selecta non Christianorum de CHristo testimonia. Stadæ & Qvedlimb.

155 *Pet. Dan. Huetii* Demonstratio Evangelica, Paris. 1679. fol. Amst. 1680. 8. & auctior Paris. 1690. fol. Lips. 1694. 4 & 1704. 4. In his tribus posterioribus, licet alioqvi longe melioribus sunt qvædam loca omissa qvæ in primis duabus exstant. Vide notas ad Petri Bælii Epistolas pag. 115.

Ejusdem Alnetanæ qvæstiones sive de concordia rationis & fidei libri III. qvorum primo lex concordiæ, secundo dogmatum & tertio præceptorum Christianorum Ethnicorumqve comparatio continetur. Cadomi 1691. Lipsiæ 1692. 4.

156 *Sam. Bocharti* sermons de la divinité, necessité & certitude de l' Ecriture sainte. De l' autorité & de l' utilité du vieux Testament &c. dans ses sermons sur divers textes, Tom. I. Amst. 1714. 12.

157 *Matthiæ Flacii* demonstratio certitudinis sacrarum literarum in Clavi S. Scripturæ T. 2. p. 441. seq.

158 *Ægidii Hunnii* Theologi Witebergensis liber de Sancta Majestate, auctoritate, fide ac certitudine sacræ Scripturæ Propheticæ & Apostolicæ V. & N. T. Francof. 1591. 8. & inter Opera ejus junctim edita in fol. & ante commentarios ejus in Nov. Test. recusos Witeb. 1706. fol. curante B. D. Jo. Henr. Feustkingio. Etiam Germanice vertit Isaacus Foecklerus Francof. 1596. qvæ versio emendata à B. D. Elia Veilio, Theologo Ulmensi, cum ejus præfatione prodiit Ulmæ 1696. 12.

159 *Dr. Williams* sermons concerning Divine revelation, preached at the lecture founded by the honorable Rob. Boyle Esqve Lond. 1695.

159. b. *Jo. Henr. Bisterfeldius* de Divina Scripturæ sacræ eminentia.

160 *Petri Dinant* Ecclesiastæ Roterodamensis achbaarheit van Godts Woort, sive de dignitate Verbi Divini Roterd. 1709. 4. Belgice. Act. Er. 1711. p. 69.

161 *Christiani Dreieri* Theologi Regiomontani, de principiis fidei Christianæ, sive de credendi regula contra Gentiles & Judæos libri duo. Regiomonte 1689. 4.

162 *Jo. Henrici Alſtedii* triumphus Biblicus Herb. 1624. 8.

163 *Lud. Ferrandi* reflexiones ſur la religion Chrétienne. Pariſ. 1696. 12. duobus vol.

163 b. Preſervatif contre l'irreligion, ou demonſtrations des veritez fondamentales de la religion Chrétienne, avec une preface ou l'on fait voir les principaux motifs de l'incredulité, ſes pernicieux effets, & les moyens d' en empecher le progres, par *Mr. de la Touche Boesnier*, à Londres. Hagæ Com 1707. 8. Vide Acta Er. 1708. p. 451.

164 *Pauli Segneri* S. I. incredulo ſenza escuſa.

165 *Anonymi* la veritable religion cherchée & trouvée, en IX. discours Pariſ. 1708. 12. Memoires de Trevoux 1708. Jun. p. 1011..

166 *Gvilelmi Nichols* Conference with a Theiſt, qvinqve voluminibus. Lond. 1696. 97. 98. 99. 1703. 8. Act. Er. 1705. p. 91.

167 De la veritable religion par *Mr. le Vaſſor*.. Paris 1688. 4.

168 *Petri Allix* vernünfftige Betrachtungen über die Bücher der Heil. Schrifft/ die Warheit der Chriſtl. Religion dadurch zu behaupten. Nürnb. 1702. 8. è Gallico vertit Andreas Chriſtian Eſchenbach, Eccleſiaſtes Norimbergenſis.

169 *Franc. Dirois* preuves & prejuges pour la religion Chriſtienne & Catholiqve, contre les fauſſes religions & l'Atheiſme. Pariſ. 1683. 4.

170 The Atheiſt turn'd Deiſt, and the Deiſt turn'd Chriſtian, or the reaſonableneſs and Union of Natural and the true Chriſtian Religion, by *Tho. Emes*, Chirurgo Medicus. Lond. 1698. 8.

181 The reaſonableſs of Scripture belief, by *Charles Wolſeley*, *Baron*, Lond. 1672. 8.

Ejusd. Unreſonableneſs of Altheiſm. Lond. 1669. 1675. 8.

172 *Rich. Baxters* unreaſonableneſs of infidelity. Lond 1655. 8.

173 *Gilberti Burnet* Epiſcopi Salisburienſis four diſcourſes delivered to the Clergy of the dioces of Sarum, 1) the truth of the Chriſtian religion, 2) the Divinity and death of CHriſt. 3) the authority of the Church, 4) the obligations to continue in the Communion of the Church. 1694.

174 *Georgii Calixti* de veritate unicæ Religionis Chriſtianæ diſſertatio Helmſt. 1633. 4. & Germanice Brunſw. 1708. 8.

175

175 *Jo. Fabricii* Theologi Helmst. de veritate Religionis Christianæ Helmst. 1708. 4.

176 *Jo. Francisci Buddei* Veritas Christianæ Religionis, Philosophorum Gentilium obtrectationibus confirmata. Jen. 1711.

Ejusdem de Concordia religionis Christianæ statusqve civilis. Halæ 1712. 8. Confer *Sam. Pufendorfii* librum sæpius editum de habitu religionis Christianæ ad vitam civilem.

177 *Christiani Kortholti* Paganus obtrectator, sive de calumniis Gentilium in veteres Christianos libri III. Kil. 1698. 4. Confer Gvil. Caveum primis Christianismi primitivi capitibus, Jo. Jacobum Schudt lib. 1. Hist. Judaicæ cap. 17. 24. D. Adami Rechembergii diss. ad Hist. Eccles. p. 287. seq.

Ejusdem B. Kortholti diss. de religione Ethnica, Judaica & Muhamedana Kil. 1666. 4.

178 The certainty of Christian faith in general, and of the resurrection in particular, by *Dan. Withby*. Oxon. 1671. 8.

Ejusdem Necesity of the Christian revelation. Lond 1705. 8.

179 *Jeremiæ Taylori* Moral demonstration or discourse proving that the religion of JEsus CHrist is from God Lond. 1678. 12. cum alius ejus opusculis.

180 *Johannis Coleri* verité de la resurrection de JEsus CHrist, defendüe contre B. de Spinosa Hagæ Com. 1706. 8. cum Spinosæ vita.

181 *Christiani Wolfii* Mathematici Hallensis, Methodus demonstrandæ Veritatis Relig. Christianæ. Act. Er. 1707. p. 166. seq.

182 *Jacobi Fayi*, Ecclesiastæ Ultrajectini, defensio religionis, nec non Mosis & gentis Judaicæ, contra duas dissertationes Jo. Tolandi, qvarum una inscribitur *Adeisidaimon*, altera Antiqvitates Judaicæ. Ultraject. 1709. 8.

183 *Eliæ Benoist* Pastoris Ecclesiæ Gallicæ apud Delphenses, Melange de remarqves Critiqves, Historiqves, Philosophiqves, Theologiqves, sur les deux dissertations de Mr. Toland, avec une dissertation sur l' argument tiré du consentement de tous les peuples pour prouver l' existence de Dieu. Delphis 1712. 8.

184 Defense de la religion Chrétienne & de l'Ecriture Sainte contre les Deistes, par *Jean Baptiste de Rosemond* Paris. 1681. 12.

185

185 Penſees de *Mr. Paſchal* ſur la religion & ſur qvelqves autres ſujets. Amſt. 1699. 12. Omitto alias editiones, ſæpius enim hic liber poſtumus Blaſii Paſchalis ſummi viri prodiit.

186 *Georgii Nitſchii* Eccleſiaſtæ Gvelpherbytani Axiomata ſacra, das iſt kurtze und merckwürdige Reden von allerhand Geiſtlichen Sachen. Wolffenbüttel 1709 12.

187 *Guilelmi Bonjour* Toloſani triduana de canone librorum ſacrorum concertatio, acta in ſeminario Montis Faliſci Rom. 1704. 4. interloqvuntur Catholicus, Judæus, Ethnicus, Hæreticus, Samaritanus atqve Politicus. Vide Acta Er. A. 1706. p. 497.

Ejusdem diſſertatio in Hiſtoriam ſacram primæ Mundi ætatis, habita per Dialogos in Academia ejusdem ſeminarii, ibid. 1705. 4. id. pag. 504.

188 *Anonymi* Hiſtoire du Chriſtianiſme, ou l' on fait voir l' Origine & l' Antiqvité de ſes Veritez. Pariſ. 1701. 12. duobus Vol. Journal des Savans 1702. p. 386.

189 *Johannis le Maire*, Eccleſiaſtæ Amſtelodamenſis aſtrum Gentiliſmi ad claram lucem Evangelii. Amſt. 1642. Belgice.

190 *Benedicti Pictetι* Examen des Religions, huit ſermons ſur 1. Theſſal. V. 21. Genev. 1698. Nouvell. de la Rep. des lettres 1702. Novembr. p. 508. ſeq.

190 b. Veritas religionis Chriſtianæ Reformatæ aſſerta ex ratione, ve-relatione & antiqvitate amica & inimica, à *Gerhardo van der Meulen*. Lugd. Bat. 1667. 4.

191 *Viti Ludovici à Seckendorf* Chriſtenſtaat in drey Bücher abgetheilet/im erſten wird von dem Chriſtenthum an ſich ſelbſt und deſſen Behauptung wieder die Atheiſten und dergleichen Leute: im andern von Verbeſſerung des Weltlichen / und im dritten des Geiſtlichen Standes nach dem Zweck des Chriſtenthums gehandelt. Lipſ. 1685. 8. Acta Er. illius anni pag. 343.

192 *Joſephi Hall* Decad. 3. Epiſt. ſeq. p. 319. ſeqq. Operum.

193 Kurtze und leichte *Methode* oder Lehr-Vortrag / denen Deiſten die Warheit der Chriſtl. Religion zu beweiſen aus vier Reguln. Ex Anglico vertit Chriſtophorus Matthias Seidel, Paſtor & inſpector Tangermundanus Lipſ. 1710. 12. Qvatuor illæ regulæ ſunt, 1) ut

res gesta sit ita ut externis sensibus, auribus & oculis potuerit percipi 2) ut facta sit publice. 3) ut monumenta & consvetudines superstint publicæ, rem illam colentes. 4) ut monumenta illa & consvetudines derivatæ sint ab eodem tempore qvo ea res gesta est.

Samuel Bochartus 156.
Phil. Maria Boninius 234.
Gvil Bonjour 187.
Nic. Bonnetus 288.
Franciscus Boria 249.
Carolus Bovillus 346. b.
Car. de Bourgveville 235.
Jo. Braunius 375.
Jo. Bredenburg 261.
Raymundus Breganius 290.
Dan. Brenius 380.
Frid. Samuel Brentze 319.
Samuel Brettius 395.
Hugo Broughtonus 365.
Petrus Brutus 389
Gvil. Budæus 120.
Jo. Franciscus Buddeus 176. 213.
Gvil. Burnet. 173.
Cæsarius 21.
Petrus Calanna 123.
Georg Calixtus 174.
Abraham Calovius 398.
Jo. Calvinus 288. 386.
Caspar Calvoer 393.
Tho. Campanella 205.
Baruch Canephius 236.
Jo. Cantacuzenus 64.
Alex. Capellus 207.
Victor à Carbe 323.
Ludovicus Carretus 328.
Celsus de Judaica incredulitate 1.
Petrus de Cevalleria 345.
Walther Charleton 212.
Petrus Charron 219.
Georg Cheyne 226.
David Christianus 357.
S Jo. Chrysostomus 52.
Dan. Classenius 288.
Sam. Clark 227.
Jo. Claubergius 281. 288.
Clemens Alex. 8. 45.
Clementina 40.

Jo. Clericus 132. 137. 138. 288.
Mich Cobabus 238.
Jo. Coccejus 399.
Jo. Colerus 180.
Commodianus 86.
Andronicus Comnenus 75.
Jo. Crellius 288.
Gilbertus Criſpinus 107.
Mat. Veisſierius la Croſe 242.
Radulphus Cudvvorth 276.
Franciſcus Cuperus 263.
Nic. Cuſanus 424.
S. Cyprianus 82. 95.
Ern. Salomo Cyprianus 132.
S. Cyrillus Alex. 27. 56.
Jo. Damaſcenus 62.
Petrus Damianus 105.
Demetrius Cydonius 71.
Gvil. Derham 228.
Martin Dieſenbach 396.
Petrus Dinant 160.
Diodorus Tarſenſis 25. 79.
Dionyſius Carthuſ. 442.
Mr. Dirois 169.
Chriſtianus Donati 309. 288.
Georgius Draudius 392.
Chriſtianus Dreier 161.
Tobias Eckhard 154.
Jordanus Nic. Edenius 141.
Jo. Eduard 231.
Eſdras Edzardi 377.
Georgius Elieſer Edzardi 364.
Jo. Andreas Eiſenmenger 364.
Tho. Emes 170.
Conſtantinus l'Empereur 369.
Jo. Englertus 152.
Ephraim Syrus 78.
Simon Epiſcopius 356. 288.
Jo. d'Eſpagne 371.
Evodius Monachus 32.
Euſebius Cæſarienſis 18. 19. 20. 48.
Euſebius Edeſſenus 77.
Euthymius Zigabenus 63.
Steph. Ezekius 218.
Jac. Fayus 182.
Jo. Fabricius 175.
Jo. Ludovicus Fabricius 239.
Chriſtian Lebrecht Fels 329.
F. S. de la Mothe Fenelon 221.
Lud. Ferrandus 163.
Marſilius Ficinus 112.
Martinus Figverola 437.
Hadrianus Finus 390.
Julius Firmicus 86.
Matthias Flacius 157.
Petrus de Fonte 387.
Martin. Fotherby 211.
Eduard Fovvler 150.
Chriſtophorus Franckius 296.
Wolfgangus Frantzius 339.
Phil. Henr. Friedlieb 397.
Jo. Friſchmuth 440.
Jo. Ulricus Fromman. 216.
Fulbertus Carnot. 106.
Livius Galantes 122.
Petrus Galatinus 315.
Theophilus Galeus 273.
Dominicus Garcia 385.
Didacus Gatica 383.
Franciſcus Gaſtrel. 195.
Gilbertus Genebrardus 338.
Gennadius CPol. 72.
Frid. Gentzken 288.

Jo.

Jo. Gerhardus 288.
Moſes Germanus 271.
Antonius Geropoldus 432.
Stephanus Gorlevius 359.
Jac. Gouſlet 367.
Ludovicus Granatenſis 125.
Antonius le Grand 306.
Zach. Grapius 299. 429.
Gregentius 59.
S. Gregorius Naz. 50.
S. Gregorius Nyſſ. 51.
Val. Greiſſing 311.
Jo. Petrus Grunenbergius 241.
Nehem. Grevv 198.
Theoph. Groſgebavver 209.
Hugo Grotius 132.
Philippus Gvadagnolus 426.
Gvalterus de Caſtellione 109.
Gvibertus Abbas 102.
Gvilelmus Diaconus 101.
Petrus Haberkornius 352.
Georgius Hackevvill 241. b.
Matthæus Hale 230.
Joſephus Hall 192.
Mich. Havemannus 354.
Cornelius Hazart. 430.
Jo. Paul Hebenſtreit 288.
Udalricus Heinſius 288.
Chriſtoph. Helvicus 349.
Jo. Henichius 133.
Hermannus Colonienſis. 340.
Hermias 54. (313. b.
Erneſtus Ferdinandus Heſſus 317.
Hieronymus de ſancta fide 314.
David Hieronymi 332.
Abr. Hinckelmann. 303.
S. Hippolytus 14.
Andreas Adam Hochſteter 146.
Jo. Hoornbeeckins 274. 357.
Henr. Horchius 269.
Jo. Henr. Hottingerus 436.
Jo. Hovv 266.
Franc. Henr. Hoyer 419.
Petrus Dan. Huetius 155.
Jo. Jac. Huldricus 361.
Antonius Hulſius 401.
Jo. Chriſtoph Hundshagen 288.
Ægidius Hunnius 158.
Jacobus Niſibenus 33.
Jo. Wolfgang Jægerus 256. 288.
Iſaacus Jaqvelot 196.
Jaſonis & Papiſci dialogus 1.
Rob. Jenkin 136.
Tho a Jeſu 435.
Jo. Cantacuzenus 64.
S. Joannes Chryſoſt. 52.
S. Jo. Damaſcenus 62.
Theodorus John 414.
Johannes Philoponus 30.
Flav. Joſephus 39.
S. Irenæus 6.
Iſidorus Hiſp. 98.
Junilius Afer 93.
S. Juſtinus Martyr 5, 41.
Frid. Erneſtus Ketnerus 241.
Rich. Kidder 379.
Steph. Klotzius 288.
Chriſtianus Kortholt 177.
Lactantius 36, 84.
Franciſcus Lamy 203.
Jo. Canutus Lenæus 134.
Jo. Laſſenius 217.
Jo. à Lent 404.
Car. Leslie 139, 193, 373.

Philippus à Limborch 355.
Jo. Locke 137.
Val. Erneſtus Lœſcherus 250.
Lombardus, Magiſter ſententiarum 288.
Dominicus Lopez 194.
Eilhardus Lubinus 130.
J. M. 247.
Lucianus Martyr 16.
Martinus Lutherus 342. 422. b.
Nicolaus Lyra 337.
Macarius Magnes 47.
Laur. Magalottus 233.
Jo. le Maire 189.
Jo. Henricus Majus 407.
Nic. Malebranche 252.
Bonaventura Malvaſia 426. b.
Regnerus à Mansfeld 258.
Jo. Baptiſta Mantuanus 392.
Ludov. Maraccius 438.
Jo. Marcianæus 403.
Des Marets 248.
Antonius Margarita 325.
Antonius Marinarius 345.
Joſephus Martellinus 428.
Jacobus Martini 350.
Mr. Martin 284.
Matthæus Hieromonachus 68.
Vincentius de Coſta Matos 382.
Chriſtianus Matthiæ 353.
Jo. Frid. Mayerus 213. 377.
Gerh. Meierus 310.
Jo. Meiſnerus 288.
Melito Sard. 10.
Rud. Martin Melfuhrerus 372.
Dominicus Mellinus 117.
Marinus Merſennus 292.
S. Methodius 15.
Chriſtian Meyer 335.
Joann. Meyer 375.
Jo. Micrælius 277.
S. Miltiades 12.
Minutius Felix 81.
Georg. Mœbius 441. b.
Jo. Moltherus 428.
Mich. Montanus 111.
Jo. Baptiſta Morinus 294.
Philippus Mornæus 129.
Henr. Morus 260.
Hurtadus de la Motte 144.
Mich. Mourgves 142.
Steph. le Moyne 378.
Jo. Mullerus 215, 363.
Sebaſt. Munſterus 406.
Jo. Muſæus 259, 288.
Michaël Nau 427.
David Nerreter 438. b.
Steph. New 197.
Niceas Aqvilej. 38.
Gvil. Nichols 166.
Nicolaus Hydruntinus 69.
Sebaſt. Niemannus 240.
Petrus Niger 388.
Georg. Nitſchius 186.
Bernardinus Ochinus 348.
Odo Cantuarienſis 103.
Godfrid Olearius 149.
Origenes 46.
Iſaacus Orobius 270.
Paulus Oroſius 90.
Jo. Adamus Oſiander 308, 288.
Hieron. Oſorius 119.
Julius Conradus Otto 320.
Joannes Owenus 401.
Franciſcus Palæopolitanus 283.

Mutius

Mutius Panſa 121.
Jaſonis & Papiſci dialogus 1.
Sam. Parkerus 275.
Blaſius Paſchalis 185.
Simon Patricius 132, 135.
Elcanon Pauli 331.
S. Paulinus Nolanus 88.
Paulus de S. Maria 322.
Jacobus Peretz 381.
Eduard Pelling 208.
Dionyſ. Petavius 288.
Jo. Wilhelm Peterſen 223.
Petrus Alfonſus 313.
Petrus Blæſenſis 104.
Petrus Cluniacenſis 108.
Petrus Damianus 105.
Tobias Pfannerus 289.
Jo. Pfefferkorn 326.
Auguſtus Pfeifferus 307, 405.
Philippus Sidetes 28, 57.
Jo. Philoponus 30, 61.
Philoſtorgius 24.
March. de Pianeza 151.
Benedictus Pictetus 190.
Jo. Franciſcus Picus Mirandul. 114.
Pius II. Papa 423.
Petrus Poiret 264.
Julianus Pomerius 97.
Porchetus de Salvaticis 341.
Antonius Poſſevinus 131.
Gvil. Poſtellus 127.
Mr. Prideaux 433.
Jo. Georgius Pritius 301.
Aurelius Prudentius 91.
Sam. Pufendorfius 176. 286.
S. Qvadratus 3.
A. D. L. R. 254.
Rabanus Maurus 99.
Raimundus Martini 340.
Raimundus Sebundus 111.
Jo. Rajus 229.
Petrus Ramus 126.
Chriſtianus Ravius 417.
Raphaël Aqvitanus 384.
Jo. Raphſon 295.
Adam Rechenberg 278.
Urbanus Regius 343.
Paulus Riccius 321.
Richardus Florentinus 422.
Franciſcus Ridderus 203.
Jo. Stephanus Rittangel. 336.
Jo. Baptiſta de Roſemond 184.
Hannibal Roſellus 393.
Kilian Rudrauf 288, 300.
Joannes Salomo 318.
Porchetus de Salvaticis 341.
Samonas Gazæus 74.
Samuel Marocchianus 312.
Hieron. Savonarola 113. 423. b.
Henr. Julius Scheurl. 288.
Sebald Schnel 368.
Franciſcus Henr. Schonemannus 415.
Dietericus Schwabe 330.
Conradus Schwartz 297. 437. b.
Sextus 13.
Fauſtus Socinus 194.
Alex. Soſtmannus 408.
Barthol. de Spina 434.
Theoph Spizelius 286.
Frid. Spanhemius 200, 243, 410.
Jo. Petrus Specht 271.
Phil. Jac. Spenerus 222.

Jac.

Jac. Spenſerus 206.
Dan. Springer 411.
Joach. Stegmannus 140.
Rich. Steele 144.
Stephanus Boſtrenus 29.
Auguſtinus Steuchus Eugubinus. 118.
Ed. Stillingfleet 146.
Jo. Philipp Storr 366.
Marqvardus de Suſannis 347.
Jerem. Taylor 179.
Tatianus 7. 42.
Tertullianus 34. 80.
Thaddæus Peluſiota 70.
Theodardus 421.
Theodoritus 58.
Theodorus Abucara 73.
Theodorus Mopſveſtenus 26.
Theophanes Nicænus 67.
Theophilus Antioch. 44.
Thomas Aqvinas 110, 288.
Lud. Thomaſinus 291.
Jenkinus Thomaſius 227.
Jo. Tillotſon 255.
Titus Boſtrenſis 53.
Mr. de la Touche Bœſnier 163. b.
Gvil. Tovver 245.
Adamus Tribechovius 199.
Jo. de Turrecremata 431.
Franciſcus Turrianus 420.
Benedictus Vaillant 220.
Jo. Vake 280.
Mich. le Vaſſeur 244.
Mr. le Vaſſor 167.
Lamb. Velthuyſen 265.
Aubert de Verſé 267.
Lud. Vives 116.
Theodorus Untereyk 210.
Gisb. Voëtius 298.
Paulus Voëtius 288.
Burcherus de Volder 302.
Conradus Vorſtius 288.
Gerh. de Vries 257.
Jo. Georgius Wæchter 271, 441.
Jo Chriſtoph. Wagenſeil 358.
Tob. Wagner 304.
Jo. Conrad Wanckius 360.
Matthias Wasmuth 417.
Imman. Weber 304.
Jo. Weemſe 246.
Joachim Weickmann 412.
Paulus Weidner 327.
Abdias Widmar 409.
Erhard Weigelius 214.
Frid. Weiſius 285.
Dr. Williams 159.
Dan. Withbie 178.
Hermannus Witſius 402.
Chriſtophor. Wittichius 255. b. 268.
Jo. Witty 147.
Chriſtianus Wolfius 181.
Car. Wolſeley 171, 193.
Jo. Wulferus 362.
Jo. Xeres 416.
Haham Yshay Yeſuſun 293.
Petrus Yvon 272.
Zacharias Mytilenæus 59. c.
Jo. Zeiſoldus 288.
Petrus Zorn 153.

CA-

CAPUT IX.

ΤΟΥ ΛΙΒΑΝΙΟΥ
ὑπὲρ τ῀ Ἰȣλιανȣ̃ τιμωρίας.

LIBANII ORATIO
De ulciſcenda Juliani nece.

GODFRIDO OLEARIO Interprete.

Οὐκ ἀρκεῖ τȣ̃το τοῖς πράγμασι, ὦ Βασιλεῦ, a) λύπη κ᾽ ὀδυρμὸς, καὶ ἀγρυπνία μάτην ἀναλισκομένη. Εἰ γάρ τι τ῀των οἷόν τ᾽ ἦν ἐπανορθῶσαί τι τῶν συμβεβηκότων, πάλαι ἂν ἅπαντα εἶχε καλῶς ἕνεκά γε τ῀ σῆς κὰι τ῀ τῶν ἄλλων ἡμῶν ἀθυμίας. δεῖ

Non ſic, Auguſte Imperator, rebus (noſtris) conſulimus, dolore & ejulatu & noctibus fruſtra vigilatis. Si enim horum qvicqvam, ea qvæ nobis acciderunt, poſſet corrigere, optime cuncta ſe dudum haberent, tum propter tuam tum propter omnium noſtrorum animi ægritudinem

a) Ad Imperatorem Theodoſium ſcripta hæc videtur oratio, inter alias πολλὰς συμβȣλὰς referenda, qvas ad illum à ſe habitas Libanius teſtatur ſub initium orationis περὶ ἱερῶν. Scripta autem videtur ſtatim poſtqvam ex Hiſpania à Gratiano accitus Theodoſius, in imperii communionem eſſet aſſumtus, recensqve adhuc eſſet terror ob Valentem una cum legionibus à Barbaris Thraciam & Illyricum vaſtantibus cæſum, qva de re mox plura dicet Sophiſta. Cum vero anno CHriſti 379. factus Imperator Theodoſius fuerit, XIV. Kalend Februarii, ut recte contra Socratem & Baronium doctiſſ. Pagius probavit, eo ipſo anno ſcriptam eſſe hanc Orationem ſtatuo. Seqventi enim anno de Barbaris inſignem victoriam reportavit Theodoſius, ut recte à Zoſimo Lib. IV. p. 751. & Victore in Epitome proditum (perperam enim facere Theodoretum Lib. V. cap. 5. H. E. & auctorem Miſcellæ L. XII. c. 19. imo & Zonaram Annal. XIII. n. 15. qvi anno 378. à Theodoſio adhuc privato victoriam hanc expugnatam ſtatuunt, evincit ſilentium de illa Auſonii in Idyllio VIII. ſub finem illius anni ſcripto, & hæc ipſa qvoqve Libanii oratio.) Ante victoriam autem illam ſcripta hæc oratio ſit oportet, in qva λύπης κ᾽ ὀδυρμȣ̃ καὶ μάτην ἀναλισκομένης ἀγρυπνίας ob infrunitos hoſtium furores mentio, qvibus ſane non locus, ſi cum iſta ſcriberentur vindicta à Barbaris jam ſumta fuiſſet. Imo βȣλεύσασθαί τι μέγα κ᾽ ὄθεν ἂν δράσαιμεν τὰς πολεμίȣς ἃ νῦν ἡμᾶς ἐκεῖνοι jubet, ut adeo nondum afflictæ tum fuerint Barbarorum res, ſed de afflictione illis inferenda conſilium fuerit ineundum qvamobrem etiam de ϛεναγμοῖς tanqvam de re præſenti, aſt tanqvam de re futura περὶ τῶν ἀπὸ ξ῀ πράξεων ἡδονῶν loqvitur. Conſidera totum hujus orationis exordium, ex qvo non tantum de ejus tibi conſtare poterit ætate, ſed & de ſupra memorato Theodoreti & Autoris Miſcellæ errore, qvi in A. C. 378. victoriam Theodoſii contra Barbaros rejiciunt.

Istis itaqve posthabitis magnum aliqvod atqꝫ egregium consilium decet inire; qvo scilicet eadem à nobis hostes, qvæ nos ab illis hactenùs, patiantur. Sic enim cessante gemitu res (bene) gestæ (summa) nos afficient voluptate.

II. Eqvidem Oracula ea, qvæ prius egerunt nunc fas esset agere, ut scilicet instrui cupientibus, qvid, ut melius res eorum procedant, faciendum sit, dicant & indicent. Consilio enim & consiliariis humanis nunc qvidem tibi opus haud esset, si ab ipsis Diis sententia de illis qvæ prodesse possint ferrentur. Qvoniam vero ista obmutuere, magisqꝫ infortunatam reddiderunt terram, ita ut ad humanas consultationes pervenerit rerum conducibilium inventio, feras (rogo) me de præsenti rerum conditione tristissimâ dicentem. Sicqꝫ aliqvid, qvod ex re sit, proferre visus fuero, animum attende, si vero præter rem dixero, bonam voluntatem meam acceptam habens, ad illud qvoddam consilium qvod profuturum esse videatur convertere.

III. Sunt qvidem qvi Imperatores, & alii qvi milites ac-

τοίνυν ἅτων ἀπαλλαγέντας βυλέυσασθαί τι μέγα καὶ καλόν, καὶ ὅθεν ἂν δράσαιμθ τὸς πολεμίυς ἃ νῦν ἡμᾶς ἐκεῖνοι. ὅτω γὰ ἀνῆι ἔ σένειν ἐν ταῖς ἀπὸ ἔ πράτθειν ἡδονᾶς εἰκιμθ ἄν.

II. ἔδει μθ ἂν γὰ μανθεῖα ποιεῖν ἔτι νῦν ἃ πρότερον, καὶ τοις δεομθίοις ἀκέσαι, τί ποιοῦντες ἄμεινον ἂν πράξαιεν λέγειν τε καὶ μηνύειν. ὰδὲν γὰ ἔδει σε νῦν βυλῆς ὰδὲ συμβόλων ἀνθρώπων, παρ' αὐτῶν τῶν θεῶν τ περὶ τῶν συμφερόντων γνώμης ἀφικνυμθης. ἐπεὶ ἢ γὰ μθ' σεσίγηκε καὶ πεποίηκεν ἀτυχεστέραν τὴν γῆν, εἰς ἣ ἀνθρωπίνας ἦκε λογισμὰς ἡ τῶν συμφερόντων ἔυρεσις, ἀνάσχε μ περὶ τ παρόντος κακοπραγίας λέγοντ@, καὶ δοκῶ τι μὴν τί λέγειν πρόσεχε, ληρῶντα ἢ τ μθ προαιρέσεως ἀποδέχε, τρέπε ἢ ἐπ' ἄλλο τι τῶν συμοίσειν μελλόντων.

III. Εἰσὶ b) μθ' ἂν οἱ κατηγορθσι τῶν στρατηγῶν, ἕτεροι δὲ

b) Εἰσι μθ' ἂν &c.) Ipsum qvidem Imperatorem Valentem bellicas artes non calluisse Ammianus indicat L. XXXI. c. 14. ubi virtutes ejus vitiaqve describens *laborum impatientem, subagrestis ingenii, nec bellicis nec liberalibus studiis eruditum* fuisse inter alia dicit. Propius vero ad præsens negotium facit Zosimus IV. 24. qvi ad hoc ipsum prælium eductum à Valente ait exercitum σὺν ὰδενὶ κόσμῳ. Qvam corrupta

τῶν στρατιωτῶν, οἱ μὲν ἐκείνων ὡς ἀπεπαιδεύκτων τὰς ὑπ' αὐτοῖς, οἱ δὲ τότων ὡς φύσει δειλῶν. ἐγὼ δὲ αἰσχύνομαι μὲν τὰς πολλὰς αὐτῶν μάχας, αἰσχύνομαι δὲ τὸν θάνατον, ὃν τηρήσαντες τὴν τάξιν ἐδέξαντο, αἰσχύνομαι δὲ τὴν αἵματι χρωθεῖσαν Θρᾴκην, καὶ Μακεδονίας ἀπὸ μικρὸν, καὶ τὴν Ἰλλυριῶν τὴν πολλήν. ἀλλὰ τοῦτο μὲν ἀνεῖλον ὄμβροι καὶ χρόνος, σώζονται δὲ οἱ τῶν ὀστῶν κολωνοί, ἐν οἷς ὀστοῖς τότοις ἐνεῖναί φασι καὶ τὰξιαρχῶν καὶ λοχαγῶν καὶ τῶν ἐν τοῖς ἄλλοις c) σχήμασιν. Ἐν μέσοις δὲ αὐτοῖς ὁ Βασιλεὺς μαχόμενος

cuſent, illi qvidem iſtos qvod ſuos non inſtituerint ſatis, hos autem alteri, timidæ qvaſi indolis fuerint. Me vero reverentia habet tot præliorum ab ipſis depugnatorum, reverentia mortis qvam ordines ſervantes occubuere, reverentia Thraciæ, & haud exiguæ Macedoniæ, imo & Illyrici magnæ partis, ſangvine eorum pollutæ. Sed iſtum qvidem tempus & imbres delevere, oſſium vero ſuperſtites ſunt tumuli, in qvibus eſſe dicunt eorum oſſa qvi ordines duxerunt, & centurionum, aliarumve dignitatum virorum. Medius autem inter iſtos Imperator pugnans

pta vero diſciplina militaris eo tempore fuerit, qvamve parum de inſtituendis militibus ſoliciti fuerint ordinum duces & alii militum magiſtri, ex eodem diſcas, capite proxime præcedente. Ubi & milites qvos φύσει δειλοὺς noſter hic dicit, ἐνδεθραμμένους δειλίᾳ καὶ πρὸς τὸ φεύγειν γεγυμνασμένους vocat. Eqvites autem in primis proditionis & fugæ reos peragit Socrates H. E. IV. 38. & Hieron. in Chron. p. 188. Alia tamen omnia noſter tradit, cauſæ ſcilicet inſerviens.

c) σχήμασιν) varios vocis σχῆμα ſignificatus Lexicographi tradunt: non adeo ubiqve obvius qvo hic occurrit pro *dignitate*, uſurpata. Hoc qvoqve ſenſu eam exponi velim apud Paulum in Epiſtola ad Philipp. c. II. comm. 6. καὶ σχήματι εὑρεθεὶς ὡς ἄνθρωπος, ſi enim communem interpretum ſententiam ſeqvamur nihil aliud hæc ſignificabunt qvam id qvod præcedit ἐν ὁμοιώματι ἀνθρώπων γενόμενος, adeoqve bis idem dicetur.

* ἀνὴρ τάφῳ τὸ πλῆθος &c.) Noſter in prælio cecidiſſe Valentem & inter cæſorum cadavera ſepultum ait, aliter tamen qvi illam Hiſtoriæ ejus partem attigerunt fere omnes, Socrates IV, 38. Sozomen. VI, 40. Theodoretus IV, 31. Zoſimus IV, 24. Hieronymus in Ep. ad Præſidium. Jordanes in Hiſt. Goth. hi enim ajunt eum in turrim qvandam (vel ut Jornandes habet) ad prædium qvoddam prope Adrianopolin fugiſſe, qvo à Barbaris Imperatorem ibi latere ignorantibus igne accenſo, una crematus ſit. Ubi poſtmodum cum cadaver ejus qværerent, Mimæ Macedonum ducis cujusdam ſaxeum monumentum inventum tradunt Ammianus L. XXXI, 13. Zonarasq; & Cedrenus ubi de Valente agunt. Idem Ammianus autem ejus qvoqve ſententiæ de morte Valentis meminit, qvam hic Libanius profert, qvi etiam non mirari nos ſinit, qvod miratus fuiſſe videtur Eunapius

gnans cecidit, paratis qvidem (qvibus effugere posset) regiis eqvis, qvi qvantum celeritate polleant non ignoramus. Cum vero eos admoverent, qvibus cura erat eorum, peterentqꝫ ut (aliqvem ex illis) conscendens se ipsum (publicæ) rei servaret, ipse vero tot (jamjam) prostratis supervivere indignum esse diceret, pro sepulchro immorientium ipsi multitudinem nactus est.

IV. Ne itaqve qvisqvam timiditatem mollitiemve aut incuriam accuset, neqve ista in causa fuisse dicat cur superiores Barbari discesserint. Indoles enim militum & eorum qvi imperio iis præerant, veterum (indoli) tam qvoad artem qvam qvoad disciplinam (prorsus) erat similis. Neqꝫ hi istis qvicqvam (putandi sunt) deteriores, tanto enim in gloriam accendebantur amore, ut cum æstu simul, & siti, & igne & ferro pugnantes, * mortem fuga magis appetendam esse putaverint. Qvod itaqve superiores (hostes) fuerunt, à Deorum qvodam esse mihi videtur, qvi

ἵππεσε, παρόντων μὲν ἵππων τῶν βασιλείων, οἷς ὅσον μέτεστι τάχους οὐκ ἀγνοοῦμεν. παρεχόντων ᾧ αὐτῷ τῶν ἱπποκόμων καὶ δεομένων ἀναβάντα φυλάξαι τοῖς πράγμασιν ἑαυτὸν, ὁ δ' εἰπὼν ὡς οὐκ ἀξιοῖ ζῆν ἐπὶ τοσούτοις κειμένοις, αὐτοῦ ταφὴ * τὸ πλῆθος τῶν ἐπ' αὐτῷ καταπεσόντων ἔσχε.

IV. μὴ δή μοι λεγέτω τις δειλίαν, ἢ μαλακίαν, ἢ ἀμελέτησίαν, μηδὲ τὸ κρείττους γεγενῆσθαι τοὺς βαρβάρους εἰς ταῦτα ἀναφερέτω. Ἀλλ' αἱ μὲν φύσεις τῶν στρατιωτῶν καὶ τῶν τούτοις ἐπιστατούντων ταῖς τῶν ἔμπροσθεν ὠμότησι παραπλήσιαι, καὶ τὰ τὴν τέχνην καὶ τὴν ἐπιμέλειαν. οἱ δ' ἐκείνων οὐχ ὕστεροι, δόξης ᾧ τοσούτου αὐτοῖς ἔρως, ὥστε ὁμοῦ καύματι, καὶ δίψει, καὶ πυρὶ, καὶ σιδήρῳ μαχόμενοι τὴν τελευτὴν ἡδίω τῆς φυγῆς ἐνόμισαν. τῷ ποτ' ἂν ἡμῶν πεπλεονεκτήκασι, δοκεῖ μοι θεῶν τις ὀργιζόμενος ἐκείνοις συμπολεμεῖν.

napius in Maximo, Valentem ξένον τινὰ ἀφηνιάσαντα τρόπον inqviens, ὥστε οὐδὲ ὀστέον εἰς ἀναίρεσιν εὑρεθῆναι, ait enim neminem eo ut Valentis cadaver qværeret metu hostium accessisse. Cæterum ad conciliandam utramqve de morte hujus Imperatoris sententiam aliqvid faciet forte Hieronymus in Chron. pag. 189. qvi telo sauciatum primum Valentem, ad turrim illam fugam capessivisse atqve in ea crematum esse dicit. Verum ut qvod res est deniqve dicam, nihil plane certi hac de re asseverare licet, sive sic enim sive aliter statuas, Ammianus addet: *ut opinari dabatur, neqve enim vidisse se qvisqvam vel præsto fuisse adsevebabit.*

μεῖν. τὴν ὃ ὀργὴν ὅ μοι μάλιστα δοκεῖ πεποιηκέναι, φράσω.

V. Ἐδέξατο d) μὲν ὑπὸ τῇ πλευρᾷ τὴν πληγὴν Ἰουλιανὸς ἐκεῖνος, πειρώμενος τὰ ἑαυτοῦ φάλαγγος σωώσαι τὸ διαπαθὲν, καὶ τὸν ἵππον ἅμα βοῇ καὶ ἀπειλαῖς ἐπὶ τοῦτο ἐλαύνων. ὁ δὲ προπεσὼν e) καὶ τρώσας . . . . ὅς τις ἐνετολὴν πληρῶν τῷ σφῶν αὐτῶν f) ἄρχοντι, τῷ δὲ ἆρα τοῦτο μισθὸν ὅσιον ἔμελλε παρ' ἐκείνων g) οἷς ἦν ἐν πυθῇ τὸν ἄνδρα ἀποθανεῖν. χρηiratus ab eorum partibus steterit. Quid autem iram ejus maxime provocasse mihi verosimile sit (nunc) exponam.

V. Accepit magnus ille Julianus in latere vulnus, cum operam daret ut perruptos aciei suæ ordines restitueret, eqvitesve minis atqꝫ clamore in illos redigeret. Ille autem qvi eum invadens vulnere afflixit ex Christianis erat, implens acceptum ab eo qvi præest illis mandatum. Isti igitur præmium (facinus) hoc paraturum fuit apud illos, qvorum intererat virum

d) ἐδέξατο μὲν ὑπὸ τῇ πλευρᾷ) Ammianus XXV, 3. *Subita equestris hasta cute brachii ejus præstricta, costis perfossis hæsit in ima jecoris fibra*, qvæ verbum verbo reddens ita effert Libanius Orat. Necc Juliani: δόρυ δ' ἱππέως ἐπ' αὐτὸν ἐνεχθὲν ὅπλον μὲν τοῦ βραχίονος ὁρμὴν εἰς τὴν πλευρὰν εἰσέδυ, à qvo ipsissima illa verba dubio procul accepit Socrates H. E. III. 21. additqve Philostorg. L. VIII p. 510. & Nicephorus X, 34. peritonæum hasta fuisse disruptum.

e) καὶ τρώσας . . . . . ὅς τις) obscuras & fugientes, inveni Codicis MS. hoc loco literas, an itaqve χριστιανός an aliud qviddam supplendum sit, alius dicat. Certe Christianis cædem illam Juliani tribuit tum alibi passim, tum in hac oratione Libanius, nec multum negat Sozomenus H. E. VI, 2. qvamvis nec Zosimus nec Eutropius, Christiani nominis pariter ac ille hostes, id facere audeant, nec deniqve Ammianus. Imo nec ipsi Libanio cum Menodiam caneret, de Christianis qvicqvam in mentem venit. Qvam varie autem de cæde Juliani ejusve autore relatum fuerit, studiose inprimis annotavit Greg. Naz. Or. II. in Julianum p. 116. & Zonaras Annal. XIII. n. 13. Chrysostomum enim in Orat. II. de Babyla, Socratem, Theodoretum, Nicephorum, Amphilochium, Augustinum aliosve non multum necesse est ut prolixe allegemus. Vide Jacobum Gothofredum diss. in Philostorgii VII. 15. qvi neglexit referre qvod lanceâ inter dormiendum transfixum divinitus à S. Mercurio Martyre Julianum scribunt ex Eutychiano Chronographo Joannes Malala & Chronici Alex. scriptor, Auctorqve Vitæ Basilii Cæsar. qvæ Amphilochio tribuitur.

f) ἄρχοντι) qvem per ἄρχοντα intelligat, mihi non satis liqvet. An forte Episcopum aliqvem? Basilio sane M. & Gregorio ita infensum fuisse Julianum ut propter eos exitium Cæsarensibus minatus fuerit, ubi à Persica expeditione rediisset, memorat Niceph. X. 24. an eorum itaqve alterum percussorem Juliani ad facinus istud instigasse noster suspicatur?

g) οἷς ἦν ἐν πυθῇ) Christianorum autem vel maxime interfuisse eo tempore, ut Julianus è medio tolleretur, Libanius procul dubio vel ideo existimat, qvod ut modo

istum interire, Opportunitate vero terroris illo tempore exorti, ventorumqꝫ, & pulveris excitati usus, post qvam vulnus inflixisset discessit. Ille autem subito qvidem corruit, mox tamen eqvum denuo conscendens, eorum qvæ ad aciem pertinebant curam gessit: & qvamvis sangvinem manare videret, prius tamen curis se non exsolvit, qvam animi deliqvium pateretur. Cum vero ita ad tentorium esset delatus, & in medio circumstantium lacrymantiumve omnium (amicorum poneretur,) neutiqvam istam incusavit expeditionem, nec ideo se mœrore affici dixit qvod moriendum esset, sed qvod exercitum relinqveret tutela sua destitutum, Deosve ad qvos abiturus erat (jam) intuens, animam ita emisit. IV.

σάμην ἐν καιρῷ h) τῇ τότε συμβάσῃ ταραχῇ, καὶ τοῖς ἀνέμοις, καὶ τῇ πολλῇ κόνει πλήξας ἀπῆλθεν. ὁ δ' εὐθὺς * μὲν καθέπεσεν, ἔπειτ' αὖθις ἐπὶ τὸν ἵππον ἀναβὰς ἐπεμελεῖτο τῶν συμφερόντων τῇ φάλαγγι, καὶ τὸ αἷμα ῥέον ὁρῶν, ὑ προκαλέλυσε τὰς φρονίδας ἕως ἐλειποψύχησεν. οὕτω δ' ἐπὶ τὴν σκηνὴν κομισθεὶς, καὶ μόνον ἐν δακρύοσιν ἅπασι τοῖς περιεστηκόσι, i) ἦν τὸ παθών, k) οὐκ ἐμέμψατο τὴν στρατείαν, ἀλλὰ ταύτης τε ἑαυτὸν ἐπαινέσας καὶ λυπεῖσθαι φήσας οὐκ εἰ δίοι θνήσκειν, l) ἀλλ' ἐπὶ τῇ δὲ στρατεύματος ὀρφανίᾳ, m) τὰς θεὰς ὁρῶν ἤδη παρ' ἃς ἔμελλε ἥξειν, ἀφῆκε τὴν ψυχήν.

do è Nicephoro monuimus exitium iis minitatus esset si ex Persia sospes rediret, qvod confirmat etiam Orat. II. in Babylam Chrysost. T. V. Opp. p. 471. edit. Savil. & Gregorius Nazianz. Orat. II. adv. Julian. p. 114. adde & Sozomen. H. E. VI. 2.

h) τῇ τότε συμβάσῃ ταραχῇ &c.) eadem de vento exorto, & concitato ab illo pulvere nubibusve obducto cœlo habet Libanius in Orat. de nece Juliani p. 303. ex qva ista qvoqve accepisse videtur Sozom. H. E. VI, 1. & ex eo Nicephorus X. 24. item Zonaras lib. 13. Annal. n. 13.

* εὐθὺς καθέπεσε) eodem modo rem narrat Libanius Orat. in necem Juliani p. 303. Zosimus autem conatum qvidem fuisse eqvum denuo conscendere, sed sangvinis fluxum id prohibuisse ait. Ammianus qvoqve simulac eqvo delapsus esset *in castra relatum dicit*, ibi autem eqvum denuo postulasse, qvamvis vires voluntati non suffecerint.

i) ἦν τὸ παθών) Sic & Libanius Orat. περὶ ἱερῶν p. 24. de Juliano jam morti propinqvo: ἠπάζετό τε τὸ τραῦμα, καὶ βλέπων ἠγάλλετο, ᾗ μὴ δακρύων αὐτὸς, τοῖς ἦν τὸ δρῶσιν ἐπείλιμα &c. confer. & orat. in necem Juliani p. 323. & Ammianum lib. XXV. c. 3.

k) οὐκ ἐμέμψατο τὴν στρατείαν) hinc apud Ammianum inter alia ait: *nec me gestorum pœnitet.*

l) Ἐπὶ τῇ δὲ στρατεύματος ὀρφανίᾳ) qvem scilicet exercitum in periculosissima loca fraude hostium deceptus perduxerat, & nunc qvoqve de successore incertum relinqvebat.

m) τὰς θεὰς ὁρῶν πρὸς ἃς &c.) hinc apud Ammianum exercitus lacrymas increpans ait: *humile esse cœlo sideribusqve conciliatum lugeri principem.*

VI. Ἐγένετο n) βασιλεὺς ἕτερος, ζῶντον εὐθὺς ἔχρην ἀμῦναι τῷ τελευτηκότι, καὶ προοίμιον τὴ βασιλείας τὴν τιμωρίαν ποιήσασθαι, o) τοῦτο δὴ τῷ ὠφελίμον τε καὶ μάταιον ἔδοξε. καὶ ὁ μὲν νεκρὸς ἐκομίζετο, p) οἱ δὲ κακὸν τοσοῦτον καταπεπρακότες ἐγέλων. ἐπιμιξιῶν δὲ πολλῶν ὑπὲρ εἰρήνης πρὸς τοὺς Πέρσας γιγνομένων, ἦν ἀκοὴν ὡς ἀδεὴς ἐκείνων ἐπὶ τῷ φόνῳ τετίμηται, q) καὶ ταῦτα τιμῆς ἐλπιζομένης. πρὸς ἐκεῖνον τοίνυν ἡγοῦμαι χαλεπῆναι τοὺς θεούς, r) καὶ διὰ ταῦτο καταναγκασθῆναι τοιαύτην εἰρήνην

VI. Alius constituebatur Imperator, eum ulcisci defunctum decuissет, ipsaqve Imperii exordia ab ejus vindicta sumere, sed istud stultum & superforaneum visum ipsi fuit. Et ille qvidem mortuus aufferebatur, qvi autem tantum machinati fuerunt malum, exultabant. Cum vero (postea) multum commercii (nobis) cum Persis ob pacem (ineundam) intercederet, delatum ad nos est neminem eorum ob cædem istam præmio honoratum fuisse, cum tamen ejus spes fuisset proposita. Illi igitur iratos Deos fuisse puto, propterea ve talis ineundæ pacis impo-

n) βασιλεὺς ἕτερος) Jovianus nimirum.

o) ταῦτο τῷ περιττόν &c.) Christiano scilicet, qvibus supra ἐν ὠφελῇ fuisse dixit ut Julianus moreretur.

p) οἱ δὲ κακὸν τοσοῦτον καταπεπρακότες ἐγέλων) Christiani nimirum, qvod non dissimulat Socrates H. E. III. 22. Præcipue autem Antiocheni, qvi ut fatetur Theodoretus H. E. III. 28. morte ejus audita δημοθοινίας ἐπεδείκνυν καὶ πανηγύρεις, καὶ ὁ μόνον ἐν ταῖς ἐκκλησίαις ἐχόρευον καὶ τοῖς μαρτύρων σηκοῖς, ἀλλὰ καὶ ἐν τοῖς θεάτροις δ' σαυρὸν τὴν νίκην ἐκήρυττον.

q) καὶ ταῦτα τιμῆς ἐλπιζομένης) eo nisi fallor Libanius hic respicit, qvod per præconem licet (ut ipse Libanius refert Orat. in necem Juliani & ex eo Sozomenus H. E. lib. VI. c. 1.) ad præmium vocaretur cædis Juliani Autor, nemo tamen Persarum istam perpetrasse gloriari potuerit.

r) καὶ διὰ ταῦτο καταναγκασθῆναι &c.) invidiam turpissimæ illius cum Persis pacis in Jovianum derivare Sophista hic nititur, qvam ut augeant Ammianus lib. XXV. c. 9. item Eutropius in Epitome & Rufus Festus, nunqvam ab Urbe condita Ducem ullum pacem fecisse qva provincias Romanas concederent hostibus, observant. Qvi tamen ob id vapulant Casaubono in notis ad Spartiani Hadrianum, Lindebrogio ad Ammiani l. c. & Leonh. Coqveo in notis ad Augustini l. IV. de C. D. cap. 29. Hadrianum, Aurelianum, & Diocletianum Romanas Provincias hostibus tradidisse docentibus. Indeq; rectius facere ipsis visus fuit Zosimus, qvi lib. III. c. 32. ad Provincias Persiæ finitimas illam observationem restringit. Partes tamen, Ammiani sui Eutropiive & Rufi sumit Valesius, istorum principum & Joviani plane diversam rationem esse existimans. Illos enim sapienti consilio ait regiones

impoſuiſſe neceſſitatem, per qvam majora, qvam optare poterant, hoſtibus ceſſerunt: Tota (ſcilicet) Armenia, & urbs in finibus ſita, (in qva) magnum (certe rerum poſitum eſt) momentum, caſtraqve qvamplurima eaqꝫ munitiſſima.

VII. Verum in iſta forſam inqvirere ei non licebat. Non obſcurum qvid mihi velim, eſſe exiſtimo. At vero celerrimus iſti (Imperatori) cum ſuperveniſſet exitus, fratresqve duo ad Sceptra accederent, eadem in ulciſcendo (Juliano obtinuit) ignavia. Eqvidem ſepulchri cura (ipſis) haud exigua erat, impenſis qvoqve (in illud) factis (haud exiguis,) qvin etiam qvi (operi) intenderent, miſerunt,

ποιήσαϑϑ, δι' ἧς μείζονα ὧν ἠυξανϛο ἂν ὑπῆρξε τοῖς πολεμίοις. s) Ἀρμενία πᾶσα, t) πόλις ἡ ἐπὶ τοῖς ὁρίοις πλεονέκϛημα μέγα, u) Φρούρια πολλὰ καὶ καϛερά.

VII. ἀλλὰ τούτῳ μὲν ἴσως οὐκ ἐξῆν τὰ τοιαῦτα ζητεῖν. οἶμαι δ' εἶναι δῆλον ὃ λέγω. x) Τελευτὴ δ' αὐϛῷ ταχείας συμβάσης, καὶ y) τοῖν ἀδελφοῖν ἐπὶ τὰ σκῆπϛρα παρελθόντοιν ἡ αὐϛὴ ϖερὶ τὴν τιμωρίαν ἀργία. z) καί τοι γ' μνήμαϛος ὑ μικρά τις ἡ πρόνοια, καὶ ταῦτα δαπάνης γιγνομένης, ἀλλ' ὅμως προῒεν̃ο καὶ τὰς σκεψομένας ἔπεμπον, καὶ ἠρώτων ἐπανήκονϛας,

giones qvasdam qvas ſine magno ſumtu tueri non poterant, citra fœdus ullum dimiſiſſe, hunc vero turpi pactione qvaſi victum redemtionis loco provincias Populi Rom. Perſis tradidiſſe. Sit itaqve turpis illa pax qvemadmodum pro tali Socrates H. E. III. 22. Zonaras qvoqve Annal. lib. XIII. n. 14. & Agathias lib. IV. eam agnoſcunt, ſit etiam hoc nomine turpis qvod ſimile ante Jovianum pacis non extet ullum exemplum. At ea ſaltem ex parte recte excuſaſſe Jovianum Patres Chriſtianos, Gregorium ſcilicet Nazianz. Or. II. in Julian. & Auguſtinum de C. D. IV. 29. V. 21. dicere liceat, qva Julianum potius in cauſa fuiſſe dicunt, qvi in tantum periculum totum exercitum Romanum perduxerat, ut pax iſta firmaretur. Et ſane plures forte Provinciæ Romanæ, deleto integro exercitu, Perſarum furoribus fuiſſent expoſitæ, ille autem aliter qvam pace inita ſervari ægre poſſe videbatur.

s) Ἀρμενία πᾶσα) Zoſimus lib. III. c. 31. magnam ſaltem Armeniæ partem Perſas Romanis ademiſſe dicit βραχύ τι ταύτης Ῥωμαίοις ἔχειν ἐνδόντας.

t) πόλις ἡ ἐπὶ τοῖς ὁρίοις) duas urbes in finibus ſitas, *Singaram* nimirum & *Niſibin* ea pace Perſis fuiſſe conceſſas, ea conditione ut ſine incolis tranſirent in jura Perſarum memorat Ammianus lib. XXV. c. 7. & Zonaras Annal. lib. XIII. n. 14. Solam *Niſibin* ut potiorem nominat Zoſimus lib. III. c. 31. eamqve à Libanio hic qvoqve potiſſimum reſpici exiſtimo: μέγα enim πλεονέκϛημα eam vocat. Qvantum autem momentum in *Niſibi* poſitum fuerit, vel inde conjicias licet, qvod ter ante tempus iſtud à Perſis, fruſtra tamen, tentata fuerit. Qva de re vide ſi placet Illuſtrem Spanhemium in notis ad Juliani Orationem I. pag. 168. & 186.

τας, καὶ ὅλως ἐβούλοντο δοκεῖν ἐπιμελουμένοις περὶ τὴν ἐνταῦθα λαμπρότητα.

ablegarunt eos & redeuntes (de eo) interrogarunt, & omnem operam impendisse videri voluerunt, ut splendide illud adornaretur.

u) φρούρια πολλὰ) qvindecim castella in regionibus Transtigritanis, Persis tradita numerant Ammianus lib. IV. cap. 7. & Zosimus lib. III. c. 31. Qvid autem faciendum Socrati qvi Syriam à Joviano Persis concessam esse ait H. E. lib. III. c. 22. Sane ab Historica veritate plane id alienum est, indeqve Valesius ad illum locum calami errorem id esse judicat, proqve ζημιωθεὶς γὰρ τὰς Σύρας τῆς ἀρχῆς, legit ζημιωθεὶς γὰρ τὰς ὄρους τῆς ἀρχῆς, finibus enim imperii rectius mulctatus Jovianus dicetur. Antiqvus tamen error ille sit oportet, cum eundem ex Socrate hauserint Epiphanius Scholasticus & Nicephorus, nescio proinde an non rectius suum Σύρας Socrati relinqvamus, eove utpote generaliori nomine Armenios & Transtigritanos comprehendamus, sane Stephano teste ἀπὸ Βαβυλωνίας τῶν Σύρων τὸ ὄνομα διατείνει μέχρι τῆς ἱππικῆς κόλπου, ἀπὸ δὲ τούτου μέχρι τῆς Εὐξείνου κόλπου, qvam in rem confer etiam si placet Scaligerum in notis ad Eusebii Chronicon n. CCCXCIX.

x) τελευτῆς δὲ αὐτῷ ταχείας) Tam ad brevitatem imperii videtur respicere, cum octavo ejus mense interierit Jovianus, (unde Ammianus lib. XXVI. c. 1. de Juliani & Joviani brevissimo imperio loqvens *solubilium casuum diritatem* accusat & *obitu* dicit *interballatos brevi tempore principum*;) qvam ad subitum morbi impetum qvi præter omnium opinionem eum extinxit, hinc enim Zosimus lib. III. cap. 35. νόσον αἰφνιδίως ἐνσκήψασαν dicit. Ammianus vero ne memorato qvidem morbo *Jobianum* inqvit *celeri gradu præscriptos finiendæ vitæ dies exegit, eum enim venisset Dadastanam, exanimatus inventus est nocte.* Lib. XXV. cap. 10.

y) καὶ τοῖν ἀδελφοῖν) Valentem & Valentinianum intelligit. Simili modo eos significat in oratione περὶ εἰρῆν p. 10. Νεωτέρων δέ τινων συμβάντων ἐκωλύθη τοῦτο τοῖν ἀδελφοῖν, & alibi passim.

z) καὶ τοι τὸ μνῆμα τοῦ μικρά τις ἡ πρόνοια) sepulchrum qvidem Juliani à Joviano jam exornatum fuisse meminerunt Ammianus lib. XXV. cap. 9 & 10. Socrates lib. III. cap. 22. Sozom lib. VI. c. 3. Theodoretus lib. IV. c. 4. Philostorg. lib. VIII. cap. 1. Inscriptionem qvoqve in sepulchro positam satis splendidam memorat Zosimus lib. III. cap. 34. qvam tamen haud paulo aliter ac Zosimus repræsentant Zonaras Annal. lib. XIII. n 13. & Cedrenus. In προαστείῳ autem vel ut Ammianus latine effert *suburbano* sive *pomœrio* Tarsi Ciliciæ oppidi sepulcrum illud conditum fuisse (ibi enim sepeliri ipse dum viveret teste eodem se jusserat) maxima pars citatorum Autorum tradit, qvibus adde Libanium in orat. in necem Juliani p. 331. & Chrysostomum orat. II. in Babylam T. V. opp. p. 471. (edit. Savil.) Qvod autem Gregorius Nazianz. in orat. II. adv. Julianum cadaver ejus præeuntibus mimis & ludionibus, scuriliter mortuum deridentibus, Tarsum, delatum esse ait, id non ita accipiendum esse, qvasi per contumeliam factum sit, sed ex

VIII. Et hæc qvidem satis bene, male autem illud (se habet.) Non enim plus lætitiæ attulerunt iis qvæ fecerunt, qvam iis qvæ omiserunt mœroris. Et præstitisset certe ut ea qvæ neglexerunt facientes, neglexissent illa qvæ curæ ipsis fuerunt, qvam ista qvæ nunc fecerunt (facere.) Nemo enim tantam voluptatem ex pulchris eorum qvi injuste perierunt monumentis facile capiet, qvãta caperetur ex vindicta ab oppressore exacta. Cum itaqꝫ multo sermo ferretur nostrorum aliqvem esse (Juliani) percussorem, qvamve iniqvum sit si nemo ulciscatur, nihil tamen illi, ad qvos ea pertinebant, hisce moti sunt, neqꝫ con-

VIII. Τετὶ μὲν ὖν καλῶς, ἐκεῖνο ὃ ὰ καλῶς. ὰ γὰ οἷς ἐποίων ἐχαρίζοντο μᾶλλον, ἢ οἷς ὰκ ἐποίων ἐλύπων. καὶ βελτίως γ' ἂν ἦσαν ποιοῦντες μὲν ὧν ὠλιγώρων, ὀλιγωροῦντες ὃ ὧν ἐπεμελοῦντο, ἢ ὡς νῦν ἐποίησαν. ὰδεὶς γὰ ἂν ὕτως ἡδείη τῶν ἀδίκως ἀποθανόντων κάλλει μνήματος, ὡς τῇ ἐκείνης δίκῃ. ὄντος τοίνυν πολλῆ ἐν λόγῳ τᾶδε ὡς ἐξ ἡμῶν ὁ ἀπεκτονὼς εἴη, καὶ ὡς δεινὸν εἰ μήτις ἐπέξεισιν, ὰδὲν μᾶλλον ὃς ἐχρῆν ἐκινοῦντο, ὰδὲ συμπηγον τὰς τῶν βουλευμάτων κοινωνὰς ἐπὶ ζητήσει

more veteri, jam monuit Valesius ad Ammiani lib. XXV. c. 9, Deniqve Philostorgii prætereunda non est observatio, qvi non consulto qvidem, casu tamen aliqvo, è regione sepulcri qvo Maximiani ossa continebantur, sepultum Julianum dicit, semita sola loculos ab invicem separante lib. VIII. c. 2. ita scilicet qvi tot in rebus inter se conveniebant, sepulcri qvoqve vicinitate jungebantur. Verum hoc sepulcrum Tarsi Juliano extructum, ejusve cura nihil ad Valentinianum & fratrem Valentem pertinet, sed ut diximus ad Jovianum. Alio igitur hic respiciat Libanius oportet. Scilicet dicente Ammiano lib. XXV. cap. 10. Juliani *suprema & cineres, si qbi tunc juste consuleret, non Cydnus videre debebat, qvamvis gratissimus amnis & liqvidus, sed ad perpetuandam gloriam recte factorum præterlambere Tiberis intersecans urbem æternam* &c. Ideoqve translatum postea Juliani corpus εἰς τὴν βασιλίδα πόλεων teste Zonara lib. XIII. Annal. n. 13. per qvam tamen non veterem Romam, qvo eum transferri volebat Ammianus, sed novam intelligendam esse, docet Chronicon MS. ab Adamo ad Leonem, à Cangio ad illum Zonaræ locum allegatum, sic enim illud: ἀπεκομίσθη ὃ αὖθις εἰς Κωνσταντινόπολιν, καὶ ἐτέθη ἔνθα καὶ ἡ ἰοβιανὸς ἐν λάρνακι πορφυρέῳ κυλινδροειδεῖ μὲν ἐλένης τὸ θυγατρὸς δὲ Κωνσταντίνου καὶ γυναικὸς αὐτοῦ. Nec non Cedrenus p. 304. qvi omissa Tarsensis sepulcri mentione Constantinopolitani tantum meminit. Istam vero translationem Juliani à Valente & Valentiniano institutam esse, ex hac ipsa Oratione Libanii colligo.

τήσει ξ αἵματος, καὶ ταῦτα τῶν συμφορῶν εἰς ἔννοιαν ξ πράγματος ἀγόντων.

IX. Διέβησαν a) τὸν ἴστρον Σαυρομάται b) τὴν ἄῤῥηκτον στρατιὰν ξ πρεσβυτέρᾳ μὴ δείσαντες. καὶ ἔσυραν ἀνθ' ὧν τοῖς ἅπασιν ἔθνος τὸ Ἰλλυριῶν. c) μεμήνεγκαν, εἰς τὴν αὐτῶν μεγάλην εὐδαιμονίαν d) ἔργον χρόνῳ μακρῷ. e) καὶ τὴν μὲν ξ ταύτης τῆς χώρας ἄρχοντος θαυμάσαι τις λύπην, εἰ μὴ δακρύων f) ἔχ

filiorum participes, ut de Sangvine qvæstionem instituerent, convocarunt, licet (tot) casus rem istam in mentem ipsis revocarent.

IX. Superavere Istrum Sauromatæ, insuperabilem majoris natu aciem nihil veriti: florentem rebus omnibus Illyriorum gentem lacerarunt: solum mutare (eam) coëgerunt, qvæ magna ipsorum fuit felicitas, longissimi temporis opus. Et hujus qvidem provinciæ præfecti (merito) aliqvis miretur trepidationem, ob qvam ne lacrymas qvidem tenens præfe-

a) διέβησαν τὸν ἴστρον Σαυρομάται) Sauromatæ Qvadis juncti, Danubiumq; transgressi maximas clades in regionibus ei adjacentibus edidere, exacerbati injusta Regis cujusdam sui Gabinii cæde. Rem totam narrat Ammianus lib. XXIX. c. 6.

b) τὴν ἄῤῥηκτον στρατιὰν ξ πρεσβυτέρᾳ) non enim tantum in istis regionibus alebat Pannonicam & Mœsiacam legionem Valentinianus, qvæ etiam fusæ à Sauromatis fuerunt, ut l. c. Ammianus refert; sed ipse qvoqve πλὴν θρασκευὴν *ingentes copias* secum habebat, qvibus contra Barbaros eductis eorum qvoqve tandem repressit furores, & ad pacem petendam eos adegit.

c) μεμήνεγκαν) respicere hoc verbo mihi videtur Libanius ad eos, qvos captivos secum abduxerant Barbari, qvorum haud exiguum numerum fuisse l. c. Ammianus docet.

d) ἔργον χρόνῳ μακρῷ) Verborum istorum hic nisi fallor est sensus: tot tantaqve excursionibus istis suis Barbari perpetrarunt, ut longissimo tempore plura efficere vix potuissent. Hinc nimirum qvam felix ea illis fuerit expeditio, magis patet.

e) καὶ τὴν μὲν ξ ταύτης τῆς χώρας ἄρχοντος) Probum dubio procul intelligit Præfectum Prætorio, apud Sirmium eo tempore degentem. Qvanto enim terrore eum perculerint editæ à Barbaris strages, pro me dicat Ammianus lib. XXIX. c. 6. *Præfectus Prætorio agens tum apud Sirmium Probus nullis bellorum terroribus assuetus, rerum nobarum lugubri sibi præstitius, oculosqve six attollens, hærebat diu qvid capesseret ambigens, & cum paratis velocibus equis noctem proximam destinasset in fugam, monitus tutiore consilio mansit immobilis.*

f) ἔχ ὑπάτου στολὴν ἠγήσαντος) Consul fuit Sextus Petronius Probus anno C. 371. At istam Sauromatarum irruptionem ad annum 374. referre solent. Nec Ammianus

ĉti prætorio ſtationem ſe eo anno tenere vix exiſtimavit. Unde vero exiſtimare nos decet illam imbecillioribus natam eſſe audaciam? Ego qvidem iſthinc exiſtimo. Deinde vero etiam Tyranni rebellionem, urbes plane peſſundantem, ob qvam junior natu, multa fecit, multaqve

ὑπάτου τολὴν ἡγήσαλο εἶναι τὸν ἐναυλὸν αὐλῷ. g) Τὴν τόλμαν ἢ τῶν ἀθενεςέρων πόθεν χρὴ νομίσαι γεγενῆθαι; h) ἐγὼ δ' ἐνλεῦθεν ἡγοῦμαι. i) ἐπεὶ καὶ τὴν ἐπανάςασιν ἔ τυράννου τὴν εἰς ἅπασαν φθορὰν ἀγαγοῦσαν k) τὰς πόλεις, δι' ἣν l) ὁ νεώτερ-

mianus qvidqvam ubi de Probo hoc agit de conſulatu ejus addidit, ſed præfectum prætorio vocat: nec Conſuli hic locus. Igitur ne pro ὑπάτου apud Libanium legendum eſt ὑπάρχου? Imo de eo etiam dubito, an is qvi Conſul anno 371. fuit Probus, prætorio præfectus eſſe anno 374. potuerit. Qvod autem dubitem Libanius facit Or. Paneg. in Julianum Conſulem pag. 230. ubi de utraqve illa dignitate loqvens ita ait: πολλὴν ἢ συγγνώμην ἔχω τοῖς ἐρῶσι ἔ πράγματ- loqvitur autem de Conſulatu) καὶ ὧδε τῶν θεῶν αἰτοῦσι πρὸ τῶν ἄλλων ἀγαθῶν ἐπὶ τοῦδε ἔ δίφρου κομισθῆναι. ἐπεὶ καὶ οἷς ὑπῆρξεν εἰς ὑπάρχους τελέσαι, πρὸς τοῦτο βλέπουσιν, ὡς τοῦτο ἂν ἆθλον ἐκείνου· οἷς τε συνέβη τοῦδε πρὶν ἐκείνου τυχεῖν, ἥκιςα προσέχουσιν ἐκείνῳ, νομίζοντες ὅ, τι ἂν ἐπὶ τῷδε λάβωσιν, ἔλαττον εἰληφότες ἔσεσθαι.

g) τὴν τόλμαν ἢ τῶν ἀθενεςέρων) adeo nimirum Sauromatæ imbecilles erant & viles ſi cum Romanis contenderentur, ut ipſe Valentinianus conſpectis eorum Legatis ὑδὲν ἀξιοπρεπὲς habentibus exclamaverit: κακῶς πράττειν τὴν Ῥωμαίων ἀρχὴν ὠειλοῦσαν εἰς αὐλὸν, ὅπου τοιοῦτο γένος τῶν Βαρβάρων ἐυτελὲς, οὐκ ἀγαπᾷ παρ' ἑαυτῷ μένειν σωζόμενον, ἀλλ' ὅπλα αἱρεῖται καὶ Ῥωμαίων ὄρος πάλει, καὶ εἰς πόλεμον θρασύνεται vid. Sozom. H. E. lib. 4. cap. 31. ubi præ indignatione hujus rei mortuum eſſe Valentinianum tradit.

h) ἐγὼ δ' ἐντεῦθεν) ſcilicet divinitus iſtam audaciam Barbaris inſpiratam putat, qvod ægre ferrent Dii mortem Juliani neminem ulciſci.

i) ἐπεὶ καὶ τὴν ἐπανάςασιν ἔ τυράννου) Tyranni qvoqve ſeditionem non vindicatæ Juliani morti tribuit. Per Tyrannum autem intelligit Procopium, cujus rebellionem ejusve exitum deſcripta vide apud Zoſimum lib. IV. cap. 5. Socratem H. E. lib. IV. c. 3. & 5. Sozomenum lib. VI. c. 8. & fuſiſſime apud Ammianum, lib. XXVI. c. 6. ſqq.

k) τὰς πόλεις) fortaſſis potiſſimum ad Chalcedoniorum urbem reſpicit, cujus muri à Valente diruti fuerunt, qvod à Procopio ad illam ſeditionem ſe qvoqve paſſa fuiſſet ſeduci vid. Socrat. H. E. lib. IV. c. 8.

l) δι' ἣν ὁ νεώτερος πολλὰ μὲν ἔδρασε &c.) multum iſta rebellione commotum fuiſſe Valentem Zoſimus qvoqve teſtatur: καὶ ἐπλάγη μὲν αἷμα inqviens τῇ ἀκοῇ καὶ ἐπίμπλατο ταραχῆς lib. IV. c. 7. imo Ammianus lib. XXVI. c. 7. nuntio illo perculſum, adeo trepide iter eum feciſſe ait, ut de abjiciendis imperii ſignis cogitaverit.

τερ@ πολλὰ μὲν ἔδρασε, πολλὰ δ' ἔπαθεν, ἐντεῦθεν ἡγεῖμαι γεγενῆσθ. καὶ πολύγε πλέον τὴν δευτέραν. ὁ μὲν γε εἰ μηδὲν ἕτερον m) οἰκεῖός τε ὢν ἐτύγχανεν Ἰουλιανῷ, n) καὶ δεδιὼς, καὶ κρυπτόμεν@, καὶ ἀεὶ ληφθήσεσθ προσδοκῶν, καὶ φεύγων ἐλπίζομεν@ θάναλον, ἅτως ἀνέῤῥιψε τὸν κύβον. o) Τὸ δ' ἄνδρας εὖ πεπονθότας, τιμῶν τετυχηκότας, tulit, isthinc originem habere statuo. Imo hanc multo magis qvam illam. Hic enim, si nihil aliud (persvadere illud posset) propinqvitate Julianum contingebat, & timens (licet,) seq; ipsum occultans, semperve ut comprehenderetur expectans, fugiensqve utpote qvi mortem præstolabatur, aleam tamen jacere (ausus est.) Qvod autem vir beneficiis affectus, honoribus

U 3

m) οἰκεῖ@) non Protectorem domesticum, vocabulum istud hoc loco notat, qvo significatu alias passim in hujus ævi historia illud occurrere notat Valesius ad Ammian. lib. 14. & ad Socrat. H. E. p. 43. sed γένει συναπτόμενον, sic enim Procopium, de qvo hic sermo, vocat Zosimus lib. IV. c. 4. eumvé qvi *propinqvitate Julianum contigerit* ut loqvitur Ammianus lib. XXVI. c. 6. ἀνεψιὸν Juliani Zonaras eum vocat lib. XIII. n. 13.

n) καὶ δεδιὼς καὶ κρυπτόμεν@ &c.) causam metus & occultationis illius Procopii prolixius exponit Ammianus l. c. Scilicet verebatur ne sibi periculum crearet ortus rumor, qvasi Julianus jam morti propinqvus ipsi clavos summæ rei commisisset, præcipue cum ad mortem raptum esse primum Notariorum ideo tantum resciscceret, qvod imperio dignus esset judicatus. Indeqve statim post curatum Juliani funus, cujus curam Jovianus ipsi dederat, disparuit, conf. Ammianus lib. XXV. c. 9. & ab eo usqve tempore in agro Chalcedonensi apud amicorum non neminem Strategium, delituit, usqve dum res innovandi occasionem captaret. Aliter vero rem narrat Zosimus lib. IV. c. 4. seq. ille enim Procopium Juliano mortuo ad Jovianum venisse ait, eiqve chlamydem purpuream, qvam à Juliano acceperat, tradidisse, ac rogasse ut militiæ Sacramento soluto domum redire liceret. Qvo impetrato Cæsaream Cappadociæ cum uxore & liberis se contulit. Post cum Valentinianus & Valens, qvibus suspectus erat, eum comprehendi jussissent, in Euxinum Pontum aufugit, & ibi conscensa nave ad Tauricam Chersonesum delatus est. Sed cum incolas suspectos haberet, inde Byzantium nocte profectus, divertit apud qvendam amicum, tandemqve imperium arripuit.

o) Τὸ δ' ἄνδρα εὖ πεπονθότα &c.) per illum nisi fallor Eugenius intelligitur, cum qvo consilia communicasse Procopium l. c. Zosimus ait. Fuerat autem Eugenius Evnuchus in Aula Imperatorum, qvod hominum genus qvantum gratia istis temporibus in aula CPolitana valuerit ex Scriptoribus historiæ illius ævi satis notum. In hunc igitur optime qvadrare videntur qvæ Libanius in medium hic attulit.

ribus auctus, inter amicos numeratus, imo etiam ad mensæ consortium admissus tantas insidias struxerit, an inde, unde dixi, non provenit?

X. Sed & cædes frequentes tum hic tum Romæ (perpetratæ) Deorum iram significant, propter quam alii interiere quidem, alii vero sunt interituri. Trepidatio & terram concussit &

ἐν φίλοις ἀριθμηθέντας, ὁμῶ τε κοινωνὸς τραπέζης καὶ τοιαῦτα ἐπιβουλεύειν, πῶς ἐχ' ὅθεν ἔφην ὥρμηται.

X. ὁ πολὺς ὦ φόνος p) ὅτε τῇδε, ὅτε ἐν Ῥώμῃ, Δαμάσου ὀργὴν μηνύει, δι' ἣν οἱ μὲν ἀπέθνησκον, οἱ δ' ἔμελλον. q) ὁ φόβος γῆν τε ἔσεισε καὶ θάλατταν.

p) ὁ πολὺς ὦ φόνος ὅτε τῇδε ὅτε ἐν Ῥώμῃ) Cædes Antiochiæ (illam nimirum urbem significat vox τῇδε, ibi enim Libanius hanc orationem scripsit) atque Romæ perpetratas, alias quæ intelligi hic possint nescio, nisi illas quas Antiochiæ quidem ipse Valens, orthodoxos hostili furore persecutus, fieri jussit, vide ea de re Socratem H. E. lib. IV. cap. 17. Romæ vero orta ob Damasum atque Ursinum, quorum uterque cathedram illius Ecclesiæ ambiebat, seditio quamplurimis vitam ademit, qui partim in seditiosis conflictibus, partim Maximino Urbis Præfecto supplicium ab iis sumente interierunt. Videatur idem lib IV. cap. 29.

q) ὁ φόβος γῆν τε ἔσεισε καὶ θάλατταν) pro φόβος quod Codex MS. habebat φόνος legendum esse putarem, melior enim hac ratione procul dubio emerget sensus & scopo Sophistæ convenientior, qui cædem Juliani Deorumq; iram, quod ea inulta oblivione sepeliatur, in causa esse ait, quod terribili isto terræ motu aliquot imperii Romani partes afflictæ fuerint. Intelligit autem horrendam illam terræ concussionem, quæ Consule Valentiniano primum cum fratre die XII. ante Kalend. Augustas contigit, *ubi horrendi terrores per omnem orbis ambitum grassati sunt subito, quales nec fabulæ nec veteres nobis antiquitates exponunt*, verba sunt Ammiani lib. XXVI. extremo, quem vide omnino ita istos terrores describentem, ut vel legenti metum incutiat. Imprimis ad illustrandum Libanium nostrum ista faciunt verba Ammiani: *densitate prævia fulgurum acrius vibratorum tremefacta concutitur omnis terreni stabilitas ponderis, mareque dispulsum retro fluctibus evolutis abscessit.* Adi præterea Zosimum lib. IV. cap. 18. & Hieronymum in Chronico. Socratem lib. IV. H. E. cap. 3. Alexandrinis, imprimis grave istud malum fuit, utpote apud quos πέντε μυριάδας ἀνθρώπων eo periisse refert Cedrenus, propterea quæ die qua ista contigerunt festum quotannis eos celebrasse, quod γενέσια ἐ σεισμῶ appellarent, Sozomenus autor est lib. VI. cap. 2. qui tamen in eo errat, quod Juliano vel Cæsare adhuc, vel imperium jam adepto, illum terræ motum contigisse arbitratur. Rectius enim Ammianum tempus annotasse non supra tantum allati confirmant autores, sed Idatius quoque in Fastis & Autor Chronici Alexandrini, qui ne in die quidem assignanda ab illo dissentiunt. Meminit quoque hujus terræ motus Libanius Orat. in necem Juliani p. 328.

ζαν. καὶ οὐκ ἐπιλαμβάνομαι τοῖν βασιλέοιν ὡς οὐ δίκαια ἔδρων τοῖς ἐξελεγχομένοις τὴν ἐκ τῶν νόμων ἐπιτιθέντες δίκην. αὐτὸ δὲ τὸ τὴν ἐσχάτης δίκης ἀξίας πεφηνέναι μυρίας, ὧν οἱ πλείους οἰκιῶν ὀνομαστῶν, βεβαιοῖ μοι τὸν λόγον, τὸν ὑπὸ δαιμονίας τινὸς ἐλαυνόμενος λέγοντα τὴν γῆν.

XI. Ἆρ' οὖν τελευταῖα ταῦτα 1) πῶς οὐ σαφῶς κακοδαιμονούντων; 2) ἀπόλωλεν ἡμῖν ἔθνη πέντε καὶ εἴκοσι, τῶν μὲν ἔξω τειχῶν ἡρπασμένων, τῶν δὲ εἴσω πάντη φευγόντων, οἷς οὐδὲ ταφῆναι τῷ λιμῷ τεθνεῶσιν ὑπῆρξεν· ἀλλ' ἀνάγοντες αὐτοὺς οἱ προσήκοντες ἐπὶ τὸ τεῖχος ἀφίεσαν γυμνοὺς φέρειν τοὺς παλαιπώρους κάτω. τοιαῦτα δὲ καὶ τὰ τῶν Οὐννικῶν καὶ Ἀλανικῶν καὶ τῶν ἄλλων Σκυθικῶν καὶ Θρᾳκικῶν ἐθνῶν ἐπιδρομῶν ἐκβάντα, ἐν ἄλλοις ἐρεῖν ἔχω.

mare. Nec (vero) ego Imperatores accuſo, qvaſi Juſtitiam non adminiſtraverint, qvi convictos pœna qvam leges jubent affecerunt. Ipſum vero illud, qvod extremo ſupplicio digni viſi fuerint adeo multi, qvorum plerorumq; illuſtres ſunt familiæ, ſermonem meum confirmat, qvo à Deorum nonnemine terram motam fuiſſe dico.

XI. Ultima vero iſta nonne maniſeſte Deorum ira nobis obveniunt. Viginti & qvinqve periere nobis gentes, aliis qvidem extra mœnia abreptis, aliis vero intra illa prorſus ſeſe recipientibus, qvibus, ubi fame periiſſent, ne ſepultura qvidem obtigit: ſed in mœnia, ab illis qvibus datum id erat negotii educti, nudi inde miſeri illi præcipites dati fuerunt. Et illa qvidem

1) πῶς οὐ σαφῶς κακοδαιμονούντων;) vertendum putavi: *nonne manifeſte Deorum ira nobis obveniunt*, vel ſi magis ad verbum cupis: *nonne manifeſte eorum ſunt qbibus Dii ſunt infeſti.* κακοδαίμων enim Heſychio, Svidæ & Etymologo eſt ὁ Θεῷ ἐπαχθής.

2) ἀπόλωλεν ἡμῖν &c.) Seqventia ad Hunnorum, Alanorum, aliorumqve Scythiæ Aſiaticæ populorum in Thraciam & vicina loca excurſiones, eſſe referenda tum inde patet, qvod τελευταῖα mala iſta vocentur, ſunt enim iſti ipſi tumultus inter qvos vitam Valens amiſit, poſt cujus exceſſum parvo tempore ſcriptam hanc eſſe orationem ſupra diximus; tum qvod paulo poſt omnia iſta Σκύθαις κωμάζουσι tribuantur. Qvod vero ἔθνη πέντε καὶ εἴκοσι illis tumultibus interiiſſe dicit; accipiendum puto de provinciis, qvo ſenſu voce ἔθνη etiam Euſebius uſus eſt lib. 1. de vita Conſtantini cap. 25. imo & Dio ap. Zonaram in Antonino: ἐνομοθέτει ζότε μηδένα ἔθνος ἄρχειν ὅθεν ἐγένετο. In ſex autem Provincias ſola Thracia diviſa erat, teſte Ammiano lib. 25. c. 4. Cæterum qvam rapuerint atqve in captivitatem abduxerint multos Scythæ tumultuantes, alios vero in urbes compulerint, ubi, agris qvippe circumjacentibus evaſtatis, fame plerisqve fuit moriendum, fuſe deſcribit Ammianus lib. XXVI, cui adde Zoſimum lib. IV. cap. 20. ſqq.

dem Scytharum fuit petulantia, trementium (antea) semper qvoties de bellica Romanorum arte audirent. Hactenus autem qvoties manus conseruere, toties ab eorum partibus stetit victoria: nobis qvidem fortiter & sicuti decet viros bonos morientibus, (frustra) tamen pereuntibus. Ast ad agricolas nunc devenimus, postqvam de iis qvi in armis vitam degunt dictum est, (horum) vero etiam expectationes haud bonæ sunt, nec fausti qvicqvam sperare licet, nisi mihi, Imperator, obseqventem te præbeas, illudve qvod causam esse dixi malorum, aboleas.

IX. καὶ πολὲ τοῖς τῶ Πλάτωνος γέμουσιν εἰς ταὐτὸν ἐλθὼν, ἀκούσας ὑπέρ τε θεῶν καὶ δαιμόνων, τῶν ὡς ἀληθῶς τὸ πᾶν ἔστο καὶ πεποιηκότων καὶ σαζοντων· καὶ τί τε ἡ ψυχὴ, καὶ πόθεν ἥκει, καὶ ποῖ πορεύεται, καὶ τίσι βαπτίζεται, καὶ τίσιν αἱρεῖται, καὶ τίσι καθέλκεται, καὶ τίσι μετεωρίζεται· καὶ τί μὲν αὐτὴ δεσμὸς, τί δὲ ἐλευθερία, καὶ πῶς ἂν

ἀν γένοιτο τὸ μὴ φυγεῖν, τῷ δ' τυχεῖν, ὁλμυρὰν ἀκοὴν ἐπεκλύσατο πολίμῳ λόγῳ, καὶ πάντα τὸν ἔμπροσθεν ἐκβαλὼν ὕθλον, ἐνεισήγαγεν εἰς τὴν ψυχὴν τὸ τῆς ἀληθείας κάλλος· ὥσπερ εἴς τινα μέγαν νεὼν ἀγάλματα θεῶν πρότερον ὑβρισμένα βορβόρῳ. καὶ ἦν μὲν τοῖς τότε τάττα ἕτερος, ἐχημάτιζετο δ' τὰ πρόσθεν, ἃ γὰρ ἐξῆν φανῆναι, (Ἄτοπος δ' ἐνταῦθα μῦθον ἂν ἐποίησε) οὐκ ὄνον λεοντῆ κρύπτων, ἀλλ' ὄνα δορᾷ τὸν λέοντα. Κἀκεῖνος ἤδει μὲν ἃ εἰδέναι κρεῖττον, ἐδόκει δ' τὰ ἀσφαλέστερα.

X. Τῆς φήμης δ' πανταχῇ φερομένης, πάντες οἱ τοῖς τὰς μούσας καὶ τοὺς ἄλλους γε θεοὺς οἱ μὲν ὠθισπόρων, οἱ δ' ἔπλεον, σπεύδοντες ἰδεῖν τε ἐκεῖνον καὶ συγγενέσθαι, καὶ εἰπεῖν αὐτοί τι, καὶ ἀκοῦσαι λέγοντος. Ἦν δ' ἐλθοῦσιν οὐ ῥᾴδιον ἀπελθεῖν, καλεῖχε γὰρ

qvæ porro vincula & carceres, qvæ contra ejus sit libertas? & qvomodo illa effugere, hanc vero assequi liceat; doctrinam (qva antea fuerat imbutus) salsæ, (potuitq; adeo non inservienti) aqvæ similem, dulciori, potabilisqve aqvæ instar habente disciplina submersit atqve abolevit: omnibusqve qvas antea imbiberat egestis nugis, veritatis pulchritudinem in anima sua, velut in magnifico aliqvo templo, Deorum statuas, stercore antea profanatas, earum loco collocavit. Atqve adeo animum qvidem qvoad ista mutaverat, simulabat tamen eundem sese atqve antea esse, cum animi sensa prodere haudqvaqvam liceret, non asinum leonina, sed asinina pelle leonem occultans: atqve ea qvorum melior est scientia qvidem tenebat, deterioribus tamen minusqve firmis adhærere videbatur.

X. Cum autem latissime fama ejus spargeretur, omnes qvi Musarum aliorumq; Deorum cultui erant addicti, terra alii, alii mari iter ad eum faciebant, videre illum, cumqve eo versari, & verba coram eo facere, ipsumqve rursus audire loqventem certatim properantes. Qvi autem ad eum accesserant, non nisi ægerrime, ut discederent,

derent, à seipsis poterant impetrare: non enim orationis tantum svavitate Siren illa eos detinebat, sed eo etiam qvod ab ipsa natura ad devinciendos sibi hominum animos esset comparatus: atqve hoc iplo, qvod impense amare ipsemet nosset, alios qvoqve ad idem recte faciendum instituit: adeo, ut qvi intimius cum eo essent conversati, non sine difficultate & ægritudine qvadam ab eo divelli potuerint. Omnes itaqve generis animo complectebatur, eandemqve satis etiam declaraverat, sapientiam: Poëtas, Rhetores, Philosophorum sectas tenebat: Græcæ lingvæ maxima, nec minori Latinæ gaudebat peritia, utramqve enim familiarem sibi reddere studebat. Nemo autem bene sentientium erat, qvi assidue preces ore non funderet, ut rerum summæ Juvenis ille aliqvando præficeretur, orbisqve sisteretur ruina, ægris autem fessisqve rebus præficeretur ille, qvi medelam talibus nosset afferre. Non dixerim istiusmodi eum improbasse vota, neqve vanæ laudis materiam ista in re pro eo qværam: sed idem ipsum qvoqve optasse fatebor. Optasse tamen non luxus potentiæve aut purpuræ inductum amore, sed ideo potius, ut sua industria atqve laboribus tum alia multa qvæ perdide-

ἡ σειρὴν ἀ λόγοις μόνον, ἀλλὰ καὶ τῷ πρὸς φίλτρον ἦν πεφυκέναι· τῷ δὲ ἄγαν φιλεῖν εἰδέναι, καὶ τὰς ἄλλας ἐπαίδευε καλῶς τοῦτο ποιεῖν· ὥστε συγκεραννύμενοι γνησίως ἂν ἀπόνως ἀπελαύσαιεν. Ἦν ἓν ἐκείνῳ παντοδαπὴ σοφία συνειλεγμένη καὶ δεικνυμένη. ποιηταὶ, ῥήτορες, γένη φιλοσόφων· πολλὴ μὲν Ἑλλὰς φωνὴ, ἀν ὀλίγη δὲ ἀλλοτρία, τῷ δὲ ἦν φρονητὶς ἀμφοῖν. εὐχή τε ἀπὸ παντὸς ἦν φρονέντων σώματος γενέσθαι τῶν πραγμάτων τὸν νεανίσκον κύριον, καὶ σῆναι μὲν τὴν φθορὰν ἡ οἰκουμένης, ἐπισῆναι δὲ νοσοῦσι τὸν ἐπισάμενον καὶ ἰατὸν ἰᾶσθαι. ἃ μὴν φαίην ἂν ἐκεῖνον ἐπιθυμῆσαι ταῖς εὐχαῖς, ἀδ' ἀλαζονεύσομαι τοῦτό γε ὑπὲρ αὐτοῦ. ἀλλὰ βάλεσθαι μὲν καὶ αὐτὸν, βάλεσθαι δὲ ἀ ῥητορικῆς, ἀδὲ δυναστείας, ἀδὲ πορφύρας ἔρωτι, τῷ δὲ τοῖς αὐτοῦ πόνοις ἀποδύναι τοῖς ἔθνεσιν ὧν ἐ-

ξεπε-

ξεπεπλώκεσαν, τότε ἄλλα καὶ ἐχ' ἥκιστα δὴ τὰς τῶν θεῶν λατρείας. ὡ δὴ καὶ διαφερόντως ἐπλήττετο τὴν καρδίαν, νεὼς μὲν ὁρῶν κειμένους, καὶ τελετὰς πεπαυμένας, καὶ βωμοὺς ἀναλελειμμένους, καὶ θυσίας ἀνηρημένας, καὶ ἱερεῖς ἐλαυνομένους, καὶ τὸν τῶν ἱερῶν πλοῦτον εἰς βεβήλους ἀσελγεστάτους μεμερισμένον. ὡς εἴ τις αὐτῷ θεῶν ὑπισχνεῖτο τὴν τούτων ἐπανόρθωσιν διὰ ἑτέρων ἔσεσθαι, σφόδρα ἂν μοι δοκεῖ τὴν βασιλείαν φυγεῖν· ἕτως ὁ ἐξ κρατῶν τοῦ εὖ πράξαι τὰς πόλεις ὠρέγετο.

rant, tum maxime Deorum cultum atqꝫ religionem populis redderet. Hoc enim ipsum erat, qvo vel imprimis pectus ejus percellebatur, dum templa videret solo æqvata, mysteria interrupta, aras eversas, abolitam sacrificiorum religionem, sacerdotes exilio mulctatos, sacros deniqve thesauros in impurissimos homines divisos. Adeo ut si qvis spem ei facere potuisset, fore, ut aliorum ope ad meliorem statum ista perducerentur, nullus dubitem omnibus modis Imperium recusaturum eum fuisse: Ita nimirum non Imperii, sed publicæ felicitatis ardebat cupiditate.

XI. Ταύτης οὖν τῆς ἐπιθυμίας ἐν ταῖς ψυχαῖς τῶν πεπαιδευμένων ἀκμαζούσης, τὸ τῇ τοῦδε γνώμῃ θεραπευθῆναι τὴν γῆν ἦλθεν ἐπὶ τὸν Γάλλον συκοφαντία, καὶ γράμματα τὴν ἐπιβουλὴν ἔχοντα τὴν ἐχάτην εὗρεν. δόντων δὲ δίκην τῶν ἀδικούντων, ἃ δὲ ἔμελλεν αὐτὸς στεφανώσειν ὁ τὰ τοιαῦτα ἠδικημένος, ἔδοξεν ἧς εἰλήφει δίκης ὀφείλειν δίκην ὁ λαβὼν, καὶ ἀπέθνησκεν ἄφωνος, φθάσαντος τὴν ἀπολογίαν τοῦ ξί-

XI. Hocce igitur desiderium dum in animis eorum invalescebat, qvi orbem Consiliis hujus ad sanitatem revocatum iri erant persvasi; pernicioſa Gallum invasit calumnia, litteræqve fuerunt repertæ, exitium ei minantes insidias complexæ. Cum autem promeritas ii, qvi tantum adversus eum cogitaverant nefas, pœnas dedissent, (sane enim præmiis eos non poterat afficere, gravi adeo injuria ab illis provocatus:) ob ipsas illas qvas ab istis sumserat pœnas, ipsemet qvi eas exegerat supplicium meruisse visus est, atqve adeo non auditus occubuit, gladio defensionem ejus an-

tevertente. Qvo facto, subito nòster qvoqve fuit arreptus, armatisqve circumdatus custodibus, torvum tuentibus, vocesqve edentibus asperas, & ita adversus illum sese gerentibus, ut parum gravis illi carcer (cum factis ei ab illis molestiis comparatus) videretur. At hoc qvoqve insuper accedebat incommodi, qvod in uno eodemqve loco subsistere ei non concederetur, sed qvod locum loco miseriæ augendæ causa cogeretur mutare.

XII. Atqve ea qvidem ferenda ipsi fuerunt, cum tamen nemo criminis cujusqvam, sive majoris, sive minoris, eum insimularet. Qvod enim ejus qvæso fuerit crimen, qvi plusqvam trecentarum mansionum itinere à fratre fuerat divulsus? Sed per litteras forte cum eo egerat: verum ne has qvidem admodum misit freqventes, & intra nudæ salutationis terminos sese nunqvam non continentes. Qvamobrem etiam nemo, qvi vel calumniis adversus eum cuperet agere inventus est. Nihilominus tamen iis qvas dixi afflictus fuit calamitatibus, ob causam qvidem aliam nullam, qvam qvod eodem utrumqve nasci parente contigisset.

XIII. At hic qvoqve rursus merito aliqvis eum admiretur, qvi

φυς. καὶ αὐτίκα ἔτω ἀνέπαστό τε, καὶ ἦν ἐν μέσῳ φυλάκων ὡπλισμένων, ἄγριον μὲν βλεπόντων, τραχὺ δὲ φθεγγομένων, κῦφον δὲ ἀποφαινόντων οἷς ἐποίουν τὸ δεσμωτήριον. καὶ προσῆν τὸ μηδὲ ἐφ' ἑνὸς ἱδρύεσθαι χωρίου, τόπους δὲ ἐκ τόπων ἀμείβειν ἐπὶ ταλαιπωρίᾳ.

XII. καὶ ταῦτα ἔπαχεν ἐγκαλέμματος μὲν ἑνὸς, ὅτε μεῖζον, ὅτε ἔλαττον. πῶς γὰρ, ὅς γε διεστήκει μὲν τῶν ἀδελφῶν σταθμοῖς πλείοσιν ἢ τριακοσίοις; γράμματα δὲ ἔπεμπεν· ἀδὲ ταῦτα πολλάκις, καὶ προσρήσεσιν ὁριζόμενα μόναις. διόπερ οὐδ' ὁ συκοφαντήσων. ἀλλ' ὅμως οἷς ἔφην ἐπιέζετο, καθ' ἄλλο μὲν οὐδέν, ὅτι δὲ εἷς ἀμφοτέροις παῖς γένοιτο.

XIII. Πάλιν τοίνυν ἐνταῦθα ἄν τις αὐτὸ θαυμάσειε τὸ μήτε ταῖς κατὰ

καὶ τὸ τεθνεῶτος λόγοις κολακεύσας τὸν ἀπεκλονότα, μήτε τοῖς ὑπὲρ ἐκείνου παροξύναι ζῶντα· ἀλλὰ τὸν μὲν ἀφανεῖ λύπῃ τιμᾶν, τῷ δὲ μὴ δοῦναι πρὸς φόνον ἀφορμὴν, σφόδρα βουλομένῳ· οὕτω δὲ εὖ καὶ καλῶς ἐκράτησε τῆς γλώττης, καὶ τἄλλα τῶν φειδεσκότων ἀνιαρῶν ὁ σφοδρῶς ἐπιλεπόντων, ὥστε ἐνέφραξε τῇ καρτερίᾳ τοῖς πονηροτάτοις τὰ στόματα. ὁ μὴν ὁδὲ τἄλλα ἔχει πρὸς σωτηρίαν, ὁδὲ ἴσχη τῷ μάτην τιμωμένῳ τὴν ὀργήν. τὸν δὲ εἶδε Κάδμου θυγάτηρ Ἰνὼ κεκμαζόμενον ὑπὸ Κωνσταντίου γυνή· καὶ τὸν μὲν ἠλέησε τὸν δὲ ἐμάλαξε, καὶ πολλαῖς ταῖς ἱκεσίαις ἔλυσεν ἐρῶντα τῆς Ἑλλάδος, καὶ μάλιστα δὴ τῆς τῆς Ἑλλάδος ὀφθαλμῆς τῶν Ἀθηνῶν, εἰς γῆν ἐρωμένην πέμψασα.

XIV. Τοῦτο τοίνυν αὐτὸ πῶς οὐκ ἀτεχνῶς ψυχῆς ἐκ θεῶν ἀφικμένης· τὸ καταστάλα εἰς αἵρεσιν χωρίου, μήτε κήπων, μήτε οἰκιῶν, μήτε αὐλῶν, μήτε ἐπ' αἰγιαλοῖς ἀγρῶν, μήτε τῶν ἄλλων

neque defunctum accusando, adulatus vivo fuerit, neque intempestiva illius defensione istum offenderit: sed illi quidem luctu secreto justa persolverit, huic autem novæ, cui avide inhiabat, cædis non dederit occasionem. Tanta enim cum arte lingvam moderatus est, & qvidem eo tempore, qvo imminentes undiqvaqve calamitates parum sereno animo eum esse patiebantur, ut pessimis qvoqve hominibus moderatione sua os obturaverit. Attamen ne hoc qvidem ad parandam ei salutem fuit satis, nec iram ejus, qvem frustra omni colebat obseqvio, sistere potuit. Verum vidit eum Cadmi filia Ino, Constantii inqvam uxor, ista tempestate jactatum: & illius qvidem, tacta misericordia est, istum vero placare suscepit; multisqve precibus Græciæ langventem desiderio, maxime autem Athenarum universæ Græciæ ocelli, liberavit, ad eas qvas tantopere anhelabat regiones eum dimittens.

XIV. Jam vero hoc ipsum nonne planissimo divinam habentis originem animæ argumentum est qvod cum penes ipsum fuerit, locum ubi habitaret sibi deligere, non hortorum, domorumve, aut ad maris littora extensorum agrorum, vel ab aliis rebus haud

sane paucis profectarum voluptatum fuerit cupidus, (omnia enim ista in Jonia ipsi copiose suppetebant:) Sed illa, qvæ magna certe esse videbantur, pro exiguis reputaverit, cum Athenienſium urbe comparata, Platonis scilicet & Demosthenis, nec non reliqvæ multivariæ sapientiæ fœcundissima matre? Et isthac qvidem acclerato qvam maxime itinere venit, iis qvæ animo jam fuerat complexus plura adjiciendi proposito, magistrosqꝫ aditurus, qvi aliqvid iis qvæ jam tenebat addere possent amplius. At cum jam propius cum iis esset congressus, suæqꝫ dedisset, rursusqve accepisset illorum virtutis experimenta, ipsos in admirationem rapuit magis; qvam ab illis in admirationem fuit raptus: solusqꝫ ex omnibus qvi Athenas proficiscuntur adolescentibus, aliis potius sua communicata qvam accepta aliorum doctrina inde discesit. Hinc qvædam semper juvenum, seniorum, Philosophorum, Rhetorum conspecta fuere examina. Ipsorumqve etiam Dæmonum (illius urbis) oculos in se convertit, utpote qvibus probe esset perspectum, hunc eos, qvibus patrum ævo colebantur honores, ipsis aliqvando esse redditurum. Inter dicendum autem simul admiratione alii, ipse vero pudore perfundebatur, nihil enim erat qvod sine decenti qvo-

τῶν ἄλλων ὄντων ἐκ ὀλίγων ἐπιθυμήσας τρυφῆς, ἃ πάνλα ἦν ἐπὶ τ Ἰωνίας αὐλῷ. ἀλλ' ἡγήσαλο μικρὰ τὰ δοκοῦνλα μεγάλα πρὸς τὴν τ Ἀθηνῶν πόλιν, τὴν μλέρα τε Πλάτωνο κ Δημοσθένους, κ τ ἄλλης τ πολυειδοῦς σοφίας; ἦκει μὲν ἐκεῖσε θέων ὡς προθήσων οἷς ἠπίσατο; κ διδασκάλοις ἐνλευξόμενο δῶναί τι δυναμένοις ὧν εἶχε πλέον. συγγινόμενο δ κ πεῖραν αὐλοῦ τε παρέχων κ λαμβάνων ἐκείνων, ἐξέπλητλε μᾶλλον, ἢ τοῦτο ἔπαθε, κ μόνο ἐκείνο νέων τῶν Ἀθήναζε ἡκόντων διδάξας τι μᾶλλον ἢ μαθὼν ἀπῆλθε. τοιγαροῦν ἀεί τινα σμήνη περὶ αὐλὸν ἐυρῶνλο νέων, πρεσβυλέρων, φιλοσόφων, ῥητόρων. ἔβλεπον δ' ἄρ' εἰς αὐλὸν κ οἱ δαίμονες, εὖ εἰδότες ὡς ἔτο αὐλοῖς ἐπαναξει τὰ πάτρια. ὁ δ λέγων τε ἦν ὁμοίως θαυμασὸς κ αἰδέμενο, ὃ κ ἦν ὅ, τι χωρὶς ἐρυθήμαλο ἐφθέγγελο. τ μὲν οὖν πραότητο ἄπανλες ἀπέλαυον,

δ πιστεύεσθ δὲ οἱ βέλτιστοι. Κἂν τούτοις αὐτοῖς πρῶτος ἦν παρ' ἡμῶν ὁ μόνος ἐν ἀνθρώποις ἀμεμπτος ὁ τὸν μῶνον ἀρετῇ νενικηκώς.

XV. Ἦν μὲν δὴ ὅτε γνώμη τῷ νεανίσκῳ ταῖς Ἀθήναις ἐμβιῶναί τε καὶ ἐνταῦθα τελευτῆσαι, καὶ τοῦτο πέρας εὐδαιμονίας. Τῶν πραγμάτων δὲ ἀπαιτούντων βασιλέα δεύτερον, ἐφθαρμένων μὲν τῶν περὶ τὸν Ῥῆνον πόλεων, τῶν δὲ ἐκεῖσε πεμπομένων στρατηγῶν μείζονα ἢ ἐξὸν ζητούντων, καλεῖται πρὸς ἀρχὴν ὁ φιλοσόφων Ἀθήνησιν, ἐξ αὐτοῦ δὲ φιλοσοφεῖν παρέχων θαρρεῖν τῷ πλεῖστα ἠδικηκότι. καὶ γὰρ Φονεὺς γέγονε πατρὸς τε καὶ ἀδελφῶν, τῶν μὲν πάλαι, τοῦ δὲ ἀναγκαίου. ἀλλ' ἠλπιζέ γε ταῖς πίστεις ἐν βεβαίῳ κεῖσθαι, καὶ τὸν ἐκείνου τρόπον κρείττω τῶν ἐγκλημάτων ἔσεσθαι. ὁ μὲν δὴ καλῶν ἀ κακῶς ἤλπιζε

dam rubore proferret. Svavisſimi igitur moribus ejus optimo tantum cuisqve datum fuit: atqve inter hos ipſos primum locum tenuit noſter ille, ſolus omnium mortalium ab omni labe immunis, omniqve vitio virtute ſua ſuperior redditus.

XV. At enim conſtitutum erat noſtro adoleſcenti & vivere Athenis, & mortem ibi tandem oppetere, idqꝫ ipſum ſuæ felicitatis ſummum ſibi perſvaſerat eſſe cacumen. Verum cum publicarum rerum conditio Cæſarem conſtitui poſceret, urbibus nimirum prope Rhenum evaſtatis, iisqve qvi cum exercitu eo mittebantur majora qvam par erat molientibus; ad imperium evocatus eſt, philoſophiæ apud Athenienſes operam navans, eoqꝫ ipſo qvod philoſophicis ſtudiis incumberet, ut confidentior eſſet is, qvi maximis eum irritaverat offenſionibus, efficiens. Ille enim & patrem, & fratres ejus, jam olim qvidem ceteros, unum vero ex illis nuper admodum peremerat. Speravit tamen nihilominus firmo ſatis ſpem ſuam ſubnixam eſſe fundamento, moresqve ejus plus qvam ſua crimina eſſe valituros. Atqve illius qvidem, qvi evocabat eum, ſpes ratione non deſtituebatur: Huic vero qvod per-

perſvaderet, fidem vocanti tuto poſſe haberi, & ad inſidias iſtos non ſpectare honores, erat nihil: id ipſum enim augurari ſangvinis fluxus jubebat. Cum tamen nulla effugiendi pateret via, non ſine lacrimis invocavit Deos, iisqve ut præſto ſibi eſſent exoratis iter fuit ingreſſus.

XVI. Cæſar itaqve nuncupatus ad labores ſtatim ablegatur Herculeis opus habentes lacertis. Ceſſit enim ei Belli adverſus Gallos gerendi provincia, qvorum ultimi Oceani littora accolunt. Conſtantius namqve bello conſtrictus contra Magnentium qvi alienum qvidem invaſerat imperium, verum cum legum obſervatione imperabat, nihil non movendum eſſe exiſtimavit, ut virum iſtum è medio tolleret. Indeqve per litteras Romani Imperii fines Barbaris patere juſſit, permiſſurum ſeſe eſſe pollicitus, ut qvantum poſſent terrarum in ſuam poteſtatem redigerent. Illi itaqve facta ſibi licentia, fœderibusqve per litteras exſoluti, freti inſuper maxima ejus qvi repellere eos debuiſſet impotentia, in Italia enim Magnentius ſuos continebat exercitus; florentiſſimas urbes impune deprædabantur: atqve adeo vici evaſtabantur, qvatiebantur mœnia, opes vero cum

τὸν ἢ ἁδὲν ἦν ὃ πιϛεύειν ἔπειθεν, ὡς ἐκ εἰς ἐπιβυλὴν ἡ τιμὴ τελευτήσει. ταυτὶ γὰ ἐδίδυ τὸ ῥυὲν αἷμα μανθεύειν. Διὰ δύσεως ἢ ἐκ ἔϛης καλεῖ συὺ δάκρυσι τὸν θεὸν, καὶ δεηθεὶς ἀμύνειν ἐπορεύετο.

XVI. Μεταχὺ ἢ τ βασιλείας ἐπ' ἄθλον ἐυθὺς ἀποϛέλλεται τῶν Ἡρακλέους χειρῶν δεόμενον. Εἶχε γὰ ὧδε τὰ πρὸς τὰς Γαλάτας, ὧν οἱ τελευταῖοι προσοικοῦϛι τὸν Ὠκεανόν. Μαγνεντίῳ κωνϛάντι πολεμῶν, ἀφελομένῳ μὲ ἀλλοτρίαν ἀρχὴν, ἄρχοντι ἢ αὐτῷ μὴ φυλακῆς τῶν νόμων, πάντ' ἔτο δεῖν κινεῖν ἐπὶ τῷ τὸν ἄνδρα ἐλεῖν. καὶ ἀνοίγει δὴ τοῖς βαρβάροις Διὰ γραμμάτων τὰς Ῥωμαίων ὅρους, ἐξεῖναι φήσας αὐτοῖς ὁπόσην δύναιντο χώραν. δοθείϛης ἢ ἐκείνοις τ ἀδείας, καὶ τῶν συνθηκῶν λελυμένων ταῖς ἐπιϛολαῖς, ἰχυθέντες ἐπὶ πολλὰς τ κωλύσαντος ἐρημίας. ὁ γὰ δὴ Μαγνέντιος ἐν Ἰταλίᾳ τὰς δυνάμεις εἶχε, Μυσῶν λείαν ἐργαζόντας τὰς εὐδαιμένας

μονας πόλεις, καὶ καλεσύρουλο μὴν κῶμαι, καλεσείλο δ' τείχη, χρήματα δὲ ἤγετο, καὶ γυναῖκες, καὶ παῖδες, καὶ οἱ δελευόντες ἠκολούθων τὸν αὐτῶν πλοῦτον οἱ δύστυχεῖς ἐπὶ τῶν ὤμων φέροντες. ὁ δ' ἀναμένων δουλεύειν, καὶ γυναῖκα καὶ θυγατέρα ὁρᾶν ἐν ὕβρει κλαίων ἀπεσφάττετο. μετενηνεγμένων δ' ἐκεῖσε τῶν παρ' ἡμῖν ἀγαθῶν, ἐγεώργων οἱ κεκρατηκότες τὴν ἡμετέραν μὴν τοῖς αὐτῶν χερσὶ, τὴν δ' αὐτῶν ταῖς τῶν εἱλημένων. αἱ δ' οὖν διαφυγοῦσαι τὴν αἴλωσιν ἰσχυῖ τειχῶν, γῆν μὴν οὐκ εἶχον πλὴν ὀλίγην κομιδῆ, λιμῷ δ' ἀναλίσκουλο, παυλὸς ἀπλόμενοι τοῦ δυναμένου τρέφειν. Ἕως εἰς τοσοῦτον καλέσησαν ἀριθμὸν, ὥστε τὰς πόλεις αὐτὰς ἀγροὺς τε εἶναι καὶ πόλεις, καὶ τὸ εἴσω περιβόλων οἰκητὸν ἀρκοῦσαν γεωργίαν. καὶ γὰρ βοῦς συνεζεύγνυλο, καὶ ἄροτρον εἵλκετο, καὶ σπέρμα καλεβάλλετο, καὶ ἀνῄει σάκχυς, καὶ θερισμὸς, καὶ ἅλως, καὶ πάντα τοῦτα εἴσω

fœminis liberisqve abducebantur, qvos seqvebantur in servitutem redacti (parentes atq; mariti,) proprias opes suas miseri humeris suis gestantes. Servili autem conditioni qvisqvis accommodare sese, uxoremqve aut filiam hostium petulantiæ obnoxiam videre non poterat, lacrymas profundens mactatus fuit. Cumqve hac ratione eorum, qvæ apud nos erant, optima qvæqve ad hostium regiones fuissent translata; nostros, qvi eos occupaverant, suis manibus colebant agros, suos vero manibus eorum qvos in captivitatem abduxerant. Illæ porro urbes, qvæ mœniorum robore qvo minus expugnarentur fuerant consecutæ, agrorum paucitate laborabant, fameq; adeo enecabantur; à nulla omnino re manus abstinentes, qva modo vitam sustentari posse ducerent, donec ad eam paucitatem cives redigerentur, ut ipsæ urbes agros simul urbesqve repræsentarent, earumqve pars incolis destituta, intra ipsa mœnia agriculturæ, qvantum opus esset, locum faceret. Namqve & boves jungebantur aratro, & sementis instituebatur, & aristæ prodibant, & messor, & area, omniaqve ad agrorum culturam spectantia occurrebant intra portas: ita ut

non facile aliqvis eos qvi in captivitatem fuerant abducti, illis magis miseros pronunciare ausus fuerit, qvibus domi manere fuerat integrum.

XVII, Atqve ille qvidem qvi tanta mercede victoriam fuerat mercatus, initio qvidem lætabundus exsultabat. Cum autem prostratus tandem victusqve hostis fuisset, ipsius autem proditio in apertam lucem fuisset protracta, Romaq; tantum non publice mutilatam se laceratamqve pesime esse exclamaret; sui qvidem captis periculo depellere petulantissime sese gerentes Barbaros ausus non fuit, sed illum istam expeditionem suscipere voluit, qvi modo ex Philosophorum scholis ad arma gerenda fuerat protractus. Maxime vero insolitum id erat, qvod eundem & superare hostes; & iis inferiorem discedere simul optaret: istud qvidem qvod fines amplificari, hoc vero qvod invidiæ suæ satisfieri cuperet. Qvod enim non minus ad exitium qvam ad victoriam eum ablegaverit, paulo post declaravit. Cum enim ei essent legiones, qvæ tribus olim imperiis tuendis sufficerant, multiq; pedites multi itidem eqvites ei suppeterent: in qvibus maxime id fuisse terribile puto, qvod nullis vulneribus locum armatura eorum concederet; trecentos, eosqve

πυλῶν· ὡς' ἂν τις ἔφησεν ἀθλιωτέρους εἶναι τοὺς ἀλόντας τῶν οἴκοι μενόντων,

XVII. καὶ ὁ μὲν τοσούτου μισθοῦ τὴν νίκην περιάμενος. εὐθὺς μὲν ἡδέλο καὶ ἐγαυρία. τῶ πολεμίω δ' ἡττημένω καὶ τὸ προδοσίας ἐκφανείσης, μονονυχὶ βοώσης τὸ ῥώμης ὡς ἠκρωτηριάσθαι, τοῖς μὲν αὐτῶ κινδύνοις ἐξελάσαι τοὺς κωμάζοντας οὐκ ἐτόλμα, στρατεύειν δ' τὸν ἐκ Μουσείων ἄρτι πρὸς ὅπλα εἰλκυσμένον ἠξίω. καὶ τὸ δὴ κομψότατον τὸν αὐτὸν ὁμῶ κρείττω τε φανῆναι καὶ χείρω τῶν πολεμίων ἤυχετο, τῷ μὲν τὸ γῆς ἐπιθυμεῖν ἐκεῖνο ποιῶν, φθόνῳ δὲ τοῦτο. καὶ ὅτι γε ἀπολλύμενον οὐχ' ἧττον ἢ κραθήσονται ἐξέπεμψεν, εὐθὺς ἔδειξεν. ὅσης γὰρ αὐτῷ στρατιᾶς, ὅση πρότερον τρεῖς βασιλείας σωτεῖχε, καὶ πολλῶν μὲν ὁπλιτῶν, πολλῶν δὲ ἱππέων ὄντων, ὧν οἶμαι φοβερώτατον τὸ τῶ θωρακευτῶν ἄτρωτον, τριακοσίους αὐτῷ τοὺς φαυλοτά-

λοιάτας τῶν ὁπλιτῶν ἐκέλευεν ἕπεσθαι, τὰς δὲ ἱδρυμένας αὐτὸν ἐκεῖ στρατιώτας εὑρήσειν. ἔτοι δ' ἦσαν οἱ μεμαθηκότες ἡττᾶσθαι, καὶ ὃς ἔργον ἦν πάλαι πολιορκεῖσθαι.

XVIII. Τὸν δ' οὐδὲν ἧττον ἐτάραξεν, οὐδὲ ἔδειξε φοβούμενον. ἀλλὰ τότε πρῶτον ὅπλων τε καὶ πολέμου γενόμενος καὶ μέλλων ἐπὶ τοὺς ἀεὶ νενικηκότας ἐξάγειν στρατιώτας τρέμοντας, οὕτω μὲν ἤνεγκε τὴν σκευήν, ὥσπερ ἀνὴρ βιβλίων ἐξ ἀρχῆς ἀσπίδα μεταχειριζόμενος. οὕτω δὲ ἐχώρει θαρρῶν, ὥσπερ μυρίων Αἰάντων ἡγούμενος. δύο δ' ἄρα αὐτὸν ἐποίει τοιοῦτον, ἓν μὲν ἡ σοφία, καὶ τὸ τὰ βουλεύματα εἰδέναι χειρῶν ὄντα δυναλώτερα. ἕτερον δὲ τὸ πιστεύειν αὐτῷ συστρατεύειν τοὺς θεούς. ἤδει δὲ καὶ τὸν Ἡρακλέα τὴν σύγα μαφυγόντα τῇ ῥοπῇ τ' Ἀθηνᾶς· τ' δὲ τῶν θεῶν πρὸς αὐτὸν εὐνοίας εὐθὺς ἀπὸ γραμμῆς ἐναργὲς τὸ σύμβολον. Κινηθεὶς δ' ἐξ Ἰταλίας ἔαρ

pesſimæ notæ ſeqvi illum juſſit, eo uſus prætextu, qvod in iſtis (ad qvas abeundum illi erat) regionibus inventurus eſſet milites in iis collocatos. At vero iſti erant fugæ aſſveti, & qvi dudum aliud fecerant nihil, qvam ut obſideri ſe paterentur.

XVIII. Sed nihil tamen horum omnium Noſtrum exterruit, nec ut perculſus metu videretur effecit. Qvin potius, licet tum primum arma bellaqve attingeret, militesqve eductur⁹ eſſet timidos atqve trementes, contra eos qvi nunqvam non hactenus vicerant; ita tamen arma tractavit, ac ſi per omnem ætatem non libros ſed clypeum geſtaſſet: itaqve proceſſit intrepidus, ac ſi ingentem exercitum militum, Ajace fortitudine non inferiorum duceret. Duo autem fuerunt, qvæ ut eo animo eſſet effecerunt; alterum ſapientia erat, qvodqve noſſet conſilia plus qvam manus plerumqve valere: alterum qvod Deos ſtare à partibus ſuis firmiter ſibi haberet perſvaſum. Jam vero noverat, Herculem vel ex ſtygiis undis emerſiſſe Palladis adjutum auxilio: Deorumqve in ſe benevolentiæ ſtatim ab ipſis carceribus luculentum ſignum acceperat. Cum enim adulta hyeme ex Italia proficisci juſſus eſſet, qvo tempore nil

expèditius erat qvam frigore nivibusqve enecare eum, tecto ab aeris injuriis nullo defensum; adeo jucundis usus solis radiis iter fecit, ut ver esse dicentes istud anni tempus, (qvi cum eo proficiscebantur) processerint: sicqve anteqvam hostes prosterneret, de frigore reportata victoria est.

XIX. Qvin illud etiam melioris fortunæ argumentum erat. Scilicet cum per primum ejus, qvam nactus fuerat, provinciæ, iter faceret oppidum, corona ex teneris ramis plexa, complures namqve funibus ex columnis suspensas, in mœniis sublimes statuere solent decuriones: Harum inqvam coronarum, qvibus urbes ornare solemus aliqva, vinculo qvo suspendebatur soluta, in Cæsaris decidebat caput: subitoqve clamor undiqvaqve fuit exortus. Hac ipsa enim, ut ego qvidem arbitror corona portendebatur, trophæa ab eo paranda, & qvod victor ab hostibus esset rediturus.

XX. Qvod si itaqve ille à qvo missus fuerat, copiam ipsi fecisset statim aggrediendi opus, suisqꝫ utendi consiliis, ad alium statum res isthic statim visurus fuisset perductas. Jam vero omnibus ad agendum rebus præterqvam purpura destitutus erat: vivebantqve

χειμῶνος μεσοῦντος, ἡνίκα τὸν μὴ σεσῳσμένον ἕτοιμον ἦν ἀπολωλέναι κρυμῷ τε καὶ νιφάσιν, οὕτω φαιδρᾶς ἀπολαύων ἐπορεύετο τὰ ἀκτῖνος, ὡς ἔαρ ὀνομάζοντες τὴν ὥραν ἐχώρουν, ἢ πρὸ τῶν πολεμίων τὸ ψύχος ἥττητο.

XIX. καὶ μὴν κἀκεῖνό γε σημεῖον τὸ βελτίονος τύχης. διεξιὼν γὰρ πολίχνιον τὸ πρῶτον ἧς παρεγάμβανε γῆς, στέφανόν τινα κλάδων, πολλὰς δὲ ἐκ καλωδίων τεταγμένων εἰς κίονας ἐκ τοίχων ἐξαρτῶσιν οἱ δῆμοι μεγεθυστάτων εἰς τῶν στεφάνων ᾧ καλλωπίζομεν τὰς πόλεις, ἐκλυθεὶς τοῦ δεσμοῦ, καταβαίνων ἦν ἐν τῇ τοῦ βασιλέως κορυφῇ· καὶ βοὴ πανταχόθεν. ἐδηλοῦτο γὰρ οἶμαι τῷ στεφάνῳ τὰ μέλλοντα τρόπαια, καὶ ὅτε νικήσων ἔρχεται.

XX. Εἰ μὲν οὖν ὁ πέμψας ἐπέτρεψεν εὐθὺς ἐν ἔργοις τε εἶναι καὶ χερσὶ τοῖς λογισμοῖς, εὐθὺς ἐδέχετο τὴν ἐκεῖ μεταβολήν. νῦν δ' ὁ μὲν πάντων ἦν ἄπορος πλὴν τοῦ χλαμύδος. οἱ στρατηγοὶ

γοὶ ὃ κύριοι. ταῦτα γὰ ἐδέδοκτο τῷ πεπομφότι, τοὺς μὲν ἐπιτάττειν, τὸν ὃ ὑπηρετεῖν. ὁ ὃ Ὀδυσσέως τε καὶ τῶν Ὀδυσσέως μεμνημένος ἠνείχετο. τοῖς στρατηγοῖς ὃ ἄρα ἤρεσκε καθεύδειν, ἐπεὶ ὃ ἠπόρει τὰς ἐναντίας, εἰ βασιλέως ἥκοντος ἔχοιεν ἃ πρόσθεν. ἀλλ' ὅμως, καὶ κεκωλυμένα πράττειν, φειδόμενος ὃ μόνον καὶ θέαν τὰ ἔθνη, τοῦτο γὰ ἐδέδεκτο μόνον, τοσοῦτον ἴσχυσε τὸ νομά τε καὶ τὸ πρόσωπον, ὥστ' ἤδη τις τῶν κατακλεισμένων πολύν τινα χρόνον καὶ πεπαιχευμένων ἐκπηδήσας, εἶτα βάρβαρον πρὸς τῷ τείχει γεωργοῦντα, καὶ ἄλλος ἄλλον, καὶ ἕτερος ἕτερον. καὶ τινα καὶ νυκτερινὴν ἐπιχείρησιν νεανίσκων ἀπεκρούσαντο πολλῶν γέροντες ὀλίγοι, γήρα τῶν ὅπλων ἀφειμένοι. οἱ μὲν γὰ κλίμακας φέροντες καὶ πύλας ἐρήμους προσέθεσαν· ᾧ δὴ τρόπῳ τῶν πόλεων τὰς πλείστας ἠρήκεισαν. οἱ ὃ, ὡς ἤσθοντο, πᾶν τὸ φανὲν ὅπλον ποιησάμενοι, παρηβη-

suo arbitrio qvi cum exercitu missi fuerant. Sic enim is, à qvo missus erat noster, ordinaverat, ut illi imperarent, huic sola obsequendi facultate relicta: Id qvod tamen ille Ulysses, sociorumqve Ulysses memor, æqvo ferebat animo. Placuit itaqve illis qvorum summa in exercitu erat potestas qvietem agere, id qvod hostibus erat percommodum, cum nimirum, Cæsare licet adventante, eadem tamen qvæ antea ipsis tenere liceret. Nihilominus, qvamvis nihil agere permitteretur, sed populos spectandi tantum causa circuiret; id enim ut faceret solum fuerat decretum; tantum tamen nomen ejus atqve aspectus valuit, ut eorum, qvi longo satis tempore obsessi & macerati fuerant, aliqvis prosiliens Barbarum sub urbis mœniis agriculturam facientem captivum traxerit, qvem secutus alius alium, & tertius tertium cepit. Imo & nocturnam qvandam invasionem à qvamplurimis juventute valentibus tentatam, pauci qvidam senes, qvibus ob ætatem dudum fuerat indulta vacatio, fortiter depulerunt. Illi namqve scalis allatis, portis omni præsidio destitutis eas applicaverant, qva arte maximam urbium partem ceperant antea: Hi vero re illa percepta, qvicqvid se illis offerebat in armorum usum con-

vertentes, pedibus accurrebant ſenilibus, Cæſaris altum inclamantes nomen: viceruntqve ſenes, non aliter ac Myronidis milites, aliis qvidem illorum manu interfectis, aliis vero ſeipſos deorſum præcipitantibus, atqve ita vitæ ſuæ invenientibus exitum.

κόσι ποσὶν ἔτρεχον βοῶντες τὸ τῦ βασιλέως ὄνομα, καὶ ἐνίκων οἱ γέροντες, ὥσπερ οἱ Μυρωνίδε, τὰς μὲν αὐτοὶ κλείνοντες, οἱ δὲ καὶ σφᾶς αὐτὰς ἄνωθεν ῥιπτᾶντες ἀπέθνησκον.

XXI. Facta qvoqve eſt qvorundam juvenum in Barbarorum agros irruptio, qvi antea ſimilibus auſis aſſveti non fuerant: fueruntqve iſti in fugam converſi, illi vero cædibus indulgebant, non videntes qvidem Cæſarem, velinde tamen qvod non longe eum noſſent abeſſe, animos ſumentes. Alii qvi de ſedibus mutandis jam cogitaverant, diſſipato qvi animas eorum occupaverat metu, manſerunt. Cumqꝫ Barbari ex denſiſſima ſylva proruentes poſtrema exercitus iter facientis cæderent, adeo rerum faciem immutavit, ut ii qvi ægre facere noſtris ſperaverant, ad internecionem cæderentur, & eorum qvi aliqvem interemerant, qvilibet cædis perpetratæ argumentum caput interemti ferebat, ſtatutumqꝫ erat cuivis capiti abſciſſo pretium. Qvamobrem omni ſtudio in capita hoſtibus præſecanda incumbebant omnes: Lucri enim cupiditate ſapientiſſimus Cæſar à metu militum animas qvaſi expurgabat, utqꝫ auderent aliqvid, eis perſvaſit, ali-

XXI, Ἐγένετο δὲ καὶ νέων ἐκδρομή τις ἐπὶ τὰς Βαρβάρους, ἃ πρότερον ἐιωθότων· καὶ οἱ μὲν τραπέντες ἔφευγον, οἱ δὲ ἐτρύφων ἐν ταῖς σφαγαῖς, ὐχ' ὁρῶντες μὲν τὸν βασιλέα, τῷ δὲ πλησίον αὐτὸν εἶναι τεθαῤῥηκότες. ἕτεροι μεταναίσαθε μέλλοντες, ἐκβαλόντες τῶν ψυχῶν τὸν φόβον, ἔμενον. Βαρβάρων δὲ ἐκ δασείας ὕλης ἐπιτιθεμένων τοῖς ἐσχάτοις ἐν τῇ πορείᾳ τ' στρατιᾶς, πρὸς τοσῦτον τὸ πρᾶγμα μετέστησεν, ὡῶτ' οἱ λυπήσειν ἐλπίσαντες ἀπεσφάττοντο, καὶ ὁ κλείνας μάρτυρα τ φόνε τὴν τ τεθνεῶτος ἐκόμιζε κεφαλὴν, καὶ ἦν τις μισθὸς ἐπὶ τῇ κεφαλῇ, καὶ ἡ πολλὴ σπουδὴ κεφαλὴν τεμεῖν, τῇ δὲ ἐπιθυμίᾳ τῦ κέρδους ὁ σοφώτατος ἐκεῖνος ἐκάθηρε τὰς ψυχὰς τ δειλίας, καὶ τὸ λα-

βεῖν

βεῖν ἐθέλειν, τολμᾶν ἔπειθεν. Οἱ δ' εἰς τὰς νήσους ἃς ὁ Ῥῆνος ποιεῖ τῶν βαρβάρων καταφεύγοντες, θήρα τοῖς νέουσί τε καὶ πλέουσι τῶν ἡμετέρων ἦσαν. καὶ τοῖς ἐκείνων βοσκήμασιν αἱ πόλεις ἐτρέφοντο.

qvid accipiendi desiderium. Barbarorum autem qvotqvot in eas qvas Rhenus facit confugere Insulas, nostris, qvi navigiis vecti, vel natantes ad eos penetrabant, in prædam cesserunt: eorumqve gregibus civitates lautissime pascebantur.

XXII. Καὶ μὴν δυοῖν πόλεων τῶν μεγίστων, τὴν μὲν εὐρῶν μυρίαις προσβολαῖς κεκακωμένην, τὴν δ' ἕναγχος ἐφόδῳ μιᾷ κενωμένην τε καὶ κειμένην, τῇ μὲν χεῖρα ὤρεξεν εἰς ἀνάστασιν, καὶ φρουρὰς ἐγκαθίστησε· τὴν δ' ἀπειρηκυῖαν τοῖς ἅπασιν, ὥστε καὶ ὅθεν ὁ νόμος ἀναγκαῖον ἦν ζητεῖν, παρεμυθήσατο ταῖς ἀμείνοσι τῶν ἐλπίδων. ταῦτα ὁρῶν τις βασιλεὺς μοίρας ὁ σμικρᾶς βαρβαρικῆς, ἦκεν ἀπολογίαν τε κομίζων, ὡς ὁ μεγάλα ἠδίκηκε, καὶ σπονδὰς αὐτῶν, καὶ συμμαχήσειν λέγων. ὡς δ' ἐδόκει τε λέγειν, σπένδεται, βραχύν τινα χρόνον τοιῶν αὖθις ἐπιεικέστερον τῷ φόβῳ τῶν δευτέρων.

XXII. Cum porro duarum amplissimarum urbium, alteram innumeris afflictam irruptionibus, alteram vero uno impetu pene evastatam prostratamqꝫ inveniret; alteri qvidem manus ut resurgere qvasi posset porrexit, præsidiisqve eam munivit: alteram vero ita rebus omnibus destitutam, ut etiam modo parum licito victum qværere cogeretur, meliora deinceps sperare jussit. Qvæ omnia Rex qvidam, qvi haud exiguo Barbaræ terræ imperabat tractui, videns venit, seqve ipsum excusavit, non adeo multis sese nostros offendisse inqviens, fœdusqꝫ cum iis ambiens, suumqꝫ pollicitus auxilium. Cumqve ea dicere, qvæ non nihili erant, videretur, in fœdus receptus est, exiguo temporis spatio frugis bonæ se esse ostendens eo, qvod se inferioribus metum incuteret.

XXIII. Ταυτὶ μὲν δὴ καὶ ἔτι πλείω τούτων τὴν χώραν ἐπιὼν

XXIII. Atqve hæc qvidem, imo longe plura obtinuit, cum saltem itineribus obire provinciam ei liceret,

ceret, nec data adhuc esset facultas, ea qvæ animo ipse agitabat perficiendi. Cum vero avocatus tandem fuisset Militum magister, qvi hostes turpiter metuens, suis superbe imperare solebat, atqve in locum ejus surrogatus esset Vir tum cetera optimus, tum militaris peritiæ neutiqvam expers, plurimaqꝫ illa impedimenta tandem essent amota, tum demum, tum inqvam appetebat tempus, qvo qvid valeret Cæsar, tandem posset ostendere. At vero ut istis attendat aliqvis velim. Nimirum cum constitutum esset Constantio ut Barbari in suis terris invaderentur, ejusqve rei jam olim desiderio non minori flagrasset Cæsar, qvam cursorius eqvus, iisqve intra qvos continebatus carceribus, tanqvam angustis nimium, dudum esset indignatus; Constantius deniqve ejus considerans copias, easqve tantis ausis impares esse animadvertens, duplo majores qvam hactenus habuerat, submisit; triginta nimirum armatorum millia, qvibus Magistrum præfecerat, Imperatoriis uti videbatur artibus instructum.

XXIV. Atqve jungi qvidem utrumqꝫ illum exercitum oportuisset. Verum cum non adeo longis terrarum spatiis à se invicem uterqve distaret, veritus Constantius

ἴσχυσε, ὅπως ἓ πᾶν ὁ Δρωνοηθὴς πραίτειν εἰς ἐξουσίαν ἥκων. ὡς ἢ ἀπήλαυνε μὲν ὁ τὸς πολεμίους δεδιὼς στρατηγὸς, εἰς ἢ τὸς οἰκείους ὑβρίζων, ἦκε ἢ Δράδοχος ἀνὴρ τἆλλα βέλτιστος, καὶ πολέμων ἐκ ἄπειρος, καὶ τῶν κωλυμάτων τὰ πολλὰ ἐπέπαυτο, τότε δὴ τότε τῷ βασιλεῖ καιρὸς ἐπιδείξεως ἀκριβοῦς παρῆν. σκοπείτω δέ τις, ὡς χὴ ἐδόκει τῷ πρεσβυτέρῳ δεῖν γενέσθαι Δράβασιν ἐπὶ τὸς βαρβάρους, τἄλλα ἢ ὁ νεώτερος ἦρα πάλαι, καθάπερ ἵππος δρόμου, καὶ πρὸς τὴν ἀνάγκην ἢ καλείχετο, ἤχθετο μικρὰν ὅσαν· ὁ Κωνσάντιος ὁρῶν τὴν ἐκείνου δύναμιν, καὶ ἓ τολμήματος ἥττονα, πέμπει τῶν αὐτοῦ διπλασίαν, τρισμυρίους ὁπλίτας, ἐπισήσας ἡγεμόνα, δοκοῦντα ἐπίσασθαι δυνάμει χρῆσθαι.

XXIV. Καὶ ἔδει δὴ στράτευμα ἓν τἀστα ἀμφότερα γενέσθαι. καὶ ὡς ἦν ἐ πολὺ τὸ σωιοῦσι μέσον, δείσας ὁ πρεσβύτερος μὴ μετά-

μεταίχμη τ νίκης ἀτερῳ, καὶ ἅμα ἡγεμόνι ἀρκέσειν τὰς αὐτῶ, κελεύει τῷ μὲν μηκέτι συμμίξαι, διαβῆναι δὲ μόνον. γεφυρῶντι δ' αὐτῷ πλοίοις τὸν ποταμὸν, ξυλόνες τ ὕλης ἀφιᾶσιν ἄνω οἱ βάρβαροι κ' ῥᾳον πάχη ξύλων, ἃ προσπίπτοντα ταῖς ναυσὶ, τὰς μὲν διέφθασε, τὰς δὲ καὶ καθέδυσε. διαλελυμένης δ' τ πρώτης πείρας ὁ μὲν ὤχετο φεύγων, καὶ αἱ τρεῖς μυριάδης. τοῖς βαρβάροις δ' οὐκ ἤρκει τὸ μὴ παθεῖν, ἀλλ' αὐτῶν ἤδη νομίσαντες εἶναι τὸ καὶ δρᾶσαί τι; διαβάντες ἐδίωκον, καὶ καταλαβόντες ἔκτεινον, καὶ παιανίζοντες ἀνεχώρουν· καὶ συνῆπτον ἔργον ἔργῳ, μᾶλλον δ' ἀπὸ λόγων ἤρχοντο τῶν δευτέρων. ὡς δ' ἦσαν οἶκοι πάλιν, ὁ βασιλεὺς δ' ἐνεπίμπλει πυρῶν κ' φρύγια καὶ πόλεις ἀπὸ τῶν ἐκείνοις εἰργασμένων λητῶν, ταῖς τῶν στρατιωτῶν χερσὶ, ὅπως οἷόν τε ἦν, ἐπὶ τοῦτῳ χρώμενος. καὶ τὰ κείμενα ἀνίστη, καὶ πόρρω δ' ἐτῶν χειμάζοντι βασιλεῖ τὰς τῶν

ne in victoriæ partem Cæsar veniret, simulqve pares fore sustinendæ hostium multitudini suos confisus, Magistro militum jussit ne Cæsari jungeret copias, sed solus Rhenum trajiceret, Cumqve ille fluvium navibus junxisset, barbari cæsis arboribus ingentes stipites secundo amne dimiserunt: qvi incidentes in naves, alias disiparunt, alias confregerunt, nonnullas etiam submerserunt. Igitur cum primus conatus male cesisset, hic qvidem cumq; eo triginta illa militum millia fugam capesiverunt: Barbaris vero satis non fuit, qvod pasi fuerint nihil, sed suarum etiam partium esse existimantes aliqvid facere, fluvium transgressi, persecuti sunt nostros, eosqve assecuti, strage ingente edita, triumphum canentes discesserunt. At nostri facinori opposuerunt facinus, imo potius Rhetorum more secundam actionem obiverunt. Cum enim domum versus se recepissent, Cæsar castra & urbes frumento ex Barbaricis mensibus rapto implebat: qvam ad rem militum opera, qvantum fieri poterat, utebatur. Præterea loca evastata restaurabat, constitutumqve fuit ut Cæsari paulo longius a Rheni littoribus hyemem transigenti, omnes

hostium motus celerrime nuntiarentur, aliis ab aliis nuntium accipientibus: vastum enim regionum incolis destitutarum spatium antea effecerat, qvo minus præsentire insidias eorum liceret.

XXV. Ista itaqve ubi Barbari resciviſſent, Romanos in terra Romanorum messi suæ falcem immittere indignati, qvasi hæreditario jure ad se spectantia demeterentur, Legatum ad Cæsarem miserunt. Cui ut litteras, qvibus tractus ille ipsis fuerat concessus, produceret, cum in mandatis dediſſent, Constantii voluntati Cæsarem adversari dixerunt: atqꝫ vel istud ei jactabant esse fatendum, vel observanda esse ea qvæ scripta videret, vel si neutrum vellet, bellum ei esse expectandum. Cæsar autem Legatum istum exploratoris animo adventasse inqviens, qvod sibi probabile non fieri diceret, eo audaciæ processurum fuisse Barbarorum illorum Regem, apud se manere jussit. Ipse tamen probe memor erat earum qvas è litteris illis recitare audiverat instigationum, utpote qvæ a veteribus militum magistris ipsi fuerant expositæ. Satisqve gnarus rem istam omnibus motibus illis dedisse originem, milites animo gestientes ad pugnam eduxit;

ἐχθρῶν ἐπιχειρήσεις ὀξέως μηνύσειν ἔμελλεν, ἄλλων παρ' ἄλλων δεχομένων τὸν λόγον, πρότερον ἢ τὸ μηκ῾ὸν τῆ ἐρήμης ἀφῃρεῖτο τὴν τῶν ἐπιβουλῶν αἴσθησιν.

XXV. Ταῦτα δὴ πυνθανόμεν᾽, Ῥωμαίους ἐν γῇ Ῥωμαίων τὰ ἐκείνων ἀμᾶσθαι, ἀγανακτήσαντες, ὥσπερ τῶν πατρώων αὐτοῖς κειρομένων, πέμψαντες κήρυκα. καὶ δι' ἐκείνου δεικνύντες τὰς ἐπιστολὰς αἱ τὴν γῆν αὐτῶν ἔφασκον τοῖς τῷ πρεσβυτέρῳ δόξασι· καὶ δεῖν τοῦτο ὁμολογεῖν, ἢ τοῖς γεγραμμένοις ἐμμένειν, ἢ μηδέτερον βουλόμενον ἐλπίζειν μάχην. Ὁ δὲ τὸν μὲν ἐπὶ κατασκοπὴν ἥκειν εἰπών, μὴ γὰρ ἂν οὕτω γενέσθαι θρασὺν τὸν ἐκείνων ἄρχοντα, κατεῖχεν. αὐτὸς δὲ μεμνημένος τῶν προθυμοτάτων ὧν ἤκουσεν ἐν ταῖς συγγραφαῖς, τῶν παλαιῶν ἐκείνων διεξιόντων στρατηγῶν. καὶ καλῶς εἰδὼς ὅτι λόγος τοιοῦτος ἔργων ἡγέμων, ἔυψυχον ἐπὶ τὴν συμπλοκὴν παρεπέμπετο τὸν στρατιώτην, καὶ εἶπε λόγον, ὃν ἥδιστα μὲν ἂν εἰς

τὸν

τὸν παρόντα λόγον ἐνεθηκα, τὰ νόμιμα ἢ ἔξ ἐστὶ ταῦτα, ἐκ ἐῶντος, τοσοῦτον εἰποιμ' ἄν· ὅτι τοῖσι δ' ἄφαρ πόλεμος γλυκίων ἐγένετο, πρότερον τὸ μηδὲν ποιεῖν.

XXVI. καὶ ἐδόκει δεῖν κέρας μὲν ἑκάτερον τὰς ἱππέας ἔχειν, τὸ μέσον ἢ εἶναι τῶν ὁπλιτῶν, τὰς ἢ ἀμείνας ἑκατέρων τούτων ἐν τῷ δεξιῷ περὶ τὸν βασιλέα. καὶ τοῦτο ἔδει μὲν τοὺς πολεμίους λανθάνειν, λαθεῖν ἢ ἐκ ἔμελλεν ἀνδρομόλων τινῶν κακία. γιγνομένης ἢ τῆς ἐκείνων διαβάσεως, κωλύσαι μὲν ἐξὸν, ὁ δὲ βασιλεὺς ἐκ ἐβουλήθη, ἀλλ' ἐδὲ μέρει μικρῷ προσπεσὼν μαχέσασθαι. ἤδη δὲ ὄντων τρισμυρίων καταβαίνει, πρὶν ἐπιγενέσθαι πολλάκις τοσούτους ἐγνώκεσαν δὲ ὡς ἦν ἀκοῦσαι ὕστερον, μηδένα τῶν μαχίμων ὄκοι μένειν. ἄμφω τοίνυν ἄξια θαυμάσαι, τὸ μήτε τοῖς πρώτοις ἀπαντῆσαι, μήτε πᾶν τὸ κεκινημένον δέξασθαι. τὸ μὲν δὲ ἦν ἐ μέγα, τὸ ἢ τὰ μεγίστου κινδύνου καὶ τὸ μὲν μικρὰ

oratione præmissa, qvam lubens volensqve huic ipsi sermoni inseruissem, verum cum leges nobis circa ista propositæ minime id patiantur, hoc saltem erit dicendum: dulcius tum qvidem fuisse militibus bellum & prælia, qvam otium antea ipsis fuerat.

XXVI. Atqve visum qvidem fuit eqvites in utroqꝫ cornu, in media autem acie pedites esse collocandos: optimum vero qvemqꝫ ex iis in dextro cornu circa ipsum Cæsarem. Atqve id qvidem latere hostes debuisset: verum latere non passa est transfugarum qvorundam perfidia. Cum itaqve fluvium trajicerent Barbari, impediri qvidem id facile poterat, hoc tamen noluit fieri Cæsar, imo ne qvidem cum exigua nimis eorum manu prælium voluit committere. Postqvam vero triginta millia eorum illum superassent, in eos irruit, priusqvam plures multo ipsis subvenire possent: fecerant enim, ut postea nunciatum fuit, decretum, ne cuiqvam bello idoneo domi considere liceret. Utrumqve itaqve laudem & admirationem meretur, tum illud qvod in primos statim non fuerit facta irruptio, tum hoc, qvod omnibus qvæ ad pugnam illam adducebantur copiis fluvium transmittere non fuerit datum. Illud enim magnum

gnum non erat atqve egregium, hoc vero maximo non caruisset periculo: & illud qvidem animi parum generosi, hoc vero imprudentis fuisset atqꝫ temerarii. Atqꝫ proinde plures qvam ipse ducebat, & qvidem multo plures, transitu non prohibuit, at impetu, in eos tempestive facto, ne plures ad eos affluerent effecit.

τὴν γνώμην, τὸ δ' ἀλογίστως. Διὰ τοῦτο πλείους μὲν ὧν ἦγε, καὶ πολλῷ γε, περιεῖδεν ἐκ εἴργε, τῇ δ' ἐφόδῳ τὸ τούτοις ἐπιῤῥέον ἔστησε.

XXVII. Barbari autem, qvibus cuncta fuerant prodita, robur omne exercitus, illi adversæ aciei parti, qvæ maxime valebat, opposuerunt. Dextroqve cornu suo subsidiariam destinarunt turmam, qvam sub aqvæductu qvodam edito occultabant, arundinibus densis (uliginosus enim erat ille locus) eos, si subsiderent, abscondentibus. Non potuerunt tamen fugere oculos Romanorum, qvi editum qvendam à parte sinistra occupaverant locum: qvi simul ac eos viderunt, clamore sublato accurrentes, hos qvidem surgere coactos insecuti sunt, in mediam autem aciem intulerunt terrorem, fuga fugam pariente, prioribus nempe ultimos trahentibus. Factum autem simile qvid in ea pugna fuit illis, qvæ in navali Corinthiorum contra Corcyræos prælio evenerunt: in hac enim etiam & vincere & vinci utriꝫ parti contigit. Vicit namqve

XXVII. Τοῖς βαρβάροις δὲ πάντα πεπυσμένοις, τὸ μὲν ἀνδρειότερον τ στρατιᾶς πρὸς τὸ κρεῖττον ἀντιτέτακτο. Τῷ δεξιῷ δ' κέρα σύμμαχον ἔδωκαν λόχον, ὃν ἔκρυψαν ὑπὸ ὀχεῖῳ μεσεώρῳ, καλάμων πυκνῶν, καὶ γὰρ ἦν ὑδρηλὸν τὸ χωρίον, τοὺς καθημένους ἀφανιζόντων. ὃ μὴν γοῦς γε ὀφθαλμοὺς τῶν ἐπ' ἄκρῳ τῷ εὐωνύμῳ Ῥωμαίων ἐλάνθανον. ἀλλ' ὡς εἶδον αἷμα βοῇ δραμόντες, τοὺς μὲν ἀναστήσαντες ἐδίωκον, τ στρατιᾶς δ' εἰς ἥμισυ δι' ἐκείνων διεβάραξαν, φυγῆς φυγὴν τεκούσης, τ τῶν πρώτων τὴν τῶν δευτέρων. γίγνεταί δέ τι παραπλήσιον ἐν τῇ μάχῃ τῷ περὶ τὴν τῶν Κορινθίων πρὸς Κερκυραίους ναυμαχίαν· καὶ γὰρ ἐν ταύ-

ταύτη νικᾶσθαι καὶ νικᾶν ἑκατέροις συμβέβη. τὸ γὰρ εὐώνυμον ἑκατέρων ἐκράτει, ὥστ' ἐπιέζετο τὸ ἐπὶ τὸν βασιλέα Ῥωμαίων δεξιὸν, λογάδες ὑπὸ λογάδων. καὶ δὴ καὶ τοῖς τὰ σημεῖα φέρουσιν, οἳ φυλάττειν δὴ μάλιστα μεμελήκασι τάξιν, ὁ νόμος ἐσώζετο.

XXVIII. ὡς δὲ ἀνέκλιναν μέγα βοήσας ὁ βασιλεὺς, καὶ τὰς τῶ τελαμωνίω μιμησάμενος λόγους, ὁ μὲν γὰρ εἶπεν οὐκ εἶναι τοῖς Ἕλλησι διαφθαρεισῶν τῶν νεῶν ἐπάνοδον, ὁ δὲ ἡττηθεῖσι τούτοις κεκλεῖσθαι τὰς πόλεις, καὶ τροφὴν δώσειν οὐδένα· καὶ ἐπέθηκε δὴ τελευτῶν, ὡς εἰ δέδοκται φεύγειν, αὐτὸν δήσει κλείναντας τότ' ἤδη δραπετεύειν, ὡς ζῶντά γε οὐκ ἐπιτρέψειν. καὶ δείκνυσι δὴ τῶν βαρβάρων τὰς ἐλαυνομένους ὑπὸ τῶν τρεψαμένων. ὡς δὴ τὰ μὲν ἤκουσαν τὰ δὲ εἶδον, καὶ τὰ μὲν ᾐσχύνθησαν τὰ δὲ ἤθησαν, ἀνέστρεφόν τε καὶ συνέμισγον. καὶ τὸ αἰσχρὸν λέλυτο, καὶ πᾶς ἦν ἐν τῷ διώκειν, ὥστε καὶ οἱ τῶν σκευοφόρων τῶν ἐν τῇ κορυφῇ φύλακες ἠράθησαν τῶν γιγνομένων μετασχεῖν. ὡς

siniſtrum utriusqve partis cornu, adeo ut proſtratum victumqve fuerit cornu dextrum, qvod Cæſarem ambiebat: delecti nimirum milites a delectis. Et ne ſigniferis qvidem, qvibus vel maxime aciem ſervare alias curæ eſt, pro more ſuo hic agere integrum fuit.

XXVIII. Cum vero tam inclinaretur acies, altum inclamans Cæſar, & Telamonii ſermones imitatus (Græcis enim navibus amiſſis reditum eſſe præcluſum, iſte, ille vero, victis urbes occludendas eſſe, nec fore qvi victum ſuppeditet, monuit) poſtremo addidit, qvod ſi fugam arripere fuerit conſtitutum, ſe primum ab iis eſſe interficiendum, & tum demum terga hoſtibus obvertenda, vivum enim ſe neutiqvam illud eſſe permiſſurum, ſimul vero Barbarorum manu monſtrabat catervas, qvæ alia ex parte ab urgentibus eas Romanis fortiter profligabantur. Cum igitur illa qvidem audirent, hæc vero oculis etiam cernerent ſuis, & partim qvidem pudore, partim voluptate afficerentur, in aciem reverſi pugnam redintegrarunt. Sicqve turpitudo illa fuit ablata, omnesqve in perſeqvendo hoſte occupabantur, adeo ut ii qvoqve qvi ſarcinis in loco ſublimiori appoſiti erant cuſtodes, in eorum qvæ gerebantur

partem venire cuperent. Illi itaqꝫ cum festinato gradu appropinqvarent, omnibusqve eos accurrere fieret evidens, majoris exercitus speciem Barbaris præbuerunt, nec qvisqvam eorum erat, qvi in acie ulterius subsistere cuperet. Atqve adeo campus qvidem interemtis fuit obtectus, Rhenum autem eorum corpora, qvinandi imperitia suffocati fuerant, absconderunt: erantqve Insulæ fluvii cadaveribus obtruncatorum refertæ, victoribꝰ in eos qvoqꝫ qvi in sylvis sese occultaverant, irruentibus.

XXIX. Longissime vero remõtis Barbaris, interemtorum cadavera, & arma secundo fluvio delata, commissi prælii nuntii fuerunt. Maximum autem victoriæ huic afferebat momentum; qvod dum in Insulis, propemodum ut feras, retibus Barbaros qvasi nostri venarentur, Regem qvoqꝫ cum subditis in illa venatione nacti fuerint. Qvem manibus apprehensum, arma haudqvaqvam jussum deponere adducebant: Virum proceritate formæqve præstantia maxime conspicuum, omniumqꝫ tam ob corporis concinnitatem, qvam ob armorum speciem in se oculos convertentem. Atqve sol qvidem postqvam præclari adeo facinoris fuisset spectator occidit. Virum autem istum Cæsar, cum

δὲ ἐπείγοντο, καὶ ὁ δρόμος δῆλος ἦν, δόξαν πλείονος δυνάμεως παρέχον τοῖς Βαρβάροις, καὶ οὐκ ἦν ὁ μένειν ἔτι βουλόμενος. ὥστε ἐκεκάλυπτο μὲν τὸ πεδίον νεκροῖς, ἐκρύπτετο δὲ ὁ ῥῆνος τοῖς ἀπειρίᾳ τῶν νεῖν ἀποπνιγεῖσι, μεσαὶ δὲ ἦσαν τῶν νενικηκότων ἐπὶ τοὺς ἐν ταῖς ὕλαις ἐπηχότας ἰόντων.

XXIX. Τοῖς δὲ πορρωτάτω Βαρβάροις νεκροὶ καὶ ὅπλα τὴν μάχην ἐμήνυον ὑπὸ τοῦ ῥεύματος φερόμενοι. τὸ δὲ μέγιστον, σαγηνεύοντες δὴ τοὺς ἐν ταῖς νήσοις ἐν ταύτῃ τῇ θήρᾳ καὶ τὸν ἀρχοντα μετὰ τῶν ἀρχομένων εἶχον. ὃν ηγον ἐχόμενοι τῶν χειρῶν, ἀ γυμνώσαντες τῶν ὅπλων· ἄνδρα μεγιστόν τε καὶ κάλλιστον, καὶ τοὺς ἁπάντων ὀφθαλμοὺς ἐπιστρέφοντα καὶ σώματι καὶ σκευῇ. καὶ ὁ μὲν ἡλιος τοιοῦτον ἔργον ἐπιδὼν ἔδυ. τὸν ἄνδρα δὲ τοῦτον ὁ βασιλεὺς

λευς εἰς εὐθύνας ὧν ἐτόλμησε κατασήσας, μέχρι μὲν ἐχρῆτο λόγοις φρόνημα ἔχουσιν, ἐθαύμαζε. ταπεινὰ δὲ τὰ τελευταῖα, γενναίοις τοῖς πρώτοις ἐπιθέντα, καὶ δείσαντα περὶ τῇ ψυχῇ, καὶ μνησθέντα τῆς σωτηρίας ὥσπερ ἐμίσησεν. ὁ μὲν ἔδρασέ γε δεινὸν οὐδὲν, οὐδὲ ἔδησεν, αἰδεσθεὶς τὴν ἄρτι τύχην, καὶ λογιζόμενος ὅσον ἴσχυσεν ἡμέρα μία. Τίνα τῶν παρ' ἕλλησιν ἑορτῶν παρέβαλλεν ἄν τις τῇ τότε ἑσπέρᾳ; συμπινόντων μὲν ἀλλήλοις τῶν ἡγωνισμένων, ἀριθμούντων δὲ πρὸς ἀλλήλους ὃ ἐν τῇ μάχῃ καθήνεγκαν, καὶ τῶν μὲν γελώντων, τῶν δὲ ᾀδόντων, τῶν δὲ ἀπειλούντων. ὁ δὲ εἰργόμενος σπίων τοῖς τραύμασι, ἀρκοῦν εἶχέ γε θαυμάσιον αὐλὰ τὰ τραύματα, ἦπερ καὶν τοῖς ὀνείρασιν ἐκεῖνοι τοὺς βαρβάρους ἐνίκων, καὶ τὴν ἀπὸ τῶν ἐν ἡμέρᾳ πεπονημένων ἡδονὴν καὶ διὰ τῆς νυκτὸς ἐκαρπούντο. χρόνιοι δὴ μάλα χρόνιοι ἱερόπαιον στήσαιντες βαρβάρων, καὶ τῷ παρ' ἐλπί-

ob ea qvæ ausus fuerat rationem reddere juberet, tam diu qvidem magni fecit, qvamdiu prudenti atqve decente ille utebatur oratione. Cum autem postremo abjecta qvædam atqve humilia prioribus sermonibus suis, generosam mentem spirantibus, adjiceret, seqve de capite metuere proderet, suæqve salutis (supplex) mentionem faceret, odio qvasi illum fuit prosecutus. Gravius tamen nihil in eum statuit, nec in vincula illum conjecit, verecunde secunda sua, qva tum utebatur, fortuna usus, & secum probe considerans qvantum unica dies potuerit efficere. At qvod qvæso festorum, apud Græcos celebrari solitorum, cum illa contendere qvis ausit vespera? qva compotationes ii qvi prælio interfuerant instituebant, sibiqve exponebant invicem qvosnam in pugna manu sua interemerint: aliiqve ridebant, alii vero canebant, minas spargebant alii. Vulneribus autem qvotqvot conviviis interesse prohibebantur, iis in solamen vel ipsa vulnera sufficiebant; vel in ipsis enim somniis barbaros illi vincebant, atqve ob eos qvos interdiu exantlaverant labores, noctu qvoqve voluptatem tanqvam fructum illorum percipiebant: serius qvidem, imo serius trophæa ex Barbarorum spoliis e-

ri-

rigentes, majori tamen cum gaudio, eo qvod præter spem ita illis evenisset. At sive Julianum dicas pessimæ antea indolis milites meliores fecisse, Dei cujusdam instar animas viresqꝫ illis largitum: qvid majus qvæso potest cogitari, qvam ea qvæ hominis superent vires posse efficere? Sive bonum militum indolem ab eorum qvi olim iis præfuerant inertia, multum detrimenti cepisse statuas: qvid glorioſus erit, qvam bonos fortesqve viros ut virtutis suæ dent experimenta, excitare? Sive Deum aliqvem occulta qvadam vi meliores eos reddidisse dicas: qvid magis censebimus honorificum, qvam illos habere pugnarum socios? qvandoqvidem Athenienſibus qvoqꝫ multo magis fuisse puto glorioſum, qvod cum Hercule & Pane apud Marathonem gesserint, qvæ omnium ore celebrantur, qvam si absqꝫ Deorum auxilio ista potuissent efficere.

XXX. At enim alius qvidem post tantam victoriam dimisso exercitu, ad urbem accedens, eqvorum certaminibus, & spectaculorum jucunditate oculos oblectasset, animumqve remisisset: verum non ita se gesit ille, sed à signiferis, ut ordines deinceps discerent servare, pœnam sumsit, vita tamen iis concessa, victoriæ

δὲ μειζόνως εὐφραινόμοι. Καίτοι πρότερον φύσει κακὸς ὢν ἀγαθοὺς ἰδιωτὰς ἐποίησε βελτίους, ὥσπερ τις θεὸς μέγα ἐμβαλών· καὶ τί μεῖζον ἢ μεῖζον ἀνθρώπῳ δύναται; ἀλλὰ χρησὰς φύσεις ἔβλαψεν ἡγεμόνων κακία· καὶ τί κάλλιον ἢ τοὺς ἀγαθοὺς εἰς ἐπίδειξιν ὧν ἴσχυον ἀγαγεῖν; ἀλλὰ θεῶν τις ἐξ ἀφανοῦς τὰ τούτων ἐποίει βελτίω· καὶ τίνος ἂ σεμνότερον μὴ τοιούτων ἀγωνίζεσθαι συμμάχων; Ἐπεὶ καὶ τοῖς Ἀθηναίοις μεῖζον εἰς δόξαν οἶμαι τὸ μεθ' Ἡρακλέους καὶ Πανὸς πρᾶξαι τὰ λεγόμενα Μαραθῶνι, ἢ εἰ τῶν θεῶν χωρὶς ταῦτα ἐδεδύνηντο.

XXX. ἄλλος μὲν ἂν ἐπὶ τοσαύτῃ νίκῃ στρατιὰν διαφθείς, αὖθις ἂν ἦκεν εἰς πόλιν ἵππων ἀμίλλαις καὶ θεάτρων ἡδοναῖς εἰςίασεν ὀφθαλμοὺς, ἀνέπαυσε τὴν γνώμην. ἀλλ' οὐκ ἐκεῖνος, ἀλλὰ τοῖς μὲν τὰ σημεῖα φέρουσι ὅπως

ὅπως εἰδείη ζηρεῖν τὴν τάξιν, δίκην ἐπέθηκε ζῶσι, τὸ μὴ καὶ ἀποκλεῖναι τῇ νίκῃ δέος. τὸν δὲ μέγαν ἐκεῖνον τὸν βασιλέα τὸν αἰχμάλωτον πέμπει Κωνσταντίῳ τῶν αὐτῷ συμφορῶν μηνυτήν· οἰόμενον δεῖν αὐτὸν μὲν πονεῖν, τῶν δὲ τοιούτων ἄθλων ἐκείνῳ ἀπολαχεῖν, Ἀχιλλεὺς Ἀγαμέμνονι τὰς λείας ἀφιστάμενον. ὁ δὲ ἤγετο ἐπ' αὐτῷ πομπήν, καὶ ἠβρύνετο, καὶ ἦν λαμπρὸς ἀπὸ τῶν ἑτέρων κινδύνων. ἐπεὶ καὶ τὸν τῷδε μὲν σωτηρίαν διαβάντα δυνάστην, ἀπολωλεκότα δὲ μὴ μαχεσάμενον, φοβήσας τοῖς γιγνομένοις, εἰς τὰς Κωνσταντίου χεῖρας φεύγοντα ἐνέβαλε. καὶ ἦν ἀμφοῖν διαφέρετο βασιλέοιν δεσπότης, ὁ μὲν αὐτὸν δόντα, ὁ δὲ ἁλόντα.

XXXI. Ἀλλ', ἐπάνειμι γάρ, ὅτι μὴ ταυτὸν τοῖς νικῶσιν ἔπαθε πάθος, ὃς ἐπὶ τέρψεις ἀφιᾶσι καὶ ῥαθυμίας αἱ νίκαι. ἀλλ' ἐπειδὴ τῇ γῇ τοὺς πεπτωκότας παρέδωκεν, οὐκ ἐπέτρεψε τοῖς στρατιώταις, καὶ μάλα βουλομένοις, καταθέσθαι τὰ ὅπλα. ἀλλ'

id tribuens ne capitis ſupplicio afficerentur. Magnum autem illum Regem qvem ceperat, ad Conſtantium miſit, ut eorum qvæ ſibi obtigerant ipſemet apud eum eſſet nuntius: decere ſe arbitratus, ut ipſe labores exantlaret ſtrenue, illi vero iſtiusmodi laborum præmiis cederet. Alter nimirum Achilles Agamemnonem prædam ſuam paſſus occupare. Conſtantius igitur de eo triumphabat, ſeqve ipſum efferebat magnifice, alterius periculis ſplendide ornatus. Poſt hæc Julianus Principem qvoq; qvi una cum Rege iſto Rhenum trajecerat, atqve ne ad manus rem pateretur redire illum, monuerat, iis qvæ geſta fuerant metum ei injiciens, in Conſtantii manus pervenire adegit. Atqve adeo utriusq; Regis idem prælium Dominum eum fecit, altero ſeipſum dedente, altero vero capto.

XXXI. Atenim vero, redeo enim eo unde digreſſa hactenus fuit oratio, non idem ille, qvod alii ubi vicerunt, paſſus eſt, utpote qvi à victoriis ad oblectationes & otium ſolent diſcedere. Sed poſtqvam cæſorum humo mandaſſet cadavera, neutiqvam militibus, ejus rei vel maxime licet cupidis arma deponere permiſit. Verum

id qvod patratum fuerat, hominum esse existimans, à terris suis hostium injurias depellentium: bonos vero etiam viros (terrarum istarum incolas) ulciscendos ob ea qvæ pasi fuerant esse censens, contra hostes cum iis profectus est: pasim inculcans qvam exiguus ipsis exantlandus supersit labor: qvamqve lusus potius qvam labor esse videatur: qvam item similes Barbari sint feræ qvæ telum jam corpore admiserit, novumqve aliqvod vulnus semper expectet. Nec certe qvicqvam à veritate locutus est alienum. Rheno enim à nostris superato, illi ex Barbaris qvi adultam ætatem attigerant, uxoribus liberisqꝫ in sylvis absconditis, fuga saluti suæ consulendum esse duxerunt. Cæsar vero igne vicos eorum evastavit, omnesqꝫ ab illis absconditos protraxit, neqvicqvam obstante sylvarum densitate. Mox itaqve coram eo comparebant Legati, submissa verba, & præsenti Barbarorum calamitati opportuna ferentes. Eorum autem summa erat, ut subsistere ibi Cæsar, fineqꝫ evastationibus atqve ruinis impositō, amicorum loco deinceps eos habere velit. Initur itaqve fœdus, solaqve hyems tempus fuit fœderi præfixum, qva etiam sine fœderibus inducias aliqvis forte consequatur.

ἡγέμενος τὸ μὴ πεπραγμένον εἶναι τῇ σφῶν αὐτῶν βοηθείᾳ ἀνθρώπων· δεῖν ᾗ τὺς ἀγαθὺς καὶ τιμωρίαν ἓν πεπόνθασι λαμβάνειν, ἦγεν ἐπὶ τῶν πολεμίων, διδάσκων καὶ λέγων ὡς βραχὺ τὸ λειπόμενον, καὶ τρυφὴ μᾶλλον ἢ πόνος· ὡς ἐοίκασιν οἱ βάρβαροι θηρίῳ βεβλημμένῳ καὶ δευτέραν προσμένουσι πληγήν. Καὶ ὐκ ἐψεύσατο. Μαθόντων γὰρ οἱ μὲν ἐν ἡλικίᾳ γυναῖκας καὶ τέκνα ταῖς ὕλαις ἐγκαταθέμενοι, φεύγοντες ἐσῴζοντο. ὁ ᾗ πυρὶ μὲν ἀνήλισκε τὰς κώμας, ἐξῆγε δὲ πᾶν τὸ κεκρυμμένον, καὶ τὰ δένδρα ὐκ ἐκώλυε. καὶ παρῆν αὐτίκα πρεσβεία, ταπεινὺς φθεγγομένη λόγυς, καὶ πρέποντας τοῖς παροῦσι κακοῖς. οἱ δὲ ἦσαν αὐτὸ σῆναι, καὶ λήζασθαι τὸ φθείρειν χρῆναι τὸ λοιπὸ φίλοις. σπένδεται δὴ, καὶ τῶν σπονδῶν χρόνος ὁ χειμὼν μόνος, παρ' ὃ καὶ σπονδῶν ἄνευ τύχοι τις ἂν ἴσως ἀναπαύσεως.

XXXII.

XXXII. Τοῖς μὲν ἤδη μένοις τοσοῦτον ἔδωκεν, αὐτὸς δὲ οὐκ ἠξίωσεν. ἀλλ' ἐν χειμῶνι μέσῳ τοῦτο μὲν Φράγγων χιλίους, οἷς ταὐτὸν εἰς ἡδονὴν, χιόνι τε καὶ ἄνθη, κώμας τινὰς πορθοῦντας, ὧν ἐν μέσῳ φρούριον ἔρημον περιτειχισάμενοι καὶ καλακλείσας, εἰς τοῦτο, λιμῷ λαβὼν, ἔπεμψε δεδεμένους τῷ μείζονι, πρᾶγμα καινότατον. καὶ γὰρ ἐκείνοις νόμος ἢ νικᾶν ἢ πίπτειν· ἀλλ' ὅμως ἐδέθησαν, ταὐτὸν οἶμαι παθόντες τοῖς ἐν Σφακτηρίᾳ Λάκωσι. Ἐκείνους μὲν οὖν ὁ λαβὼν βασιλεὺς δῶρά τε ὠνόμαζε, καὶ τοῖς αὐτοῦ λόχοις ἀνέμιξε, πύργους τινὰς σφίσιν ἐγκαταμιγνύναι πιστεύων, ὅτως ἀνὴρ πολλῶν σωμάτων ἕκαστος ἦν.

XXXII. Tantum itaqve victis ab eo fuit indultum, neutiqvam autem idem ſibi duxit eſſe indulgendum. Sed adulta jam hyeme Franci numero mille, qvibus nives perinde voluptati ac flores ſunt, cum vicos aliqvot evaſtaſſent, qvorum in medio caſtrum erat deſertum, circumſeſſi ab eo & in illud caſtrum incluſi ſunt: qvos cum fame ad deditionem coëgiſſet, ad Auguſtum vinctos ablegavit, rem plane novam atqꝫ inſolitam. Lex enim apud eos eſt aut vincere, aut mortem oppetere. At compedibus tamen conſtricti ſunt, idem uti videtur paſſi qvod apud Sphacteriam Spartani. Eos itaqꝫ acceptos Conſtantius dono ſibi miſſos dixit, ſuisqve Legionibus eos miſcuit, turres qvasdam iis ſeſe admiſcere ratus: adeo multos alios unus ex illis æqviparare exiſtimabatur.

XXXIII. Ἓν μὲν δὴ τοῦτο τοσοῦτον ἔργον χειμερινόν· ἕτερον δὲ οὐκ ἔλαττον. ἔθος γὰρ ὅλον ἐξαίφνης καταθέον τὴν χώραν, ἔθει μὲν αὐτὸς ὡς ἐξελῶν μὴ τῶν φυλάττειν τεταγμένων τὸ πιεζόμενον. οἱ δὲ αἰσθόμενοι ἔδραμον, φθάσαντες αὐτοὶ τὰς πο-

XXXIII. Atqve hoc qvidem unum, at qvantum facinus! ex iis qvæ hyeme patrata ſunt fuit. Eſt vero & aliud illo non minus. Integra nimirum Barbarorum natio ex improviſo excurſionem in Romanas provincias fecerat, ipſemet itaqve advolabat Cæſar, ut cum iis qvi earum præſidia obibant ſuccurreret conculcatis ab hoſte regionibus. At vero illi eum prævenientes ipſimet hoſtes pro-

fligarunt, non paucis ſuorum etiam amiſſis. Ita nimirum Cæſar ſive præſens, ſive adfuturus, pari tamen ſemper modo vincebat.

XXXIV. Atqꝫ iſta omnia geſſit, tum etiam ex mediis libris ad pugnam procedens: Imo potius una cum libris adverſus hoſtes profectus eſt. Semper enim vel libros manibus tenebat, vel arma: bello maximam à litteris utilitatem præſtari, majusqve rebus momentum poſſe Imperantem afferre ſi conſiliis, qvam ſi armis valeat, perſvaſus. Et certe vel duo iſta, nonne & aliis maxime ſunt proficua, & ſummam ejus à qvo proficiſcuntur dexteritatem atqve prudentiam indicant? qvod bonam eorum, voluntatem, qvi ad optima qvæqꝫ enitebantur, honoribus mactaverit, qvos illis ab eo, cujus erat eos largiri, procurabat: & qvod effecerit, ut eorum eſſet, qvi prædas ab hoſtibus agebant, qvicqvid hiſce ablatum ab illis fuiſſet. Videlicet ſimile prorſus hoc, illi ejus fuit conſilio, qvo ei qvi Barbari afferebat caput, certam auri ſummam facinoris mercedem dari decreverat. Cum itaqve fama utramqꝫ ejus virtutem (tam in litteris qvam armis) latisſime per orbem ſpargeret, amorem omnium conſecutus eſt militum, qvi otii & deſidiæ amantes non eſſent:

λεμίας ἐξέβαλον, ἀποβαλόντες ὐκ ὀλίγας. ὅτως ὁ βασιλεὺς, παρών τε καὶ μέλλων ὁμοίως ἐνίκα.

XXXIV. Καὶ ταῦτα ἔπρατ]εν ἐκ μέσων ἀνιςὰμεν@· καὶ τότε τῶν βιβλίων· μᾶλλον ἢ χωρῶν ἐπὶ τὰς ἐναντίας μ]ὴ τ]έτων ἐχώρει. ἀεὶ γὰρ εἶχεν ἐν χερσὶν ἢ βίβλους ἢ ὅπλα, νομίζων μεγάλα πόλεμον ὑπὸ σοφίας ὠφελεῖσ]. καὶ μεῖζω γε φέρειν ῥοπὴν βασιλέα βελεύεσ] δυνάμεν, ἢ μαχόμεν. Αὖ]ίκα δύο ταῦ]ὶ πῶς ὁ λυσιτελέσ]α μᾶ]ὰ τοῖς ἄλλοις γνώμης ἢ δεξιω]έρας; τὸ τιμᾶς μᾶ]ὰ αὐξῆσαι τὴν προθυμίαν τῶν ἀγαθῶν, ἃς αὐ]οῖς πρὸξένησε ᾧ]ινὰ δ' τοιαῦτα νέμον]@·, ποιῆσαι ἢ τὰς τὰ τῶν πολεμίων λη]εύον]ας ὧν κρα]ήσαιεν δεσπότας; Εἰκὸς γὰρ δὴ τ]ῦτο ἐκείνῳ σαφῶς, τῷ τὸν κομίσαν]α πολεμίᾳ κεφαλὴν χρυσίον δέχεσ] ὁ τόλμης· ὁ φήμης ἢ ἐπὶ τὴν οἰκειμένην ἄμφω φερούσης, ἦρα μᾶ]ὰ αὐ]ὸ πᾶς τραπ]ώτης, ὡς τις ἔργων ἐραστής.

ἡρων

ἥρων ἢ οἱ πρὸ τὰς λόγους. καὶ τῶν Ἀθήνησι Διατριβόντων οἱ σωφρονοῦντες ἀυτοῖς τι καλὸν ὡς ἐκεῖνον ἤρσαν, ὥσπερ λάλαι πρὸ εἰς Λυδίαν οἱ σοφισταὶ πρὸς τὸν Κροῖσον. ἀλλὰ Σόλωνι μὲν Κροῖσος τὰς θησαυρὰς τῶν χρημάτων ἐδείκνυεν, ὡς ἂν ἥδιον τάδε κεκλημένος λιμιώτερον. ὁ δὲ τοῖς ἀφικνουμένοις τὰς τῆ ψυχῆς θησαυρὰς ἀνεπετάννυεν, ὡς ἦν τὰ πρὸς τῶν Μουσῶν. καὶ ὁ βασιλεὺς ἥδεν ἔπη, τούτοις τὰς ἠκοὰς κοσμῶν, καὶ νῦν ἔξεστιν ἀναγνῶναι λαβόντα.

XXXV. Τοιαῦτα τοίνυν συναναβακχεύσας τοῖς Ἑρμῆ τε καὶ Διὸς ὀπαδοῖς, τῆ καιρῆ τὸ σημεῖον ἄραντος, εὐθὺς στρατεύει. Καὶ πρὸ τὸν ποταμὸν ἀστράψας, ἔθνος ὅλον ὅτως ἐξέπληξεν, ὡς' ἠξίουν μεταοικεῖν κὴ μέρος εἶναι τῆ Αὐλῆ βασιλείας, τὴ οἰκείας τὸ ζῆν ὑπ' ἐκείνω κρίνοντες ἥδιον κὴ γῆν ἧττον κὴ ἐλάμβανον, κὴ βαρβάροις ἐπὶ βαρβάρους ἐχρῆτο, πολὺ κάλλιον ἡγούμενος μὴ τοῦτο διώκειν, ἢ μετ' ἐκείνων φεύγειν.

amorem item omnium litteratorum. Iter proinde ad eum instituebant omnes, qvotqvot eorum qvi Athenis versabantur præclaræ cujusdam virtutis sibi essent conscii, pari modo qvo olim ad Crœsum in Lydiam contendebant Viri sapientes. At Crœsus qvidem eos Soloni monstrabat thesauros, qvi opibus absolvuntur, utpote qvibus nihil posideret pretiosius. Noster vero iis qvi ad illum adventabant, animæ patefecit thesauros, qvales erant ii, qvos à Musis acceperat. Carminaqve fundebat Cæsar, adventantes illis excipiens, qvæ nunc etiam cuivis legere est integrum.

XXXV. Talia itaqve inter Mercurii Jovisqꝫ assecla eo, tanqvam divino aliqvo correpto furore effundente, cum tempus signum sustulisset, ilico exercitum eduxit, & circa flumen instar fulguris prorumpens, integram gentem eo, perculit terrore, ut sedibus mutatis, in ejus provinciis habitacula sibi permitti peterent, patriæ suæ ejus imperium præferentes. Agros itaqꝫ petiverunt, qvos & dedit illis, & Barbaris adversus Barbaros auxiliaribus usus est: utpote qvi præclarius esse ducerent ab hujus partibus stantes sese, insequi alios, qvam cum illis fuga semper saluti suæ consulere. Est ista qvi-

dem fine pugna fuit consecutus. Cum autem fluvium rursus trajicere decrevisset, navibusqve destitutus pedites pariter ac eqvites nando illum transmittere coëgisset, igne alia vastans loca, alia vero in potestatem suam redigens processit. Qvi autem obsisteret, erat nemo: qvin potius inseqventi die supplices miseri protendebant manus, id qvod anteqvam igne omnia vastarentur, rectius fuissent facturi.

κὴ ϛαυρὶ μᾶ, ἀμαχεί. γνὺς ὃ πάλιν ἀβαίνειν, κὴ πᾶνει πλοίων ἵππυς τε κ᾽ ὁπλίτας νεῖν ἀναγκάσας, προῆει ϛὰ μᾶ δηῶν ϛὰ ὃ κλώμᾶ. ἐκώλυε ὃ ἐδεείς. ὀψὲ δέ ποϛε οἱ δυσυχεῖς ἱκέτευον, δέον πρὸ ϛ πυρός.

XXXVI. Cæsar autem jam tandem diem appetivisse ratus restituendis Galliarum rebus idoneum, primo qvidem contemtim eos repulit. Cum autem denuo advenissent, secum adducentes Reges suos, ipsos etiam supplices, & hi in terram, sceptrum manu tenentes, vultus dejicerent; maximis in mentem eis revocatis injuriis, cladibusqve innumeris, emere pacem jussit, vulnerum (qvæ ipsi inflixerant) medelâ: opidis nimirum restauratis, hominibus autem (qvos captivos abduxerant) redditis. Qvæ illi & polliciti sunt, & fidem servarunt. Ac materia ferrumqve ad restaurationem ædium convehebatur: redireqve jussi sunt captivi omnes, blandimentis jam deliniti ab iis qvi virgis eos exceperant antea, ne scilicet memores essent illatorum sibi ab illis malorum.

XXXVI. ὁ ὃ ἥκειν ϛὴν ἡμέραν νομίσας, ἢ ϛὰ ϛῶν Γαλατῶν θεραπεύειν ἔμελλε, ϛὸ μᾶ πρῶϛον αὐϛὸς ἀϛίμως ἀπέπεμψεν· ὡς δ᾽ αὖθις ἦκον αὐϛὸς ἄγονϛες ἱκέϛας ϛὺς βασιλεῖς, κὴ ϛὸ σκῆπϛρον ἔχονϛες εἰς γῆν ἔκυπϛον, ἀναμνήσας ϛ πολλῆς ὕβρεως κὴ ϛῶν μυρίων παθημάτων, ὠνεῖϑαι ϛὴν εἰρήνην ἐκέλευε ϛ ἰάσεως ϛῶν κακῶν· πόλεις μᾶ ἐγείροντας, σώμαϛα ὃ ἄγονϛας. οἱ ὃ ὡμολόγυν ϛε κὴ ὐκ ἐψεύδονϛο. κὴ ἐκομίζϵϛο μᾶ ξύλα ϛε κὴ σίδηρ᾽ εἰς ἀνάςασιν οἰκιῶν. Ἐλέλυϛο ὃ πᾶς εἰς ἐπάνοδον αἰχμάλωϛ᾽, ὑπὸ ϛ μασιγῦνϛ᾽ πρότερον ϑωπευόμεν᾽, ὅπως ἂν αὐϛῷ μὴ μνησικακήσειεν.

XXXVII.

XXXVII. ὅς δὲ ἂν ἄγοιεν ὧν εἱλήφεσαν, τεθνεῶτας ἐδείκνυον, τὸ δὲ ἐν τούτοις ἀληθὲς ὑπὸ τῶν ἀφειμένων ἐκρίνετο. τοῖς μὲν δὴ Κυρείοις στρατιώταις θάλασσα φανεῖσα τὸ πρῶτον μετὰ τὸ πληθος τῶν ὀρῶν τε καὶ πόνων, κραυγήν τε ἐκίνησε καὶ δάκρυα σὺν χαρᾷ, καὶ περιέβαλλον ἀλλήλους οἱ κοινωνοὶ τῶν κινδύνων ἐκείνων. οὗτοι δὲ οὐ θάλατταν ἀλλ' ὡς εἶδον ἀλλήλους, ταῦτὸν ἔδρων; οἱ μὲν οἰκείους ὁρῶντες ἐκφυγόντας θυλείαν, οἱδ' οἰκείους τε καὶ τὴν οἰκίαν ἀπολαμβάνοντες. σωνεδάκρυε δὲ καὶ ὅσον γένος μὲν αὐτοῖς οὐ μέτεχεν, ἐώρα δὲ τὰς περιπλοκὰς, καὶ ἔρρει δάκρυα δακρύων ἀμείνω, ὧν τὰ μὲν ἦν διοικιζομένων πάλαι, τὰ δὲ συνιόντων.

XXXVIII. Τότε οὕτω Γαλάτας ὁ πόλεμος καὶ διέπασε καὶ συνήγαγεν, ὁ μὲν διελὼν τῶν ἐφεστώτων, ὁ δὲ ἀνδρείᾳ πολεμηθείς. καὶ βουλευτήρια δὲ ἐπίμπλαντο, καὶ δῆμος, καὶ τέχναι, καὶ πόροι χρημάτων ἤνοιγοντο.

XXXVII. Qvotqvot autem eorum, qvi captivi ab eis fuerant abducti, non reddiderunt, eos mortem oppetiisse edocuerunt; cujus rei an idonea iis argumenta suppeterent, judicare, penes relictos eorum fuit cognatos. Et Cyri qvidem milites, cum primum mare, post superata montium juga, multosqve exantlatos labores, conspectui eorum redderetur, in clamorem, lacrymasqve & gaudium effusi sunt, amplexique se mutuo sunt qvi socii sibi invicem in istis fuerant periculis. Hi vero non mari sed invicem sese conspectis idem prorsus fecere, alii cognatos suos servituti videntes ereptos, alii vero cognatis domibusqve suis sibi redditis. Imo ne illi qvidem lacrymas tenuerunt, qvi sangvinis propinqvitate istos non attingentes, mutuos eorum viderunt amplexus. Fluxeruntqve adeo nunc lacrymæ lacrymis meliores: hæ enim erant, qvibus olim cum divellerentur, hæ vero qvibus nunc, denuo juncti, manabant.

XXXVIII. Sic itaque illo ævo bella & divulsere invicem, & iterum junxere Gallos: Illud qvidem meticulose ab iis qvi exercitibus præerant, hoc vero strenue fortiterqve gestum. Sicqve curiæ iterum impletæ fuerunt, auctique sunt decuriones, & opifices, & commercia: filia-

filiarumqve desponsationes, & nuptiæ juvenum, & peregrinationes, & festa, solennesqve conventus eodem qvo antea apparatu rursum peracta fuerunt. Adeo ut qvisqvis urbium istarum Conditorem virum illum appellaverit, non injuria eum ita appellaverit. Alias enim penitus evastatas resuscitavit, aliis vero incolis pene vacuis cives suos restituit, utqꝫ similia deinceps pericula metuendâ illis non essent, effecit.

XXXIX. Nemo itaqve Barbarorum hyeme ingruente, ad consvetas prædas, navibus trajecto fluvio, accurrit. Sed domi sese continentes proprio victu suo fruebantur, non tam fœderum reverentia qvam belli metu eos coërcente; qvandoqvidem & illis qvi nullis obstricti erant fœderibus, impendens periculum qvietem agere persvaserat. Verum qvid interea Cæsari dum pax esset, erat negotii? Maximam earum qvas sol intuetur insulam, qvæ in oceano sita est, animo obivit. Atqve in eam publicorum sumtuum misit curatores, utpote qvi in milites qvidem dicebantur impendi, reipsa vero ad eos qvi cum imperio militibus præerant redibant.

XL. Et ita qvidem eos qvi hac ex parte offenderant, emendavit:

καὶ θυγατέρων ἐκδόσεις, καὶ γάμοι νέων, καὶ ἀποδημίαι, καὶ ἑορταὶ, καὶ πανηγύρεις εἰς κόσμον τὸν ἔμπροσθεν ἦεσαν. ὡς εἴ τις οἰκιστὴν καλοίη τῶν πόλεων ἐκείνων τὸν ἄνδρα τοῦτον, οὐκ ἂν ἁμαρτάνοι. Τὰς μὲν γὰρ ἤγειρεν οἰχομένας, ταῖς δὲ μικρᾷ κεκενωμέναις τὰς οἰκήτορας ἀπέσωσε, καὶ τὸ μηκέτι τὸν ἴσον φοβεῖσθαι φόβον ἀπέδωκεν.

XXXIX. οὐκοῦν οὐδεὶς ἔτι βαρβάρων χειμῶνος ἐπελθόντος ἐπὶ τὰς εἰωθυίας ληῒδας ἐξέπλευσεν. ἀλλ' οἴκοι μένοντες τὰ αὐτῶν ἦσθιον, οὐκ αἰδοῖ σωθηκῶν μᾶλλον ἢ φόβῳ πολέμου; ἐπεὶ καὶ τοῖς ὕπω σπονδῶν τετυχηκόσι τὸ προσδοκώμενον δέος ἡσυχάζειν παρῆνει. Τίνα δὲ τὰ ἐπὶ τῇ ἡσυχίας; τὴν μεγίστην τῶν ὑπὸ τὸν ἥλιον νῆσον ἣν Ὠκεανὸς ἔχει τοῖς λογισμοῖς ἑώρα. καὶ πέμπει δὴ λογισὰς τῶν δαπάνης, ἢ τοῦνομα μὲν ἦν στρατιωτικὴ, τῷ δὲ ἔργῳ πρόσοδος τῶν ἡγεμόνων

XL. καὶ τοὺς μὲν ταῦτα ἀδικοῦντας διαίτης ἐποίησεν. Ἕτερον

ρον ὃ πολλῷ μεῖζον καὶ μάλιστα Γαλάταις σωτήριον. Τὸ σίτου γὰρ ἀπὸ τῆς νήσου πάλαι φοιτῶντος μὴ τὴν θάλατταν διὰ τοῦ Ῥήνου καὶ τῶν βαρβάρων ἀκέτι, ἐπειδήπερ ἴσχυσαν, ἐπιτρεπόντων· ὀλκάδες αἱ πάλαι μὲν ἀνελκυσμέναι καθωσάπησαν. ὀλίγαι γὰρ ἔπλεον ὧν ἐν λιμέσι τὸν γόμον ἐξαιρεθέντων, ἀμάξας ἐχρῆν ἀντὶ τοῦ πολαμοῦ τῷ σίτῳ γενέσθαι. καὶ τὸ πρᾶγμα ἦν ἡ μεγίστη δαπάνη. τοῦτο δὴ ἀνανεάσθαι, καὶ δεινὸν νομίζων εἰ μὴ πρὸς τὰ ἀρχαῖα καταστήσει τὴν σιτοπομπίαν, ναῦς τε ὀξέως ἔδειξε πλείους ἢ πρότερον, καὶ διεσκοπεῖτο πῶς ἂν αὐτῷ δέξαιτο τὸν σῖτον ὁ πολαμός.

XLI. Ἐν τούτῳ δὲ ὄντος, κλοπῆς ἐδίωξεν ἄρχοντα ἀρχόμενος. Φλωρέντιος δὲ ὁ μὲν ὑπαρχος ἐδίκαζε. ὡς κλέπτην δὲ εἰδὼς, καὶ τότε ἀληθῶς, ἐπὶ τὸν γραψάμενον τὴν ὀργὴν ἦγεν,

at vero aliud qvid multo majus etiam effecit, Gallisqve proficuum maxime & salutare. Cum enim ex memorata modo insula annona olim, mari superato, Rheno fuerit advecta; Barbari vero id, cum integris adhuc essent viribus, non amplius fieri permitterent; frumentarias naves olim qvidem subductas computrescere contigerat. Paucæ enim admodum earum ultro citroqve navigare sinebantur, qvibus in portibus exoneratis, plaustris frumentum erat imponendum, qvod fluvius antea advehere sveverat. Ista vero res maximos exigebat sumtus. Pristinum itaqve morem Cæsar revocans, valdeq; existimans esse molestum, si non jam annonæ vecturam pristino statui restituat: exiguo temporis spatio & naves fieri curavit plures qvam antea extiterant unqvam, & qva aptissime ratione frumentum adveheret fluvius, dispexit.

XLI. In hæc autem dum intentum haberet animum, magistratuum qvendam furti postulavit subditus. Agebatur autem causa illa coram Florentio qvi prætorio erat præfectus. Huic autem, licet satis compertum ei esset, furem illum esse, imo, licet tum qvoqve facinus ejus manifeste deprehen-

 disset,

disset, in eum tamen qvi dicam illi scripserat iram convertit, reum tanqvam ejusdem professionis hominem veritus. Cum vero neminem lateret injustam eum tulisse sententiam, sed essent qvi ea de re sererent sermones, ipsiusqꝫ tandem aures istiusmodi pungerent susurri, Cæsarem illius causæ judicem constituit. Hic vero primo qvidem munus istud refugiebat, suarum id partium haud esse obtendens. Florentius autem consilium istud non datæ sententiæ justitia fretus fuit amplexus, sed qvod Cæsarem, licet iniqvè à se actum fuisse deprehenderet, in sui tamen favorem pronunciaturum confideret. Cum autem plus valere veritatis vim, qvam gratiam, in qva apud eum se esse putabat, deprehenderet, gravissime id tulit, virumqꝫ qvo maxime Cæsar utebatur familiariter, ex familia ejus expellebat, eo usus prætextu, qvod insolentius illum adhuc juvenem sese gerere iste doceret: Virum inqvam, qvem Parentis loco Cæsar venerabatur. Hunc itaqꝫ * etiam oratione honoris causa laudavit, qva suum ob ejus discessum declaravit mœrorem, & simul qvidem tum gemitibus indulsit, tum illos qvi ei relinqvebantur familiares tanto arctius amplexus est.

αἰδέμονα τὸν ὁμότεχνον. ὡς ὃ οὐκ ἐλάνθανεν ἀδικῶν, ἀλλ' ἦσαν οἱ πρὸς ἀλλήλους φθεγγόμενοι, καὶ ὁ θρὺς αὐλῷ τὰ ὦτα ἐκένλει, τὸν βασιλέα δικαστὴν ἐκάθιζεν. ὁ ὃ τὰ πρῶτα ἔφευγεν· ὁ γὰρ αὐλῷ καὶ τοῦτο δεδόαχ. καὶ ταῦτα ἐποίει φλωρεντίου ὁ τῷ τὰ δίκαια ἐψηφίαχ, ἧ ὃ νομίζειν ἐκεῖνον αὐλῷ θήσεαχ, κἂν ἀδικεῖν δοκῇ. ὡς ὃ τ' πρὸς αὐτὸν χάριτος πλέον εἶδεν ἐχυρότητα τὴν ἀληθειαν, ἤλγησέ τε τὴν ψυχὴν, καὶ ἄνδρα, ᾧ μάλιστα ἐχρῆτο, βλεφάλων γράμμασιν, ὡς ἐπαίρονλα τὸν νέον; ἐξέβαλε τῶν βασιλείων, ὃς ἦν αὐλῷ πατρὸς τῷ βασιλεῖ. πάλιν τοίνυν τοῦτον ἐτίμησε λόγοις, οἳ τὴν ἐπὶ τῷ τότε χωρισμῷ κηρύττουσι λύπην, ἔτι καὶ αἷμα ὃ τῶν ὑπολοίπων ἔσχεθο.

XLII.

* Sallustium supra p. 80.

XLII. καὶ ἐκ ἐγένετο χείρων τὴν γνώμην τοσαῦτα ἀδικήμασιν, ἀδ' ᾠήθη δεῖν ὧν ὑπὸ τούτων ἔπαχε τὴν Ῥωμαίων ἡγεμονίας δίκην λαβεῖν. ἀλλὰ καὶ ἐβαινε μὲν ἐπ' αὐτὸν Ὠκεανὸν, πόλιν τ' Ἡρακλείαν, Ἡρακλέους ἔργον, ἀνέστη, τὰ πλοῖα δὲ εἰς τὸν Ῥῆνον εἰσῆγε, τῶν προσδοκωμένων κωλύσειν ἀποπνιγομένων μὲν, εἴργειν τ' ἐκ ἐχόντων. ὁ τ' ἐχώρει τὴν τῶν ἐναντίων παρεξιών, ὅπως μὴ δι' αὐτῶν ἐπὶ τὺς πολεμίους ἰὼν ἀνάγκη τι βλάψειε. καὶ ἅμα τὰ πλοῖα παρέπλει, καὶ τῶν ἐναντίων ὁ στρατὸς ἀντιπροσήεσαν, ὡς δὴ χήσοντες ζευγνύναι πειρωμένων.

XLII, Nec certe ob tantas injurias animum suum immutavit, neq; ob ea, qvæ ab istiusmodi hominibus ferenda ei erant, ultionem à Romano Imperio existimavit esse sumendam. Sed ad ipsum usqve penetravit Oceanum, & Heracleam, ab Hercule olim conditam, restauravit: navesq; in Rhenum immisit, cum iis, qvi illius rei impediendæ causa ibi fuerant commorati, ægerrime qvidem id ferrent, sed nulla tamen ratione impedire valerent. Cæsar itaqve exercitum promovebat, fœderatorum prætergrediens agros, ne per eos adversus hostem suos deducens, qvidqvam detrimenti illis afferre cogeretur. Atq; simul qvidem in fluvio naves vela faciebant, ab oppositа autem parte hostium copiæ iter faciebant impedituri si navibus fluvium jungere nostri forsan aggrederentur.

XLIII. ἐπαθθά μοί τις ἀθρείτω τὸν στρατηγικώτατον, καὶ ὡς ὐδὲν ἦν τῶν ἀμηχάνων ὃ μὴ ῥᾴδιον ἐξήλεγχεν. ὡς γὰ βαδίζων καὶ προισκοπῶν τὴν ἀντιπέρας ὄχθην καθῆδεν ἐπίκαιρον τόπον, οἷον καταχθέντα παρέχειν ἀσφάλειαν τοῖς καταπλεύσι, πλοῖά τινα, καὶ

XLIII. Jam vero ex iis (qvæ nunc exponentur) aliqvem colligere velim, qvam fuerit Imperatoriæ artis peritus, qvamqve nihil adeo fuerit difficile, qvod sibi facillimum esse reipsa non demonstraret. Nam cum progrediens & adversam ripam circumspiciens, locum vidisset opportunum, qvi occupatus securitatem eum tenentibus præstare posset: navigiis qvibusdam & militum

exigua manu in valle qvadam ripæ, qvam Romani tenebant, relictis, ipsemet cum exercitu pedem promovit, simulqꝫ hostes qvoqve procedere coëgit. Sub vesperam autem castra metatus, militibus iis, qvos in valle reliqverat, signum dedit, ut trajecto flumine locum occuparent. Atqve illi qvidem imperata facientes locum occuparunt: ipse autem cum suis reversus pontem struxit, qvo ille in qvo ipsi erant locus, cum eo qvem (in valle relicti in altera ripa) occupaverant, jungebatur. Hoc autem ipsum suspicionem Barbaris fecit, complures hujusmodi pontes esse constructos, atqꝫ effecit ut haud postremam calamitatum suarum partem sese ignorare arbitrarentur. Tum vero demum eorum secum laudabant consilium, qvi ad pacis conditiones confugerant, atqꝫ venerunt ut similia ipsi qvoqve iisdem conditionibus sibi indulgeri peterent. Cæsar itaqve eorum qvoqꝫ agris igne ferroqve evastatis, ubi ejus rei eum cepisset satietas, pacem illis dedit. Rursumqꝫ redditi captivi & reliqva omnia; ne ipsis qvidem lacrymis exceptis, eadem qva antea ratione gesta fuerunt.

XLIV. Cum itaqve fortunam invicem Galli Barbaricꝫ illis vicini permutarent, & illorum qvi-

μοῖραν τ̀ δυναμεως μικρὰν ἀφανῶς ἐν κοίλῳ τινὶ τ̀ οἰκείας ὄχθης χωρίῳ καταλιπῶν, αὐτός τε ἐπορεύετο, καὶ τὰς ἐχθρὰς ἠναγκαζεν ἴσην πορείαν χωρεῖν. ἐπέρας ὴ στρατοπεδεσαμθ. τοῖς καταλειφθεῖσιν ἐκείνοις σημαίνει ἀπλεύσασι κρατῆσαι ⁊ χωρίου. καὶ οἱ μὲν πειθέντες ἐκράτυν, οἱ ὴ ἀναστρέψαντες ἐζεύγνυον, ὁρμώμενοί τε ἐξ οἰκείων καὶ τελευτῶντες εἰς τὸν καταλειλημμένον. Ταῦτα τοῖς βαρβάροις δόξαν πλειόνων γεφυρῶν ἐνέβαλλε, καὶ τῶν παρεστηκότων αὐτὰς κακῶν ὀλίγα ἀγνοεῖν ἠγεῖτο. καὶ τότε δὴ τὰς ἐπὶ τὴν εἰρήνην καταφυγόντας ἐπῆνων, καὶ ἦκον τῶν αὐτῶν ἐπὶ τοῖς αὐτοῖς ἀξιοῦντες τυχεῖν. ὁ ὴ καὶ τὴν τούτων αἴθων τε καὶ τέμνων, ἐπειδή ποτε ἀνεπλήσθη ἀπαλλάττεται· καὶ πάλιν αἰχμαλώτων λύσεις, καὶ τἄλλα πάντα ἄχρι τῶν δακρύων ὁμοίως τοῖς πρώτοις.

XLIV. ἀντιλαβόντων δὴ τὰς τύχας ἀλλήλων Γαλατῶν τε ⁊ τῶν ἐν κύκλῳ βαρβάρων, καὶ τῶν μὲν,

μὲν ἀνηνθηκότων, τῶν δὲ κατερρυηκότων, καὶ τῶν μὲν ἐν θαλίαις τῶν δὲ ἐν στεναγμοῖς κειμένων, καὶ τῶν μὲν ἀπωλολεκότων τὸ κράτος, ὃ δὴ τέλος ἕξειν ἐνόμιζον, τῶν δὲ ἀπειληφότων τὴν δύναμιν, ἐφ' ἧς ἀκέτ' ἦλπιζον ἔσεσθαι, καὶ πάσης φωνῆς τὰν. τῶν ἀδύσης, ἀλλ' ὅπλων ταυτὶ μᾶλλον ἢ τὰ ἐκείνων διανοίας, ἦλθεν ἐπ' αὐτὸν φθόνος καὶ τὸ στεφάνους ὀφείλοντος. καὶ δὴ στρατῷ τὸ μὲν ἀκμάζον τε καὶ πρὸς τὰς χρείας ἕτοιμον ἐκάλει καὶ μετεπέμπετο· τὸ δὲ παρηβηκός τε καὶ σωματοφέρον ἀριθμὸν ἀντ' ἔργων εἶα μένειν. πρόφασις δὲ ὁ Περσικὸς πόλεμος, καὶ τὸ μὴ δεῖσθαι τῶν Γαλατῶν εἰρήνην στρατιωτῶν. ὥσπερ ἂ ῥᾳδίως ὅρκων παλυμένων ὑπὸ βαρβάρων ἀπιστίας· ἢ ὡς ἂ δέον προσεῖναι ταῖς συνθήκαις τὸ καὶ τῶν ὅπλων ἰσχυρόν.

dem res refloreſcere, horum autem marceſcere inciperent: & illi qvidem feſta agerent, hi vero gemitibus indulgerent: hi porro exuti eſſent qvas perpetuas ſibi fore perſvaſerant vires, illi vero priſtinum vigorem, qvem nunqvam reparabilem eſſe crediderant, reciperent: omniumqve ora canerent, non tam armorum vi, qvam Cæſaris prudentiâ iſta in acceptis eſſe ferenda; in invidiam apud eum inductus eſt qvi coronas meritis ejus debebat. Ille itaqꝫ validiſſimam pugnæqve aptiſſimam exercitus partem avocavit, & ad ſe duci juſſit: ſenes vero & eos qvi ad numerum qvidem augendum aliqvid conferre poterant, at ubi manu opus erat nihil valebant, in Galliis manere permiſit. Ejus autem rei prætextum, Perſicum ei bellum ſuppeditabat, qvodqve pax in Gallia conſtituta tot militibus non haberet opus. Qvaſi vero fœdera proculcare facillime non ſoleat Barbarorum perfidia: vel qvaſi fœderibus armorum robur adjungi nulla poſtulet neceſſitas.

XLV. αὖ οἶμαι στρατιᾶς μὲν μείζονος τὸ αὐτῷ παρεῖναι ἐπὶ τοὺς Πέρσας οὐκ ἐδεῖτο, μέρος τε γὰρ ἐκείνης ἐξήρκει καὶ πολλά-

XLV. Enimvero exiſtimo majore exercitu, qvam Conſtantius jam tum habebat, contra Perſas nihil fuiſſe opus, contra eos enim vel partem illius duci ſatis fuiſſet. Imo licet etiam exercitum mul-

tis numeris illo majorem conscripsissent, pugnæ tamen nunqvam rem commissurus fuisset, cui semper cunctari prælium qve vitare erat constitutum. Verum alio plane ille respiciebat: nimirum Cæsaris facinorum, gloriæ qve ejus in majus qvotidie auctæ sistere cursum; imo potius jam partam penitus destruere cupiebat: in eum paucos q; & ignavos qvos illi reliqverat milites Barbarorum juventute immissa. Optasset enim contrarios plane iis qvæ tum ferebantur, utiqve jactari sermones: nimirum ad angustias redactum esse & obsideri Cæsarem: hostibus vero nullos esse victoriarum limites, sed oppida ab iis expugnari & evastari rursum, atqve in terra Romanorum sementem eas messemqve facere. Id scilicet noverat, qvod licet vel maxime omnibus Imperatoris virtutibus ille esset instructus, idem tamen hac ratione sit passurus qvod gubernator, maximæ navi, sed nautis destitutæ præfectus: sane enim ut illius ars omnis nautici apparatus vices sustineat, fieri non potest. Sic ita q; bonus ille Imperator, invidit, qvam ipse dederat potestatem, ei qvi Barbarorum res fortiter qvassaverat!

XLVI. Ad incitas autem redactus fortissimus Cæsar, utpote qvi videret, sive pareret jussis, sive

κις ἑαυτὴν ἀγείρας, ὅπως ἂν ἦλθε μάχης, ἐγνωκὼς ἀεὶ μέλλειν. ἀλλ' ἕτερος ἦν ὁ λογισμὸς, σῆσαι γὰρ αὐτῷ καὶ τὰ ἔργα καὶ τὴν δόξαν ἣν ἤθελεν αὐξομένην, μᾶλλον δὲ καὶ ἀφθεῖραι τὴν ὑπάρχουσαν, ἐπαγαγὼν αὐτῷ τε καὶ τοῖς ὀλίγοις καὶ σαπροῖς στρατίωταις τὴν τῶν βαρβάρων νεότητα. Ἐπεθύμει γὰρ ἐναντίον τῷ τότε κομιζομένῳ παντάχῃ λόγον, ὡς ὁ μὲν καλὰ κέκλεισται καὶ πολιορκεῖται, τὰς πολεμίας δὲ οὐδὲν χωρεῖ. ἀλλ' αἱροῦσι πόλεις καὶ καθασκάπτουσι πάλιν, καὶ αἱροῦσι καὶ πείρουσι τὴν ἀλλοτρίαν. ἤδει γὰρ ὡς εἰ καὶ λίαν στρατηγικὸς ἐκεῖνος, ταὐτὸν ἂν πάθοι κυβερνήτῃ μεγάλης νεὼς ἐσειρομένῳ ναυτῶν. οὐδὲ γὰρ ἡ ἐκείνου τέχνη δύναιτ' ἂν ἀνθ' ὅλου πληρώματος γενέσθαι τῇ νηΐ. ὅτως ὁ βέλτιστος ὁ βασιλεὺς ἧς ἔδωκεν ἀρχῆς ἐφθόνει τῷ ἀφεστεωτι τὴν βάρβαρον.

XLVI. πεσὼν τοίνυν εἰς ἀπορίαν ὁ γενναῖος ἐκεῖνος, καὶ τῷ τε πειθῆναι, καὶ μὴ, τὸν ὅλε-

ἔλεθρον ὁρῶν ἀκολεθῆσα, (ἵν' τε γὰ γυμνωθῆναι τ' δυνάμεως ἦν ἀπὸ τῶν ἐναντίων εἶχε σφαγὴν, τῷ τε ἔχεσθαι, ἣν παρὰ τῶν οἰκείων) μᾶλλον εἵλετο λειπόμενός τι παθεῖν, ἢ δοκῶν ἀπειθεῖν, κακοξέραν κρίνων τὴν ἀπὸ τῶν πολεμίων πληγὴν, ἧς ἔμελλε πλήξειν ὁ συγγενής. ἕτω δὴ πράξειν ἔδωκεν ἃ βεβούλητο τοῖς τὰ πρεσβυτέρα κόλαξιν. οἱ δ' ἀπ' αὐτῶν ἀρξάμενοι τῶν δορυφόρων, καὶ οἷς μάλιστα ἐπίστευεν ἐκλεγόντες, διὰ πάντων ἦσαν ἕως αὐτῷ καταλίπον ὁπλίτας εὐξασθαι μόνον δυναμένους. καὶ ὁ μὲν ἔστεργεν, οὐκ ἀδακρυτὶ μέν, ὅμως δ' ἠξίου φέρειν.

XLVII. Κινουμένων δ' πανταχόθεν τῶν διεσπαρμένων λόχων οἰμωγὴ πανταχόθεν ἤρθη πρὸς οὐρανὸν πενήτων, εὐπόρων, οἰκετῶν, ἐλευθέρων, γεωργῶν, ἀστικῶν, ἀνδρῶν, γυναικῶν, νέων, πρεσβυτέρων, μόνον οὐκ εἰσβεβληκέναι τοὺς πολεμίους ἡγουμένων, καὶ τὰ μόλις ἐκτμηθέντα κακὰ πάλιν ἀ-

min⁹, certum sese manere exitium, (si enim copiis nudari se pateretur, ab hostibus ipsi expectanda cædes erat, si vero dimittere eas recusaret, à suis;) maluit exercitu destitutus grave aliqvid pati, qvam denegati obsequii speciem præbens: facilius sibi ferendam ratus illatam ab hostibus cladem, qvam eam qva à cognato suo Constantio esset afficiendus. Atq; adeo ea qvæ vellent, Constantii parasitis facere permisit. Illi vero ab ipsis Scutariis facto initio, omnibusq;, in qvibus aliqvid virtutis esse putarent, segregatis, universum percensuerunt exercitum, donec ei alios milites relinqverent nullos, nisi eos qvorum ad nullas res qvam ad preces fundendas opera esset utilis. Atq; consensit qvidem ille, at non sine lacrymis, ferendumq; tamen id esse duxit.

XLVII. Cum autem ex omnibus locis educerentur dispersæ militum manus, clamor undiqvaqve & gemitus sublatus ad cœlum fuit, pauperum nimirum pariter ac divitum, servorum non minus qvam ingenuorum, agricolarum æqve ac urbes habitantium, virorum & fœminarum, juvenum & senum, hostes tantum non denuo irruisse putantium, jamqve existimantium fore, ut mala vixdum ampu-

amputata iterum refloreſcant. Imprimis vero lamentabantur illæ qvæ liberos ex militibus pepererunt: qvæ & reliqvos fœtus ſuos, & à materno lacte nondum depulſos protendentes, & rami ſupplicis inſtar hinc illinc jactantes, ne à maritis proderentur, eos ſunt obteſtatæ. Qvæ cum Cæſari eſſent nuntiata, iis qvi ex Italia (deducendorum militum cauſa) advenerant autor fuit, ut milites alia ducerent via, qvæ ab urbe in qva ille conſidebat qvam remotiſſima eſſet: veritus ut puto ne facerent ea, qvæ, recte ſane atqve egregie, poſtmodum fecerunt. Cum autem illi monitis ejus animos parum adverterent, & principes militiæ, à qvibus reliqvi toti pendebant, in ipſam urbem admitterent, omnis ſtatim populus eos oravit, ut manere vellent, & deinceps qvoqve tueri, qvæ tot laboribus parta ab ipſis fuerint.

XLVIII. Hos autem & eorum, qvi ne irent orabant, miſericordia, & itineris qvod ingrediendum erat tædium tetigit. Id qvod ſentiens Cæſar, verba ad eos, ex erecto pro more extra urbem ſuggeſto, fecit; qvorum ſumma fuit, deliberationi de iis qvæ Auguſtus decreverit nullum amplius ſupereſſe locum. Illi vero prolixam ſatis orationem ſine interpellatio-

ναβλασήσειν ἠγεμένων. μάλιστα δ' ἐξ ὧν ἐγεγόνει τέκνα τοῖς στρατιώταις, ἄυλαι δεικνύσαι παιδία τάτε ἄλλα καὶ τὰ ἐν γάλακτι, καὶ ταῦτα ἀντὶ θαλλοῦ σείσασαι, μὴ προδῶναι σφᾶς ἐδέοντο. Ταῦτα ὡς ἤκουσεν ὁ βασιλεὺς παρῆνει τοῖς ἐξ Ἰταλίας ἥκουσιν ἑτέραν ἄγειν τὰς στρατιώτας, πολὺ τῆς πόλεως ἐν ᾗ καθῆστο καὶ διέτριβεν ἀπέχοντας. ἐδεδίει γὰρ οἶμαι μὴ δράσειαν, ὃ καλῶς ποιοῦντες ἔδρασαν· ὡς δὲ προσεῖχον ἐκεῖνοι τοῖς λόγοις, ἀλλ' εἰσῆγον τὰς ἄκρας τῶν λόχων, ὧν ἐξήρηται τὸ λειπὸν, ὁ μὲν ὄχλος αὐτῶν ἅπας ἐδεῖτο καὶ μένειν καὶ σώζειν ἅπαντα ὑπὲρ ὧν πεπονήκεσαν.

XLVIII. οἱ δὲ ἠλέουν τε τὰς κελευούσας, καὶ ἐδυσχέραινον τὴν ὁδόν. αἰσθόμενος δὲ ὁ βασιλεὺς εἶπεν αὐτοῖς ἀπὸ ξοάνου ἐωθότος πρὸ τῆς πόλεως βήματος, ὡς ὑπ' ἐμοῦ βουλῆ τῇ ὧν ἤδη τῷ κρείττονι δέδοκται. μακρὸν δὲ ἐκεῖνοι σιωπῇ δεξάμενοι λόγον καὶ προσευπεύ-

πόνλες ἐδὲν ἑτέρας ἤδη, μᾶλλον ἢ περὶ μέσας νύκλας ὅπλα ἐνδύνλες, περισάνλες τὸ βασίλειον ἐβόων, διδόνλες τὴν μείζω τάξιν τε καὶ προσηγορίαν. ὁ μὲν ἠγανάκλει μὴ τοῖς γιγνομένοις, θρᾶσαι δ' ἦν ἐδὲν ἕτερον πλὴν ἢ μηδένα τῶν ἔνδον μοχλῶν ἐᾶν ἄπλεσθ. φανείσης ἢ ἡμέρας ἀναπάσανλες τὰς θύρας καὶ ξίφη δεικνύνλες εἵλκον αὐλὸν ἐπὶ ταὐλὸ βῆμα. καὶ μάχη μακρᾶ λογισμῶν καὶ βοῆς, τῷ μὲν οἷς ἡγεῖτο κωλύσειν διεξιόνλα, τῶν δ' ἀξιόνλων τῇ κραυγῇ νικᾶν. φεύγονλα δ' τὴν ταινίαν τὴν χρυσῆν, καὶ καταφεύγονλα ἐπὶ τὸν ἀρχαῖον νόμον, ἀνὴρ τις μέγας καὶ τἆλλα βέλτιςα ὄπισθεν αὐλῷ περάσας, ὃν εἶχε στρεπλὸν περὶ τῇ ἐκείνα τίθησι κεφαλῇ, ᾗ ἐδεδόλο τὰ μείζω.

XLIX. τὸ τοίνυν ἀναγκης ἡττηθεὶς, καὶ τοσάτων ὁπλιτῶν ὁρμὴν ζέσασαν ἀ δυνηθεὶς προκαταπαῦσαι, τῷ φρονήματι εὐθὺς ἀπὸ τῶν ταὐτα δεδωκότων ἤρξατο.

ne audita, nec postqvam peroratum esset verbo emisso ullo; cum vespera jam appetiisset, vel potius circa mediam noctem, armis arreptis, Cæsaris cinxere domum, altumqve inclamarunt, Augusti nomen & potestatem ei deferentes. Atqve ille qvidem indignabatur illis qvæ fiebant, facere tamen aliud potuit nihil, qvam ut eorum qvi intus erant neminem pessulos à foribus amovere pateretur. Cum vero dies jam illuxisset, effractis foribus strictis gladiis irruentes, ad eundem eum protraxerunt suggestum. Atqve ibi magna deliberationum atqve clamoris exorta fuit contentio, illo qvidem eos qvibus imperio præerat à facto suo absterrere, his vero clamoribus suis vincere annitentibus. Cumqve aureum abhorreret diadema, & pristinam Cæsaris dignitatem retinere cuperet, vir qvidam corporis proceritate conspicuus, & cetera qvoqve optimus, pone eum adstans torqvem qvem habebat capiti ejus imposuit, sicqve Augustus creatus est.

XLIX. Necessitate itaqve victus, totqve armatorum præfervidum impetam sedare non valens, in eos ipsos statim sublimius imperium exercendi fecit initium, à qvibus collatum ipsi illud fuerat. Pro

eo enim qvod dispiceret, qvibusnam rebus gratiam illis posset referre, magnisqve donis eos deliniret, voluntatem suam pro lege habendam esse iis edixit: velle itaqve se, ne a qvoqvam eorum, qvi hactenus gesta improbaverint, pœna exigeretur, ne item gladius in eos distringatur, ne torvo obtutu perterreantur, imo ne vel verbo qvisqvem molestum se illis præbeat: Sed ut ea, qvæ dum socii eorum fuerant, ratione, nunc qvoqve postqvam adversi illis fuerant redditi, eis uterentur. Atqvi, qvotuscunqve qvæso est, qvi eos segnius hac ex parte sese gerentes, non exstimulasset potius? Verum non ita se gesit ille: noluit enim ut ullo tangvine summo imperio tyrannidis nota adspergeretur: Et hanc ob causam modeste eos agere jussit. Qvo facto statim iterum comparebant ii qvi tremore antea fuerant correpti, hilaritatem atqve fiduciam ipso vultu præferentes: thronumqve ambiebant, gratias agentes qvod morti eos eripuisset: cui tamen beneficio parum decentes gratias rependerunt. Non enim, ut in proverbio est, pro beneficio in vincula eum conjecerunt, sed plane voluerunt interimere, ingentibus promissis ad audendum istud facinus excitato eo, cujus potissimæ in cura cubiculi partes erant. Cumqve

ἀντὶ γὰρ ἧς ζητεῖν οὐ τινά σφισι δώσει μισθὸν, καὶ δώροις μεγάλοις κολακεύειν, ὅτι νόμον ἡγητέον τὴν αὐτῆς γνώμην ἐκήρυξε, δοκεῖν τοίνυν αὐτῷ, μηδένα τῶν ἠναντιωμένων τοῖς πεπραγμένοις μηδεμίαν ἀπαιτεῖν δίκην, μηδὲ ξίφος ἐπ' αὐτοὺς ἕλκειν, μηδὲ βλέμματι φοβεῖν, μηδὲ ῥήματι λυπεῖν· ἀλλ' οἷς ἂν ἔχρῶντο πρὸς αὐτοὺς κεκοινωνηκότας, ταῦτα ποιεῖν πρὸς μεμαχημένους. Καί τοι τίς οὐκ ἂν καὶ ῥαθυμοῦντας παρώξυνεν; ἀλλ' οὐκ ἐκεῖνος. ἑδενὶ γὰρ αἵματι τὴν βασιλείαν ἐβεβλήθη, τυραννίδος ἐγκλήματι μολῦναι. Διὰ ταῦτα ἐπέταξε σωφρονεῖν. καὶ παρῆσαν αὖθις οἱ τρέμοντες φαιδροὶ καὶ τεθαρρηκότες, καὶ περιεσήκεσαν θρόνον τε μὴ τεθνᾶναι χάριν εἰδότες, ὧν ὁ προσηκάσας ἁμοιβὰς ἀπέδωκαν. ἀντὶ γὰρ εὐεργεσίας οὐκ ἔδησαν εἰς τὴν παροιμίαν, ἀλλ' ἐβεβλήθησαν ἀποκτεῖναι τῶν ἐνεχόντων τὸν μάλιστα ἐπὶ τὴν ἐυνὴν, ἐλπίσιν ἀναπτερώσαντες. ἤδη δὲ ὄντες ἐγγὺς τοῦ φόνου, στρατιώτης ἐξ Ἀπόλλωνος ἐσείετο, καὶ τὸ γενησόμενον εἶδε καὶ

καὶ συνεκάλει τὸν ὄχλον εἰς ἐπικουρίαν. οἱ δὲ ἔθεόν τε καὶ τὸ συντεθὲν ἀνίχνευον. καὶ τὸ μέγιστον ἁδὲ ὁ ταῦτα ὑπηρετῶν ἀπεσφάττετο.

adeo jam in eo essent ut perpetrarent eadem, militum nonnemo ab Apolline correptus, rem illam agitari cognovit, populumqve ut succurreret convocavit. Accurrerunt autem omnes, atq; id de qvo inter (conjuratos) illos convenerat, fuere rimati. Qvod maxime autem fuit mirandum, ne ille qvidem ad istud sceleris operam suam locaverat, supremo fuit affectus supplicio.

L. ὁρῶν ὃ τοὺς τἀκείνων φρονοῦντας ἐγγύθεν ἐπιβουλεύοντας, καί πω καὶ τολμῶντας λέγειν ὡς ἄρα ἄμεινον εἰς τὰ πρότερον καταβῆναι, καὶ τῶν παρόντων ἀπέχεσθαι θεοὺς μόνους ἀξιόχρεως ἐν τοῖς τηλικούτοις ἡγησάμενος συμβούλους, ἐρόμενος ἤκουσεν ὡς ἐμμενετέον οἷς εἶχε. λαβὼν δὴ ψῆφον τὴν ἐξ οὐρανοῦ καὶ τὴν κοινὴν τῆς δυνάμεως, ἄρχοντάς τε ἐπὶ τὰς πόλεις ἐξέπεμπεν, ἀντὶ πονηρῶν μὲν ἀγαθοὺς, ἀντὶ δὲ σκαιῶν πεπαιδευμένους· καὶ στρατόπεδον ἀντὶ τῶν λῃστεύειν ἠναγκασμένων συνήγαγεν. οἱ Μαγνεντίῳ συναράμενοι δὲ κινδύνου, πράξαντες κακῶς τὰς ὁδοὺς κατειλήφεσαν, ἀδίκοις τρεφόμενοι πόροις.

L. Cum vero eos, qvi ab istorum hominum partibus alieni non erant, tam prope sibi intentare insidias, imo & dicere qvandoqve ausos audiret: præstare ut ad Cæsaris dignitatem rediens, Augusti qva jam utebatur appellatione abstineret; solos Deos in tanti momenti rebus idoneos esse consultores arbitratus, iis interrogatis responsum tulit, tenenda ea esse qvæ haberet. Et cœli itaq; & commune exercitus suffragium nactus, magistratus ad urbes ablegavit, bonos in malorum & optimis moribus instructos in eorum qvi nullius frugis erant locum: exercitumqve collegit ex iis qvos latrocinia exercere necesitas antea adegerat: Illi enim qvi Magnentii calamitate fuerant involuti, ad malas artes animo applicato, vias obsesserant, via parum honesta vitam sustinentes. Iis

itaqꝫ ad arma vocatis, & ſine metu comparendi facta licentia, ipſos qvidem ab illicito vitæ genere revocavit, iter vero facientibus metum omnem abſtulit.

LI. Cum vero ad Rhenum veniſſet, ſeqve Barbaris oſtendiſſet, fœderaqve iteratis firmaſſet ſacramentis, ad illud ſeſe convertit bellum, qvod invitus aggrediebatur: imo vero potius ad ſucceſſionem in imperio, ſine pugna contra cognatum ſuum impetrandam, jam enim à Diis qvæ eventura eſſent acceperat. Verum enim vero aliqvid eorum à me fuit prætermiſſum, qvæ nefas eſſet ſilentio plane involvi. Dicendum itaqve illud nunc erit. Nimirum cum haud pauci ultro citroqꝫ miſſi eſſent legati, qvorum illi qvidem qvi à Juliano mittebantur, orare, ut Auguſti tantum titulo atqꝫ inſignibus illi liceret uti, cetera, eum utre ipſa nil amplius qvam antea habeat, contentum fore: illi vero qvi à Conſtantio adventabant penitus abſtinendum eſſe Auguſti honoribus, atqve per omnia eundem qvem antea Julianum eſſe oportere, urgerent; hoc ipſum autem nihil aliud poſt ſe traheret, qvam exitium & illius, & maximæ exercitus partis, & amicorum atqve familiarium ejus; cædis qvidem ſui pſius exiguum admodum apud

τὰς ἐφ' ὅπλα καλέσας, καὶ δὸς ἄδειαν φανῆναι, τὸς μὲν ἐξ ὠφελουμένων ἀπήλλαξε, τὸς δ' ὀδοιπόρους τῶν φόβων.

LI. ἐλθὼν δ' ἐπὶ τὸν Ῥῆνον, καὶ δείξας τοῖς βαρβάροις τὴν κεφαλὴν, καὶ δευτέροις ὅρκοις τὰς ὁμολογίας ἐνδήσας, ἔτρεχεν ἐπὶ τὸν ἀκέσιον ἀγῶνα, μᾶλλον δ' ἐπὶ τὴν, ἄνευ τ πρὸς τὸν ἐικῶν μάχης, καὶ σκήπτρου ληψομένην, ἤδει γὰρ ὠφελὴ τῶν θεῶν ἀκέσας ὃ συμβήσεται. ἀλλὰ γὰρ ὑπερέβην τι τῶν ἀξίων εἰρῆσθαι. τοῦτο δὴ λεκτέον. πρεσβειῶν γὰρ ἐκ ὀλίγων ἀμφοτέρωθεν γενομένων, ὧν αἱ μὲν ἐκεῖθεν ἠξίουν ἐπὶ ᾧ σχήματι μένοντα μηδὲν ἔργῳ πλέον ἢ πρόσθεν ἔχειν. αἱ δ' ἐνθένδε πάντως δεῖν ἀφίστασθαι τ τιμῆς, καὶ ληψομένων εἶναι τὸν πρότερον. ἐν τούτῳ δ' ἦν αὐτὸν ἀπολωλέναι, καὶ τοῦτο στρατοπέδου τὸ πλέον, καὶ συμπαθεῖς καὶ φίλους. τῷ δὲ τ μὲν αὐτοῦ σφα-

σφαγῆς βραχὺς ἦν ὁ λόγος, δεινὸν δὲ ἐδόκει προδότην καθαστῆναι τῶν φιλτάτων.

LII. ἐπειδὴ ταῦτα ἦν, πάλιν ἐπὶ ταὐτὸ πάλαισμα Κωνστάντιος ἀφῖκτο καλῶν γράμμασι, τοὺς βαρβάρους ὡς πρότερον, καὶ χάριν αἰτῶν καταδυλῶσαι τὴν Ῥωμαίων, ἔπειθεν ἐπιορκεῖν ἐκ πολλῶν ἕνα. ὁ δ' ὁμοῦ μὲν ἐλῄστευεν, ὁμοῦ δ' ἐν τοῖς ἀγροῖς ὃς εἰλήφει μισθὸν ἐτρύφα, καὶ ὡς ἂν ἄκακός τις συνεδείπνει τοῖς ἐνθένδε στρατηγοῖς· καὶ τὸν μὲν λύσαι τὰς σπονδὰς ὑπεμείναντα πίνοντα εἶχε, Ῥωμαῖος δ' εἰς τὴν ἐκείνου, δίκην ἐπέθηκε τῆ ἐπιορκίας ὑ μεμπτήν. συνδραμόντων δ' ἐπιφόβων τῶν τὰ δίκαια τετηρηκότων, καὶ τοῖς ἁμαρτήμασιν ἐκείνου δεινῶς αἰσχυνομένων, καὶ προσιθέντων ὅρκοις ὅρκους, ἀναβὰς ἐπὶ βῆμα ὑψηλὸν ἐν μέσῃ τῇ βαρβάρῳ, καὶ τοὺς ἐκείνων ἄρχοντας ἄνωθεν ὁρῶν, ἐν ὑπηκόων τάξει μετὰ τῶν πολλῶν ἑστηκότας, τὰ μὲν ἀναμνήσας, τὰ δ' ἀπειλήσας ἀπῆλθε.

eum fuit momentum, id vero grave videbatur nimis qvod amicissimi ipsi homines (ista ratione) essent prodendi.

LII. Illa itaqve cum rerum esset conditio, ad pristinas artes suas confugit Constantius, litteris Barbaros, ut antea fecerat, evocans, & beneficii loco ab iis poscens, ut Romanas Provincias jugo suo submitterent, ex multis adeo, ut perjurus fieret, unico tantum persvasit. Hic vero simul latrocinia exercebat, & in iis qvos occupaverat agros indulgebat genio, & cum Romani exercitus ducibus tanqvam omni culpa vacaret convivia inibat. Eum itaqve contra fidem datam agere ausum, dum compotationibus indulgeret Julianus cepit, atqve in ejus agros facta irruptione, meritam perjurii pœnam illi inflixit. Cum vero undiqvaqve eorum, qvi servaverant pacta, metu perculsorum, fieret concursus, omnesqve criminum ejus summe puderet, & sacramenta novis sacramentis firmarentur, suggesto in mediis Barbarorum terris conscenso, ex illo, in loco qvi subditorum erat, inferiori consistentes cum reliqva turba despiciens Barbarorum principes, partim qvidem in memoriam ipsis nonnulla revocavit, partim minas interposuit, atqve ita discesit.

Jamq; copiæ ab eo fuerant coactæ, qvarum non multitudo magis qvam animi alacritas delectare aliqvem posset. Fœderibus namqve dextrisqve datis sese invicem obstrinxerant milites nihil non se facturos, nihil non passuros esse ut victoria potirentur, nihilqve æqve metuebant qvam expectandam, non servatis promissis, ignominiam.

LIII. Hoc vero sacramento per omnes ordines currente, Nebridius qvidam Vir, seu potius semivir, Præfectus prætorio, qvem honorem à Constantio acceperat, arguebat ea qvæ fierent, & sacramentum vituperabat aspernaturqvè, Barbaros vocans eos qvi juraverant. Ita nimirum Constantio placendi studio sese gerebat. Cum igitur omnium iram in se concitasset, manusqve ei, idq; jure meritoq; esset amputata, sub illius qvi primus eum percutere debuerat paludamento, qvasi nube tectus, servatus est. (Et forsan reprehendendam aliqvis istam esse ducat humanitatem.) Atqve ista qvidem ad Imperatoris nostri humanitatem pertinent. Hinc autem fluminis instar celerrimo cursu procesfit, omnibus semper feliciter superatis obstaculis, pontes præoccupans, dormientes opprimens, alio adversis ad

Καὶ ἤδη δύναμις συνείλεκτό τις, ἧς ἐ τὸ πλῆθος μᾶλλον ἄν τις ἢ τὴν προθυμίαν ἠγάσθη. Οἱ σωθήκαις τε καὶ δεξιαῖς ἀλλήλους καταλαμβανον, ἢ μὴν πᾶς μὴ ποιήσειν; πᾶσι ἦ πείσεσθαι ὑπὲρ νίκης, φοβηθῆναι ἦ ἓν μόνον, τὴν ἐκ ἧς μὴ φυλάξαι γενομένην αἰσχύνην.

LIII. Τῆς ἦ ὅρκου ἀφὴ πάντων χωρούσης, Νεβρίδιός τις ἀνὴρ, μᾶλλον ἦ ἀνδρόγυνος, ὕπαρχος ὢν, ὃς δὴ ἧς πρεσβυτέρας τῆτο λαβὼν ἐπίλημα τοῖς γιγνομένοις, καὶ τὸν ὅρκον ἐμέμφετό τε καὶ ἔφευγε, βαρβάρους καλῶν τὺς ὀμωμοκότας. ὅπως ἐκολάκευε. πᾶσαν ὀργὴν ἦ ἐφελκυσάμενος, καὶ χεῖρα, ἣ δικαίως ἂν, καταικοπεὶς, ὑπὸ τὴν τῆς πρώτης πλῆξαντος εἰκότως ὥσπερ νεφέλη καλυφθεὶς διεσώζετο. καὶ μέμψαιτο μὴ ἄν τις τὴν ἐνταῦθα φιλανθρωπίαν. ἡ δ' ἂν φιλανθρωπία ἧς βασιλέως ἡμῶν τοσαύτη. ἐκεῖθεν τοίνυν ὥσπερ χειμάρρους ἐφέρετο, πάντας ἐμποδίσματος κρείττων ἀεὶ γιγνόμενος. γεφύρας προκα-

τα-

ταλαμβάνων, καθεύδουσιν ἐφισάμενος. ἄλλοσε μὲν αὐτοὺς ἀναγκάζων βλέπειν, καὶ ὅπου ἦν αὐτοῖς προσιὼν, ἐλπίζειν μὲν ἕτερα ποιῶν, πειρᾶσθαι δὲ ἄλλων. ἠπείρῳ μὲν χρώμενος οὐχ ὁρωμένων ποταμῶν, πλέων δὲ σὺν ὀλίγοις ἡνίκα ἐξῆν. τὰς μὲν ἐν τοῖς ὅροις ἐῶν καθῃρημένας, τὰς πόλεις δὲ αὐτὰς ἔχων ὧν προεβέβλητο πάθων, βιαζόμενος, ἐξαπατῶν. οἷον δὴ καὶ κἀκεῖνο, ὧν ἐκράτησε στρατιωτῶν ὅπλοις τοὺς ἑαυτοῦ κοσμήσας, ἔπεμπεν ἐπὶ πόλιν εὖ πεφραγμένην. οἱ δ' οἰκείους τε ἡγοῦντο τοὺς προσιόντας, καὶ τὰς πύλας ἀνοίξαντες ἐδέχοντο τοὺς ἐναντίους.

LIV. τὸ δὲ πάντων ἥδιστον, ὅτι προλαβὼν μὲν Ἰταλίαν τὴν καλὴν, προσλαβὼν δ' Ἰλλυρίους τοὺς μαχιμωτάτους, καὶ πόλεις πολλάς τε καὶ ἰσχυρὰς, καὶ χώραν ἀρκοῦσαν εἰς βασιλείαν μεγάλην, ὀδαμοῦ μάχης ἐδέησθη καὶ φόνων, ἀλλ' ἀπέχρησεν ἡ φρόνησις, καὶ τὸ ποθεῖσθαι τὸν ἄρχοντα. μεγίστη δὲ συμμαχία τὰ τοῦ δεινοῦ καὶ προδότου γράμματα πρὸς τοὺς βαρβάρους, ἃ

versæ partis oculis à tergo iis superveniens, semper efficiens ut alia expectarent, alia vero reipsa experirentur. Terrestre faciens iter ubi fluvii comparerent nulli, navigans vero una cum paucis ubicunq; ejus rei copia erat. Præsidia in finibus disposita intacta præteriens, ipsas vero urbes, ante qvas, illarum tuendarum causa erant constituta, persuasionibus, vi, dolis suas faciens. Huc referendum omnino est illud, qvod armis, militibus à se captis detractis suos aliqvando induerit milites atqve sic ad urbem eos ablegaverit perqvam munitam: qvos incolæ urbis, suarum partium esse existimantes, patefactis portis, hostes improvidi receperunt.

LIV. Id vero maxime jucundum est atqve amabile, qvod pulcherrimam sibi junxerit Italiam, junxerit item Illyrios, bellicosissimam gentem, urbesqve multas, easq; munitissimas, provinciasq; qvæ magno satis Imperio constituendo poterant sufficere; & nuspiam tamen prælia cædesq; committere habuerit opus: ipsius enim efficiendis prudentia ejus, & desiderium qvo principem cum omnes expetebant suffecit. Maximo autem adjumento ei fuerunt tyranni illius atq; proditoris (Constantii) ad Barbaros litteræ, qvas navi-

navibus pedibusve iter faciens exercitibus recitabat, recitabat & urbibus, exantlatos à se labores cum egregiis illis litteris contendens. Illæ igitur qvemvis audientium adversus Constantium irritabant, contraqve Juliano conciliabant, maxime cum potissimam exercitus illius partem in sua potestate iste haberat. Subito itaqve ad eum descivere Macedones, descivit item Græcia universa, avideqve arripuit tempus, qvod dedum à Diis precibus flagitaverat, in silentio tamen & sine aris, nullæ enim eo ævo erant superstites.

πλέων γε καὶ πεζευόν ἀνεγίνωσκε μὲν πόλεσιν, ἀνεγίνωσκε δὲ στρατοπέδοις, παρεξεταζων τὰς αὐτῶ πόνους ταῖς καλαῖς ἐπιστολαῖς. αἱ δὲ τῷ μὲν ἐξεπολέμουν τὸν ἀκόντα, τῷ δὲ προσετίθεσαν, καὶ ταῦτα πολλοστὸν ἄγουσι μέρος τῆς ἐκείνου στρατιᾶς. ἀλλ' ὅμως ἀφίσαντο μὲν Μακεδόνες εὐθέως, ἀφίσατο δ' ἡ ἑλλὰς, καὶ τὸν καιρὸν ἥρπαζεν ὃν ἦτει πάλαι τῶν θεῶν σιγῆ τε καὶ βωμῶν χωρὶς, ἃ γὰρ ἦσαν.

LV. Patefacta igitur Palladis & reliqvorum Deorum fuere templa, Juliano Augusto aperiente, donisqꝫ honorante ea, atqve non ipsomet tantum sacrificia offerente, sed & ut idem facerent hortante alios. Memor vero ipsos etiam DEos judicium apud Athenienses subiisse, suorum qvoqꝫ factorum rationem iis reddere dignatus est. Suæqve causæ Augustus Erechthidas constituit judices, scripta ad eos missa gestorum suorum defensione. Tyranni scilicet esse existimans judicium fugere, justo vero & æqvo utentis Imperio ad causam dicendam esse paratum. Dum autem in itinere illo esset, exortam inter Sacerdo-

LV. ἀνεῴγνυτο δὴ νέως τε ὁ τῆς Ἀθηνᾶς καὶ ὁ τῶν ἄλλων θεῶν, τοῦ βασιλέως ἀνοίγοντός τε καὶ τιμῶντος ἀναθήμασι, καὶ αὐλοῦ τε θύοντος, καὶ τὰς ἄλλας παρασκευὰς παρέχοντος. Εἰδὼς γὰρ ὡς καὶ θεοὶ παρ' Ἀθηναίοις ἐκρίθησαν, εὐθύνας ἠξίωσε δοῦναι τῶν πεπραγμένων. καὶ ὃς Ἐρεχθείδας ὁ βασιλεὺς ἐποίει δικαστὰς, πέμπων ἀπολογίαν ἐν γράμμασι. τυράννου μὲν γὰρ ἔρημον ἐγίνετο τὸ μὴ κρίνεσθαι, βασιλέως δὲ τὸ περὶ ὧν ἔδρασεν εἰς λόγους καθίσασθαι. οὐδὲ δὲ πάρεργον φάσιν ἐμπε-

ἐμπεπλωκυῖαν ἱεροῖς γένεσι, διῃρῆσαν τρόπόν τινα τὴν πόλιν, ἐπισολαῖς ἔπαυσεν. ὡς ἂν ἐν ὁμονοίᾳ καὶ καθ' ἡσυχίαν τὰ πάτρια τελοῖτο τοῖς κρείτλοσι. καὶ Ἀθηναῖοι μὲν ἔθυόν τε χρόνιοι, καὶ τοῖς θεοῖς ἠυχοντο ταῦτα, ἃ καὶ μηδενὸς εὐχομένου δώσειν ἔμελλον.

tales tribus diſſenſionem, totam urbem in partes qvodammodo ſcindentem, litteris ſuis ſedavit: qvo nimirum unanimiter & tranqville Diis patrii cultus perage-rentur. Atqve Athenienſes qvidem à longo jam tempore ſacra fecerant, atqve iſta à Diis petiverant, qvæ nemine licet petente fuerant daturi.

LVI. ὁ δ' ἤλαυνε τρίχα διελὼν τὴν δύναμιν, καὶ ταῦτα τὴν Θράικης ὑπὸ τῶν ἐναντίων κατειλημμένης. ἤλπιζε γὰρ τῶν μὲν εὐθὺς κρατήσειν, ἐλθὼν ἐπὶ τὸν Βόσπορον τὸν διάπλουν ἕξειν. τῷ δ' ἄρα ἀγγέλους ἐκ Κιλικίας ἔφερον ἵπποι, φράσοντας τὴν ἐπὶ ταῖς κρήναις τοῦ πρεσβυτέρου τελευτήν. ὃν ἀπειλοῦντα μείζω τοῦ ξέρξου, καὶ ὥσπερ τοῦ τί χρήσεσθαι τὸ σῶμα τῷ πολεμίῳ σκοπεῖν τα, τὸν δὲ ἀνεπιόντα ἔχειν ἡγεῖτο πρίν ἐλεῖν, Ζεὺς, ὁ κῶν Σοφοκλέα μεγαλης γλώττης κόμποις ὑπερεχθαίρων, νόσῳ πεδήσας ἀπήνεγκε. τοῖς μὲν ἓν ἄλλοις πλάσμα τε ὁ λόγος ἐδόκει καὶ ὑπόκρισις καὶ μηχάνημα, καὶ δεῖν ἀπιστεῖν. ὁ δ' ἐκ χιβω-

LVI. Promovit autem exercitum Julianus, in tres partes eo diviſo, ea qvidem ratione motus, qvod Thraciam adverſæ partis milites tenerent. Iſtos enim non adeo longo temporis ſpatio in poteſtatem ſuam redacturum ſeſe ſperabat, ſicqve ad Bosporum directo itinere, transfretandi copiam nacturum. Inter hæc nuntii Juliano adveniunt eqvites ex Cilicia, Conſtantium Auguſtum Crenis vita exceſsiſſe afferentes. Qvem majores minas qvam Xerxes olim ſpargentem, & ſecum jamjam diſpicientem qvibus cruciatibus hoſtis ſui (Juliani) velit enecare corpus, (eum enim priusqvam cepiſſet in poteſtate ſua jam eſſe putabat;) Jupiter, qvi magno elatæ lingvæ jactationem, juxta Sophoclem, odio proſeqvitur, morbo conſtrictum abſtulerat. Plerisqve autem nuntius ille figmentum eſſe videbatur, & im-

postura, atq; inventum ad fallendum compositum, cui fides proinde habenda esset nulla. Ipse vero Julianus accersiri jusso ex arcula qvodam volumine, oracula produxit, multo ante nuntium istum tempore edita, sed qvæ allatis tum novis fuerant confirmata. Illa autem à Deo aliqvo ipsi esse missa præ se ferebant, qvi victoriam nullo sangvine temeratam ipsi nuntiaret, simulqve ut festinaret hortaretur, ne eo longius remoto, alius nonnemo Imperium ad se rapere auderet.

LVII. Ea itaqve cum recitasset, videretq; tam egregium maximiqve faciendum eventum nactum esse non bellum: mortuumqve esse audiret hominem qvi ferisimi apri instar omni impotentis animi impetu ferretur, non ad epulas & compotationes, vel eam qvæ à mimis percipitur voluptatem sese convertit, verum eventum sortitis oraculis, omnibusq; terra mariq; ipsi subjectis, nec obmutire qvoqvam amplius auso, cunctisqve unius illius omnia esse fatentibus, nec adeo ulla re eum ut qvidqvam ab animi sententia alienum faceret adigente, sed omnibus ei Imperatorum patentibus palatiis; luctui sese permittebat, lacrymisq; ob ista oracula undiqvaq; diffluebat. Nec cujusqvam

τίς τινὸς βιβλίον μεταπεμψάμενος ἐδείκνυ λόγια πρεσβύτερά τε πολὺ τῆς ἀγγελίας, καὶ τῇ τότε ἀγγελίᾳ βεβαιώσιμα. καὶ ὡς θεοῦ πέμποντος ἤρχοντο, καθαρὰν αἵματος αὐτῷ τὴν νίκην ἐπαγγελλόμενα, καὶ παρῄνουν ἐπείγεσθαι καὶ μή τινα τολμῆσαι μακρὰν ἀπόντος τὴν βασιλείαν ἁρπάσαι.

LVII. ἀναγινώσκων δοίνιω, καὶ τὸν πόλεμον ὁρῶν οὕτω καλὴν καὶ πολλοῦ τινος ἀξίαν λαβόντα κρίσιν· καὶ τελευτὴν ἀκόων ἀνθρώπου συὸς ἀγρίου θυμὸν ἐπ' αὐτὸν ἔχοντος, οὐκ ἐπὶ θοίνην καὶ πότον, καὶ τὰς ἀπὸ τῶν μίμων ἡδονὰς ἐτρέπετο. ἀλλ' ἐκβεβηκότων μὲν τῶν χρησμῶν, γῆς δὲ καὶ θαλάττης ὑπ' αὐτῷ γεγενημένης· ἀντιβλέποντος δ' οὐδενός· ἑνὸς δὲ εἶναι τὰ πάντα πάντων ὁμολογούντων· οὐδὲν ἦν ἀναγκαθεὶς ὧν οὐκ ἐβούλετο δρᾶσαι· πάντων δ' αὐτῷ βασιλείων ἀνεῳγμένων, εἰς θρῆνον καθηνέχθη, καὶ δάκρυα ἦν τῶν λογίων ἔρρει. καὶ οὐδὲν ἦν ἰσχυρότερον

τερον τ Φύσεως, ἀλλ' ἐρώτημα πρῶτον ὁ νεκρὸς, καὶ πῶ τὸ σῶμα, καὶ εἰ τιμᾶται τὰ εἰκότα. ὅτως ἦν χρηστὸς ὡὲ τὸν Ἀ Κρέοντ@ ἂν ἐπ' αὐτῷ μιμησάμενον. καὶ ὐκ ἐνῆσθα Ἀ πρὸς τὸν οἰχόμενον ἔσῃ, ἀλλὰ καθέβη μὲν εἰς τὸν λιμένα τ μεγάλης πόλεως, πάντα ἀγείρας τὸν ὄμιλον. ἔτι ᾧ κομιζομένῳ Ἀ τ θαλάττης ὤμωξεν, ἥψατο ᾧ ταῖν χεροῖν τ σοροῦ, πάντα βασιλείας σύμβολα πλὴν τ χλαμύδ@ ἀποῤῥίψας, ὐκ ἀξιῶν ἐγκαλεῖν τῷ σώματι ὡὲ τῶν τῇ ψυχῇ βεβουλευμένων.

LVIII. Ἀελιμημένῳ ᾧ ἐκείνῳ ταῖς προσηκούσαις τιμαῖς, ἀπὸ τῶν θεῶν τῶν τ πόλεως τ θεραπείας ἦρχεν. πένδων μὲν ἐν ὀφθαλμοῖς ἁπάντων, χαίρων ᾧ τοῖς ἑπομένοις, καταγελῶν ᾧ τῶν ὐκ ἀκολουθούντων, καὶ πείθειν μὲν ἐπιχειρῶν, βιάζεσθαι ᾧ ὐκ ἀξιῶν. Καίτοι φόβ@ ἐπεκρέματο τοῖς διεφθαρμένοις, καὶ ἦν ἐλπὶς ὡς ἐκκοπήσονται μὲν ὀφθαλμοὺς, ἀποτμήσονται ᾧ κεφαλὰς, alterius rei major qvem naturæ apud eum vis fuit: sed primo statim loco de mortuo sollicitus fuit, ubi corpus esset, & an debitis afficeretur honoribus, interrogans. Adeo nimirum miti in illum animo erat, qvi ita se adversus eum gesserat, ut Creontem imitari videretur. Verum ne hic qvidem ejus in defunctum substitit affectus, sed ad portum magnæ urbis descendit, omnemqꝫ post se eo traxit populi turbam. Cumqve per mare adhuc ille ferretur, gemitus emisit, manibusqꝫ suis feretrum tetigit, omnibus Augusti insigniis præterqvam purpura interea depositis: corpus nimirum ob ea accusandum non esse, qvæ ab anima fuerant admissa, existimans.

LVIII Justis defuncto hac ratione persolutis, à Diis qvos urbs habebat, medelæ initium fecit. Ipsemet nimirum in omnium conspectu litans gaudensqꝫ ob eos qvos suum seqvi videbat exemplum, & contra eos, qvi illud imitari nolebant, deridens, hisqꝫ, ut idem facerent, persvadere qvidem, non vero cogere qvenqvam, annitens. Et multum qvidem metuebant ii, qvi corruptam seqvebantur religionem, planeqꝫ expectabant fore, ut oculi ipsis eriperentur, capita præscinderentur, &

præclarior longe erat facta in talia impensa, qvam in theatra, vel agitatores, vel in eos qvi cum fame efferatis bestiis pugnabant, qvarum rerum nulla Julianus delectabatur. Utpote qvi etiam tum, cum in circo eum considere necesitas cogeret, alio semper oculos habebat intentos. Et diei solennitati & curis suis ista ratione satisfaciens: illi qvidem præsentia sua, his vero dum ab iis dimoveri sese non pateretur. Nulla enim contentio, nulla pugna, nullus denique clamor animum ejus à gravioribus, qvibus intentus erat cogitationibus, revocabat. Siqvidem & solenne populo edens convivium, reliqvis ut vulgo fieri solebat bibendi licentiam dedit, ipse vero seria inter potandum & cogitavit & locutus est: atque tamdiu epulo interfuit, ut eo abstinuisse non videretur.

LXXXIII. Qvis enim unqvam ita ac ille ventrum coercuit, vel inter eos, qvi in exigua casa philosophiæ operam navant? qvis ita ac ipse pro temporum diversitate variis cibis abstinuit ut modo huic modo alii Deo cultum suum præstaret; Pani nimirum, Mercurio, Hecatæ, Isidi, & reliqvorum unicuivis? Qvis tot jejunia cum voluptate, ut cum Diis versari posset, instituit? Id itaque qvod Poëtæ

fingere solent, revera ei obtigit; comamq; ejus eorum aliqvis qvi cœlitus descendunt tetigit, & postqvam ultro citroqve verba qvædam essent permutata abivit. Et reliqvas qvidem ejus cum Diis conversationes commemorare nimis esset prolixum: in Casium vero montem ad Jovem Casium cum circa ipsam meridiem adscendisset, vidit Deum, eoqve viso sese erexit, & monitum ab eo accepit, cujus ope denuo sibi structas insidias evitavit. Si itaqve fieri posset, ut homo cum Diis cœlo communi jure frueretur, cum iis omnino junctus ille jam tum fuisset, loci sibi proprii illis participem eum reddentibus. At vero cum corpus id fieri haudqvaqvam permitteret, ad eum ipsi accesserunt, qvid facto opus esset, qvidve minus, eum edocentes. Agamemnonis enim Consiliarius Nestor erat Pylius, vir canitie venerabilis, sed homo tamen. Julianus vero nemine Mortalium ad consilia habebat opus: ipsemet enim omnium mortalium maxime ad consilia mentis acie valebat, sed ab iis qvi omnia norunt monitis instruebatur. His itaqve servatoribus custodia ejus curæ erat, cumqve iis plurimum conversabatur.

ὁ γὰρ δὴ τῶν ποιητῶν λόγος ἔργον ἦν, καί τις αὐτῷ τὸ κόμης ἥψατο τῶν ἐξ ὑρανοῦ καταβάντων, καὶ εἰπών τι καὶ ἀκούσας ὤχετο. καὶ τὰς μὲν ἄλλας συνουσίας μακρὸν ἂν εἴη λέγειν, ἀλλ' εἰς τὸ Κάσιον ὄρος ὡς τὸν Κάσιον ἀναβὰς Δία μεσημβρίας καθεζᾶς, εἶδέ τε τὸν θεὸν καὶ ἰδὼν ἀνέστη, καὶ συμβουλὴν ἐδέξατο δι' ἧς πάλιν διαφεύγει λόχον. Εἰ μὲν οὖν οἷόντ' ἦν ἄνθρωπον ὑρανοῦ κοινωνῆσαι θεοῖς, μετ' ἐκείνων ἂν ἦν, αὐτῶν τὰ αὐτῶν μεταδιδόντων χώρας. τοῦ σώματος δὲ ταῦτα οὐκ ἐῶντος αὐτοὶ παρ' ἐκεῖνον ἦσαν, διδάσκαλοι δέ τί δεῖ ποιεῖν καὶ τί μὴ ποιεῖν γινόμενοι. τῷ μὲν γὰρ Ἀγαμέμνονι Νέστωρ σύμβουλος ἦν ὁ Πύλιος, πάνυ μὲν γέρων, ἄνθρωπος δέ γε. τούτῳ δὴ ἀνθρώπων οὐδενὸς πρὸς ταῦτα χρεία, πάντων γὰρ ἦν ἀνθρώπων ἐν βουλαῖς ὀξύτατος, ὡς δὴ τῶν ἁπάντα εἰδότων ἦσαν αἱ συνουσίαι. τοιούτοις μὲν σωτῆρσιν ἐφυλάττετο καὶ πολλὰ σωθείς.

LXXXIV. Semper vero sobrietati studens, neq; cibis non neces-

LXXXIV. νήφων δὲ συνεχῶς καὶ τὴν γαστέρα οὐ βαρύνων

νων ἅμα τοῖς ἑπτὰ τούτοις φορτίοις, ὥσπερ πτηνὸς διὰ τῶν πραγμάτων ἤρχετο. πρεσβείαις ἀποκρινόμενος συχναῖς ἐπὶ μιᾶς ἡμέρας, πόλεσιν ἐπιστέλλων, στρατοπέδων ἄρχουσι, πόλεων ἄρχουσι, φίλοις ἀποδημοῦσι, φίλοις ἐπιδημοῦσιν, ἀκούων ἐπιστολάς, δοκιμάζων αἰτήσεις, βραδείας ἀποφαίνων χεῖρας ταχυγραφέων τῷ τάχει τῆς γλώττης. μόνος γὰρ ἐκεῖνος τριῶν ἔργων εἰργάσατο σύνοδον ἀκοῆς, λόγου, γραφῆς. τῷ μὲν γὰρ ἀναγινώσκοντι τὰ ὦτα παρεῖχε, τῷ γράφοντι τὴν φωνὴν, τοῖς δὲ αὐτοῦ δεομένοις γράμμασι τὴν δεξιάν, καὶ τὸ μηδὲν ἁμαρτεῖν παντάχοῦ προσῆν.

LXXXV. Τὸ μὲν οὖν ἀναπαύεσθαι τῶν διακόνων ἦν, αὐτὸς δὲ ἐπ' ἔργον ἀπ' ἔργου μεταπηδᾶν. ὁπότε γὰρ λήξειε τοῦ διοικεῖν, ἀρτήσας ὅσον παρεῖχε ζῆν, οὐκ ἐλείπετο τῶν τεττίγων. ἀλλ' ἀφεὶς αὐτὸν ἐπὶ τοὺς σωροὺς βιβλίων, ᾖδεν, ἕως αὐτὸν πάλιν ἐκάλει δείλης ἡ πρόνοια τῶν ὅλων. καὶ τὸ δεῖπνον μᾶλλον ἢ προέρας τραπέζης κεκολασμένον, καὶ ὕπνος ὃς ἂν ἐκ τοσούτου γένοι-

sariis onerans ventrem, volucris cujusdam instar celerrimo volatu per negotia qvasi ferebatur. Complures una eademqve die Legatos audiens, ad civitates litteras scribens, ad Militum item magistros, ad magistratus civiles, ad amicos peregre profectos, ad eos item qvi in loco erant: Epistolas porro audiens, litteras supplices examinans, lingvæ celeritate notariorum manus tanqvam nimis lentas redarguens. Imo solus ille tribus simul vacare operibus poterat, una enim & audiebat qvæ dicebantur, & ipse dicebat, & scribebat. Legenti enim aures, scribenti vero vocem, litteris deniqve qvæ ipsius exigebant operam, manum commodabat: nec unqvam qvidqvam secus in omnibus istis committebatur.

LXXXV. Qvies igitur ministris qvidem ejus concedebatur, ipse vero ab uno labore desultabat ad alium. Cum enim publicas curas intermisisset, cibumqve qvantus ad vitam tuendam reqvirebatur sumsisset, nihil cicadis cedebat. Sed seipsum ad librorum cumulos ablegavit, atqve tamdiu cecinit, donec vespertino tempore publicæ curæ eum denuo ab illis revocarent. Qvibus cœna succedebat magis adhuc qvam prandium parca, & somnus qvalis illam victus tenuitatem sequi par fuit. Moxqve

rur-

rursum novi illi aderant notarii, qvi præcedentem diem in lectulis absumserant. Servi enim ejus per vices ministeria obire habebant opus, alternatimqve sibi invicem respirandi spatium faciebant. Ipse vero laborum qvidem mutabat genera, omnes tamen labores ipse solus obibat, plures qvam Proteus in negotiis expediendis assumens figuras. Idem & Sacerdotis, & Autoris librorum, & vatis, & judicis, obibat munia, publicæ istis omnibus saluti inserviens.

LXXXVI. Concusserat Neptunus magnam Thraciæ urbem: allatiqꝫ fuerant nuntii, urbem penitus malo isti esse succubituram, nisi Deum aliqvis placaverit. Qvod cum divinus ille Princeps audiret, in medio constitutus horto, imbribusqve toto corpore patens, reliqvis sub tectis sese continentibus, & qvid ille faceret cum stupore spectantibus, atqve ad seram usqve vesperam in eo statu perduraus, Deum hac ratione placavit, dissipato qvod imminebat periculo. Ejusqve rei indices fuerunt, qvi ad urbem illam profecti sunt, qvi rationem diei iniverunt qva finem terræ motus fuerat sortitus. At neqve ipsius tamen corpori qvidqvam mali intulerat imber.

το μέτρε σιτίων. καὶ πάλιν ὑπογραφεῖς ἕτεροι τὴν ἡμέραν ἐπ' ἐυνῆς ἀνηλωκότες. τοῖς μὲν γὰρ Δμακόνοις Δμαδοχῆς ἔδει, καὶ παρ' ἀλλήλων εἶχον τὰς ἀναπαύσεις· ὁ δὲ εἷδη μὲν πόνων ἤμειβε, πάντα δ' ἐπόνει μόνος, τὰς πρωτέως μεταβολὰς ἐν τοῖς πρατομένοις παριών. ὁ αὐτὸς ἱερεὺς, λογογράφος, μάντις, δικαστὴς, στρατιώτης· Δμὰ πάντων σωτήρ.

LXXXVI. Ἔστεις μὲν ὁ Ποσειδῶν τὴν μεγάλην ἐν Θράκῃ πόλιν, ἀγγελίαι δ' ἐφοίτων, ὡς εἰ μή τις Δμαλλάξει τὸν θεὸν, πεσεῖται τὴ πόλεως τὸ κακόν. ὁ δ' ὡς ἤκουσε στὰς ἐν μέσῳ τῷ κήπῳ, καὶ τῷ σώματι δεχόμενος τὸν ὄμβρον, τῶν ἄλλων ὑπὸ ταῖς ὀροφαῖς ὄντων τε καὶ ὁρώντων καὶ ἐκπληττομένων, Δμακαρίσας ὁ δαιμόνιος εἰς δείλην ὀψίαν τὸν μὲν θεὸν ἐπράϋνε, τὴν δὲ κίνδυνον ἔλυσε. καὶ μετ' ἐκείνην ἰόντες ἐμήνυον λογιζόμενοι τὴν ἡμέραν ᾗ ἔληξε τὸ κινδύν. καὶ οὐδὲ αὐτῷ τῷ σώματι λυπηρὸν οὐδὲν ὁ ὄμβρος ἐνέβαλε.

LXXXVII.

LXXXVII. Τῷ χειμῶνι δὲ τὰς νυκτὰς ἐκτείνοντι, ἄνευ πολλῶν καὶ καλῶν ἑτέρων λόγων ἐπιθέμενος τοῖς βιβλίοις, οἳ τὸν ἐκ Παλαιστίνης ἄνθρωπον θεόν τε καὶ θεοῦ παῖδα ποιοῦσι, μάχῃ τε μακρᾷ καὶ ἐλέγχων ἰσχύϊ γέλωτα ἀποφήνας καὶ φλυαφον τὰ λεγόμενα, σοφώτερος ἐν τοῖς αὐτοῖς δέδεικτο * ἢ Τυρίου γέροντος. Ἴλεως δὲ ἔστω ὁ Τύριος εἰπεῖν καὶ δέχοιτό γε εὐμενῶς τὸ ῥηθέν, ὡς ἂν υἱέως ἡττώμενος.

LXXXVII. Cum autem hybernum tempus noctes extenderent longius, præter alia complura præclarissima opera, libros aggressus qvi Palæstinum hominem Deum & Dei filium faciunt, magnaq; disputatione & fortissimis argumentis, omnia qvæ in iis continentur lusus esse & nugas probare annisus; longe majoris eruditionis atq; prudentiæ apparatu adversus eos usus esse qvam Tyrius Senex visus est. Pace tamen hoc Tyrii Senis dictum esto, nec dictis ille indignetur, utpote qvi à filio fuerit superatus.

* Hunc locum respicit, refellitur Socrates III. 22. 23. Hist. Eccles.

LXXXVIII. Ταυτὶ δὲ μήκυς τῶν νυκτῶν ἀπολέλαυκεν ἡμῖν ὁ βασιλεὺς, ἑτέροις δὲ ἐν παῖς γυναικὸς τῶν ἀφροδίτης ἐμέλησεν. ὁ δὲ τοσοῦτον ἀπέσχε τοῦ ζητεῖν εἴ που θυγάτηρ, εἰ γυνὴ καλὴ, ὥστ' εἰ μὴ θεσμῷ γάμων ἐζεύχθη ἂν ὑπὸ τῆς Ἥρας, ἐτελεύτα ἂν λόγῳ μόνῳ τὰς ἀνθρώπων ἐπισάμενος μίξεις. νῦν δὲ τὴν μὲν γυναῖκα ἐπένθησεν, ἑτέρας δὲ ὅτε πρότερον ἢ ὕστερον ἥψατο, φύσει τε δυνάμενος σωφρονεῖν, καὶ τὰ ἐν ταῖς μανίαις ἀφροδίτης συμ-

LXXXVIII. Atqve hac ratione noctibus longioribus usus Julianus fuit, cum aliis Veneris exercitia curæ iisdem esse sveverint. Contra autem ab illo tantum abfuit ut inqvireret, si forte alicubi virgo vel nupta delitesceret formosior, ut nisi conjugii vinculis à Junone fuisset innexus, de mutuis hominum amplexibus, non alia ratione qvam ex libris sermonibusq; edoctus, moriturus fuisset, Ita vero rebus sese habentibus, legitimam qvidem luxit uxorem, aliam vero nullam sive antea, sive post, fœminam attigit: tum qvod ea ejus esset indoles, qvæ facile sibi à rebus venereis temperare posset, tum qvod id facere svaderet continuum ejus

circa vaticinia ſtudium. In his enim verſabatur ita, ut & optimis qvibusqve vatum uteretur, & ipſe illius artis peritia nemini eſſet ſecundus. Adeo ut fallere vatibus neutiqvam liceret, cum ea qvæ afferebantur ſigna ipſe ſemper una oculis luſtraret. Atqꝫ tantum in illa arte profecerat, ut eos qvoqve longiſsime antecelleret, qvi ſolam illam callebant; tam capax tamqve fœcundum ingenium Imperatori Juliano fuit. Et alia qvidem mentis aſſeqvebatur acie, ad alia vero divino qvodam excitabatur inſtinctu. Atqꝫ inde eſt qvod iis qvoqꝫ Provincias regendas permiſerit, qvibus minime permiſurum eſſe omnes putabant: ex Deorum ſuffragiô & permittens eas & non permittens.

LXXXIX. Qvam ſincero autem affectu Imperium fuerit proſecutus, qvamqve illius commoda propriis ſuis longiſsime anteposuerit, ſæpe qvidem patuit, clariſsime vero ex his, qvæ nunc dicam, eluceſcet. Nimirum cum de matrimonio ineundo familiares ejus eum compellarent, ut liberos gigneret, Imperii futuros hæredes; hujus ipſius rei metu ſeſe nuptias differre dixit; ne ſcilicet forte malo ingenio præditi, & in Imperio tamen pro more recepto ſibi ſuccedentes, ab iis, aliqvid

ϖροκαλέσης. ἐν αἷς διῆγε, μάντεών τε τοῖς ἀρίστοις χρώμενος, αὐτός τε ὢν ἱκανῶς ἐν τῇ τέχνῃ δεύτερος. ὡς ὃ μηδ' ἐξεῖναι τοῖς μάντεσι ϖροκρίνειν, συνεξελαζόντων τὰ δεινύμενα τῶν ὀφθαλμῶν ἐκείνῳ· καί πῃ καὶ τῶν ἐν τέτοις ἐπιτραμμένων ἀπῆλθε κρατῶν, ὅτως εὐρετικά τε καὶ πάμφορος ἡ ψυχὴ τῷ βασιλεῖ. καὶ τὰ μὲν ἔυρισκε τῇ φρονήσει, ϖρὸς ὃ τῶν ἐκινέτο τοῖς κρείττοσιν. ἐνῆεν θεν οἷς τε μὴ ἐδόκει δώσειν ἀρχὴν ἔδωκεν· οἷς ὃ ἐνομίζετο δώσειν μὴ ἔδωκε, ψήφῳ θεῶν τὴ διδὺς τὴ μὴ διδύς.

LXXXIX. ἀλλὰ μὴν ὡς γνήσιος ἦν κηδεμὼν τ ἀρχῆς, καὶ ὡς τἀκείνης ἦγε ϖρὸ τῶν ἑαυτ ϖολλαχόθεν μὲν δεδήλωται, σαφέστερον δ' ἂν ὧδὶ γένοιτο. ϖροκαλέμενος γὰρ ἐπὶ γάμον ϖρὸ τῶν ἐπιτηδείων ὅπως παῖδας φυτεύσειε κληρονόμους τ ἀρχῆς, τοῦτ' αὐτὸ δεδιὼς ἔφη μέλλειν μὴ κακοὶ φύντες νόμῳ ϖροκαταβάντες διαφθείρωσι τὰ πράγματα, τὸ τὰ φασθέντος ϖαθόντες. ὅτω

τὴν

τὴν ἀπαιδίαν τὴν αὐτῷ τῷ εἰς τὰς πόλεις λύμης κρείττονα ἔκρινεν.

Phaethonti passis simile, detrimentum respublica acciperet. Ita nimirum orbitatem suam clade, à qva urbibus metuebat, tolerabiliorem esse judicavit.

XC. ἀ τοίνυν ἀ οὐ τὸν περὶ τὰς δίκας πόνον, ὡς ἂν εἰς τοσαῦτα μέρη τὴν ψυχὴν διενέμων ἔφευγεν. ἀλλὰ καὶ τοῖς δικάσαι δεινοτάτοις καὶ πάντων ἀδωροδοκήτοις ὑπάρχοις ἔχων ἀφεῖναι τὸν περὶ ταῦτα μόχθον. ὅμως ἕνα καὶ αὐτὸν τῶν δικαζόντων ἀπέφηνε, καὶ πρὸς τὸν ἆθλον ἀπέδυ, πλὴν εἴ τις ἐπιλαμβάνοιτο τοῦ ῥήματος, φάσκων οὐκ ἆθλον, ἀλλὰ χαῦνην αὐτῷ καὶ παιδιὰν γενέσθαι τὰς δίκας· ὥστε ἀπενηνέοτο μὲν εὐχερῶς τῶν συνηγόρων τὰς ἀπάτας, τὸ δὲ ἐν ἑκάστῳ δίκαιον τῇ γνώμης ἤρει ἀμυθήτῳ τάχει, λόγοις λόγους κρίνων ἀληθέσι ψευδεῖς, καὶ νόμοις νικῶν σοφίσματα. καὶ οὐ τοῖς μὲν πλουτοῦσιν ἠναντιοῦτο καὶ δίκαια λέγουσι, μὴ δὲ τῶν πενομένων καὶ ἀναισχυντούντων ἦν, ὡς ἂν τις τοῖς μὲν φθονῶν τῇ τύχῃ, πρὸς δὲ τὸν ἐλέῳ καιρὸν

XC. Jam vero ne eum qvidem, qvi in judiciis exercendis est devorandus, laborem, utpote qvi in tot partes mentem qvasi divellat, refugit. Sed licet vel maxime judiciis exercendis aptissimis, nullisqꝫ donis sese corrumpi unqvam passuris Præfectis prætorio molestias, qvas illa reqvirunt, posset permittere, ipse tamen inter Judices etiam sibi locum aliqvem fecit, vestibusqve qvasi depositis certamini atqve labori se paravit. Nisi forte vocem hanc parum aptam esse aliqvis judicans, non laborem, sed animi remissionem & lusum judicia ei fuisse dixerit. Adeo nimirum apte advocatorum disipabat fraudes, incredibiliqꝫ mentis celeritate qvod justum in qvaqve re esset eligebat, verbis verba, veris nimirum falsa comparans: legibusqve revincens evidentibus, factos ab advocatis fucos. Et opibus qvidem florentibus non semper, justa licet etiam dicerent, contrarius fuit, pauperibus impudenter in foro sese gerentibus patrocinatus: qvod faceret qvi horum invidens fortunæ, intempestiva misericordia adver-

sum hosce utitur. Verum plane abstracta à partibus mente, secundum ipsius rei qvæ agebatur conditionem sententiam dicebat. Ita ut sæpe contingeret victorem divitem, victum vero pauperem ab eo discedere.

XCI. Et erat qvidem in ejus potestate, contra qvam leges svaderent agere, neq; enim ideo ipse in jus vocari, & ad pœnam sustinendam adigi potuisset. Adeo tamen, magis etiam stricte, qvam inferioris sortis judices, judiciorum statuis inhærendum esse existimavit, ut cum aliqvis eorum, qvi ob alias improbitates ipsi erat invisus, suppositiis litteris justitiæ vim inferret; eum qvidem id non lateret: Cum tamen ille, cui injuria eo ipso fiebat, nihil haberet qvod contra litteras istas excipiret, vicissim causam eum pronunciavit, qvem iniqve agere ipsi manifeste constabat. Addidit tamen, se qvidem minime malas ejus artes latere, suffragium tamen, legi qvæ ita jubebat parentem, sese illi dare, iniqve utut agenti, cum ille qvi læsus sit nihil contradicat. Majori itaqve mœrore perculsus qvi vicerat, qvam qvi victus fuerat abivit, hoc qvidem bonorum, illo vero famæ detrimentum patiente. Sicqve viam invenit ille, qva & legem servaret immotam, & sceleris reum pœna afficeret.

ρὸν ἐκ ἔχοντι χρώμενον. ἀλλ' ἀφιστὰς τὴν γνώμην τῶν ἀγωνιζομένων, τῇ φύσει τῶν πραγμάτων προσῆγε τὴν κρίσιν. ὥς' ἀπῄει πολλὰ καὶ πλούσιος νενικηκὼς καὶ πένης ἡττημένος.

XCI. καὶ εἶχε μὲν ἅπερ ἐβούλετο παραβαίνειν τοὺς νόμους, καὶ ἐκ ἔμελλεν εἰς δικαστήριον εἰσαχθεὶς δώσειν δίκην. ἔτω δ' ἀκριβέστερον τῶν σμικροπράτων δικαστῶν ᾤετο δεῖν τοῖς κειμένοις ἐπὶ τῶν κρίσεων ἐμμένειν, ὥστε τινὸς τῶν διὰ τὴν ἄλλην ἀδικίαν ὑπ' αὐτοῦ μισουμένων γράμμασι πεπλασμένοις βιαζομένου τὸ δίκαιον, ἤθελε μὲν. τὸ δ' ἀδικούμενον γράφειν τὸ γράμμα ἐκ ἔχον, ἔκρινε τὸν ἀδικοῦντα νικᾶν. ἐπειπὼν ὡς ἐκ ἀγνοήσειε μὲν τὴν κακοτεχνίαν, ἡσυχάζον δ' τὸ βεβλαμμένῳ τῷ νόμῳ δουλεύων δίδοίη τὴν ψῆφον τῷ κεκακουργηκότι. ὥστε μεῖζον ἀπῄει λύπης ὁ νενικηκὼς ἢ νενικημένος, ὁ μὲν εἰς κῆσιν, ὁ δ' εἰς δόξαν ζημιωθείς. ἔτως εὗρε μήτε τὸν νόμον κινῆσαι, καὶ τὸν ἀδικοῦντα κολάσαι.

XCII.

XCII. ἀνεωγμένου δὲ τοῦ βασιλέως δικαστηρίου, καὶ πᾶσιν ἄσης ἐξουσίας ἐκεῖσε καταφυγεῖν, πάντες ὅσοι δι' ἰσχύος ἀδίκως τὰ τῶν ἀσθενεστέρων εἶχον, οἱ μὲν ἀναιδῶς ἁρπάσαντες, οἱ δὲ ἐν πράσεως σχήματι, οἱ μὲν ἐγκαλοῦσιν, οἱ δὲ καὶ σιωπῶσιν, ἀποδώσοντες προσήεσαν, φθάνοντες τὰς κρίσεις τῷ φόβῳ, καὶ δικαστὴς ἦν αὐτοῖς αὐτῷ τῶν ἠδικηκότων ἕκαστος. ὥσθ' ὅπερ ἐφ' Ἡρακλέους γενέσθαι φασὶ τὸν ὀπαδὸν γῆς ἢ θαλάττης πάσχοντας κακῶς, ἐκεῖνον καὶ ἀπόντα καλεῖν, καὶ τὄνομα πρὸς ἐπικουρίαν ἀρκεῖν, τοῦτο καὶ τὴν τοῦδε προσηγορίαν δεδωκέναι ἴσμεν. καὶ πόλεις καὶ κῶμαι, καὶ ἀγοραὶ, καὶ οἰκίαι, καὶ ἤπειροι καὶ νῆσοι, καὶ νέοι καὶ γέροντες, καὶ ἄνδρες καὶ γυναῖκες τῷ τὸν δεῖνα βασιλεύειν λέγειν τοὺς λυποῦντας ἀπεωθοῦντο, καὶ χεῖρα πρὸς πληγὴν ἕτοιμον τὸ ῥῆμα τοῦτο συνέσχε πολλάκις.

XCII. Cum autem Imperatoris aperiretur tribunal, omnibusq; ad illud confugiendi concederetur facultas; omnes ii qvi violente erepta imbecillioribus tenebant bona: (qvæ alii qvidem ad se impudenter rapuerant, alii emtionis specie ademerant, partim qvidem contradicentibus & litem moventibus, partim silentio id ferentibus possessoribus) reddituri ea accedebant ad illos. Metu enim impulsi judicum sententiam prævertebant, sibiq; ipsi eorum qvivis ob malefacta erat judex. Atqve adeo idem qvod de Hercule ferunt, qvod scilicet ubiq; terrarum mariumq; male afflicti absentem etiam invocaverint, ejusq; solum nomen subsidio iis fuerit, hujus qvoq; nomen præstitisse novimus. Urbesqve pariter ac vici, plateæ cum domibus, continens terra & insulæ, senes & juvenes, viri & fœminæ, simulac Julianum rerum summa potiri dicerent, omnes à se qvi ægre illis facerent repellebant: Solumq; istud verbum manum, ad plagam inferendam jam paratam, læpissime cohibuit.

XCIII. ἐδέξατο δὴ τὸ δικαστήριον ἐκεῖνο καὶ πόλεις ὑπὲρ πρωτείων ἀμφισβητήσας, ὧν τῶν ἐν Συρίᾳ μετὰ τὴν ἡμετέραν μέγιστα. καλλοῦς δὲ θατέρᾳ πλέον, ἄτε

XCIII. In illo tribunali urbium qvoq; acta causa fuit, qvæ de primatu inter sese certabant, universæ Syriæ post nostram amplissimarum. Superabat autem elegantia alteram ex illis altera, utpote qvæ

mari vicino etiam gauderet. Cum vero multi ea de re instituti essent sermones, atqve ii qvi hujus causam agebant, tum alia complura, ad elegantiam maxime ejus spectantia, tum imprimis civis cujusdam sui sapientiam allegassent: ii vero qvi mediterranex urbi patrocinabantur, hospitis pariter & civis (celebrassent virtutem), qvorum ille urbem hanc sibi delegerit ut Philosophiæ in ea vacaret, hic vero eum una cum discipulis omni humanitatis genere prosequeretur; Julianus, eo qvi ex lapidibus consurgit splendore utramqve sibi habere jusso, viros vero inter se contendens, illi ex urbibus istis potiores honores detulit, qvæ hac ex parte alteram vincebat. Talem autem sententiam ferens, nonne ad virtutis studium efficacissime incitabat urbes, nullum scilicet ei qvæ ex rebus inanimatis nascitur præstantiæ pretium statuens, ac si nihil ea apud idoneum judicem prærogativæ sibi vindicare posset.

XCIV. Cum autem paulo ante qvam popularis fuerit in templis meminerim, alia qvædam nunc dicere habeo, istis haud paulo majora. Qvod nimirum tum qvoqve cum judicia exercebat, maxime tam erga Oratores, qvam erga eos pro qvibus illi laborabant fuerit

καὶ τὴν θάλατταν καρπωμένη. λόγων ⟨δ⟩ μακρῶν εἰρημένων, καὶ τῶν μὲν ἄλλα τε διεξελθόντων ἃ τὴ ὥρας ἦν, καὶ πολίτου τινὸς σοφίαν, ἣν ⟨δ⟩ ἐν μεσογείᾳ ξένου τε καὶ πολίτου, τοῦ μὲν ταύτην προκρίναντος ἐμφιλοσοφεῖν, τοῦ ⟨δ⟩ ἐκεῖνον ⟨δ⟩ καὶ τοὺς ἀκολουθοῦντας ἐκείνῳ πανταχόθεν ἀσμένως δεξαμένου, τὴν μὲν τῶν λίθων αὐγὴν χαίρειν ἀμφοτέροις ἀφεὶς, ἄνδρας ⟨δ⟩ ἀλλήλοις ὠσθεὶς, προτέραν ἐποίησε τῇ τιμῇ τὴν τούτοις κρατοῦσαν. ταυτὶ ⟨δ⟩ ψηφισάμενος ἀρ' οὐ πρὸς ἀρετὴν παρεκάλει τὰς πόλεις, ἀμελήσας τοῦ τῶν ἀψύχων κάλλους, ὡς οὐ δυναμένου φέρειν ὠφελῶ κριτῇ παιδαίῳ πλεονεξίαν;

XCIV. ἄρτι μὲν οὖν τι ἐν τοῖς ἱεροῖς ἐμεμνήμην κοινότητος, νῦν ⟨δ⟩ ἔχω τι μεῖζον εἰπεῖν. ὅτι καὶ δικάζων πλείστῳ τούτῳ πρός τε τοὺς ῥήτορας, καὶ πρὸς ἐκείνους ὧν οἱ ῥήτορας προέκαμνον, ἐχρῆτο.

το· διδὺς ἐξυσίαν ϗ βοῆς ἀμε-
ϑείᾳ καὶ χειρὸς ἀνασείσει, καὶ
πᾶσι σχήμασι, καὶ ϑοῖς εἰς ἀλ-
λήλυς σκώμμασι, καὶ οἷς ὅλως
ἑκάτεροι κραϑήσειν ἐπίστευον. καὶ
πολὺ πρὸς ἑκάτερον ὧ ἐταίρε. ϑα-
τὶ μὴ καὶ πρὸς ἅπαντας, ἀ μό-
νον τὺς ῥήτορας. νῦν δὴ πρῶτον
ἀρχομένοις ὑπὸ τῦ κρατοῦντος δο-
ϑὲν ῥῆμα, ἴυγγος δυνατώτε-
ρον εἰς ἔυνοιαν. ἀ γὰ τὺς φό-
βυς ϗ τὰς σιγὰς, ϗ τὸ ἔσω
τὴν χεῖρα ἔχειν, καὶ τὸ κύπτειν
εἰς γῆν, καὶ τὸ βλέπειν εἰς τὸ
ὑπόδημα μᾶλλον ἢ τὸ πρόσωπον,
καὶ ϗ δύλυς ἀνϑ' ἐλευθέρων ὁρᾶ-
σϑϗ καὶ τοῖς λογομένοις καὶ ϑοῖς
πρατομένοις, ἀ ϑαῦτα ἡγεῖτο
ϑὴν βασιλείαν αὔξειν, ἀλλὰ ϑὸ
μηδένα ϑῶν ἐκείνῳ συγγινομένων ἢ
αὐϑὸν ἔχειν μᾶλλον τὰ ἐκεῖνα ϑαυ-
μάσαι. Ἐπεὶ καὶ τὴν ἁλυργῆ
χλαμύδα φέρων, ἣν ἀκ ἦν
βασιλεύονϑα μὴ φορεῖν, ὡς ἀ-
δὲν τῶν ἄλλων ἀϑαφέρυσαν ἔφε-
ρεν.

popularis. Licentiam faciens & exclamandi vehementius, & manus jactandi, omnesq; adhibendi corporis motus, imo & dicteriis adversus se invicem utendi, nihil deniq; non faciendi, qvo vincere sese causam posse confiderent. Sæpe præterea amici erga utrumqve utebatur compellatione: atqve eam qvidem non erga Oratores tantum, sed erga qvemcunqve etiam alium adhibebat: verbum, tum demum ab Imperante de subditis usurpatum, magis qvam ullæ aliæ illecebræ ad amorem conciliandum idoneum. Non enim à terroribus, atqve silentiis, defixis item in terram oculis, calceosqve potius qvam faciem intuentibus, vel ab eo qvod servi magis qvam ingenui, & dictis & factis, homines viderentur, non inqvam ab his aliqvod majestati accedere incrementum existimabat. Sed inde potius, si nemo eorum qvi ad ipsum accedebant, majorem causam inveniret ista, qvam ipsum eum suspiciendi. Qvandoqvidem purpuram qvoqve gestans, qvem vestitum Augusto deponere nefas erat, ita tamen eam gestavit, ac si nihil aliis vestimentis excellentius in illa esset.

XCV. ἀκ ἔν αὐϑὸν ϖξιεσκόπει φοιῶν, ἀδὲ ἐβασάνιζε βα-
φὴν, ἀδὲ βελτίω λαβὼν, ἢ-

XCV. Non itaq; ea indutus se ipsum inspiciebat freqventius, nec colorem examinabat curiosius; nec meliorem se propterea esse

esse putabat, si ille melior esset, nec optimum si ille esset optimus: neq; coloris vivacitate imperii felicitatem metiebatur, sed illam rem tinctorum sartorumqve penitus permittebat arbitrio. Ipse vero Imperii magnificentiam, in mentis inclinatione, nataqve inde urbium felicitate collocabat, atq; his ipsis suum qvoq; incrementa capere censebat splendorem. Aureum qvoqve qvod caput circumdat retinuit diadema, Diis ita volentibus. Etenim id qvoq; Deorum esse puto, ut norint qvam ille vice plus una de auro à capite suo amovendo cogitaverit: verum superior aliqva id prohibeat potestas.

XCVI. Istud autem aurum coronas aureas mihi in mentem revocat, qvas per Legatos qvosdam mittere urbes solebant, qvæ invicem pondere illarum certabant, adeo ut mille aliæ stateras, bis mille aliæ, plus etiam ab aliis missæ coronæ pondere suo æqvarent. Qvem ille excessum improbans, satis gnarus tantam summam sine difficultate corrogari non posse, legem tulit, ne missarum coronarum ulla septuaginta stateras superaret pondere, præcipientem: honorem esse censens eundem, qvodcunq; fuerit coronarum pondus: amari autem esse

γεῖτο γεγονέναι βελτίων, ὅδε τὴν ἀρίστην ἄρις@, ὅδε τῇ τὸ χρόας ὑπερβολῇ τὸ ἀρχῆς ἦν ἠυδαιμονίαν ἐμέτρει, ἀλλ' ἐκεῖνο μᾶλ' ἠφίει βαφεῦσι καὶ ὑφάνταις, ὅ, τι βέλοιντο δρᾶν. αὐτὸς ἢ ἐν ἦ τὸ φρονήσεως φορᾷ, καὶ ἦ τῶν πόλεων ἐκεῖθεν ὠφελείᾳ ὑψηλήν τε ἔθετο ἦν βασιλείαν, καὶ ἀφ' ἑτέρων εἶναι λαμπρότερα@. ἔμεινε ἢ καὶ ὁ χρυσὸς ὧδε ἦ κεφαλῇ θεῶν ἕτω γνόντων, διὸ θεῶν εἶμαι, καὶ ἦτο εἰδέναι, ὡς ἐκεῖν@ ὀκ ὀλιγάκις ἄφεμενε ἄχρυσον ποιῆσαι ἦν κεφαλήν, ἀλλ' ἦν ἀμείνων ὁ κωλύων.

XCVI. ὁ χρυσὸς δὲ ἕτ@ ἀνέμνησέ με χρυσῶν στεφάνων, ἃς αἱ μὲν πόλεις ἔπεμπον ἀφ' πρεσβέων, ἀλλήλας ὑπερβάλλουσαι τῷ σαθμῷ, χιλίων ἕτ@ σαλήρων, διχιλίων δὲ ἐκεῖν@, τάτων ὁ πας' ἑτέρων ἔλκων πλέον. ὁ δὲ ἐπιλιμήσας τῷ μεγέθει, σαφῶς εἰδὼς, ὡς ὀκ ἄνευ πόνε τὰ τοιαῦτα συλλέγοιτο, νομοθετεῖ τὸν στέφανον ἀπὸ σαλήρων ἑβδομήκοντα φοιτᾶν, τὴν μὲν τιμὴν ἴσην νομίζων ἑκάτερα δύνα-

ας, φιλοχρημάτως ἂν εἶναι κέρδη ζητεῖν ἐν τιμαῖς χρήμασι. καὶ τοιούτους οἱ νομίζοντες τὰς νόμους καὶ πολλὰ ἕτερα γράμματα, τὰ μὲν ἐν χείρω, τὰ δὲ καὶ βελτίω, τοσοῦτον ἀπέχον ἔδει μισθὸν ἐπὶ τοιούτοις αἰτεῖν, ὥσθ' ἑκόντων διδόντων ἐπροσίεντο. τοσοῦτον ἐπῆν κίνδυνον τοῖς ἐν καλοῖς λήμμασι. καὶ ἦν δῆλον ὡς εἰληφότι λαθεῖν οὐκ ἔσται, καὶ δοῦναι δίκην ἀνάγκη. ὅτως ἀγαθοῦ βασιλέως ἐκαλλιχύνετο δόξα τῇ τῶν ὑπηρετούντων κακίᾳ.

exiſtimans, honorum prætextu lucrum venari. Tales autem leges, imo & alia edicta vel non minus vel etiam longe magis proficua qvicunqꝫ ad civitates perferebant, adeo mercedem navatæ in perferendo operæ non exigebant, ut ultro etiam oblatam non admiſerint. Tantum eos qvi dona cum aliqva turpitudinis ſpecie conjuncta, ſumebant, manebat periculum: omnibusqꝫ conſtabat, qvod ſumſiſſent haud fore occultum, nec pœnas qvas ſumendo meruiſſent, ſeſe effugere ulla ratione poſſe. Sic igitur optimi Imperatoris gloria ſervorum malitia non fuit obſcurata.

XCVII. Καὶ ὁ μὲν ἐν τούτοις ἦν, βοὴ δ' ἐξαίφνης ἱπποδρόμῳ δήμου πεινῶντος, ὡς τὸ μὲν γῆς ὑπὸ τῶν ἄστρων ἠδικημένης, τὸ πόλεως δὲ ὑπὸ τῶν εὐπόρων, οἳ φερόντων εἰς μέσον χρονίως συλλογῆς θησαυρούς, ἀλλὰ δὲ σίτου τὰς τιμὰς σωιζάντων. συγκαλέσας δὲ γεωργοὺς, καὶ χειροτέχνας, καὶ καπήλους, καὶ πάντων ἁπλῶς τιμητὰς ὠνίων, ἀναγκάσας νόμῳ σωφρονεῖν. καὶ πρῶτος αὐτὸς ἀκολουθήσας τῷ νόμῳ τὰς αὐτοῦ πυρὰς εἰς ἀγορὰν ἐνεγ-

XCVII. Atqve iſtiusmodi qvidem rebus ille occupabatur, cum ſubitus exoriretur in circo clamor, ob famem qva populus premebatur: terra nimirum cœli, urbe vero opulentiorum injuriis afflicta, utpote qvi, qvos longo tempore in horrea congeſſerant theſauros, proferre nollent, ſed annonæ caritatem inducerent. Convocavit itaqꝫ ille & agricolas & opifices, & dardanarios, verbo, omnes eos in qvorum manibus erat pretia rebus ſtatuere, legemqꝫ iis tulit qva moderate ea exigere jubebantur. Ipſeqve legis obſervandæ faciens initium, ſuas fruges in forum advehi (pretioqꝫ ſtatuto

vendi) jussit. Cum tamen nihilominus adversari legi suæ Curiam atq; ejus qvidem frugibus uti, proprias vero suas absconderet animadverteret; eorum forte aliqvis, qvi qvid gestum tum fuerit ignorat, de hastis gladiisq; igneqve & mari sese auditurum putabit, (qvibus ad puniendum hoc facinus ille fuerit usus.) Sane enim talia meruisse videntur qvi bellum Principi indicunt. Bellum autem, utut sine armis gestum, omnino erat, in iis qvæ factu non erant difficilia, obniti, & dissentire in iis in qvibus consensum præstare esset expeditum, & qvæ ille summo studio sancire fuisset annisus, omni adhibita arte irrita reddere.

XCVIII. Atq; adeo omnino illas, illisq; etiam graviores, id qvod in imperio obtinet jus, sancivit pœnas: aliusq; Princeps haud dubie fulminis instar in eos, qvi hac ex parte offenderant, irruisset. Julianus vero qvi & alias nunqvam fræna iræ laxabat, & tunc conspicuam imprimis in hunc affectum reportabat victoriam, promeritas iis pœnas condonavit, carcerisqve nomine potius qvam vinculis eos punivit. Domi itaqve suæ Curialium nemo esse permissus est, (atqve hæc omnis fuit qvam infligi illis jussit pœna.) verùm & huic tam exiguæ tamq; levi pœnæ ne noctē qvidem supervenire passus est, sed

κῶν· ἐπειδὴ τῷ νόμῳ μαχομένην ἠθέλο τὴν βυλὴν, καὶ τοῖς μὲν αὐτῶ χρωμένην, τὰ δὲ αὐτῆς καλακρύπτυσαν· ὅιελαί τις ἀκῦσαι τῶν ὐκ ἐπισαμένων τὰ τότε δόρυ, καὶ ξίφος, καὶ πῦρ, καὶ θάλατταν. ταῦτα γὰρ ὀφείλειν δοκῦσιν οἱ τῶν ὑπηκόων πολεμῦντες τῷ βασιλεῖ· καὶ γὰρ ἔτος ἄνευ ὅπλων πόλεμος, ἐξεπίτηδες ἀπειθεῖν, καὶ παρὸν συμφέρειν διαφωνεῖν, καὶ ἃ κυρῦν ἐκεῖνος ἐσπόδακε, πάσῃ τῇ τέχνῃ ποιεῖν ἄκυρα.

XCVIII. τὸ μὲν ὖν τὰ ἀρχῆς δίκαιον καὶ ταῦτα εἰσηγεῖτο, καὶ τύτων χαλεπώτερα. καὶ πάντως ἂν ἄλλος σκηπτὸς δίκην ἐπὶ τὺς ὑβριςὰς ἠνέχθη. ὁ δ' παντάχῃ τε τὸν θυμὸν ἀνέχων, καὶ τότε δὴ διαφερόντως νενικηκώς, τὰς μὲν προσηκύσας τιμωρίας ἀφῆκε, δεσμωτηρίῳ δ' ὀνόματι μᾶλλον ἢ δεσμῷ τὴν δίκην ἐπράξατο. ὐκῦν ἔισω θυρῶν ἐγένετο τῶν πολιτευομένων ὐδείς. ἀλλ' ὐδὲ νῦν ἐπεγένετο τῷ βραχεῖ τύτῳ καὶ κόφῳ, ἀλλ' ὀλίγον τὸ μέσον ἑκατέρων τῶν διακόνων εἰ μὴ ἦγον ἐκεῖ-

ἔκεῖσε, εἰ ὃ ἀπήλλατο. καὶ οἱ μὲν ἐδείπνων τε καὶ κάθευδον, ὁ δὲ ἀδέτερον. οἱ μὲν γὰρ εἰς ὰκ ἐπεπόνθεσαν ἔχαιρον, ὁ ὃ οἷς ἐπεπόνθεσαν ἤλγει. κ) τοῦτο ἔφη μέγιστον ἠδικῆθ τῶ πόλεως, τὸ τοιαύτην δίκην ἀναγκασθῆναι λαβεῖν. οὕτω τοῦτο, καίτοι σμικρότατον ὂν, μέγιστόν τε ἡγεῖτο, καὶ τὰς αὐτῶ τρόπας ἐκβαίνον. καὶ ὰκ ἀνέμεινε τῶν φίλων τινὰ μέμψασθ τὸ πεπραγμένον, ἀλλ' αὐτὸς ἠτιᾶτο τὸ ἔργον, ὰχ ὡς εἰς ἀναμαρτήτους οἴμαι γεγενημένον, ἀλλ' ὡς αὐτῷ προσῆκον μήθ' ἐπ' ἀδικήμασιν οἷς γε βουλὴν τῶν τοιούτων τι ποιεῖν.

XCIX. μικρὸν γὰρ ὕστερον ἑτέρων τῆ πόλει μειζόνων τετολμημένων, κ) τὸ εἰ τῶν παιρίδα οἱ λόγοι τ γε ἀληθείας ὠδὲν πρεσβύτερον, τὰς τῶν δυναστευόντων τιμωρίας ὑπερβὰς, ἐπὶ τὴν ῥήτορα ἦκε. καὶ παρὸν στρεβλῶσαι καὶ ἀποκτεῖναι λόγῳ τὴν πόλιν ἐμύνατο. τοῦτον οἶμαι

perqvam exiguum temporis ſpatium inter eos, qvi iſthuc illos deduxerant, & eos qvi liberos iterum illos dimittebant, miniſtros interceſſit. Atqꝫ Curiales qvidem & cibum ſumſerunt & ſomno indulſerunt, qvorum neutrum fecit Julianus. Illi enim qvod graviora non eſſent paſſi gaudebant, hic vero qvod vel hæc paſſa eſſent dolebat. Atqve eam maximam urbis adverſum ſe eſſe dixit offenſionem, qvod talem pœnam exigere ab ea fuerit coactus. Adeo nimirum hoc qvoqve, tam licet exiguum, magnum tamen eſſe putavit, & à moribus ſuis alienum. Nec expectavit donec amicorum nonnemo illud factum ſuum reprehenderet, ſed ipſe illud improbavit, non ideo, ut ego qvidem arbitror, qvod in inſontes eos id fuerit admiſſum, ſed qvod decere ſe arbitraretur in curiam ne ob crimina qvidem tale aliqvid ſtatuere.

XCIX. Cum itaqve paulo poſt majus etiam facinus auſa urbs noſtra eſſet, (de patria enim licet mihi ſit ſermo, nihil tamen veritate antiqvius habendum duco,) nulla proceribus illata pœna, Rhetorem tantum punivit. Cumq; tormentis & cædibus ipſi liceret agere, oratione tantum ultus eſt urbem. Eundem ſcilicet antea qvo

qve in Romanum civem se gesserat, simile qvippiam facere ausum, ob qvod, si aliud nihil, bonorum suorum saltem meruisset jacturam: qvem tamen Julianus bonis suis non exuit, sed epistolarum suarum telis qvasi confecit. Verum adeo licet ad cædes tardum, denuo tamen obtruncare milites decem iniverunt consilium, idqꝫ ut exeqverentur, diem expectarunt, qvo milites in campo erant exercendi. Ebrietas vero opportune interveniens, ante tempus totam illam rem manifestam fecit, & cantilenis proditum fuit, qvod hactenus latuerat. Forte itaqve mirabitur aliqvis, qvomodo factum sit, qvod ille mitis adeo & placidus, & pœnas modo nullas omnino, modo criminibus inferiores exigens, semper qvosdam inter subditos infensos sibi habuerit. At hujus rei causam tum ego exponam, ubi ad luctuosissimæ cædis ejus commemorationem pervenero. Jam vero non nihil etiam de ejus familiaribus erit dicendum.

καὶ πρῶτον πεποιηκὼς πρὸς ἄνδρα Ῥωμαῖον θρασυνόμενόν τι τοιοῦτο, ἐφ' ᾧ δικαίως ἂν, εἰ καὶ μηδὲν ἕτερον, ἐξέπεσε τῶν ὄντων· ὁ δὲ τὰ μὲν οὐσίας οὐκ ἀπεστέρησε, βέλει δὲ αὐτὸν ἔβαλεν ἐπιστολῶι· ἀλλ' ὅμως τὸν ὕστερον βραδὺν εἰς φόνον, πάλιν ἐβούλευσαν ὁπλῖται δέκα κτεῖναι, καὶ μελέτης τῶν τακτικῶν ἀνέμφων ἡμέραν. μέθη δὲ εὖ ποιοῦσα προλαβοῦσα τὸν καιρὸν πάντα ἐξήλεγξε, καὶ τὸ τέως λανθάνον ἤδειξε. θαυμάζοι τις ἄν ἴσως, εἰ πρᾶος καὶ ἥμερος, καὶ δίκας τὰς μὲν οὐ λαμβάνων, τὰς δὲ ἐλαττους τῶν τεταγμένων, εἶχεν ἀεί τινας ἐν τοῖς ἀρχομένοις δυσμενεῖς. Ἐγὼ δὲ τότε τὴν αἰτίαν ἐν τῇ μνήμῃ τοῦ ὀδυνηρᾶς ἐμοὶ τελευτῆς φράσω. νῦν δ' ἄξιον εἰπεῖν περὶ τῶν συνήθων τῶν ἐκείνου τοσοῦτον.

C. Nimirum eorum qvibus utebatur familiariter, alii Viri boni erant, alii tales esse videbantur, sed non erant. Atqꝫ illos qvidem nihil omnino unqvam mutavit, hos vero tempus qvales essent arguit. Postqvam enim ad eum so-

C. ὅτι τῶν ἐκείνῳ γενομένων συνήθων οἱ μὲν ἦσάν τε ἀγαθοὶ, οἱ δὲ ἐδόκουν μὲν, ἦσαν δὲ οὐ τοιοῦτοι. Καὶ τοὺς μὲν τῶν πάντων οὐδὲν μετέβαλε, τοὺς δὲ ὁ χρόνος διήλεγξεν. ὡς γὰρ ἐλά-

βετο

βεῖο τ' βασιλείας καθαρῶς, καὶ κύριος καλέσῃ τῶν τε θησαυρῶν, καὶ τῶν ἄλλων ὅσα τὸν πλοῦτον ποιεῖ τὸν βασιλέως· οἱ μὲν προῖκά τε αὐτῷ σωῆσαν, καὶ οὐκ ἐποίουν τὰ αὐτῶν μείζω ταῖς παρ' ἐκεῖνον εἰσόδοις, ἀλλ' ἱκανὸν ἡγοῦντο κέρδος φιλεῖν τε καὶ φιλεῖσθαι, καὶ τὸν αὐτῶν ἐρώμενον ἐρᾶν, ἄρχοντά τε τὴν τελικαύτην. ἀρχὴν, καὶ σὺν ἐπιστήμῃ. καὶ πολλάκις γε αὐτὸ κελεύοντος λαμβάνειν, καὶ νὴ Δία γε καὶ δεομένου γῆν, ἵππους, οἰκίαν, ἀργύριον, χρυσίον, ἐυπορεῖν λέγοντες διέφευγον τὰς δόσεις. οἱ βέλτιστοι μὲν ὄντως. οἱ δὲ χρημάτων πάλαι μὲν ἐπιθυμοῦντες, προσποιούμενοι δὲ καταφρονεῖν, καιρὸν δὲ ἀναμένοντες, ἐχρῶντο φανερῶς. καὶ ἦτον, οὐ λαμβάνοντες ἦτον πάλιν, οὐ λαβόντες οὐκ ἔληγον, οὐδ' ἦν ὅ, τι αὐτοῖς ἴσχη τὴν ἀπληστίαν.

lum rerum ſumma pervenit, ipſeqve theſauris, aliisqꝫ rebus, qvæ Principis opes abſolvunt, eſſet potitus: illi qvidem gratis eum ſectabantur, neqꝫ ejus reditibus rem ſuam augebant. Verum eo contenti, qvod & amarent, & vicisſim amarentur, qvodqꝫ ille eorum amicus, eos diligeret, dum tanti imperii, & tanta qvidem cum prudentia, gubernacula moderaretur. Cumqve ille ſæpius eis dona offerret, imo per Jovem ut accipere vellent etiam oraret, agros inqvam, eqvos, domos, argentum, aurum, abundare ſeſe opibus dicentes, ſemper iſta refugiebant. Atqꝫ ita qvidem, ſeſe gerebant illi familiarium ejus qvi Viri boni erant. Reliqvi vero à longo tempore opibus inhiantes, magnos ut ut ſeſe earum ſimularent eſſe contemtores, tempusqꝫ (iis acqvirendis idoneum) captantes, eo ubi advenisſet ſtrenue uſi ſunt. Atqꝫ adeo ſemper qvod flagitabant, & hoc qvoqve accepto flagitandi tamen non faciebant finem, nec qvicqvam erat qvod inſatiabilem eorum cupiditatem impleret.

CI. ὁ δὲ μεγαλοψυχίᾳ μὲν προῖετο, χρησὸς δὲ οὐκέτ' ἐνόμιζεν· ἀλλ' ἠπατημένος μὲν ἤλγει, τὸν χρόνον δὲ αἰσχυνόμενος ἠνείχετο. καὶ τὸ δοκεῖν

CI. Atqve ille qvidem in magnanimitate liberalitateqve ſua pergebat, bonos tamen viros iſtos eſſe non autumabat amplius. Et deceptum qvidem ſe eſſe dolebat, ne tamen temporarius amicus vi-

deretur, veritus, eos toleravit. Seq; in amando constantem videri maluit, qvam eos, talibus instructos moribus, à se repellere. Adeoq; neminis qvidem illorum qvi cum ipso conversabantur indolem ignorabat: gaudens autem bonis, secusqve animo affectos inter calamitates qvas ferri oporteat reponens, illos qvidem firmiter retinuit, hos vero non ejecit. Imo & dicendi artis magistrum, præstantioribus qvam professio polliceretur moribus insignem impense coluit. Philosophum contra vitam ab habitu disparem viventem ludibrio habuit atqve contemtui. Eo autem qvod antiqvas Imperii Romani consvetudines contemnere nollet videri, nihil fere non toleravit.

CII. Verum ingenti omnes vos suspensos video, postrema ejus eaqve maxima facinora audiendi desiderio: qvæ nimirum suscepta adversus Persas eorumqve regiones expeditione patraverit. Nec mirum sane est, huic orationis meæ parti hiante ore vos qvasi imminere, cum summam qvidem rerum gestarum, vincentemqve Julianum cecidisse noveritis, magis vero specialia partim plane non, partim aliter ac gesta fuerunt hactenus audiveritis. Magis vero ad ista accipienda vos cupidos reddit, opum qvibus Persæ valent consideratio, vi-

εἶναι βέβαιον εἰς φιλίαν, ἢ τοιούτων ὄντων ἀπηλλάχθαι κρεῖττον ἡγεῖτο. ὡς᾽ ἠγνόει μὲν ἑκάστους τῶν πλησιαζόντων τὴν φύσιν, χαίρων δ᾽ αὐτῶν τοῖς σπουδαίοις, καὶ συμφορὰν τὰς ἑτέρας κρίνων, τῶν μὲν εἶχετο, τὰς δ᾽ οὐκ ἀπήλαυνεν. ἀλλὰ καὶ σοφιστὴν κρείττω τῆς προσηγορίας παρεχόμενον τὸν τρόπον ἐθαύμαζε, καὶ φιλόσοφον χείρω τοῦ σχήματος ἐλεγχόμενον ἐκόπιζε. τὸ δὲ μὴ δοκεῖν ἐν τῇ βασιλείᾳ παλαιὰς ἀτιμάζειν συνηθείας, πάντα ἔπειθε φέρειν.

CII. ἀλλὰ γὰρ ἐπιθυμεῖν μοι δοκεῖτε τῶν τελευταίων τῶν μεγίστων ἀκοῆς, ἃ Πέρσας καὶ τὴν ἐκείνων γῆν ἐπιστρατεύσας διέθηκε. καὶ θαυμαστὸν οὐδὲν εἰ πάλαι πρὸς ταύτην τὴν μερίδα κεχήνατε, τὸ μὲν κεφάλαιον εἰδότες ὡς νικῶν ἔπιπτε, τῶν δὲ ἐν μέρει τὰ μὲν οὐδὲ ἀκούσαντες, τὰ δ᾽ οὐχ᾽ ὡς ἔχει. ποιεῖ δὲ ὑμᾶς ὠρμῆσθαι πρὸς τὴν ἀκρόασιν λογισμὸς τῆς Περσῶν ἰσχύος,

ἰχύϑ, καὶ ὁσην ἦσαν ἐνίκων τὴν Κωνσαντίε δύναμιν, καὶ ἐφ' ὅσον φρόνημα καὶ θάρσϑ ἑτοσὶ χωρῶν ἐκ ἔθεντε.

CIII, Κωνσάντιϑ γὰρ χωρὶς τῶν τε ἄλλων νήσων καὶ τῶν ἐν τῷ ὠκεανῷ κειμένων, τὴν ἐξ αὐτῶν ἠιόνων γῆν μέχρι τῶν Εὐφράτα ῥευμάτων ἐκέκτηο, τά τε ἄλλα φέρεσαν πάντα πολλὰ, καὶ σωμάτων μεγέθη, καὶ ψυχῶν ἀνδρείαν, ἀφ' ὧν ἂν γένοιτο στρατόπεδον ἀρραγές. ἀλλ' ὅμως ἔτϑ ὁ μέγας ταῖς κατασκευαῖς, ἐ τὰς μυρίας πόλεις καὶ λαμπρὰς ἔχων, ὁ τὰς πολλὰς δεχόμενϑ φόρες, ὁ τὸν πολὺν χρυτὸν ἐκ τῶν μετάλλων ἐξαγαγών, ὁ καλύψας ἱππέων σιδήρῳ σώματα Περσῶν ἀκριβέτερον, ὁ καὶ τὰς ἵππες ὅπλοις ῥυόμενϑ τραυμάτων, ἔτϑ πόλεμον κατὰ πατρὸς ἐκδεξάμενϑ, θάρσες δεόμενον βασιλέως, καὶ ψυχῆς ἐπισαμένης δυνάμει χρῆσθαι καλῶς· ὡς συμπολεμήσειν τοῖς ἐναντίοις ὁμωμοκὼς, ὅπως μὴ λήψεται τἀκείνων, ἢ μήτι τῶν

ctoriarumqve qvos à tantis Conſtantii reportarunt exercitibus: intrepidi item Juliani animi memoria, cum contra hoſtes ſuperbos adeo atqve feroces exercitum duceret.

CIII. Conſtantius enim, qvi præter inſulas, tum alias complures, tum eas qvas Oceani undæ circumfluunt, omnem qvæ ab ipſis ejus littoribus ad Euphratis usqve fluenta protenditur terram, poſſidebat: terram inqvam, tum aliarum rerum qvam plurimarum, tum imprimis corporum mole conſpicuorum, fortiumqꝫ animarum feracem, ex qvibus inſuperabilem exercitum liceat componere: Hic tamen ipſe Conſtantius maximo apparatu inſtructus, innumeris maximisqve urbibus imperans, qvamplurimis vectigalibus abundans, maximam ex metallis auri vim hauriens, ferro eqvitum corpora magis qvam ipſi etiam Perſæ ſolicite tegens, qvin & eqvis armatura à vulneribus præſtans ſecuritatem: hic inqvam Conſtantius hæreditario qvaſi jure à Patre accepto bello, magno Principis animo opus habente, ingenioqve qvod exercitu recte uti noſſet; non aliter ac ſi juramento ad ferendum hoſtibus auxilium ſeſe obſtrinxiſſet, nihil omnino operam dedit, ut vel qvæ hoſtium eſſent

essent iis eriperet, vel ne suorum qvidqvam ab iis subjugaretur impediret. Verùm exercitum qvotannis autumno ineunte educens, cum integrum veris tempus in urbibus oppugnandis hostes jam transegissent, Euphrate superato atqve prope eum positis castris, nihilqve allud mente versans, qvam qva ratione, hostibus apparentibus, fugam arriperet, oppugnatorumqve tantum non audiens mistos gemitibus clamores; optime Imperatoris sese partes impleviſse arbitratus est, si signa nunqvam contulerit, nec pessumeuntibus suis auxilio esse conatus fuerit.

CIV. Qvinam igitur otii illius fructus? Hostis qvatiebat muros, urbes evertebat, abductisqꝫ una cum opibus hominibus ad suos revertebatur. Ille vero nuntios mittebat, qvi editas ab hoc strages specularentur, fortunæqꝫ suæ agebat gratias, qvod graviora patrata non fuerint. Atqꝫ per urbes incedebat elatus, gratulationes victoriæ debitas qvotidie à Curiis admittebat. Hæcqve singulis annis eodem modo procedebant, irruebat Persa, Constantius vero moras adhuc nectebat: operibus urbes ille cingebat, hic educendi exercitus faciebat initium: in eo jam erat ille ut eas expugnaret, ejusqve rei

αὐτῷ γένοιτο ὑπ' ἐκείνοις οὐκ ἐσκέψατο. στράτευμα δ' ἄγων καθ' ἕκαστον ἔτος ἀρχομένῳ θέρους, ἅμα ἦρι τειχομαχούντων, Εὐφράτην διαβὰς ἐυφράτην καὶ πρὸ αὐτῷ τοσαύτην στρατιὰν καθίσας, καὶ διανοούμενος, εἰ φανεῖεν οἱ πολέμιοι, φεύγειν, τῶν πολιορκουμένων μόνον οὐκ ἀκόων τὰς οἰμωγὰς, στρατηγικώτερον ἡγεῖτο τὸ μὴ μάχεσθαι, μηδὲ τοῖς οἰκείοις ἀπολλυμένοις ἀμύνειν.

CIV. Τίς οὖν ὁ τῆ καθέδρας καρπός; ὁ μὲν καθίστεις τείχη καὶ καθέσκαπτε πόλεις, καὶ χρήματα καὶ σώματα ἄγων ἀνέστρεφεν. ὁ δὲ τὰς ὀφομένας τὴν ἐρημίαν ἔπεμπε, καὶ δι' μὴ πλέον τι πεπονθέναι χάριν ἤδει τῇ τύχῃ· καὶ διὰ τῶν πόλεων ἐπανῄει μεθ' ἡμέραν τὰς ἐπὶ νίκῃ νενομισμένας φωνὰς παρὰ τῶν δήμων δεχόμενος. καὶ τοῦτο ἦν ἔργον ἔτους ἑκάστου, διέβαινεν ὁ Πέρσης, ὁ δὲ ἔμελλε· προσέβαλλε παρεβόλοις, ὁ δὲ ἐκινεῖτο· ἐγγὺς ἦν ἑλεῖν, ὁ δὲ ταῦτα ἐπαυ-

ἐπιωθάνετο, τῷ ᾗ ἥρκει μὴ μεμαχῆσθαι. ὁ μὲν αἰχμαλώτων ἠβρύνετο πλήθεσιν, ὁ δὲ ἵππων ἁμίλλαις· τὸν μὲν ἐστεφάνων αἱ πόλεις, ὁ δὲ τὰς ἡνιόχησε. ἆρ' οὐκ εἰκότως προσείρηται· Περσῶν ἔτι σύμμαχος; τὸ γὰρ παρὸν κωλύειν ἐπιτρέπειν, ἐγγὺς ἂν εἴη τοῖς χερσὶ συλλαβεῖν.

CV. Καὶ μή με οἰέσθω τις ἀγνοεῖν μήτε τὴν νυκτομαχίαν ἐν ᾗ δεδάσανται τι καὶ παθόντες διεκρίθησαν, μήτε τὴν ἐν ἠπείρῳ ναυμαχίαν, ἐν ᾗ μόλις τὴν πολλὰ παθοῦσαν πόλιν ἔσωσαν. αὐτὸ γὰρ ἤδη τοῦτο καὶ τὸ κέντριόν ἐστιν, ὅτι ψυχὰς ἀδειλαβεῖς εἰδυίας πολεμίους φοβεῖν, φοβεῖσθαι σωφρόνισε, καὶ πονηρᾷ μελέτῃ γενναίας φύσεις ἐξέλυσεν. ὅση γὰρ ἡ τῆς μελέτης ἰσχὺς ἐν ἅπασι πράγμασι δηλοῦσι μὲν οἱ σοφοί. δηλοῖ δὲ καὶ ὁ μῦθος. αὔξει καὶ τὸν βελτίω καὶ τὸν χείρω πρὸς τἀναντίον ἂν μεταστήσαι, τῷ μὲν χεῖρον τῆς φύσεως, τῷ δὲ δοθεῖσα βελτίον. αὔξει καὶ γυναῖκας ἐφ' ἵππους ἀναβίβασε, καὶ κρείττους ἀνδρῶν ἐν ὅπλοις ἐποίησε. κἂν

nuntius ad hunc afferebatur, at contentus hic erat si manus non essent conserendæ: Ille captivorum multitudine sese oblectabat, hic eqvorum certaminibus: Illum urbes, hic agitatores coronabat. Nonne itaqve Persarum confœderatus & socius dictus merito fuit? Sane enim ut aliqvid fiat permittere, cum impedire maxime valeas, non multum differt à lato ipsis manibus tuis auxilio.

CV. Nec vero qvisqvam ignorare me putet commissam aliqvando noctu pugnam, ex qva æqvo fere marte discessum est: nec commissum in terra navale prælium, qvo ægre admodum gravissime concussa urbs servata fuit. Illud ipsum enim auget culpam ejus, cum nimirum animas nactus, qvæ possent hostibus terrorem incutere, timiditati eas assvefecerit, indolemqve earum generosam male eam excolendo infirmam reddiderit. Qvanta enim culturæ atqve exercitii in omnibus rebus vis sit, & Sapientum dicta, Poëtarum fabulæ docent. Hæc bonos pariter ac malos ad contrarium statum perducere valet, illis qvidem deteriora, his vero meliora qvam à natura acceperant largiens. Hæc fœminas qvoqve eqvos conscendere, Virosqve armis antecellere docuit. Contra si vel

eum qvi natus qvasi ad virtutem esse videtur, conviviis & compotationibus ætatem terere cogas, deseret eum virtus, ipseqꝫ hisce assvefactus, eorum loco qvæ à virtute sunt bonorum ista amat, contraqꝫ priora illa aversatur, consvetudine ipsam expellente naturam. Tale igitur qvippiam Constantii qvoqꝫ milites, culpa ipsius passos esse dico: cum arma nimirum capesserent qvidem, sed pugnam inire prohiberentur: & sub tentoriis stertere docerentur, dum concivibus suis esset pereundum: nec ignominiam vereri, contraqve autem mortem exhorrescere discerent. Qvæ omnia primo qvidem indignationem ipsis, prout decet Viros fortes moverunt: minus tamen paulo post: mox lubenti animo ea admiserunt: tandem laudibus qvoqve approbarunt.

CVI. Indeqve si forte pulvis è longinqvo observaretur concitatus, qvalem eqvi movere solent; non ad pugnam illos excitavit, sed in fugam statim convertit. Etenim eqvitum turma qvadam iis oblata, licet perexigua esset, terram tamen sibi statim dehiscere precati sunt, omnia potius ferre parati qvam Persam intueri propius. Cumqve adeo mascula virtus iis esset ademta,

τὸν ἀρετῆς φύσει μεμεληκότα ζῆν ἐν κώμοις καὶ μέθαις ἀναγκάσῃς, ἢ μὴν αὐτὸν ἀπολείπει, μαθὼν ἃ ταῦτα, αὐτὶ τῶν ἐκείνης καλῶν ζῆ τούτοις ἡδόμενος, ἐχθρὰ ἃ αὐτῷ τὰ πρότερα, καὶ ἡ σαυτοῦ θεία τὴν φύσιν ἐξέκρυσε. τοιγαροῦν γέ φημι καὶ τὰς ἐκείνης στρατιώτας ὑπ' ἐκείνης πεποιθέναι, τὰ μὲν ὅπλα λαμβάνοντας, συμπίπτειν ἃ κωλυομένους, καὶ διδασκομένους ὑπὸ σκηναῖς καθεύδειν συγγενῶν ἀλισκομένων, καὶ μὴ φοβεῖσθαι τὴν αἰσχύνην, καὶ δεδοικέναι τὴν τελευτήν. ἃ τὸ μὲν πρῶτον δυσχέραινον, ὡς εἰκὸς εὐψύχους. ἔπειθ' ἥττων εἶτα προσίεντο· εἶτα ἐπῄνουν.

CVI. Διὰ ταῦτα πόρρωθεν καινοῖς ἀρθεὶς, οἷος ἐξ ἵππων ἂν γένοιτο, οὐκ ἀνέσχε πρὸς συμβολὴν, ἀλλ' ἔτρεπεν εἰς φυγήν. ἵλης μὲν γὰρ ἐπιφανείσης ἱππέων, ὀλίγης καὶ ταύτης μεγάλης, χανεῖν αὐτοῖς ἤυχοντο τὴν γῆν, πᾶν παθεῖν αἱρούμενοι μᾶλλον, ἢ Πέρσην ἐγγύθεν προσιδεῖν. ἐξηρημένης

μώνης ἢ σφίσι τ̀ ἀνδρείας σωαφῄρηϲο καὶ ἡ παῤῥηϲία, καὶ ὅτως ἀνωμολόγηϲο τὸ δέϖ, ὥϑ' ὁπότε παρ' οἷς καϑαλύοιεν ὑπὸ ϑέτων ἠξίουν θεραπεύεϑ, ϑῦνομα τῶν Περσῶν ἔπαυεν ἐνοχλοῦϑας. κὴ πᾶς ἂν εἶπεν ἐπισκώπϲων ὅτι Πέρσης ἐκεῖϖ ἔρχεϲαι, οἱ δ' ἀφ' ἡρυθρίων μὰ καὶ ἀπεπήδων. ἐπὶ μὰ δὴ τὰς ὁμοφύλας ἀγόμενοι καὶ πλήϑειν ἤδεσαν καὶ πληγῆναι. Περσικὶς ἢ αὐϲοῖς ὅτω πολὺς ἐνίδρυϲο φόϐϖ, ἐν πολλοῖς ἔτεσι συλλεγεὶς, ὡϛ' ἔφη τις ἂν αὐτὰς καὶ ϑὰς ἐν ταῖς γραφαῖς πεφρικέναι.

CVII. τούτους δὴ τὰς ὅτω διεφθαρμένους ὅτϖ ὁ θαυμάσιϖ ἐπὶ Πέρσας ἦγεν. οἱ ἢ ἠκολούθουν κῇ μικρὸν ἀναμιμνησκόμενοι τ̀ ἀνδρείας ἣν εἶχον, καὶ πιϛεύονϑες διὰ πυρὸς ἐλθεῖν ἂν ἀπαθεῖς ϑαῖς ἐκείνα βελαῖς. ϑίνες ἂν αὖται, μεγάλην ἅσαν εἰδὼς ἐν ἀπορῥήτοις ῥοπὴν, (ὃ δὲ ἁδὲν ὠνήσαι ἂν προειρηϑὲν, μέγα ἂν ὠφελήσαι κρυφθὲν,) ἂν εἰσόδου χρόνον, ἂν εἰσβολῆς ὁδὸν, ἀ μηχανημάτων ϑρόπον, ἁδὲν ὧν ἔϛρεφεν ἐπὶ τ̀ ψυχῆς, ἐξήanimi qvoqve una illis periit libertas. Atqve ita apud omnes nota fuit eorum timiditas, ut si qvando ab iis, ad qvos divertebant, ministeria confidentius poscerent, solo Persarum nomine ut modestius agerent fuerint adacti. Et qvisqvis falsè illis illudere cuperet, Persam adventare dicebat, qvo audito in ruborem illi conjecti discedere solebant. Certe qvidem contra cives suos educti vulnera & inferre & accipere noverant: Persarum autem tantus eos insederat metus, per qvamplurimos annos in iis auctus, ut diceret nonnemo pictos qvoqve eos Persas metuere.

CVII. Hos itaqve adeo corruptos egregius Imperator Julianus contra Persas educebat milites. Illi vero ita eum seqvebantur, ut paulatim recordari pristinæ suæ virtutis inciperent, & per medias flammas, si ipsi visum fuisset, sine noxa viam sibi patere arbitrarentur. Qvid vero deniqve visum illi fuit? Cum nosset magnum in eo esse momentum, ut secreta essent qvæ qvis moliatur, (ea enim qvæ nihil prosunt, si antea innotescant, plurimum conducere videas si occulte fieri possint) neq; tempus irruptionis, nec viam qva ad invasionem erat prorupturus, nec qvibus usurus erat belli artes, nec

qvicqvam aliud eorum qvæ pectore versabat, cuiqvam enuntiavit. Probe scilicet gnarus, omnia qvæ ore proferrentur ad exploratorum statim pervenire aures. Verum Præfecto Prætorio ut navibus Euphratem, naves vero commeatu impleret, edixit.

CVIII. Ante hyemis autem exitum, præter omnium opinionem fluvio celerrime superato, non ad vicinam urbem magnam, & incolarum numero abundantem, cui Samosata nomen est, iter inflexit, ut spectaretur pariter atqve spectaret iisqve qvibus solent Principes honoribus afficeretur. Sed celeritate illo tempore opus esse persvasus, ad urbem delatus est amplissimo & antiqvissimo Jovis templo insignem. Qvod cum stupore postqvam esset contemplatus, Deumqve ut copiam sibi affligiendi Persarum res faceret, orasset; viginti millia armatorum copiis suis detracta Tigridem versus abire jussit, ut & præsidio isti essent tractui, si qvæ adversa vis ibi forsan erumperet, & sibi vocanti tempore opportuno auxilium ferrent. Convenerat autem, ut simile qvid Armenus qvoqve faceret: ut scilicet cum (ferro & igne, ut par est facere hostem, opulentissimas hostium regiones pervagatus, cum Juliano copias jungeret: qvo adeo virinegκεν. εἰδὼς ὅτι πᾶν ἐκλαληθὲν εὐθύς ἐσιν ἐν ὠσὶ κλασκόπων. ἀλλὰ πλοίων ἐμπλῆσαι τὸν Εὐφράτην, καὶ τροφῆς τὰ πλοῖα πρὸς τὸν ὕπαρχον εἶπε.

CVIII. πρὶν δὲ τὸν χειμῶνα ἐξήκειν, ὑπερβὰς τὰς ἀπάντων ἐλπίδας, καὶ ἅμα τάχει διαβὰς τὸν ποταμὸν, ἐκ ἐπὶ τὴν πλησίον, μεγάλην τε καὶ πολυάνθρωπον πόλιν, Σαμόσατα καλουμένην, ἦλθεν, ὡς ἴδοι τε καὶ ὀφθείη, καὶ τὰ εἰωθότα τοῖς βασιλεῦσι τιμηθείη. ἀλλ' ὀξύτητι δεῖος τὸν καιρὸν εἰδὼς ἦκε μὲν εἰς πόλιν ἔχουσαν μέγα Διὸς ἱερὸν ἀρχαῖον· θαυμάσας δ' καὶ εὐξάμενος δῶναι οἱ κακῶσαι τὰ Περσῶν, ἀποχίσας τῆς δυνάμεως μυριάδας ὁπλιτῶν δύο, τούτους μὲν ἐπὶ τὸν Τίγρητα πέμπει, φαλάξοντάς τε τὴν γῆν εἴ τι ταύτῃ προσίοι δεινὸν, καὶ παρεσομένους καιρὸν καλοῦντι. χρὴν δ' ἄρα καὶ τὸν Ἀρμένιον παπλήσιόν τι ποιεῖν, ἅμα μὲν τὰ ἐκείνῃ γῆς τῆς ἀρίστης ἐλθόντα πυρὸς, ὥσπερ εἰκὸς τὸν ἐχθρὸν, συμμίξαι τῷ βασιλεῖ, καὶ γενομένους ἀθρόους

ἦ

ἢ ἐκβαλεῖν τῶν ὅρων τὰς ἐναντίας φεύγοντας, ἢ καταπατῆσαι μένοντας.

bus in unum collectis, vel exturbarent finibus suis hostes fugientes, vel si cedere loco noluerint, prosternerent & conculcarent.

CIX. τούτων δὲ παρηγγελμένων αὐτὸς ἐχόμενος Εὐφράτου, πιεῖν τε παρέχοντος, καὶ ἐφοδιοπέμποντος τὴν ἐν τοῖς πλοίοις τροφήν, ἐχώρει. πλῆθος δὲ καμήλων θεώμενος, κάμηλον ἐξηρτημένην καμήλου, φορτίοις βαρυνομένων· τὰ δὲ ἦν οἴνος τε ἡδὺς ἄλλος ἐξ ἄλλης γῆς, καὶ ὅσα εἰς ἡδὺν πόσιν οἶνον τοῖς ἀνθρώποις μεμηχάνηται, τί φέροιντο ἐρόμενος, ἐπειδὴ ἐπύθετο, μένειν κελεύει τὰς πηγὰς τῶν ἡδονῶν. πρέπειν γὰρ στρατιώτας ἀγαθοῖς πίνειν οἶνον ὃν αὐτοῖς κτᾶται τὸ δόρυ, τῶν στρατιωτῶν δὲ εἷς καὶ αὐτὸς εἶναι, καὶ προσήκειν αὐτῷ τοῖς πολλοῖς ἰσοδίαιτον εἶναι. οὕτω δὴ τὰ τρυφὴν ἔχοντα πάντα ἀποκόψας, ὧν μάλιστα καὶ μόνων ἐδεῖτο τὰ παρόντα ταῦτα ἔχων ἐπορεύετο, τῆς γῆς αὐτῷ τὰ ὑποζύγια βοσκούσης πόα χρηστή· τὸ γὰρ ἔαρ ὑπὲρ ἐκείνης ἤδη τῆς χώρας εἰστήκει.

CIX. Hisce itaqve constitutis ipsemet ad Euphratis ripam cum suis processit, utpote qvi & potum ei suppeditaret, & naves veheret commeatu onustas. Cum autem camelorum gregem (exercitum seqvi) cerneret, qvorum unus ab altero continuo nexu trahebatur, mercibus onustorum: (istæ autem erant varia svavissimi vini genera, qvorum in alia regione nata erant alia, una cum variis rebus qvæ ut svaviorem redderent vini potum humana adinvenit solertia) atqve qvid illi gestarent interrogans, certior ea de re factus esset; ne isti voluptatum fontes ulterius pergerent jussit. Bonos enim milites decere ajebat, ne alio uterentur vino qvam eo, qvod armis suis sibi parassent; pro militum autem uno se qvoqve haberi velle, fasq; adeo esse, ut communi cum aliis ipse etiam victu fruatur. Sic igitur omnibus qvæ ad voluptatem faciunt rejectis, ea solum qvibus carere non poterat ad manum habens, processit; jumenta ejus salutaribus herbis terra illa pascente, jam enim vernum tempus in regionibus istis initium ceperat.

CX. Cumqve aliqvantum cum exercitu longius promoviſſet, munimentum ſe iis obtulit, in peninſula qvam fluvius efficiebat ſitum, qvod primum fuit & viſum & captum, non armis ſed eorum qvi tenebant metu. Cum enim ſitos è regione tumulos exercitum penitus obtexiſſe cernerent, armorum ſplendorem non ferentes portas aperuerunt, factasqꝫ deditione, in noſtras terras ſedes ſibi qvæſituri delati ſunt. Fuere autem rebus omnibus neceſſariis abundanter inſtructi, multorumqꝫ dierum victus unicuiqꝫ ex iis ſuppetebat, adeo ut per contiguum deſertum facientes iter, non minus laute qvam in urbibus alii vixerint.

CXI. Aliud munimentum occurrebat in inſula, qvæ littora habebat non ſenſim aſcendentia ſed præcipitia plane, muroqꝫ undiqvaqve erat cincta, qvi ne minimam qvidem inſulæ partem extra ambitum ſuum reliqverat, ne tantillam qvidem, qvæ pedi locum permitteret. Ejus itaqve incolas ob loci naturam felices eſſe ajens, cetera ſatis gnarus, gratiſſimam hoſtibus rem ſeſe eſſe facturum, ſi impoſſibilia hujusmodi facere aggrediatur: ejusdemqve furoris eſſe perſvaſus, ea qvæ expugnare difficile non ſit præterire, & oppugna-

CXXXVII. Nimirum cum de rebus suis Persa jam desperaret, omnibusq; manifestum esset debellatum jam cum eo esse, ipseqve timeret ne optimis Regionib⁹ suis occupatis, nostri in iis hybernarent: jamqve designasset Legatos, & dona parasset, in qvorum numero corona etiam erat; atq; adeo in eo esset, ut in seqventi die cum supplicibus verbis ea mitteret, pacisqve conditiones à Juliano acciperet: Dum per universum exercitum alii qvidem hostes eos appetentes depellendo, alii vero qvibus graves ei non erant iter faciendo essent occupati: vehemens autem derepente procella pulverem excitaret, cœlum nubibus obduceret, atq; iis qvi facinus aliqvod machinarentur ad illud perficiendum qvasi suppetias ferret; Imperator perruptas exercitus partes rursum sibi invicem juncturus, cum unico satellite sese proripuit. Hasta vero eqvestris in eum inermem illata, præ nimia enim, ut ego qvidem arbitror, confidentia ne thoracem qvidem induerat, per brachium in latus irrepsit. Sicqve in terram devolutus fortissimus Princeps, cum sangvinem cerneret profluentem, id qvod evenerat sibi, occultare cupiens, eqvo rursum concenso, cum vulnus ei illatum sangvis proderet, semper iis qvibus pro-

CXXXVII. ἀπειρηκότ⊙ γὰρ ἤδη τῷ Πέρσᾳ, καὶ σαφῶς καταπεπολημένῳ, καὶ δεδιότ⊙ μὴ τὰ κράτιστα τῆς αὐλῆς γῆς καταλαχόντες ἐπιχειμάσωσι, καὶ πρέσβεις ἑλομένῳ, καὶ δῶρα ἀριθμοῦντ⊙, ἐν οἷς ἦν καὶ στέφανο⊙· καὶ μέλλοντ⊙ δὴ τάδε τὰ ἐπιόντος σὺν ἱκετηρίᾳ πέμπειν, καὶ ποιεῖν ἐκεῖναν τῶν σωθησομένων ὁρισήν· ἀλλὰ πάσης μέντοι τῆς τάξεως, τῶν μὲν τὰς προσβαλλούσας ἀμυνομένων, τῶν δὲ τοῦτο μὴ αἰσθανομένων πρᾳόντων, αἰγίδ⊙ ἢ ἐξαίφνης λαμπρὰς κόνιν τε ἐπεγειρούσης καὶ νέφη συναγούσης, καὶ τοῖς βουλομένοις τε κακουργεῖν συναιρομένης, ὁ μὲν βασιλεὺς ὡς σωθήσων τὸ ἀλλόφυλον ἔπεσε σὺν ἑνὶ θεραπόντι. δόρυ δ' ἱππέως ἐπ' αὐτὸν ἐνεχθὲν ἄοπλον, τῷ γὰρ οἶμαι σφόδρα κραδαῖνον δὲ ἐφράξατο, διὰ βραχίον⊙ δραμὸν εἰς τὴν πλευρὰν εἰσέδυ. καὶ πεσὼν ἐπὶ γῆς ὁ γενναῖ⊙, τὸ αἷμα ὁρῶν καταῤῥέον, κρύπτειν ἐθέλων τὸ συμβὰν, ἐπὶ τὸν ἵππον αὖθις ἀναβὰς, ἐπειδὴ τὸ αἷμα τὴν πλαγὴν ἤλεγχεν, ἔβα καθ' ὃς

ὃς αἰεὶ γίγνοιτο μὴ δεδιέναι τὸ τραῦμα, μηδὲ γὰρ θάνατον ἔχειν.

CXXXVIII. ἔλεγε μὲν ταῦτα, ἐδεινῶς δὲ ἠτᾶτο, καὶ κομίζεται πρὸς τὴν σκηνὴν, καὶ τὴν μαλακὴν ἐυνὴν, τὴν λεοντῆν, καὶ τὴν φορυτὸν, ταυτὶ γὰρ ἡ ἐκείνου στρωμνή. τῶν ἰατρῶν δὲ μὴ εἶναι σωτηρίαν λεγόντων, δεξαμενὴ δὲ θανάτου τὸν λόγον ἡ στρατιὰ, πάντες μὲν ὠλοφύροντο, πάντες δὲ ἐκόπτοντο, ὥωδε πάντων δὲ ἡ γῆ δάκρυσιν ἐβρέχετο, τὰ ὅπλα δὲ τὰς χεῖρας ἐκφυγόντα ἔρριπτο, ὥοιτο δὲ μηδ' ἄγγελον ἐκεῖθεν ἀναστρέψειν οἴκαδε.

CXXXIX. ὁ δὲ δὴ Πέρσης δῶρα μὲν ἃ τότε πέμπειν ἔδει, θεοῖς σωτῆρσιν ἀνέθηκεν, αὐλὸς δὲ τὴν εἰωθυῖαν παρεθετο τράπεζαν, πρότερον γὰρ ἀφ' ἑκείνης ποιήμενος, ἐκόσμησέ τε τὴν κόμην καὶ τὸν νόμον καταστραθυμημένην πάντα τὸν τῶν κινδύνων χρόνον. ἃ δὲ χάσματι γῆς ἀφανισθέντων πασυδὶ τῶν ἐναντίων ἔπραττεν ἂν, τούτοις ἑνὸς ἐκείνου τελευτῶντος ἐχρῆτο. ἀμφότεροι τοίνυν ἔθεντο ψῆφον, εἰς τὴν ἐκείνου γνώμην τὰ πράγματα ἀνακεῖσθαι Ῥωμαίοις, οἱ μὲν οἷς ἐπέσθαν, οἱ δὲ οἷς ἤρχοντο. καὶ οἱ

pior erat occlamabat; ne ad vulnus ſuum exhorreſcerent, utpote qvod letale nihil habeat.

CXXXVIII. Et iſta qvidem dicebat, veruntamen malo vincebatur tandem, & ad tentorium ſuum deducebatur, mollemqꝫ lectulum ſuum: pellem nimirum leoninam & ſtoream: hoc enim ſtratum erat illius. Cum vero Medici inſanabile vulnus ejus eſſe pronunciarent, & ad exercitum fama ejus rei emanaret; ingentem omnes ſuſtulere ejulatum, pectora manibus tudere omnes, lacrymis humum humectavere, arma manibus elapſa projecerunt, ne nuntium qvidem (cladis ſuæ) domum eſſe reverſurum opinantes.

CXXXIX. Perſa vero qvæ Juliano deſtinaverat dono, Diis ſervatoribus conſecravit, & conſvetam ſibi rurſus apponi menſam juſſit, cum in ſolo antea cœnam ſumſiſſet, imo & comam rurſus compoſuit, qvam omni tanti periculi tempore neglexerat. Imo earum, qvæ hoſtibus ſuis ad unum omnibus terræ hiatu abſorptis feciſſet, unico hoc interemto nihil non ab eo patratum fuit. Utriqve itaqve (tam noſtri nimirum qvam hoſtes) ejus conſiliis Romanam rem unice inniti, unanimi ſuffragio declararunt. Illi qvidem dum

gaudio & exultationibus tantopere indulgerent: illi dum periisse, hi dum vicisse se penitus opinarentur.

μᾶλλον οἷς ἡγεῖντο ἀπολωλέναι, οἱ δ' οἷς ἡγεῖντο κεκρατηκέναι.

CXL. Virtutis autem ejus verba qvoqꝫ extrema suppeditant argumentum. Cum enim circumstantes in fletum universi effunderentur, neqve ipsi Philosophi sibi possent temperare; cunctos increpabat, hosce tamen omnium maxime: qvod cum rebus à se per omnem vitam gestis aditum sibi ad Deorum sedes aperuisset, ipsum haud secus ac si tartaro dignam vitam transegissent lugerent. Plane autem tabernaculum ejus Socratis carcerem; circumstantes vero, eos qvi illi sub vitæ finem aderant, vulnus porro cicutam, verba item verba, & non emissas à solo Socrate lacrymas, lacrymæ à Juliano qvoqꝫ solo cohibitæ referebant. Cumqꝫ amici precibus ab eo contenderent, ut imperii designaret hæredem, neminem sui similem prope se esse videns, militum suffragiis rem permisit: qvibus etiam ut omni modo de salute sua cogitarent in mandatis dedit: seipsum enim etiam omne istud tempus in illa procuranda ajebat collocasse.

CXL. ἰδοι δ' ἄν τις αὐτῦ τὴν ἀρετὴν καὶ τῶν τελευταίων ῥημάτων. ἁπάντων γὰρ τῶν περεστηκότων εἰς θρῆνον πεπλωκότων, καὶ αὐτὰ τῶν φιλοσοφούντων δυναμένων κατέχειν, ἐπέτιμα τοῖς τε ἄλλοις, καὶ ἐχ' ἥκιστα γ' τούτοις, εἰ τῶν βεβιωμένων αὐτὸν εἰς μακάρων νήσους ἀγόντων, οἴδε ὡς ἀξίως τάρταρα βεβιωκότα δακρύοιεν. ἔοικε δὲ ἡ σκηνὴ μὲν τῷ δεξαμένῳ δεσμωτηρίῳ τὸν Σωκράτην, οἱ παρόντες γ' τοῖς ἐκείνῳ παροῦσιν, ἡ πληγὴ δὲ φαρμάκῳ, τὰ ῥήματα δὲ τοῖς ῥήμασι, τῷ γ' μὴ δακρύσαι τὸν Σωκράτην μόνον, τὸ μηδὲ τοῦτον δεομένων γ' τῶν φίλων ἀποφῆναι τ' ἀρχῆς κληρονόμον, οὐδένα αὐτῷ παραπλήσιον ἐγγὺς ὁρῶν, ἀφῆκε τῇ στρατιᾷ τὴν ψῆφον, οἷς δὴ καὶ ἐπιτέλλει πάντα τρόπον σώζειν αὐτὸς, καὶ γὰρ αὐτὸν ἐκείνους σώζοντα πάντα ἀναλῆναι χρόνον.

CXLI. Qvis itaqve cædem ejus patraverit, nosse aliqvis desiderat? Nomen eqvidem ejus prodere

CXLI. τίς ἂν ὁ κτείνας, ποθεῖ τις ἀκοῦσαι; τοῦνομα μὲν οὐκ οἶδα, τοῦ γ' μὴ πολέμιον εἶναι

ναι τὸν κλείναντα, σημεῖον ἐναργὲς, τὸ μηδένα πολέμιον ἐπὶ τῇ πληγῇ τετιμῆσθαι. καίτοι διὰ κηρύκων ὁ Πέρσης ἐπὶ γέρας ἐκάλει τὸν ἀπεκτονότα, καὶ μεγάλων ὑπῆρχε τῷ φανέντι τυχεῖν· ἀλλ' ὅμως οὐδεὶς οὐδ' ἔρωτι τῶν γερῶν ἠλαζονεύσατο. καὶ πολλήγε τοῖς πολεμίοις χάρις ὅτι ὧν οὐκ ἔδρασαν οὐ προσέθεντο τὴν δόξαν, ἀλλ' ἔδοσαν ἡμῖν παρ' ἡμῖν αὐτοῖς τὸν σφαγέα ζητεῖν. οἷς γὲ οὐκ ἐλυσιτέλει ζῶν, ἤτοι δὲ ἦσαν οἱ ζῶντες οὐ κατὰ τοὺς νόμους, πάλαι ἐπεβούλευον, καὶ τότε φθονηθέντες εἰργάσαντο· ἐκ τε ἄλλης ἀδικίας αὐτοὺς ἀναγκαζούσης, οὐκ ἐχούσης ἐπὶ τὰ ἐκείνου βασιλείας ἐξουσίαν, καὶ μάλιστά γε οὓς τιμᾶσθαι τοὺς θεοὺς, οὐ τὸ ἐναντίον ἐξήτουν.

CXLII. ἃ δ' ὑπὲρ Περικλέους ὁ Θουκυδίδης φησὶν, ὅτι τῇ τελευτῇ λαμπρότερον ἔδειξεν, ὅσῳ ἦν αὐτὸς τοῖς πράγμασι. ταῦτ' ἂν ἔχοι τις εἰπεῖν καὶ περὶ τοῦδε. τῶν γὲ ἄλλων ἁπάντων

ego non possum. Qvod vero ex hostibus non fuerit percussor, vel id argumento est, qvod nemini hostium ob cædem illam præmium datum fuerit. Atqvi per præcones ad præmium ejus Autorem invitavit Persa, & potuisset ille si semet ipsum prodidisset maximarum rerum fieri compos. Nihilominus tamen nemo, ne præmiorum qvidem amore, ut à se admissum facinus illud esse gloriaretur, inductus est. Et multæ omnino hostibus à nobis gratiæ debentur, qvod sibi arrogare, qvæ non fecerant, noluerint, nobisqve adeo copiam fecerint inter nos ipsos parricidam qværendi. Scilicet ii, è qvorum re non erat ut viveret ille, (at isti erant qvi secundum leges vitam instituere nollent,) dudum ei fuerant insidiati, atqꝫ tum nacti opportunitatem, consilia sunt executi. Ad qvod facinus tum alia eorum scelera, qvibus sub ejus imperio locus non erat, tum maxime restitutus qvem ferre nolebant Deorum cultus eos incitavit.

CXLII. Qvæ vero de Pericle Thucydides memoriæ prodidit, qvod scilicet ipsa morte maxime declaraverit, qvantus in rebus agendis extiterit, ea de Juliano merito etiam aliqvis dicat. Cum enim reliqva omnia eadem (post

ejus mortem) ac antea essent: Milites inqvam, arma, eqvi, Duces, acies, captivi, opes, commeatus; unica tamen qvæ facta est circa Imperatorem mutatio, reliqva omnia prostrata qvasi contrivit. Primo enim ne conspectum qvidem eorum tulere amplius, qvos in fugam prius vertebant. Deinde pacis nomine inescati easdem enim denuo hostes artes adhibebant, omnes clamarunt accipiendam esse atqve amplectendam pacem, primusqꝫ in eam sententiam novus Imperator pertractus est. Medus autem ad pacem eos nactus proclives, detinuit, moras traxit, interrogando, respondendo, differendo, pluribusqve misfis legatis ut commeatus magis magisqꝫ decresceret efficiendo. Cumqve jam annona aliæqve res necessariæ rarescere inciperent, ipsi etiam pacem petivere, utqꝫ omnia hostibus concedere eos oporteret, necesfitas eos adegit.

CXLIII. Tunc itaqꝫ Persa levissimam pacis mercedem urbes, regionesqve, & gentes, qvæ murorum instar Romanos tuebantur, poposcit. Annuit tamen novus Imperator, omnibusqve istis Barbaris cessit, & nulla dura nimis ipsi visa fuit pacis conditio. Adeo ut sæpius ego miratus Medum fuerim, qvi cum plura tum sume-

τῶν αὐλῶν ὥνπερ καὶ πρότερον ἐντων· τῶν ἀνδρῶν, τῶν ὅπλων, τῶν ἵππων, τῶν ταξιαρχῶν, τῶν σωλαγμάτων, τῶν αἰχμαλώτων, τῶν χρημάτων, τ̀ τροφῆς. ἐν μιᾷ τῇ ϖᾶι τὸν βασιλεύονλα μεταβολῇ τὰ πάνλα σωεξρίβη. Πρῶτον μὲν γὰ ἐκ ἤνεγκαν ἂς πρότερον ἤλαωνον. ἔπειλα δελεαθέντες εἰρήνης ὀνόμαλι, τὸ γὰ αὐλὸ προσήνεγκαν οἱ πολέμιοι μηχάνημα, πάνλες ἑδόων δέχεοζ καὶ ϛέργειν, καὶ πρῶτ⊙ ὁ βασιλεύων εἵλκεβο. λαβὼν ὃ αὐλὸς πρὸς τὴν ἡσυχίαν ὠρμηκότας ὁ Μῆδ⊙, διῆγε, διέτριβεν, ἐρωτῶν ἀποκρινόμν⊙, ἀναβαλλόμεν⊙, ἐν ϖλήθει πρεσβειῶν ἀναλίσκων αὐτοῖς τὴν τροφὴν. ὥϛε σίτε τε καὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων ἐϖανίζον καὶ ἦτεν, καὶ δεῖν ἤδη συγχωρεῖν ἀνάγκη ϖεριϛήκει.

CXLIII. τότε δὴ τὸν κϋφότατον ἦτει μισθὸν πόλεις, καὶ χώρας, καὶ ἔθνη, τὰ τείχη τ̀ Ῥωμαίων ἀσφαλείας. ὁ δὲ ἐπένευέ τε, καὶ παντὸς ἀφίϛαῖο, καὶ δεινὸν ὐδὲν ἐδόκει. ὡς ἔγωγε πολλάκις ἐθαύμασα Ϛ Μῆδ, ὡς πα-

παρὼν πλείω λαβεῖν ἐκ ἠθέλησε. Τίς γὰρ ἂν ἀντεῖπεν ἐπὶ τὸν Εὐφράτην προσάγοντι τὴν ἐπιθυμίαν, τίς δ' ἂν ἐπὶ Ὀρόντην; τίς δ' ἂν ἐπὶ τὸν Κύδνον; τίς δ' ἂν ἐπὶ τὸν Σαγγάριον; τίς δ' ἂν ἐπὶ τὸν βόσπορον αὐτόν; ἦν γὰρ ὁ διδάξων τὸν Ῥωμαῖον πλησίον, ὡς ἀρκέσει καὶ τὸ λοιπὸν εἰς ἀρχὴν, καὶ τρυφὴν, καὶ μέθην, καὶ λαγνείαν. ὥς ἔι τις χαίρει τῶν ἀπεραγμένων, Πέρσαις ἴσω τὴν χάριν, οἱ πολλοσὸν μέρος ὧν ἐξὴν ἔχειν ἀπήγγειλαν. ὡς ἔτοί γε τὰ ὅπλα ῥίψαντες ἐκείνοις ἔχειν, ὥσπερ ἐκ ναυαγίας γυμνοὶ, προσαιτοῦντες οἱ πλείους, ἐπανῆκαν. ὁ δὲ ἁπλοῦς ἡμισυ φέρων, ἢ δόρατος τρίτον, ἢ τῶν κνημίδων τὴν ἑτέραν ἐπ' ὤμων (καλλίμαχος ἦν ἔτος.) ἀπολογία μία πᾶσι τοῖς ἀσχημονοῦσιν, ἡ τελευτὴ δ' ταῦτα ἀναλῦσαι εἰς τὰς ἐναντίας.

CXLIV. Διὰ τί ἦν, ὦ θεοὶ καὶ δαίμονες, μὴ ταῦτα ἐκυρώσατε; Διὰ τί μὴ τὸ μὲν ὑμᾶς ἐπισάμενον γένος εὐδαιμόν, τόνδε τοῦτοις εὐδαιμονίας αἴτιον καθεστήσατε; τί μεμψάμενοι

re potuisset, id tamen facere noluit. Qvis enim abnuisset si vel ad Euphratem usq; limites suos protendi voluisset? Qvis si ad Orontem? qvis si ad Cydnum? Qvis si ad Sangarium? qvis si ad ipsum usqve Thracium Bosporum? Sane enim aderat tum, qvi Romanos doceret, vel sic etiam id qvod eis relinqvebatur ad imperium, ad luxum & delicias, ad potationes largiores, ad veneris exercitia satis fore. Adeo ut si qvis factum id non esse lætatur, Persis ejus rei gratiam referre debeat, qvi multo maximæ eorum qvæ accipere poterant parti sponte renuntiaverunt. Nostri proinde arma abjicientes, hostibus eis ut colligerent relictis, tanqvam ex naufragio nudi, & ad mendicitatem magnam partem redacti ad nos redierunt. Atq; alius qvidem dimidium scuti fragmentum, alius tertiam hastæ partem, alius ocrearum alteram humeris suis apportabant. Omnibus autem ita deformatis eadem erat excusatio, ejus nimirum qvi in adversarios ista erat adversurus, excessus.

CXLIV. Cur itaq; o Dii omnes, omnesq; Genii illud ejus propositum ratum non esse jussistis? Cur eorum qvi vos agnoscunt & venerantur mortalium genus non beatum, hunc vero beatitudinis istis autorem effecistis? An qvic-

qvam in ejus voluntate reprehendentes? an aliqvid ab eo gestum non approbantes? Nonne ille aras vobis restituit? nonne templa exstruxit? nonne magnifico cultu Deos, Heroas, ætherem, cœlum, terram, mare, fontes, fluvios fuit prosecutus? Nonne adversus fuit iis qvi vobis adversi erant? Nonne Hippolyto magis erat castus? Rhadamantum justitia æqvabat? prudentia superabat Themistoclem? fortitudine Brasidam? Nonne universum orbem Romanum, animi qvasi deliqvium passum sanavit? nonne omne oderat malum? nonne justitiæ cultoribus mitis? nonne protervis inimicus? nonne modestis amore addictus erat? O stupendam expeditionem! o terrarum urbiumqꝫ evastationes plurimas! o tropæa innumera! o eventus Spe & cogitatione nostra indignos.

CXLV. Nos qvidem speraveramus Regnum Persarum omne Romani Imperii fore provinciam, legibus nostris gubernandam, nostris administrandam magistratibus, vectigalia nobis allaturam, vernaculam lingvam Romana mutaturam, pro Persica stola Romana veste usuram, comas (nostro more) tonsuram, forecꝫ ut Susis Rhetoricæ artis magistri à Persis, disciplina ista excultis, plausibus exciperentur. Nostra

μθυσι τ γνώμης; τί δὲ ὐκ ἐπαινέσῃς τῶν πεπραγμένων; ὐ βωμὸς ἀνέςησεν; ὐ ιεὼς ἐποίησεν; ὐκ ἐθεράπευσε μεγαλοπρεπῶς θεὺς, Ἥρωας, αἰθέρα, ὐρανὸν, γῆν, θάλατταν, πηγὰς, ποταμούς; ὐκ ἐπολέμησε τοῖς ὑμῖν πεπολεμηκόσιν; ὐ σωφρονέςερ μθ' Ἱππολύτυ, δικαι δὲ κ τὸν Ῥαδάμανθυ, σωμεςώτερ δὲ Θεμιςοκλέους, ἀνδρειότερ δὲ Βρασίδα; ὐ τὴν οἰκυμένην ὥπερ λειποψυχῆσαν ἔῤῥωσεν; ὐ μισοπόνηρ; ὐ πρᾶ δικαίοις; ὐκ ἀκολάςοις ἐχθρὸς; ἐπιεικέσι φίλ;

ὦ τραλιὰς μεγάλης, ὦ πολλῶν καταςαφῶν, ὦ πολλῶν ἱεροπαίων, ὦ τέλ τ Δμνοίας ἀνάξιον.

CXLV. ἡμεῖς μθ' ὠόμεθα τὴν Περσῶν ἅπασαν μέρ τ Ῥωμαίων ἔσεσθ, κὴ νόμοις τοῖς ἡμετέροις οἰκήσεσθ, κὴ ἀρχὰς τὰς ἐνθένδε δέξασθ, κὴ Φέρυς οἴσειν, κὴ γλῶτταν ἀμείψειν, κὴ τολὴν μεταμορφώσειν, κὴ κερεῖν κόμας; κὴ Σοφιςὰς ἐν Σούσοις Περσῶν παῖδας ἐκκροῦσθήσειν ῥήτορας. ἱερὰ δὲ τὰ παρ'

παρ' ἡμῖν τοῖς ἐκεῖθεν κοσμηθέντα λαφύροις, διδάξειν τὰς ἐπιγιγνομένας τὸ τῆ νίκης μέγεθος· τὸν δὲ ταῦτα εἰργασμένον ἀγωνοθετήσειν τοῖς ἐγκωμιάζουσι τὰ πεπραγμένα, τοὺς μὲν θαυμάζοντα, τοὺς δὲ οὐκ ἐκβάλλοντα, καὶ τοῖς μὲν ἡδόμενον, τοῖς δὲ οὐκ ἀχθόμενον. λόγους δὲ εἴπερ ποτε ἔσεσθαι ἡδίους. καὶ τοῖς ἱεροῖς ὑποχωρήσειν τοὺς τάφους, πάντων ἐχόντων ἐπὶ τοὺς βωμοὺς τρεχόντων, καὶ τῶν πρότερον ἀναιρεπόντων, αὐτῶν ἱδρυομένων, καὶ τῶν τὸ αἷμα φευγόντων αὐτῶν θυόντων. τὰς δὲ ἰδίας ἑκάστων οἰκίας εἰς εὐπορίαν ἐπιδώσειν, ἄλλαις τε ἀφορμαῖς μυρίαις, καὶ σμικρότητι τῶν εἰσφορῶν. καὶ γὰρ ἂν καὶ ἔτο λέγεται τοῖς θεοῖς ἐν μέσοις ἔυξασθαι τοῖς κινδύνοις, ὅτω λυθῆναι τὸν πόλεμον, ὡς αὐτῷ γενέσθαι τὴν εἰσφορὰν εἰς τ' ἀρχαῖα πάλιν ἐπενεγκεῖν.

CXLVI. Ταῦτα καὶ ἔτι πλείω προσδοκώμενον χορὸς φθονερῶν ἀφείλετο δαιμόνων, καὶ τὸν ἀθλητὴν ἐγγὺς ὄντα τῆ στεφάνη κεκρυμμένον ἡμῖν ἐν σορῷ κεκόμικεν. Εἰκότως ἄρα πᾶσα μὲν πάσης γῆς καὶ θαλάττης ὁ θρῆνος ἦλθεν· εἰκὸ-

vero templa spoliis eorum exornata posteros edoctura qvanta illa fuerit victoria. Atqve horum omnium Autorem præmia laudes suas oratione perseqventibus propositurum, admirantem alios, alios vero non repudiantem, atq; illis qvidem delectatum, his vero non indignatum. Et sic qvidem litteras magis qvam unqvam omnibus fore jucundas. Templis vero cessura tandem esse sepulchra, omnibus eorum qvi ad aras accurrerent copia refertis: atq; illis ipsis altaria statuentibus à qvibus eversa antea fuerant, & sangvine litantibus, qvi sangvinem olim vel maxime fugerant. Privatas vero singulorum res egregia incrementa capturas, tum ob alias innumeras eas augendi opportunitates, tum ob vectigalium imprimis paucitatem. Hoc enim inter alia Deos, dum periculis undiqvaq; erat circumseptus, orasse dicitur, ut eum sibi belli largirentur exitum, qvi copiam vectigalia ad pristinam rationem revocandi sibi faceret.

CXLVI. Hæc & longe plura cum ab eo expectarentur, invidorum Dæmonum chorus eum nobis abstulit, fortissimumqve athletam, cum in eo jam esset ut coronam acciperet, in loculo conditum ad nos advexit. Merito itaq; omnem terram, omneq; mare luctus

ctus pervasit: Merito alii post ejus fata mortem lubentissimo animo oppetiere, alii qvod mori ipsis haud fuerit datum gravissime ferunt. Tum qvod antecessit tum qvod secutum ejus imperium fuit tempus pro atra nocte reputantes: solum vero illud qvo imperavit spatium, tanqvam purissimo solis radio collustratum suspiciunt. O urbes qvas tu condidisti! O tristem atqꝫ imbecillum rerum statum à te emendatum! O litteras qvibus pretium & dignitatem reddidisti! O reliqvas virtutes qvibus valebas! O Justitiam, qvæ ex cœlo in terram rursum descenderat, sed inde in cœlum iterum rediit! O mutationem subitam! O publicam felicitatem simul & initium & finem sortitam!

CXLVII. Idem certe propemodum nobis evenit, ac si aliqvo vehementissima siti afflicto, gelidæqꝫ & limpidissimæ aqvæ phialam ori admovente, cum vix eum degustare cœpisset, aliqvis eam subito rapiens illi auferat. At vero nobis qvidem, si tum subito ille erat eripiendus, magis fuisset expetendum ne datus nobis omnino fuisset, qvam ut datus, anteqvam desiderium nostrum exsatiasset, auferretur. Jam vero qvasi non ideo, ut frueremur, sed propterea tantum, ut eorum qvibus frui non detur, gnari, ingemiscatos οἱ μὲν ὡς ἥδιστα μεθ' ἑκείνον ἐτελεύτησαν, οἱ δ' ἀλγοῦσι τῷ μὴ τεθνᾶναι, νύκτα μὲν συνεχῆ τὰ πρὸ ἐκείνου, νύκτα δὲ τὰ μεθ' ἑκεῖνον νομίζοντες· τὸν δὲ τῆ ἐκείνου βασιλείας χρόνον, ἀκτῖνα ὡς ἀληθῶς καθαράν. ὦ πόλεων ἃς ἐποίησας ἀνω· ὦ τῶν σαθρῶν ἃς ἐπηνώρθωσας ἀνω· ὦ λόγων οἷς ἦρας ἂν εἰς ἀξίωμα· ὦ τῆς ἄλλης ἀρετῆς ὅσον ἴσχυσας ἀνω· ὦ Δίκης ἡ καταβᾶσα μὲν ἐξ οὐρανοῦ, πάλιν ἐνθένδε εἰς οὐρανόν. ὦ μεταβολῆς ἀγχιτρόφου. ὦ κοινῆς εὐδαιμονίας ἀρξαμένης τε ὁμοῦ καὶ πεπαυμένης.

CXLVII. ὥσπλησίον γάρ τι πεπόνθαμεν, οἷον εἴ τις ἀνδρὸς διψῶντος, καὶ προσάγοντος τοῖς χείλεσι φιάλην ψυχροῦ τε καὶ λαφανοῦς ὕδατος, γευσαμένου τὸ πρῶτον ἁρπάσας οἴχοιτο. ἡμᾶς δὲ εἴπερ ἐχρῆν εὐθέως στέρεσθαι, κρεῖττον ἦν μηδὲ μεταλαχεῖν τῆν ἀρχῆν· ἢ πρὸ τοῦ κόρου στερηθῆναι. νῦν δ' ἐχ' ἵνα ἀπολαύσαιμεν, εἰδότες, στένωμεν,

μὴν, γευσασιν ἀφείλετο. ὥσπερ ἂν εἰ τοῖς ἀνθρώποις δείξας τὸν ἥλιον ὁ Ζεὺς ἐπέσχε παρ' ἑαυτῷ, μηκέτι ποιῶν ἡμέραν.

mus, datus fuerit, vix deguſtantibus nobis fuit ademtus. Non aliter ſane ac ſi oſtenſo hominibus ſole, apud ſe tamen eum detineret Jupiter, diem illuceſcere non paſſus.

CXLVIII. Καί τοι καὶ ἓξ ἡλίκα ταὐτὰ μὴν ἔτι δρῶντος, τὴν αὐτὴν ἰόντος, ἐχ' ὁμοία τοῖς βελτίστοις ἡ χάρις· ἡ γὰρ ἐπὶ τῷδε λύπη βαπτίζουσα μὴν τὴν ψυχὴν, σωθολοῦσα τὴν γνώμην, ἀχλύν τινα καὶ τοῖς ὄμμασιν ἐπιφέρει, καὶ μικρόν τι διαφέρομεν τῶν ζώντων νῦν ἐν σκότῳ. εἶα γὰρ αὖθις ἐπεισῆλθε τῇ τοῦ βασιλέως σφαγῇ; σεμνοὶ μὲν οἱ τῶν θεῶν δημηγορήσαντες, ἱερεῖς δὲ ἐν εὐθύναις ἄδικοι, (οἷς δ' ἐθεραπεύθη τὸ δαιμόνιον ἱερεῖς.) καὶ ἃ τὸ πῦρ ἔλαβε, τούτων ἡ τιμὴ τίθεται· μᾶλλον δὲ ὁ μὲν ἐυπορῶν οἴκοθεν ἔθηκεν, ὁ δ' ἐκ ἐυπορῶν δεθεὶς τέθηκε. νέων δὲ οἱ μὲν καθεσκάφησαν, οἱ δ' ἡμιτέλεστοι γέλως ἑστᾶσι χριστιανοῖς ἔθνεσι μιαροῖς. Φιλοσόφων δὲ ἀνδρῶν αἰκίζεται σώματα, καὶ τὸ εἰληφέναι τι βασιλέως δεδόσθαι ὄφλημα γέγονε, καὶ πρόσεστιν αἰτία κλοπῆς. καὶ δὴ γεγυμνω-

CXLVIII. Et qvidem certe ſole licet eadem qvæ antea faciente, eademqve procedente via, non eandem tamen nunc à nobis Dii gratiam referunt. Ea enim, qvam ob Julianum ſentimus, triſtitia, animam ſubmergens, mentemqve obfuſcans, tenebras qvasdam oculis qvoq; offundit, nec multum ab iis qvi in tenebris nunc verſantur diſtamus. Qvæ enim poſt Imperatoris cædem denuo fuere invecta? In veneratione rurſum ſunt qvi contra Deos pro concione verba faciunt: Sacerdotes vero, qvi Deis ſacra fecerunt, injuſta judicia ſubeunt. Atqve iis qvæ igne abſumta ſunt ſtatuitur pretium: imo potius cui facultates ſuppetunt, ex iis qvæ habet pretium ſolvit, cui vero non ſuppetunt, carcere & vinculis ſolvit. Templorum autem alia everſa ſunt, alia ſemiperfecta ſtant, ludibrio impurorum Chriſtianorum expoſita. Philoſophorum porro excruciantur corpora. & crimen in illis eſt, ſi qvid ab Imperatore ſibi donatum acceperunt, furtiq; dica propterea illis ſcribitur. Et

æstate adulta meridiano tempore nudatus, solisqve radiis misere excruciatus, præter ea qvæ accepit, ea qvoqve qvæ nec accepisse eum, nec dare posse est evidens, dare tamen (Philosophus) cogitur. Non sane ut det, qvomodo enim id faciat qvod factu est impossibile? sed ut eo qvod non possit excruciatus atqꝫ exustus misere pereat.

CXLIX. Dicendi autem artis magistri qvi cum Magistratibus antea assidue versabantur, non aliter ac si homicidæ essent à foribus depelluntur. Juvenumqve qvi olim eos cingebant catervæ, talia videntes, à litteris, in qvibus parum præfidii esse vident, aversi, alia qværunt, in qvibus plus roboris esse putant. Curiales vero justissimum qvod patriæ qvisqꝫ suæ debent refugientes ministerium, immunitatem plane injustam affectant: nec est qvi hac ex parte peccantem retineat. Sectorum item omnia plena sunt, regiones in continenti terra sitæ, insulæ, vici, oppida, fora, portus, angiportus. Venduntqve domus, mancipia, nutritor, nutrix pædagogus, imo ipsæ progenitorum sepulturæ. Præterea ubiqve paupertas, mendicitas, lacrymæ: præstareqꝫ existimant agricolæ ut mendicos agant, qvam ut ruricolendo ope-

μῶ μέσῃ θέρους, ἐν μεσημβρίᾳ ταῖς ἀκτῖσι πιεζόμενον, πρὸς οἷς εἴληφεν, ἃ μήτε φαιδρότητα λαβὼν μήτε δύναμιν δῶναι, δίδόναι καὶ ἀναγκάζεται, ἐχ' ἵνα σῴῃ (πῶς γὰρ ἃ μὴ δυνατόν;) ἀλλ' ἵνα τῷ μὴ δύνασθαι, τρεβλούμενος καὶ φλεγόμενος καὶ κλαιόμενος.

CXLIX. Ῥητορικῆς ὃ διδάσκαλοι συζῶντες πρότερον τοῖς ἀρχαῖς ἔχουσιν, ἀπελαύνονται τῶν θυρῶν ὥσπερ ἀνδροφόνοι πλήθη ὃ νέων τὰ αὐτοῖς πρότερον, ταῦτα ὁρῶντες, φυγόντες ὡς ἀθεμίτους τοὺς λόγους, ἄλλην ἰσχὺν ζητοῦσι. βουλευταὶ ὃ τὴν δικαιοτάτην θεραπείαν ὑπὲρ τῶν πατρίδων ἀποδράντες, τὴν ἄδικον ἐλευθερίαν ἐδίωξαν. ὁ δὲ ἐπιχήτων τὸν πλημμελοῦντα οὐκ ἔστι. πάντα ὃ μεστὰ πρακτήρων, ἤπειροι, νῆσοι, κῶμαι, πόλεις, ἀγοραὶ, λιμένες, στενωποί. πωλεῖται δὲ οἰκία καὶ ἀνδράποδα, καὶ τροφοὺς, καὶ τροφὸς, καὶ παιδαγωγὸς, καὶ προγόνων τάφοι. παντάχοῦ δὲ πενία, καὶ πτωχεία, καὶ δάκρυα, καὶ τοῖς γεωργοῖς ἄμεινον εἶναι δοκεῖ προσαιτεῖν ἢ γεωργεῖν;

γεῖν· ὁ δὲ τήμερον δῶναι δυνάμενος, ἄυριον χρήζει τῶν δώσοντος.

CL. Σκύθαι δὲ, καὶ Σαυρομάται, καὶ Κελτοὶ καὶ πᾶν ὅσον βάρβαρων ἠγάπα ζῆν ἐν σπονδαῖς, αὖθις τὰ ξίφη θήξαντες ἐπιστρατεύουσι, ἀφανλέουσι ἀπειλοῦσι, δρῶσιν. διώκοντες αἴρουσι, διωκόμενοι κρατοῦσιν, ὥσπερ οἰκέται πονηροὶ, δεσπότου τελευτηκότος, ὀρφανοῖς ἐπανιστάμενοι. ἐπὶ τοῦτοις τίς ἂν, νοῦν ἔχων, ἐκείνας ἑαυτὸν ἐπὶ γῆς, καὶ καταχεάμενος τέφραν, καὶ τίλλων νέος μὲν ἴλλον, γέρων δὲ πολιὰς, αὐλόν τε καὶ τὴν οἰκουμένην, εἰ δεῖ δὴ τοῦτ' ἔτι προσειπεῖν αὐλὴν, πενθήσειεν; ἡ μὲν γε γῆ καλῶς τε ἤθετο τῶν πάθους, ἡ προσηκέσῃ κηρᾷ τὸν ἄνδρα ἐτίμησεν, ἀποσεισαμένη, καθάπερ ἵππος ἀναβάτην, πόλεις τόσας καὶ τόσας. Ἐν Παλαιστίνῃ μὲν πολλὰς, τὰς Λιβύων ἁπάσας. κεῖνται μὲν αἱ μέγισται Σικελίας, κεῖνται δὲ Ἑλλήνων πλὴν μιᾶς αἱ πᾶσαι, κεῖται δὲ ἡ καλὴ Νικαία. σείεται δὲ καὶ κάλλει μεγίστη, καὶ θαρρεῖν οὐδὲν τῶν μέλλοντος ἔχει.

ram navent: & ille cui hodie qvæ dare valeat ſuppetunt, cras ipſemet aliqvo à qvo accipiat habet opus.

CL. Scythæ autem cum Sauromatis Celtiſq; omnesqve omnino Barbari, qvi hactenus fœderum obſervantes vixere, gladios iterum ſtringentes bellum nobis faciunt, navibus adverſum nos advolant, minas ſpargunt, facinora edunt, noſtros perſeqventes cædunt, ſiqve ipſos perſeqvantur noſtri, ſuperiores diſcedunt: non aliter nimirum ac prava mancipia, qvi Domino fatis abrepto, orphanis relictis inſultant. Ob iſta qvæſo qvis ſana mente præditus corpore in terram proſtrato, cineribus ſeipſum obruens, & ſi juvenis lanuginem, ſi vero ſenex ſit canos vellens, & ſe ipſum & orbem habitabilem, ſi tamen iſtud adhuc meretur nomen, non lugeat? Ipſa certe terra qvantum pateretur damnum probe perſenſit, atq; decente luctu tantum virum proſecuta eſt, non aliter ac eqvitem eqvus, tot tantasq; urbes excutiens. Paleſtinæ nimirum qvamplurimas, omnes vero Libyæ urbes. Jacent maxima Siciliæ, jacent Græciæ, unico excepto opida omnia, jacet & pulcherrima illa Niceæa. Imo & concutitur urbs omnes alias pulchritudine ſuperans, de futuris fatis ſuis plane hærens incerta.

CLI. Et hæc qvidem à terra, vel si mavis, à Neptuno Juliano justa persoluta fuere. Ab Horis vero pestes & fames, homines pecudesqve perdentes, fuerunt immissæ: qvasi nimirum nefas esset eo ablato firmum orbem terrarum statum obtinere. Qvid mirum itaqꝫ, cum ita ista se habeant, si qvis, ut ego facio, mortuum se non esse, in damno reputet. Certe ego, non isto præmio summum illum virum ut afficerent, à Diis precibus meis contenderam: sed ut liberos gignere, summam senectutem pertingere, Imperio qvam diutissime præesse eum sinerent. Atqvi, O Jupiter, Lydorum Regum, qvi Gygis fuere progenies, hominis pollutas habentis manus, alius qvidem undeqvadraginta: Ipse vero impius ille satelles duodeqvadraginta annos implevit. Juliano vero tertium solummodo in summo imperio annum attingere dedisti, cui plus, aut saltem non minus temporis qvam magno illi Cyro concedi debuisset, utpote qvi non minus ac iste paterno in subditos animo esset affectus.

CLII. Verum enimvero, dum mihi in mentem revoco reprehensionem Juliani, qva in eos qvi in tentorio ejus, lacrymis indulgebant animadvertit; non dubito,

CLI. Ταῦτα αὐτῇ μὲν ἀπὸ τῆς γῆς, ἢ εἰ βάλει γε ὁ Ποσειδῶν. μετὰ δὲ αὖ τῶν ὡρῶν λοιμοὶ καὶ λιμοὶ, φθείροντες ὁμοίως ἀνθρώπους τε καὶ βοσκήματα· ὡς ἂν ἀνὴρ ἐκεῖνος μεθεῖναι νομίσειε τὰ περὶ τὴν γῆν. τί δ' ἂν θαυμαστὸν εἴ τις ἥδοιτο ὄντων τοιούτων, ὥσπερ ἐγὼ, ζημίαν ἡγεῖται τὸ μὴ τεθνάναι· καίτοι ἐγώγε τὰς θεὰς ἠξίουν ὑπὲρ ταύτης χεραίρειν τὸν θαυμαστὸν ἐκεῖνον, ἀλλὰ παίδων γενέσει καὶ γήρᾳ βαθεῖ, καὶ μήκει βασιλείας. ἀλλὰ Λυδῶν μὲν βασιλεῖς, ὦ Ζεῦ, σπέρμα Γύγου, τὴν χεῖρα δ' ἀκάθαρτος, ὁ μὲν εἰς ἔτη προῆλθεν ἐννέα καὶ τριάκοντα, ὁ δὲ εἰς ἑπτὰ καὶ πεντήκοντα. καὶ αὖτος δὲ ἐκεῖνος ὁ δυσσεβὴς δορυφόρος εἰς δυοῖν δέοντα τετταράκοντα. Τοῦτο δὲ τρίτον προσάψασθαι μόνον ἐπὶ τῷ μείζονι θρόνῳ δέδωκας, ὃν ἔδει πλείονι, εἰ δὲ μὴ, μή τοι γε ἐλάττονι ἢ Κύρῳ τὸν μέγαν ἀξιῶσαι χρόνῳ, τὰ πατέρων ἅμα καὶ αὖτὸν πρὸς τοὺς ἀρχομένους τεθηκότα.

CLII. ἀλλὰ γὰρ ἐννοήσας, τὴν ἐπιτίμησιν, ἣν τῶν ἐν τῇ σκηνῇ δακρυόντων καθήψατο, καὶ νῦν αὖτὸν ἡγοῦμαι τὴν ἐν τῷ θρή-

θρήνῳ μερίδα τῦ λόγυ μέμψαδζ. καὶ μοι δοκεῖ ἂν δεῦρο εἰσελθὼν, εἴπερ ἐνῆν, ζαιρίτοις ἂν πρὸς ἡμᾶς χρήσεδζ λόγοις. Τί ὅτι ζὴν ἐμὴν ὑμεῖς ὀδυρόμενοι πληγὴν, καὶ ζὸν ἐν τῇ νεότητι θάναζον; εἰ μὲν τὸ σωφέναι θεοῖς χεῖρον ἡγεῖδε ἢ τοῖς ἀνθρώποις, ὀκ εὐφρονεῖτε. εἰ δ' ὀκ οἴεδέ μοι ζαύτης μεζαδόδζ τ' χώρας, πάντ' ἀ μόνον ἀγνοεῖτε, καὶ πρᾶγμα πεπόνθαζε ἀτοπώταζον, τῦτον ἡκιζα εἰδότες, ὃν σφόδρα εἰδέναι πέπειδε. Ἔτι τοίνυν μηδὲ τὸ ἐν πολέμῳ καὶ ζὰ σιδήρυ δεινὸν ὑμῖν δοκείτω. ὅτως ἀπῆλθε Λεωνίδας, ὅτω Σαρπηδὼν, ὅτως Ἐπαμινώνδας, ὅτω Μέμνων οἱ τῶν θεῶν. Εἰ δ' ὁ χρόνος τῇ βραχύτητι λυπεῖ, φερέτω ζὴν μυθίαν ὑμῖν Ἀλέξανδρος ὁ Διός.

nunc qvoqve, eam Orationis meæ partem, qvæ in luctu versata est, eum plane esse improbaturum. Et certe mihi videtur, modo ejus rei ipsi daretur facultas, ad nos accedens, talibus adversum nos usurus fuisse sermonibus. Qvid qvæso est qvod meum plangitis vulnus, mortemqve in ipso juventutis flore mihi obvenientem? Si qvidem in deteriore conditione esse eos, qvi cum Diis, qvam illos qvi cum hominibus versantur censetis, parum sano vos uti judicio dixerim. Si vero me beata eorum habitatione factum esse participem non putatis, non tantum toto erratis cœlo, sed & rem plane absurdam admittitis, minime omnium cognoscentes eum, qvem vel maxime nosse estis persvasi. At ne hoc qvidem grave vobis videri debet, qvod in bello, ferroqꝫ occubuerim. Eodem modo excesit Leonidas, eodem Sarpedon, eodem Epaminondas, eodem Memnon, qvi in Deorum numero censentur. Si vero ob nimiam brevitatem tempus vobis molestum esse videtur, solamen vobis afferat Jovis Filius Alexander.

CLIII. Ζαῦτ' μὲν ἐκεῖνος. ἂν ἐγὼ ζ' τύτοις ἔχοιμ' ἄν τινα προσθεῖναι, ὃν μὲν πρῶτον καὶ

CLIII. Hæc qvidem ille. Mihi autem si qvædam istis adjicere liceat, hoc primum, idqꝫ longe maximum

ximum addam: immutabilem esse fatorum ordinem: Fatum vero Romanum orbem simile forte premit cum eo qvod olim Ægyptum. Et qvoniam infausta illi obtingere oportuit, felicitatis Autor deterrimo huic seculo sese subduxit, ne feliciter iis res suæ procederent, qvos misere vivere merito oportebat. Secundo reputare nobiscum debemus, qvod licet in Juventutis flore ablatus Julianus fuerit, omnem tamen Imperatorum ætatem gestorum magnitudine superaverit. Qvis enim Scriptorum tam multa, tamqve præclara, ullius eorum commemoravit facinora, licet vel triplo amplius qvam ipse vitæ spatium impleverint. Hoc itaqꝫ, gloriam ejus loco ipsius tehentibus est ferendum: Nec fatis ejus magis indolendum, qvam ob ea qvæ antecesserunt illa, lætandum est. Hic est qvi extra Romanum orbem versatus, simul tamen imperio suo eum complectebatur: & corpus qvidem in hostium terra, terram vero propriam suam sub imperio suo habebat: idemqve omnino ad omnes in officio continendos, sive absens esset, sive præsens, valebat. Neqve enim Barbarus qvisqvam fœdere rupto arma arripuit, nec ullus intestinus motus fuit tumultus, qvales complures, præsentibus qvoqꝫ Imperato-

μέγιστον· ὅτι γὰ μὴ τῶν μοιρῶν ἀνίκητα. μοῖρα ᾗ ἴσως ἐπέχει τὴν Ῥωμαίων, ὁποία ποτὲ τὴν Αἴγυπτον. καὶ ἐπειδὴ κακῶς μὴ ἔδει ταύτῃ γενέσθαι, εὐδαιμονίαν εἰσάγων ὑπεχώρησε τῇ φορᾷ τῶν χειρόνων, ὅπως μὴ ἓυ πράττοιεν, ὃς ἐχρῆν κακῶς. δεύτερον ἕτερον, λογιζώμεθα πρὸς ἡμᾶς αὐτοὺς, ὡς εἰ καὶ νέος ἀπῆλθεν, ἀλλὰ πᾶν γῆρας βασιλέων νικήσας ταῖς πράξεσι. τίνος γὰ ὕτω πολλὰ καὶ μεγάλα μνημονεύει τις, τριπλάσιον βεβιωκότος χρόνον; δεῖ τοίνυν αὐτ' ἐκείνῳ τὴν ἐκείνου δόξαν ἔχοντας φέρειν. καὶ μὴ διὰ τὴν τελευτὴν μᾶλλον ἀλγεῖν, ἢ διὰ τὰ πρὸ ταύτης μᾶλλον εὐφραίνεσθαι. ὅτός ἐστιν ὁ τὰ Ῥωμαίων γῆς ἔξω τε ὢν ὁμοῦ καὶ κρατῶν. καὶ τὸ μὲν σῶμα ἔχων ἐν τῇ πολεμίᾳ, τὴν δ' οἰκείαν ὑπὸ τῇ βασιλείᾳ· καὶ ταύτὴν δωρηθεὶς πρός γε τὸ πάντα ἡσυχάζειν, ἀπών τε ὁμοίως καὶ παρών. ὅτε γὰ βάρβαρος ὅπλων ἥψατο διὰ τὰς σωθήκας, ὅτ' ἔνδοθεν ἀνεφύη θόρυβος· ὅδε εἷς, ἅπα πολλὰ, καὶ βασιλέων ἐφε-

ἐφεσηκότων ἐτολμήθη πολλάκις. Καί τοι τοῦτο εἴτε φίλτρον, εἴτε φόβος ἐποίησεν· φόβος μὲν ἐπέσχε τοὺς βαρβάρους, φίλτρον δὲ τοὺς ὑπηκόους. πῶς οὐκ ἄξιον ἑκάτερον θαυμάσαι, καὶ τὸ τοῖς ἐναντίοις δέος ἐμβαλεῖν, καὶ τὸ τοῖς οἰκείοις εὔνοιαν ἐνθεῖναι, ἢ εἰ βούλει γε, ἀμφοτέροις ἀμφότερα.

CLIV. ἀκὴν καὶ τοῦτο τὴν λύπης ἀφαιρείτω, καὶ πρὸς τούτῳ γ' ἐκεῖνο, τὸ μηδένα τῶν ἀρχομένων ἔχειν πόθεν πρὸς αὐτὸν εἰπεῖν, ὡς ἄρα οὐχ ὑπὸ κρείττονος ἄρχοιτο. τίς γὰρ ἐκείνου δικαιότερος βασιλεύειν, (εἰ τὸν καὶ τῷ φρονεῖν καὶ τῷ δύνασθαι λέγειν, καὶ ταῖς ἄλλαις ἀρεταῖς διαφέροντα τῶν ἄλλων, τοῖς ἥττοσιν ἀγαθοῖς ἐπισταῖεῖν τε ἄξιον;) αὐτὸν μὲν οὐκ ἂν ἔγωμαι, τοὺς δὲ ἐκείνου λόγους ἔστιν ἰδεῖν τοὺς πολλοὺς, καὶ πάντας σὺν τέχνῃ. Καί τοι τῶν ἐν τῷ γράφειν καταγεγηρακότων οἱ πολλοὶ πλείους ἔφυγον λόγων ὁδοὺς, ἢ ὅσας ἐλθεῖν ἐθάρρησαν· ὥστε μὴ εἶναι πλείω φιλοτιμίαν αὐτοῖς ἐκ τῶν πεποιημένων, ἢ ψόγον ἐκ τῶν μὴ γεγραμμένων. ὁ δὲ πολεμῶν τε ἅμα καὶ πλάττων λόγους, πάσας μορφὰς καταλέλοιπεν, ἀ-

ribus, excitati haud raro fuerunt, Idqve ipsum partim amor, partim metus effecit. Metus enim Barbaras gentes, subditos vero amor continuit. Qvis vero admiratione dignum non censeat, qvod & hostibus metum injecerit, & amorem immiserit suis, vel si mavis ambo utrisqve..

CLIV. Hoc itaqve etiam luctum nobis imminuat: & præter hoc illud qvoqve, qvod nemo omnino inter subditos ejus inveniatur, qvi dicere de eo potuerit, qvod melior seipso non sit, qvem Dominum agnoscebat. Qvem enim magis fuisset æqvum, qvam ipsum rerum summæ præesse, si qvidem eum qvi prudentia & dicendi facultate, aliisqve virtutibus ceteros antecellit, iis qvi eo sunt istis omnibus inferiores imperare fas est? Ipsum qvidem non videmus amplius: Scripta tamen ejus complura cernere licet, maxima arte omnia concinnata. Enimvero ipsi illi qvi in scribendis libris consenuere, plures scribendi vias evitarunt, qvam ausi sunt usurpare: adeo ut non majorem laudem iis qvæ scripsere, qvam reprehensionem ob ea qvæ non scripsere meruerint. Julianus vero bellis simul gerendis scriptisqve concinnandis vacans, in omni dicendi genere aliqvid reliqvit, omnibus

omnes

omnes vincens generibus, in epistolis autem scribendis seipso qvoqve superior. Has ego in manus sumens solatium nanciscor. Hi fœtus ejus, ut facilius feratis dolorem, efficere poterunt. Hos ille immortales liberos reliqvit, qvos nunqvam tempus una cum illitis asseribus coloribus poterit abolere.

πάσας μὲν ἁπάσας νικῶν, τὰ δ' αὐτῷ τῇ τῶν ἐπιστολῶν. ταύτας ἐγὼ λαμβάνων παραμυθίαν πορίζομαι. διὰ τούτων ὑμεῖς τῶν ἐκγόνων τὴν λύπην οἴσετε. παῖδας τούτους ἐκεῖνος ἀθανάτους καταλέλοιπεν, ὃς οὐκ ἂν ὁ χρόνος δύναιτο μὴ τῶν ἐν ταῖς σανίσιν ἐξαλεῖψαι χρωμάτων.

CLV. Verum qvoniam imaginum mentionem injeci, (istud ea occasione referam): Multæ urbes Deorum eum specie repræsentantes haud secus ac ipsos Deos colunt. Qvin & nonnemo bona qvædem precibus ab eo efflagitavit, nec irritæ preces fuerunt. Adeo nimirum certum est ad eos illum abiisse, & ab ipsis potestatis Deorum redditum esse participem. Ideoqve rectissime omnino fecere, qvi primum de morte ejus nuntium lapidibus propemodum necarunt, utpote qvi mendacium contra eum, Deum qvippe, proferret. Solantur autem denique me ipsi etiam Persæ, picturis expeditionem ejus repræsentantes. Dicuntur enim eo cum fulminis igne comparato, fulmen pingentes, nomen ejus appositisse. Ostendentes scilicet, majora, qvam ab humana potentia proficisci qveant, mala, ab eo sibi illata fuisse.

CLV. ἐπεὶ δὲ εἰκόνων ἐμνήσθην, πολλαὶ πόλεις ἐκεῖνον τοῖς τῶν θεῶν μορφήσασαι εἴδεσιν, ὡς τοὺς θεοὺς τιμῶσι. καί τις ἤδη καὶ παρ' ἐκείνου ἤτησε δι' εὐχῆς τῶν ἀγαθῶν καὶ οὐκ ἠτύχησεν. ὅτως ἀτεχνῶς παρ' ἐκείνους τε ἀναβέβηκε, καὶ κρειττόνων δυνάμεως παρ' αὐτῶν ἐκείνων μετείληφε. βέλτιστοι δὴ ἄρα ἦσαν, οἱ καὶ τὸν πρῶτον ἄγγελον τοῦ τελευτῆς μικρὸν καταλεύσαντες, ὡς θεὸν καταψευδόμενον. μεμαθήκασι δέ με καὶ Πέρσαι γραφαῖς αὐτῶν δηλοῦντες τὴν στρατολήν. λέγουσι γὰρ αὐτὸν εἰκάσαντες κεραυνῷ πυρὶ, γράψαντες κεραυνὸν προσγράψαι τοὔνομα. δεικνύντες ὡς μεῖζον φύσεως ἀνθρωπίνης ἀφῆκεν εἰς αὐτὸν κακά.

CLVI.

CLVI. Τοῦτον ἐδεξαῖο μὲν τὸ πρὸ Ταρσῶν τῆς Κιλικίας χωρίον, εἶχε δ' ἂν δικαιότερον τὸ τῆς Ἀκαδημίας πλησίον Πλάτωνος· ὡς αὐτῷ καὶ τοῦτο τῶν ἀεὶ νέων τε καὶ διδασκάλων, ἃ καὶ τῷ Πλάτωνι τελεῖται. Τοῦτῳ ποιεῖν σκόλια, τούτῳ πᾶν εἶδος ἐγκωμίων, τοῦτον σύμμαχον ἐπὶ βαρβάρους, ἀρχομένους πολέμων, καλεῖν. ὃς ἔχων τὸ μέλλον ἅπαν ἐκ μαντικῆς ἐλεῖν, τὸ μὲν εἰ κακώσει Πέρσας ᾠήθη δεῖν προμαθεῖν, τοῦδ' εἴ πως ἐπαινέσιν ἀντιξίωσεν, ἔργῳ δείξας ὅτι δόξης ἦν ἀ ζωῆς ἐπιθυμητής. βασιλεύσας μὲν ἂν ὑπὸ τοιαύτης ἀρετῆς πάντων εὐδαιμονέστατον. Ἐστεμμένους δὲ Φάρμακον δεῖ ποιεῖσθαι τὸ λύπης τὸ κείνου κλέος· ὃν καὶ μετὰ θεῶν ὀμνύναι ἐπὶ σήματος ἀστομένους μάλ' ἔνλογον, ἤ τις, τῶν βαρβάρων τοὺς παρ' αὐτοῖς δικαιοτάτους. ὦ δαιμόνων μὲν τρόφιμε, δαιμόνων δὲ μαθητά, δαιμόνων δὲ παρέδρε· ὦ μικρὸν μὲν τῆς γῆς μέρος καλέχων σῶμα τάφος, πᾶσαν δὲ τῷ θαύματι

CLVI Atq; eum qvidem Tarsi in Cilicia cepit suburbanum, at multo majori jure in Academiæ qvodam loco, Platonis sepulchro proximo, tumulatus fuisset: adeo ut eadem qvæ Platoni, juvenes pariter & eorum magistri persolverent, huic scholia, huic Pæanes, huic omne encomiorum genus conficerent: hunc ut contra Barbaros sibi adsit, bella ordientes invocarent. In cujus potestate cum esset futura omnia vaticinandi artis anxilio prænoscere; de eo qvidem sciscitandum duxit, an Persarum res concutere atq; affligere sit valiturus, non vero de eo an salvus ipsemet sit redituru, reipsa ostendens non vitæ sed gloriæ cupidum sese esse. Summæ itaq; omnino felicitatis est Imperio subesse tanta virtute administrato. At vero illo nobis erepto ex gloria ejus nostro luctui medela qværenda est. Per qvem etiam busto ejus imposita manu una cum reliqvis Diis jurare, multo magis rationi est consentaneum, qvam qvod Barbari qvidam faciunt per eos qvi justissimi apud illos reputantur. O Deorum Alumne, Deorum vero etiam discipule, imo & Deorum adsessor! O tu qvi exiguam qvidem terræ partem corporis exuviis, universum autem orbem admiratione tui ad imples!

O hostium armorum pugnarumqꝫ virtute, civium autem tuorum sine præliis Victor! o Parentibus magis qvàm liberi, liberis qvàm Parentes magis, fratribus magis qvàm fratres desiderabilis! o maxima ausæ, majora vero adhuc ausure! o Deorum auxiliator, Deorumqꝫ discipule! O omnium voluptatum, præterqvam earum qvæ ex litteris & eloqventia nascuntur, contemtor, hæc tibi à nostrâ habeto eloqventia, perqvam exigua qvidem, sed qvæ tamen magna tibi (dum viveres) videbatur.

τὴν οἰκειμένην. ὦ νενικηκὼς μάχας μὲν τὰς ἀλλοφύλους, ἁμαχεὶ δὲ τὰς ὁμοφύλους· ὦ πατράσι μὲν παίδων. παισὶ δὲ πατέρων, ἀδελφοῖς δὲ ἀδελφῶν ποθεινότερος· ὦ μεγάλα μὲν δράσας, μείζω δὲ μέλλων· ὦ θεῶν μὲν ἐπίκουρε, θεῶν δὲ ὁμιλητά· ὦ πάσας μὲν ἡδονὰς καταπαλήσας πλὴν ὅσαι λόγων, ταῦτί σοι καὶ τῶν ἡμετέρων λόγων τῶν μικρῶν, ὃς αὐτὸς ἦν μεγάλως.

CAPUT X.

DE LIBANIO Sophista, ejusqve scriptis.

Libanii vita. 1. *Scripta qvæ Tomo utroqve editionis Morellianæ continentur.* 2. *Alia edita qvæ in illa editione desiderantur.* 3. *Scripta Libanii inedita.* 4. *Index eorum ad qvos Libanii Epistolæ.* 5. *Editio Operum ejus Romæ promissa, & de qvibusdam illius scriptis deperditis.* 6.

1.

LIBANIUS natus est A. C. 314. a) Antiochiæ ad Orontem, familia antiqva & nobili: patrem *Phœnicium* appellat Svidas, b) sed hocce avunculo c) Libanii alteri, (alter

a) Papebroch. Act. Sanctor. T. 2. Junii p. 821. 942. Jac. Gothofredus ad Codicem Theodos. T. 1. p. 353. Tillemont. Histor. Imperatorum T. IV. in vita Juliani cap. 26. not. 13. Libanius ipse T. 2. p. 153. 162. 172.

b) Svidas in Λιβάνιος, qvem seqvitur Jo. Gvil. Bergerus V. C. diss. primâ ex illis sex qvas de Libanio juvenis edidit Witebergæ A. 1696. seq.

c) Libanius de vita sua (qvam sexagenarium scripsisse se p. 19. testatur) T. 2. p. 6. & 40. & Orat. XXIV. p. 534. Qvinqvagesimi anni tempora Joviniani attingentis p. 46. & qvinqvagesimi septimi sub Valente, p. 48. meminit.

(alter major natu *Panolbius* appellabatur) nomen fuit. Proavus divinandi arte insignis * latine d) etiam nonnulla vulgaverat, unde Italus qvibusdam, sed falso visus est. Avus maternus paternusqve dignitate & eloqventia insignes, paternus cum Brasida fratre peremtus ferro e) jussu Diocletiani A. C. 303. post Eugenii Tyranni tumultum. Libanius è tribus filiis Parentis sui medius natu, qvinto decimo ætatis anno totum se literis tradere cupiens in ἐιδωλα Σοφιςῶν f) *umbras* qvasdam *Sophistarum* incidisse se qveritur. Hinc ab idoneo Magistro *† adjutus, privata industria veteres scriptores versari Antiochiæ cœpit, atqve inde cum *Jasione* Cappadoce petiit Athenas, ibiqve commoratus ultra qvadriennium, usus est familiari *Crispino* Heracleota, à qvo deinde Nicomediæ libris locupletatum se ** celebrat, & *Diophanti* scholas g) licet rarius adiit. CPoli insinuavit se in amicitiam Nicoclis Lacedæmonii (Grammatici qvo Magistro Julianus Imp. usus est) & Bemarchii Sophistæ. h) Reverso Athenas ac munus Professoris ambienti, qvod jam ante ei XXV. nato annos i) Proconsul destinaverat, Cappadocem qvendam k) præferri contigit. Sed à Dionysio Siculo Syriæ pridem præfecto excitatus, editis CPoli eloqventiæ specimini-bus brevi in ore omnium ac laudibus fuit, ut octoginta amplius auditores colligeret, duobus Sophistis l) qvi tunc thronum ibi obtinebant, incassum frendentibus & Bemarchio frustra orationibus æmulis m) cum eo contendente, & qvum non vinceret confugiente

* Supra p. 183. d) Liban. T. 2. p. 2.

e) ibid. & Orat. XII. p. 399. XIII. p. 410. 411.

f) de vita sua pag. 4.

*† Hic videtur qvem ab Imp. Constantii ira liberavit Libanius, ut refert p. 34.

** id. p. 20. g) Eunapius in Libanii vita. Svid. in Λιβάνιος.

h) Libanius T. 2. pag. 12. 13. i) id. p. 10.

k) id. p. 14. suspicetur aliqvis Julianum Cappadocem intelligi, de qvo Eunapius, sed obstare videtur qvod Julianus iste Magister fuit Diophanti, adeoqve debeat jam diu ante docuisse. Forte Eustathius de qvo Eunap.

l) Hos p. 15. Libanius ita describit: Τῶ μὲν Σοφιςᾶ κακῶς ἐπενθείτην, ὁ μὲν ἐδὲ ἀνθήσας ἀρχὴν, ὁ δ' ἀπηνθηκώς.

m) p. 16. seq.

ad frigidam de Magia n) calumniam. Deniqve circa A. 346. Limenii præfecti ope expulsus urbe ab æmulis, Nicæam ac mox Nicomediam o) Athenas Bithyniæ se contulit, ubi bene dicendi laude magis magisqve probari omnibus, pulchriusqve inclarescere & Julianum * si non auditorem at orationum suarum lectorem & admiratorem habere cœpit. In eadem urbe Aristæneti p) unius amicitiam testatur sibi jucundissimam fuisse, & qvinqve qvos in illa exegit annos, q) totius vitæ suæ ver, aut si qvid vere cogitari potest jucundius, appellat. Tractus inde iterum CPolin r) & Nicomedia subinde revisa etiam CPoleos pertæsus, in qva Phœniceem † ac Zenobium †† Sophistas æmulos reperit, licet Strategio *† præfecto Orientis in Domitiani locum constituto patrono utebatur, nec Athenienſem qvi ei patebat thronum ob invidiam æmulorum s) ausus amplecti, à Gallo Cæsare impetravit veniam ad qvatuor menses Antiochiam patriam t) revisendi, in qva deinde post Gallum A. 354. interfectum per totam vitam hæsit ac substitit, plurimosqve eloqventiæ sacris initiavit, Juliano u) Imperatori valde dilectus, qvi eum & audivit libenter dicentem, & benigne excepit, & in scriptis suis est imitatus. x) Ab eodem Qvæstoris ornatus munere, & non paucis Epistolis, qvarum postrema per novissimam adversus Persas expeditionem ab Imp. scripta y) adhuc exstat,

n) p. 17. Etiam alterius calumniæ περὶ τὰ μειράκια meminit Eunapius pag. 132. qvam Libanius T. 2. pag. 5. à se declinat, suam ἐν ὥρᾳ σωφροσύνην celebrans. Λέγω γὰρ, inqvit, σωφροσύνης περὶ θαῤῥοῦντως, ζώντων ἔτι μοι μαρτύρων, οἱ βλομένων ὑμῶν ἀναστάντες μαρτυρήσουσιν. Calumnia περὶ γοητείας repetita Nicomediæ p. 26. & CPoli iterum p. 34. seq. illa enim duo capita mulierum eo in loco ad Magiam pertinent.

o) id. p. 19. seq. * Socrates III. 1.

p) id p 21. Hunc Aristænetum terræ natu Nicomediæ A. C. 358. oppressum luget p 40. & Epist. 50. 52. Vide & Epist. 99.

q) p. 19. adde p. 28 ubi narrat qvo desiderio Bithyniæ, CPolin reversus flagraverit.

r) id. p. 27. seq. † p. 32. seq. & 39. †† p. 35. *† p. 37.

s) p. 30. seq. t) p. 31. u) p. 40. seq.

x) Libanius T. 2. p. 152. 184. & 264. & Epist VIII. ad Celsum, & XLIII. ad Julianum inter Wolfianas. Vide & Svidam in Λιβάνιος.

y) Epistola Juliani XXVII. est ad Libanium Sophistam & Qvæstorem. Exstant etiam plures Libanii ad Julianum Epistolæ. Et legatio ad Julianum ac Panegyricus Juliano dictus, de qvibus infra,

ſtat, decoratus, tanto magis necem ejus doluit z) in flore ætatis extincti, à qvo & idolorum cultui & ſtudiis ſuis certum ac diutûrnum præſidium ſibi promiſerat. Per alectryomantiam inde cum Jamblicho juniore Procli magiſtro de ſucceſſore Valentis ſciscitatum eſſe Libanium a) rumor fuit, unde ejus crudelitatem vix effugit, b) ℣ Irenæo de innocentia Libanii teſtante. Similiter ex altera calumnia feliciter expeditus beneficio Lupicini Ducis, cum à Fideli ſive Fiduſtio inimico delatus fuiſſet velut qvi Procopii Tyranni c) ſcripſiſſet Encomium. Neqve tamen gratia Valentis omnino caruit, qvem & oratione d) celebravit, & confirmationem Legis e) de naturalibus liberis à paternorum bonorum ſucceſſione non penitus excludendis impetravit, qvam privata ex cauſa haud dubie ab imperatore expetiverat, nam ut Eunapius f) auctor eſt, concubina uſus, legitimam uxorem nunqvam duxit. Cæteram vitam inter varias moleſtias æmulorumqve injurias & temporum Antiochiæ ut dixi ad ſeram usqve ætatem exegit, qvod ipſe in Vita ſua prolixe commemorat, licet morum illius Urbis pertæſus de alio domicilio annis jam provectior cogitare ſe ſcribit Epiſtola X. ad Euſebium. Perduravit ibi tamen, & variis occaſionibus præclare meritus de urbe illa eſt, ſive tumultus ſedando, animosqꝫ civium ægros demulcendo, aut Impp. Julianum & Theodoſium urbi reconciliando. Arcadii etiam tempora attigiſſe, hoc eſt annum ætatis ſeptuageſimum ſuperaſſe colligunt viri docti ex Oratione Libanii in Lucianum, & Cedreni teſtimonio. Eiqve ſententiæ aſſentitur, cui Orationes hujus Sophiſtæ qvas præſenti capiti Græce & Latine præmiſi, in lucem vindicatas & erudita verſione illuſtratas debes, Vir neſcio ſacrarum & humaniorum literarum exqviſita ſcientia, an

z) Vide Libanii Ἐπιτάφιον in Julianum & orationem de vindicanda ejus cæde nec non Epiſtolam 7. ad Ariſtophanem in centuria editarum à Clariſſ. collega meo J. C. Wolfio, in qva p. 16. pro τραφόμεν@ è MS. legendum γραφόμεν@ ipſe alibi monuit.

a) Zonaras Annal. p. 744. Cedrenus p. 257.

b) Libanius T. 2. p. 56. adde p. 556. Ex ſiderum motu conjectari futura poſſe non negat Libanius lib. 1. Epiſt. ad Euſtolium. Oniroeriticæ | qvoqve operam tribuiſſe colligas ex T. 2. p. 74.

c) Libanius T. 2. p. 54. d) id. p. 48.

e) Vide Jac. Gothofredum ad Codicis Theodoſ. lib. 4. tit. 6. T. 1. p. 353.

f) Eunapius in Libanio: γάμῳ δὲ κὰι ὕτι@ ἠμέλησε, πλὴν ὅσα γε αὐτῷ γυνή τις ξυνῆν, ὐκ ἀπὸ ὁμοίας τῆς ἀξιώσεως. Hujus mortem luget, pliiqve ex ea ſuscepti meminit Libanius in vita T. 2. p. 82.

judicio & probitate venerabilior D. Gotfridus Olearius in prælectionibus MSS. * qvibus vitam hujus Sophistæ, cum utramqve Lingvam in patria Academia profiteretur, expositit. De Christianismo Libanii fabulam si lubet cognoscere, en qvæ de illo Vincentius Bellovacensis in speculo Historiali XIV. 44. *Omni populo* (Cæsareæ, præsente S. Basilio) *festivitatem agente usque ad finem qvatuor dierum, omnibusque in Ecclesia congregatis, ecce Libanius Juliani Quæstor fuga usus* (ex conflictu cum Persis) *venit in civitatem, & audiens congregationem populi in Ecclesia, eo advenit, annuncians impiam mortem Tyranni*, (Juliani) *& dicens quia cum secus Euphratem fluvium esset, & relicta nocte septem excubiæ militum custodiebant eum, venit quidam ignotus miles cum armis suis & lancea, qui valido & terribili impetu perfodit eum. Et subito ascendens nusquam comparuit. Ille vero miserrimus diram atque horribilem miserationem emittens cum blasphemo clamore exspiravit. Narravit etiam & per ordinem visionem* (de Juliano per S. Mercurium interficiendo, de qva cap. 43. supra p. 149.) *quam & ipse* (præter S. Basilium) *in jam dicta nocte viderat, procidensque genibus Basilii, postulabat baptizari, quod consecutus, contectalis factus est Basilii.* Sed misso fabuloso scriptore Vincentio ad Libanii scripta recensenda pergamus.

II. Plurima Libanius scripsit, & tum in demonstrativo tum in deliberatio genere orationes varias composuit habuitqve, nec minus fictas declamationes ac controversias, ut ipse non diffitetur in Antiochio Tom. 2. Pag. 332. ἐμοὶ δ' εἰ πλεῖτα δὴ τῶν νῦν ὄντων συγγράμματα πεποιηκὼς, καὶ ἃ μὲν ἐπαινέσας, τοῖς δὲ συμβουλεύσας ἃ δὲ ἠγωνισμένος ἐν πλάσμασιν. Ex his non pauca, qvæ potuit reperire, duobus Tomis Græce & Latine edidit *Federicus Morellus* † *Priore Tomo* Paris. 1606., fol. continentur Progymnasmatum exempla & declamationes.

I. Mu-

* In his inter alia præclare observat in Libanii Orat. de vita sua T. 2. p. 18. per urbem Bacchi sive τὴν Διονύσου intelligi Nicæam, cujus conditor Διόνυσος sive Bacchus, passim in numis & apud Dionem Chrysostomum Orat. 29. de concordia Nicæensium p. 485. Per urbem Cereris autem sive τὴν Δήμητρος apud eundem Libanium pag. 19. significari Nicomediam, cujus Dea πολιοῦχος Ceres apud Harduinum in numis Urbium illustratis p. 2. 282.

† A multis viris doctis jam notata est latina versio Morelli tanqvam obscura sæpe & à sensu Libanii innumeris in locis abhorrens. Itaqve qvi novam hujus scriptoris editionem adornare voluerit, ei versio erit in bene multis, Tomo præsertim secundo

Progymnasmatum exempla qvidem sunt:

I. Μῦθοι *fabulæ tres* 1. de lupis ab ovibus pacem petentibus, 2. de testudine cursu cum eqvo contendente & 3. de monedula cæterisqve avibus formâ cum Jove contendentibus.

II. Διηγήσεις *narrationes tres* 1. de Hercule pro Dejanira cum Acheloo luctante, 2. de flore Hyacintho & 3. de Alpheo & Arethusa.

III. Χρεῖαι *Chriæ tres* 1. de Alexandro Rege qvi rogatus de thesauris suis amicos demonstravit. 2. de facto Diogenis qvi adolescentem videns petulantem, pædagogo verbera inflixit. 3. de Isocratis dicto, radices disciplinarum amaræ, fructus vero dulces.

IV. Γνώμη, duplex elaboratio *Sententiæ* Homeri Iliad. β. 24. ἀ χρὴ παννύχιον εὕδειν βουληφόρον ἄνδρα. *Dedecus est totam consultum sternere noctem.*

V. Ἀνασκευὴ *Confutatio*, non esse verisimile Chrysen perveniisse ad navale Græcorum.

VI. Κατασκευὴ *Confirmatio*, Verisimilia esse qvæ traduntur, 1. de armis Achillis 2. de ejus ira.

VII. Κοινοὶ τόποι *Loci Communes* 1. contra homicidam. 2. contra proditorem, 3. in Medicum veneficum, 4. contra tyrannum, 5. pro tyrannicida.

VIII. Ἐγκώμια *Laudationes* 1. Ulysis, 2. Achillis, 3. Diomedis, 4. Thersitæ, 5. Demosthenis, 6. Agriculturæ, 7. Justitiæ, & 8. bovis, συγγραφικῷ χαρακτῆρι, historico non Oratorio stylo.

IX. Ψόγοι *Vituperationes* 1 Achillis, 2. Hectoris, 3. Philippi, 4. Æschinis, 5. Opulentiæ, 6. Inopiæ, 7. Iræ & 8. Vitis.

X. Συγκρίσεις, *Comparationes* 1. Navigationis sive mercaturæ nauticæ & agriculturæ, 2. Achillis & Diomedis, 3. Ajacis & Achillis, 4. Demosthenis & Æschinis, 5. Ruris & Urbis.

XI.

eundo retexenda. Narrant tamen Morellum tanta intentione animi interpretando huic scriptori operam dedisse, ut nec nuncio de uxore sua in agone mortis constituta ab eo abstterreri se fuerit passus, si credimus Is. Vossio apud Colomesium pag. 99. Opusc. *J'ay appris de Mr. Vossius, qûe Federic Morel travaillant sur Libanius, quelcun luy vint dire que sa femme estoit fort malade; à quoy il répondit:* je n'ay plus que deux ou trois periodes à traduire, aprés cela je l'iray voir. *Quelcun retournant luy dire qu'elle s'en alloit*, je n'ay plus que deux mots, *dit il*, je seray aussi tost que vous. *Enfin comme on luy vint annoncer, que sa femme estoit morte*, j'en svis bien marry, *répondit il froidement*, c'estoit une bonne femme.

1) *Epistolarum* multæ centuriæ * in variis Bibliothecis (ut lib. 2. c. 10. n. 3. dixi) adhuc delitescentes, atqve vel à C. V. Joanne Boivino, vel ex illustris Viri Friderici Rostgaardi Bibliotheca vel in nova qvam Romæ parant Libanii editione vulgandæ. Atqve in Epistolis inprimis probatum Libanium fuisse, etiam veterum testimonio Eunapii & Cod. 90. Photii constat, idqve ipsa earum lectio perito lectori facile persvadebit, sunt enim plenæ Attici salis ac leporis, atqve acuta brevitate non minus qvam eruditis pulchrisqve sententiis ubiqve se commendantes.

2) *Orationes* complures, ut in Codice Bibl. Barberinæ optimæ notæ in charta bombycina & correctissime scripto, ex qvo fere omnia Libanii etiam edita dari posse castigatiora atqve integriora Allatius ** testatus est,

Περὶ τῶν Φαρμάκων. Incipit: ἡ μὲν μεγίστη μοι λύπη.
Ὑπὲρ ἑαυτῦ, πρὸς τὴν πρὸς Ἀντίοχον συνηγορίαν. Incipit: οἱ μὲν βέλτιστοι οἱ ἐν τῇ πόλει.
Πρὸς Αὐξέντιον. Incipit: Ὁρῶν σε πρὸς τὰ τῦ πατρὸς, ὦ φίλτατε.
Πρὸς τὴν βουλήν. Incipit: Ὅσοις μὲν πρὸς ὅσα ἐχρησάμην ὑπὲρ ἡμῶν,

* *Epistolam Libanii DCCCXLI, ad Severum* allegant Benedictini notis ad Ambrosium T. 2. p. 64. Valesius ad Ammian. XXIX. 1. *Epistolam ad Hierocles CCLXXXIV. libri II.* In Bibl. Vindobonensi teste Lambecio VI. p. 255. Codex membranaceus Epistolarum CCCCXVIII. & alius Chartaceus Epistolarum CCLXXXIX. Ex delectu Georgii Lecapeni à qvo CCLXIV. Libanii Epistolas selectas habuit Allatius, prima ad Clearchum incipit: Ἐμελλον γράφων δεήσεσθαι. Codicem MS. Cardinalis Casanatæ memorat Schurzfleischius ὁ μακαρίτης T. 2. Epist. arcan. 69. p. 102. Doctissimus Jo. Boivinus Libanii Epistolas edere, multasqve jam vertisse se pridem testatus est præf. ad Nicephorum Gregoram. Et illustrem Rostgaardum eadem de causa omnes Italiæ Bibliothecas lustrasse accuratius, notavit Montfauconus in Diario Italico p. 25. Habeo & ipse ultra ducentas adhuc ineditas beneficio Rev. D. Godfridi Olearii, qvi ex Codice Bodlejano illas descripsit.

** Allatius præf. ad excerpta Rhetorum Græcorum,

Ὑπὲρ Ὀλυμπίου. Incipit: Οὐκ ἂν ἔτι δυναίμην ἐνεγκεῖν τὰς ἐμὰς δυναμώσεις.

Κατὰ Σιλβανοῦ. Incipit: εἰδὲν θαυμαστὸν Σιλβανὸν τὸν Γαυδεντίου καλῶς με λέγειν.

Κατὰ Ἰκαρίου, δεύτερος. Incipit: Πάλαι μὲν ἴσως ἔδει καὶ ἐμὲ κατηγορεῖν. Prior adversus Icarium invectiva exstat Tom. 2. edit. Morellianæ p. 400.

Περὶ τοῦ μὴ ληρεῖν. Incipit: Πολλάκις ἐν τῷ τῶδε δικαστηρίῳ λήρου ὑπ' αὐτοῦ κεκλημένου.

Πρὸς τὸν βασιλέα. Incipit: Τὸ μὲν σὸν, ὦ βασιλεῦ, μέρος καὶ τοῦ μὴ σὲ τοῖς ἄλλοις.

Ὑπὲρ Θαλασσίου. Incipit: Ὑβρισθέντι φίλῳ, καὶ κωλυθέντι τυχεῖν, ὧν εἰκότως ἄν.

Πρὸς Εὐσάθιον τὸν Καρα. Incipit: Ὑπεχόμην ἐπαινέσεσθαι τὸν χθὲς τὰ λεγόμενα. Adversus hunc Eustathium forte, non Cappadocem est Oratio edita T. 2. edit. Morellianæ p. 546.

Atqve in alio Codice Bibl. Vaticanæ περὶ Θρασυδαίου. Incipit: Καλῶς ἐποίησας, ὦ Νικόκλεις, ἀπιστήσας ταῖς καθ' ἐμοῦ.

Πρὸς Πολυκλέα. Incipit: Ὅτι μὲν εἶναί τι δεῖ τὸ τὴν σωτηρίαν ἀνελόν.

Πρὸς Εὐμόλπιον. Incipit: Ἦναι μὲν σοι φίλος, καὶ πολὺν ἤδη χρόνον Εὐμόλπιε.

Πρὸς Τιμοκράτην. Incipit: Ἀφῖξαι μὲν ἡμῖν ἀπὸ τοῦ θεάτρου Τιμοκρατες.

Κατὰ τῶν πεφευγότων. Incipit: Τὰ μὲν ἀγγελλόμενα πάντες ἀκούομεν.

Κατὰ Σευήρου. Incipit: Πάρεισι μὲν οἱ δικάσοντες ἡμῖν, ὑπήκουσαν.

Περὶ τοῦ πλέθρου. Incipit: Ἐπειδὴ πολλοὺς ὁρῶ χάριν εἰδότας Πρόκλῳ τῷ προθήκης.

Ἀντιόχῳ τῷ Σαμυθητικός. Incipit: Ἠγοῦμαι προσήκειν ἐν τοῖς πενθοῦσι μόνον.

3) *Declamationes* variæ sive μελέται, ut in eodem Barberino Codice:

Κωλύσει Σωκράτην ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ διαλέγεσθαι, καὶ ἀντιλέγει τις. Incipit: χαλεπὸν μὲν εἰπεῖν τι καὶ τῶν πάνυ δικαίων.

Φιλάρ-

Φιλάργυρος ἐραθεὶς ἑταίρας καὶ μισθὸν ἀπαιτήσας ἑαυτὸν ἀπαγγέλλει. Incipit: Εἰ μὴ καὶ ὑμεῖς ἀργύριον, ὦ βουλή, ἔπεισέ μ' εἰς πράξεσθε, ἥδιστ' ἂν μηδὲν διδάς.

Ἐγράψαλό τις τὸν ἑαυτοῦ παῖδα βουλεύσεως, ὁ παῖς ἄκριτος ἀποθανεῖν ἀξιοῖ καὶ τὸν περὶ τῶν ἀκρίτων νόμον. Incipit: Τὸ μὲν ἔν, ὦ πολῖται, μὴ πρὶν εἶναί μοι καιρόν.

Et in Bibl. Vaticana: Μετὰ τὰ ἐν Χαιρωνείᾳ Φίλιππος ἐζήτησε τὸν Δημοσθένην, ὁ δῆμος ἤτησε πέντε ἡμέρας εἰς παράσκευην, ἐν ταύταις ὁ Δημοσθένης ἀποθανεῖν ἀξιοῖ. Incipit: Οὐ μὲν ἐβουλόμην, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, ἑρόπον ἀποθανεῖν.

Νόμος ἦν, μὴ δύο τυράννους καὶ τοὺς παῖδας ἀποσφάττεσθαι. Ἕτερος νόμος, τὸν τυραννοκτόνον σώζειν, εἰ βούλοιτο αἰτεῖν. Γυνή τις τὸν ἑαυτῆς ἄνδρα τυραννοῦντα ἀποσφάξασα, εἰς δωρεὰν αἰτεῖ τοὺς παῖδας. Μελετῶμεν τὸν ὑπὲρ τῆς τυραννοκτόνου λόγον. Post protheoriam incipit: Ἔδει μέν, ὦ ἄνδρες, τὴν ἀτιμίαν τοὺς νόμους προδεδωκέναι.

Plures uti Epistolas Libanii ita Orationes qvoqve & declamationes exstare MSS. in Bibl Cæsarea Neslelius annotavit, testatus etiam Scholia Græca subinde in margine adsperſa esse.

Scripta Libanii deperdita.

Qvanqvam tot & tam multa, ut jam retuli, Sophistæ hujus scripta servata sunt, non dubium tamen, plures ejus uti Epistolas sic orationes qvoqve periisse, ex qvibus hæ paucæ modo a me commemorabuntur:

Λόγος κατὰ τῶν παιδαγωγῶν, scriptus Nicomediæ adversus calumnias pædagogorum. Socrates lll. 1. Hist. Eccles.

Oratio de laudibus Imp. Valentis. Meminit Libanius ipse in vita sua T. 2. Opp. pag. 48.

In mortem Eusebii (Viri Consularis, fratrisqve Hypatii) id. pag. 60.

In laudem Richomeris Ducis. id. p. 69. 70.

Ad Antiochenos, tempore caritatis annonæ. id. p. 67.

Oratio triduo composita in Lynochi laudes Bithyniæ præfecti me-

moratur à Libanio libro tertio Epistolarum à Zambicario Latine versarum, Epistola 247. ad Anatolium.

In laudes Clearchi. lib 1. Epist. 40. ad Clearchum.

Laus Philarchi. id. III. 40. Epistola ad Philarchum.

Laus Spectati. id. III 258. Epist. ad Anatolium.

De ratione cum laude imperandi, scripturum se promittit Libanius III. 87. Epist. ad Hysabium.

Dialogum ad Gorgiæ Palatonici imitationem compositum memorat lib. 1. Epist. 64. ad Aphemium.

Fuere etiam qvi ad Imp. Valentem deferrent scripsisse eum laudes Procopii Tyranni, id tamen factum à se negat in vita p. 54.

Variæ συμβολαὶ ad Imp. Theodosium habitæ, qvarum meminit Libanius in Oratione pro Ethnicorum templis, subinit.

Nova editio Operum Libanii, Romæ promissa.

Jam Anno MDCCXII * spes facta est novæ operum Libanii editionis, sex Voluminibus in fol. parandæ ab Abbate Leonhardo Adami, atqve meliore versione & longe pluribus Orationibus declamationibus & Epistolis hactenus ineditis ex Vaticana & aliis Italiæ Germaniæqꝫ Bibliothecis locupletandæ. Qvanqvam vero primus tomus eodem anno proditurus promittebatur, nec dum tamen qvod sciam hoc qvo ista scribo anno MDCCXV. præla evasit. Qvandocunqve autem absolvere opus hoc erudito editori feliciter dabitur, jucundissimum haud dubie omnibus Atticæ Eloqventiæ & eruditæ Antiqvitatis studiosis munus offeretur.

CAPUT XI.

De S. EPIPHANIO & aliis Græcis scriptoribus, qvi Hæreticorum historiam tradidere.

S. Epiphanius Constantiæ Cypri Episcopus. 1. *Alii Epiphanii circiter viginti.* 2. *Epiphanii Constantienses operum editiones & Codices MSS.* 3. *Scripta*

* Vide Acta Eruditorum A. 1712, pag. 431. & Memorias literarias Trevoltinas illius anni mense Augusto p. 1473. Menagiana T. 3. edit. Amst. p. 577. Diarium eruditorum Italiæ T. XXVIII. pag. 252.

pta genuina edita. 4. *perdita,* 5. *dubia vel adjuniorem Epiphanium referenda.* 6. *inedita.* 7. *Alii Graci de hæresibus scriptores uberiores Irenæus, Theodoritus, Leontius, Euthymius Zigabenus, Nicetas Choniates.* 8. *Alii breviores, ut Josephus Hypomnestici scriptor, Anastasius Sinaita, Sophronius, Timotheus presbyter, Jo. Damascenus, Jo. Zonaras, Matthæus Blastares* &c.

I.

S. EPIPHANIUS Palæstinus Elevtheropolitanus lingvarum a) Hebraicæ, Syriacæ, Ægyptiacæ, Græcæ & ex parte Latinæ peritus, factus est Episcopus Constantiæ (qvæ antea Salamis) in Insula Cypro ab A. C. 367. ubi tanta sanctitatis laude vixit, ut ante A. C. 647. Epiphanii nomine templum jam a Cypriis consecratum fuisse constet ex Anastasii Sinaitæ qvæst. 94. qvod a Sabino ejus discipulo suscitatum & universæ Evangelicæ Historiæ picturis decoratum narrat Theodorus Studita * in Antirrhetico secundo pag. 130, T. 5. Opp. Sirmondi, & Synodus VII. Act. 6. Obiit in itinere, b) proximus vel etiam major centenario A.C. 403. die 12. Maji. Vita qvæ sub *Joannis & Polybii*, discipulorum Epiphanii nomine fertur ex Sim. Metaphraste, (Latine apud Lipomannum T. 6. pag. 35. & Surium ad 12. Maji) Græce & Latine T. 2. Epiphanii edit. Petav. pag. 318 353 - 383. exiguam fidem

a) Hieron. contra Rufin. p. 151. b. 158. c. edit. Francof. adde Petav. ad Epiphan. pag. 8.

* Verba Theodori sunt: Ἐπιφάνιον ἴσμεν καὶ ἅγιον καὶ μέγιστον ἐν θαυμαστουργίαις ἔκ νεὼν ἤγειρε μετὰ πότμον Σαβίνου ὁ ἰκείνου (interpres vertit *domesticus* qvasi legerit οἰκείου) αὐτοῦ μαθητὴς διαγεγραμμένον ἐκ πάσης εὐαγγελικῆς ἱστορίας. Ibidem meminit Orationis qvam in laudem Epiphanii habuit Leontius Neapoleos in Cypro Episcopus: ἀλλὰ γὰρ καὶ Λεόντιος ὁ τῶν λόγων τοῦ θείου Ἐπιφανίου ἐξηγητὴς ἐν αὐτῇ τῇ Κύπρῳ τὴν Ἐκκλησίας Νεαπόλεως ἀρχιεράτευσας, ὡεὶ τῶν σεπτῶν εἰκόνων ὁποῖος ἦν ἀκριβὴς, ὁ ὡεὶ αὐτὸν λόγος διδάσκει πανώτατα, μηδὲν ὡεὶ τοῦ θείου Ἐπιφανίου ἀπηχὲς φθεγξάμενος. Synodus VII. sive Nicæna secunda T. 3. Binii pag. 654. καὶ γὰρ ναὸν ἀνεδείμαντο ἐν τῇ Κυπρίων νήσῳ οἱ αὐτοῦ μαθηταὶ ὀνομάσαντες αὐτὸν τοῦ αὐτοῦ Πατρὸς (Ἐπιφανίου) καὶ μετὰ πολλῶν εἰκονικῶν σκηνογραφιῶν καὶ αὐτοῦ εἰκόνα ἐν τῷ ναῷ ἀνέθηκαν.

b) Socrates VI. 14. Sozom. VIII. 15. Niceph. XIII. 13. Hist.

fidem meretur & longe juniorem scriptorem arguit, ut agnoscunt viri docti, & jam pridem *B*aronius ad A. C. 372. n. 110. professus est *auctorem esse mendacem, multaque finxisse.* Confer Dan. Papebrochii responsionem ad exhibitionem errorum Sebastiani à S. Paulo, Artic. XII. §. 9. & in Actis Sanctor. T. 3. Maji XII. p. 36. seq. Videndus etiam de Epiphanio Julius Bartoloccius T. 1. *B*ibliothecæ Rabbinicæ p. 424. sq. & D. Spizelius Academia Vet. JEsu CHristi p. 105. seq. Ineditum Græcum scriptorem Vitæ Epiphanii nostri laudat & ex eo aliqvid profert Cangius in δύο δύο & alibi.

II. *Alii Epiphanii.*

Ab hoc distingvendi 1) Epiphanius Patriarcha CPol. ab A. C. 520-535. de qvo multa in Vita S. Andreæ Σαλ. apud Papebrochium T. 6. Maji. Illius & Hormisdæ Pontificis Epistolæ mutuæ leguntur latine in Conciliorum collectione Biniana Tom. 2. & Labbeana T. 4. Ejus decretum contra Severum & Petrum legitur in Synodo V. Tom. 2. *B*inii p. 755. Ad hunc Epiphanium Novellæ Justiniani Imp.

2) Epiphanius Scholasticus, c) circa eadem tempora clarus versione latina Historiæ Ecclesiasticæ tripartitæ, qvam in compendium Cassiodorus d) misit, & Codicis Encyclii e) Epistolarum Synodalium pro defensione Concilii Chalcedonens. ad Leonem Imp. qvi in Labbei & Baluzii Conciliis editus est. Videtur & idem elaborasse in transferendis Cassiodori svasu Antiqvitatum Judaicarum libris Flavii Josephi, & Clementis Alex. in Epistolas Canonicas adumbrationibus, de qvibus alibi dixi. Commentarium Didymi in Proverbia & Epiphanii Antistitis Cyprii volumen breve in Canticum Canticorum ab amico suo viro disertissimo Epiphanio transferri se fecisse testatur Cassiodorus cap. V. Divinar. lect. Ejusdem Didymi expositionem VII. Epistolarum Canonicarum, id. cap. VIII. Sed hæ tres versiones editæ non sunt qvod sciam.

3) Epiphanius Diaconus Catanensis in Sicilia, qvi interfuit Synodo Nicænæ II. A. C. 787.

4) Epi-

c) Sigebert de script. Eccles. cap. 12. Voss. de Hist. lat. p. 237.
d) Cassiodor. divin. lect. cap. 17. & præf. ad Hist. tripartit.
e) Idem Cassiodor. cap. 11.

4) Epiphanius Cypri Archi Episcopus junior, cujus nomine A.C.680. in Synodo sexta actione 18. subscripsit Theodorus Trimethuntis Episcopus, ut Petavium Sirmondus monuit.

5) Epiphanius Cypri Archi Episcopus tertius hoc nomine de qvo Caveus ad A.C.870. Ejus Epistola ad Ignatium Patriarcham CPol. T. 3. Concil. Binii edit. 1618. parte 2. p. 731.

6) Epiphanius Monachus ac Presbyter, ex cujus libello de vita B. Mariæ Virginis nonnulla affert Allatius ad Eustathii Hexaëmeron p. 285. & de Simeonum scriptis p. 106. ex qvo posteriore loco patet diu post Andream Cretensem & Joannem Thessalonicensem scripsisse, qvos sanctis Patribus annumerat. Ejusdem περὶ τῆς βίου καὶ πράξεων καὶ τέλους τοῦ ἁγίου Ἀποστόλου Ἀνδρέου memorat Allatius de Simeonibus p. 90. atqve accepi exstare in Bibl. Regis Galliæ Codice 2951. fol 233. Nescio an ab hoc diversus statuendus sit Epiphanius Monachus Hagiopolita sive Hierosolymitanus de cujus periegesi Syriæ & urbis sanctæ dixi lib. IV. cap. 2. § 18.

7) Epiphanius cui scriptum de miraculo Evchariſtiæ tribuit Theophilus Raynaudus T. 6. Opp. p. 389. Vide infra inter scripta S. Epiphanii num. 17.

8) Epiphanius Diaconus ad qvem S. Isidori Peluſiotæ Epistolæ.

9) Epiphanius Pergæ Episcopus, qvi subscripsit Concilio Chalcedonensi. Alius Episcopus Heracleanus, & alius item Tyriorum: alius cujus Epistola ad Synodum V. T. 2. Binii p. 736.

10) Epiphanius Episcopus Afer de qvo Martyrologia 7. April.

11) Flavius Annius Eucharius Epiphanius sub Honorio & Theodosio Præfectus Urbis, A.C. 414. de qvo Jac. Gothofredus ad Cod. Theodos. lib. 5. de domest. & protector. & Gruteri Inscript. pag. CLXX. 5.

12) Epiphanius Monachus ad qvem Epistolæ S. Nili. Videndumqve an diversus ab hoc Epiphanius Lector ad qvem idem Nilus scribit.

13) S. Epiphanius Ticinensis sive Papiensis Episcopus, circa A.C. 490. cujus vitam scripsit successor Ennodius, vide Surium & Bollandum ad $\frac{21}{21}$ Januar. & Sirmondi Ennodium T. 1. Opp. Sirmondi p. 1647. seq. Tillemont. T. 16. memor. Hist. Eccles.

14) Epiphanius chartarius sive chartularius Comitis Patrimonii cujus meminit Ennodius VII. 1. & 10. Epist.

15) Epiphanius Petræus, Syrus Juliani & Ulpiani Rhetorum discipulus, qvi & in Patria & apud Athenienses docuit. De illo Eunapius & Svidas qvi scripta etiam recensent, περὶ κοινωνίας καὶ διαφορᾶς τῶν σχέσεων. Προγυμνάσματα. Μελέτας. Δημαρχικὸν. Πολεμαρχικὸν. Λόγους ἐπιδεικτικοὺς & σύμμικτα θεωρήματα. Ejus hymnus in Bacchum. Sozom. VI. 25. Ad hunc Epiphanium Libanii Epistolæ.

16) Epiphanius Mileti Episcopus, qvi interfuit Synodo septimæ, sive Nicænæ secundæ, una cum Epiphanio Episcopo Elevthernæ & altero Λάμπης sive Lampæ, & Epiphanio Hegumeno sive Archimandrita Paranandi, & Epiphanio Diacono Catanensi Episcopi Sardiniæ vicario qvi sermonem Panegyricum finita illa habuit, qvi latine exstat Tom. 3. Binii pag. 708.

17) Epiphanius Selybriæ in Thracia Episcopus, qvam Svidas narrat scripsisse λόγον ἀντιῤῥητικὸν adversus Iconocavtas sive eos qvi imagines cremabant.

18) Epiphanius Patriarcha de origine disidii inter Græcos & Latinos, ex qvo profert nonnulla Allatius contra Creygthonum. pag. 377-571.

19) Epiphanius Alexandrinus sacrorum Osiridis & Dei Αἰῶνος sive Ævi interpres, de qvo Damascius apud Svidam.

III. *Editiones S. Epiphanii.*

Græce primùm Ancoratum, Panarium, Anacephalæosin & librum de mensuris ac ponderibus edidit Jo. Oporinus ex Codice qvem Melanchthon & Joach. Camerarius à Jo. Lango Erfurdiensi acceperant. Basileæ Jo. Hervagii sumtu & typis A. 1544. fol. Hæc editio manu Josephi Scaligeri & Dan. Heinsii passim notata fuit in Bibl. Nic. Heinsii.

Latine eadem qvatuor Epiphanii scripta ex *Jani Cornarii* versione prodierunt primum Basileæ A. 1543. fol. edente eodem Oporino. Nam editiones Basil. Anni 1533. & 1540. qvas Clarissimi Viri Elias duPin & Gvil. Caveus post Possevinum memorant, nusqvam exstant, ut recte observat Casp. Sagittarius in introductione ad

ad Hist Eccles. p. 794. Et apud Gesnerum male excusum 1533. pro 1543. Cæterum in editionibus Basil. A. 1545. 1560 1578. fol. Paris. 1564. 8. apud Andœnum Parvum accessit libellus de vita Prophetarum ex versione *Albani Torini*, & Epistola ad Joannem Hierosolymitanum Episcopum, S. Hieronymo interprete. Et in edit. Paris. 1566. fol. Theodoritus de hæreticis fabulis. Hinc Seb. Cramoisius in sua editione Paris. 1612. fol. non modo Cornarii f) versionem ex Observationibus Jac. Billii lib. 1. cap. 18. & lib. 2. cap. 13. variis in locis emendari curavit, sed etiam adjunxit Græce & Latine Physiologum & sermonem in festum Palmarum cum versione & notis *D. Consali Ponce de Leon*, Hispalensis, & Homiliam de sepultura CHRISTI cum versione *Stanislai Phœnicii*.

Editiones *Græcolatinæ*, 1) Parisiensis, sectionibus sive capitibus distincta cum versione & eruditis notis Dionysii Petavii S. I. qvi præter edit. Basileensem usus est Codice Regis Galliæ & Variis Lect. Cod. Vaticani, qvas Andreas Schottus cum illo communicaverat. 1622. fol. duobus Voluminibus, qvæ editio à Labbeo recensetur. Qvod porro Salmasius ait *nullam paginam versionis Petavianæ insignibus aliquot erratis vocare*, iniqvius dictum videri possit, nisi majore etiam iniqvitate Petavius Cornarii versionem conculcasset ut *barbaram insulsamque*, qvo nisi præeunte, dubito an unqvam Epiphanii versionem ausus fuisset, vel absolvisset. Plura loca à Petavio minus recte intellecta illustrant Salmasius ad Solinum, qvi fœneum interpretem p. 432. vocat, & de transsubstantiatione pag. 55. 540. & de Coma pag. 92. inprimis sub Francisci Franci nomine contra Cercoëtium sive Petavium pag. 73. seq. &c. Gatakerus capite 36. Adversar. Miscell. & ad M. Antoninum pag. 48. 135. 155. &c. Rich. Montacutius in Apparatu ad Origines Ecclesiasticas pag. 191. 206. & in Originibus Tom 2 pag. 11. seq. Jo. Crojus in specimine conjecturarum ad qvædam loca Origenis, Tertulliani, Irenæi & Epiphanii Paris. 1632. 8. & in Observatt. sacris p 147. 156. 160. Pearsonius prælect. ad Acta Apost. p. 51. Dodwellus de successione Pontificum p. 298. seq. Cotelerius p. 220. ad Chrysost. in Daniel &

f) Plura etiam loca in versione Cornarii castigat Latinus Latinius Bibliothecâ sacro-profana pag. 112.

ad Damascenι hæreses, atqve in aliis scriptis, Acta Sanctor. Junii T. I. pag. 19. Cangius in συμψέλλιον &c. Omitto Jacobi de Ardenna Decani Cestrienſis castigationes in Epiphanium & Petavium de Sacra Evchariſtia, de cœlibatu Sacerdotum & de Orationibus pro defunctis, Lond. 1683. 4. Albaſpinæum narrat Rich. Simon Tom. I. Epiſt. ſelect. pag. 12. minatum fuiſſe ſe effecturum ut qvædam in notis Petavii publica cenſura condemnarentur, qvod tamen non effecit.

2) Lipſienſis A. 1682. fol. qvæ Coloniæ nomen præfixum gerit, & ad verbum Pariſienſem exprimit, additis qvæ in illa deſiderantur Henrici Valeſii Oratione in obitum Petavii & elogio ejus atqve ſcriptorum elencho ex Nathanaëlis Sotvelli *Bibl. Jeſuitica*: & Petavii elencho diſpunctiuncularum Maturini Simonii de pœnitentiæ ritu veteri in Eccleſia, ſive appendice ad Epiphanianas animadverſiones edita primum Pariſ. 1624. 8. & Gabr. Albaſpinæo inſcripta, atqve Capitibus Miſcellanearum Exercitationum Salmaſio oppoſitis, & ad calcem Operum Juliani Pariſ. 1641. 4. pridem vulgatis. Memini me ex *B.* Ittigio audire Jacobum Thomaſium prolegomena nova huic Epiphanii editioni præmiſſurum multa ad illum facientia collegiſſe, ſed illa deinde neſcio qvam ob cauſam prætermiſſa. Etiam in Actis Erud. 1682. pag. 94. legas editorem addere voluiſſe qvæ Salmaſio ſub Antonii Kerkoëtii nomine Petavius reſpondit, ſed id facere veritum, qvod Petavius ipſe nomen ſuum illis præſcribere noluiſſet.

Editiones promiſſæ & Codices MSS.

Pranſos paratos in Epiphanium commentarios habere ſe & novam illius ſcriptoris editionem curaturum profeſſus eſt *Petrus Lanſſelius* in præfat. diſpunctionis calumniarum qvas vocat Caſauboni ad qvædam S. Juſtini Martyris loca.

Multis locis emaculavit Epiphanium *Joannes Crojus*; multa correxit *Joannes Pearſonus* Ceſtrienſis Epiſcopus teſte Caveo, qvæ forte aliqvando in lucem proferentur. Commentarium ſuum in Epiphanii Panarium memorat Vir doctiſſimus *Eduardus Bernhardus* notis ad Joſephum pag. 323.

Epi-

Epiphanii Panarium elegantissimis characteribus MStum se esse nactum scribit Caspar Barthius notis ad Claudianum Poëtam pag. 243. editionis Hanov. 1612. 8. qvam juvenis admodum edidit. Codicem MS. in Bibl. publica Jenensi, laudat W. Ernestus Tentzelius in Dialogis menstruis Germanice editis A. 1692. pag. 883.

IV. *Scripta genuina quæ exstant.*

1. *Ancoratus*, Tom. 2. pag. 1. ἀγκυρωτὸς veluti ancora quædam fidei, ἀγκύρας δίκην τὸν τῦπον τῆς ζωῆς καὶ σωτηρίας ἐρευνῶντα νῦν ἅγιστα, *Expositio fidei Catholicæ adversus obloquinta hæreses breviter asserta*, scriptaqve ad Tarsinum, Matidium, Numerium, aliosqve Presbyteros & Monachos Svedris Pamphiliæ degentes, & ad Palladium ac Severinum Magistratus anno Diocletiani XC. Valentis decimo, Gratiani sexto ut diserte traditur Tom. 2. pag. 1. & 123. hoc est A. C. 373. Hic liber ab Epiphanio dictatus & ab Anatolio qvodam qvi pag. 125. nomen suum non dissimulat, calamo exceptus, memoratusqve Sozomeno VIII. 15. Græce & Latine cum versione & notis *Viti Amerbachii*, & qvibusdam Joh. Chrysostomi Homiliis prodiit Augustæ Vindel. 1548. 8. Photius Ancorati meminit, vocatqve summam Πανα-ρίων, Cod. 123. qvæ descriptio rectius convenit ἀνακεφαλαιώσει, de qva inferius num. 3. Ex capite 12. & 16. Ancorati excerpta sunt qvæ MSta memorat Lambecius III. pag. 163, 164.

2. Πανάριον *arcula* sive *canistrum* plenum remediis adversus venena hæresium LXXX. αὐτὸ τῦτο Πανάριον ἐστ' ἂν κιβώτιον ἰατρικὸν καὶ θηριοδηκτικὸν, ὅπερ ἐστὶ διὰ βιβλίων τριῶν αἱρέσεις ὀγδοήκοντα, αἵτινές εἰσι θηρίων ἐστ' ἂν ἑρπετῶν ἀνίγματα (f. δήγματα.) Sic Epiphanius ipse titulum Operis sui explicans in anacephalæosi & in Epistola ad Acacium & Paulum presbyteros & Archimandritas in regione Carchedonensis & Berœæ Cœles Syriæ, à qvibus ad confutandos hæreticos invitatus est Anno Diocletiani XCII. Valentiniani & Valentis duodecimo Gratiani octavo, * hoc est A. C. 375. per Epistolam qvam pertulit Marcellus qvidam, & qvæ cum Epiphanii re-

* Anno Gratiani nono Valentis decimo tertio, Valentiniani junioris primo scribere se ait hæres. LXVI. 20. T. 1. p. 638.

sponsione panario totum prius Volumen in edit. Petav. implenti præmittitur. Πανάρια vocant Anastasius Sinaita, Photius Cod. 124. Svidas: Arethas in Apocalyps. 3. & 6. Πανάριον βίβλον. Mich. Glycas Epist. ad Nilum Monachum apud Allat. pag. 29. de purgatorio. Πανάριον Epiphanii Codices & Oecumenius in Epist. Judæ pag. 346. Laudant præterea hoc adversus hæreses opus pleriqve veteres, ut Hieronymus & qvi ἱερὰν βίβλον vocat Theodorus Studita lib. 1. Epist. 40. Ex Epiphanio librum suum de hæresibus excerpsit Jo. Damascenus. Igitur & in Codice MS. Vindobonensi apud Lambecium VIII. pag. 426. Damasceni liber inscribitur τῦ μακαρίυ Ἐπιφανίυ Ἐπισκόπυ Κύπρυ διήγησις σύντομος τῶν ἐκτεθειμένων αἱρέσεων πασῶν ἤτοι δογμάτων. Secutus & Epiphanium Philastrius est licet non laudat de nomine, uti nec Theodoretus de qvo vide si placet Garnerium in auctario Operum Theodoreti p. 245. 489. 491. Augustinus vero non videtur Panarium Epiphanii legisse neqve ἀνακεφαλαίωσιν qvam habemus sed tertium aliqvod de hæresibus opus in sex breves tributum libellos, ut narrat in præf. & hæresi 57. ut adeo de hæresibus illis octoginta in pluribus scriptis suis disserverit, nisi ἀνακεφαλαίωσιν in sex libellos olim tributam fuisse dicamus, uti Panarium ipsum dividitur in libros tres, & libri singuli iterum in tomos, primus in tres, cæteri duo in binos, ut septem libri prodeant. Auditorem alloqvitur Epiphanius hæresi LXIV. 5. ὅπως γνῴης ὦ φιλόκαλε ἀκροατά, perinde ut in libro de mensuris ac ponderibus c. 2. ἐπίσασαι ἦτορ ὦ ἀκροαλά. Sic auctor redargutionis schismatis Anglicani ab Hodio editus pag. 30. ὦ ῥᾳδιήρει ὃ καὶ σὺ πάλιν ὁ ἀκροαλής. Qvanqvam vero Epiphanius neqve in describendis hæresibus g) semper satis accuratus est, ut qvi levibus auditiunculis qvandoqve fidem h) habuit atqve adversarios gravat non raro sententiis vel consecutionibus de qvibus fortasis nunqvam cogitarant, neqve in con-

g) Melanchthon IV. Epist. 89. ad Camerar. A. 1529. *Attuli à Lango huc Epiphanii Græcos libros* περὶ αἱρέσεων *qui mihi valde placent. Propemodum Historiam veteris Ecclesiæ continent. Ex his decrebi excerpere* ἐπιτομήν & Epist. 90. ἱστορικὰ *in illo libro sunt multa, & indicantur magis quidem quam exponuntur ea res, quæ alibi non extant. Disputatio autem hujus auctoris* περὶ δογμάτων *& languidior est, & illæ etiam narrationes non ubique diserte sunt, & alicubi negligenter perscriptæ.*

h) B. D. Christianus Kortholtus notis ad Justinum Martyrem p. 41. Dallæus de usu Patrum pag. 272.

confutandis erroribus ſemper æqve felix eſt nec ſolidis ubique argumentis militat, i) tamen propter qvamplurima notata egregie, & multa ex fide dignis hauſta monumentis & antiqvioribus ſcriptoribus teſtimonia atqve obſervationes, merito à viris doctiſſimis k) habitus eſt qvidam Antiqvitatis Eccleſiaſticæ theſaurus, dignus utiqve in qvo exponendo eruditus aliqvis & judicio pollens vir etiam poſt Petavium diligentem operam ſtudiumqve collocet. De incomta & ſalebroſa oratione multum Petavius & Dallæus l) conqveritur, & jam Photius notavit τῶν ῥημάτων καὶ τ σωλάξως τὸ ἰδίωμα in illo minus probari. Et tamen Hieronymus c. 114. Catalogi & ex eo Svidas ſcripſerunt Epiphanii volumina *ab eruditis propter res, à ſimplicioribus propter verba, lectitari.* In Chronologia fere ſemper inſiſtere eum veſtigiis Euſebii, monet Petavius in notis p. 16. non raro tamen turbare & hallucinari, idem non uno in loco obſervat. Ad hæreſin LI. conferenda Ægidii Bucherii diſſ. de paſchali Judæorum Cyclo. Locum Hæreſ. LXXVIII. pag. 1039. aliter legi in MS. Vindobonenſi notavit Lambecius III. pag. 196.

3. Ἀναϰεφαλαίωσις, Panarii *Epitome* ad eosdem presbyteros Acacium & Paulum T. 2. pag. 126. Videndum diverſus ne ſit λόγ& σύντομ& τῶν αἱρέσεων qvi MS. fuit apud Clariſſ. Galeum, teſte Caveo. Ancoratum & Anacephalæoſin hanc Græce & Latine recudi curavit *Joſephus Maria Thomaſius*, Congregationis Clericor. Regular. antea presbyter, hodie R. E. Cardinalis Rom. 1712. 8. tomo tertio collectionis qva Inſtitutiones Theologicas antiqvorum Patrum in gratiam ſtudioſorum ſacrarum literarum complexus eſt. Græca Epiphanii hac in Romana editione multis locis emendatiora leguntur.

4) Περὶ μέτρων καὶ ϛαθμῶν *liber de ponderibus & menſuris*, T. 2. pag 158. qvem Epiphanii eſſe genuinum fœtum haud dubito, licet levia & inepta multa in eo deprehendere ſibi viſus eſt Latinus Latinius Tom. 2. Epiſt. pag. 144. Partem poſteriorem à cap. 21. Græce & Latine vulgavit *Stephanus le Moyne* in Variis ſacris Tom. 1. pag. 470.

ſub-

i) Photius Cod. 122. ἀοθενὴς ὢν ἐϰ τ& ἐπὶ πλεῖσον ἐν ταῖς ϰ τῶν δυσεβῶν αἱρέσεων συμπλοϰαῖς.

k) Scaliger ad Euſeb. & in Scaligeranis, & elench. trihæreſ. c. 15. Iſ. Caſaubonus &c.

l) Dallæus de uſu Patrum p. 138.

subjuncta pag. 490. antiqva versione latina ante inedita. Ad locum cap. 1 hujus libri qvo notas Biblicas exponit Epiphanius, conjecturas meas aliqvando proposui B. D. Mayero, qvi eas probari sibi testatus est in Historia versionis Germanicæ Bibliorum D. Lutheri p. 210. Locus cap. 4. ubi ἀρχὼν exponitur ἡ τῆς ἀληθείας κιβωτὸς, illustrat verba Anastasii Sinaitæ lib. XII. anagogicarum contemplationum in Hexaëmeron, pag. 26. qvem intelligere se negat eruditus interpres. De operibus illis viginti duobus qvæ cap. 21. seq. à DEo condita scribit Epiphanius, qvæqve respondere vult totidem libris Veteris Test. literisqve Alphabeti, confer Lambecium lib. III. pag. 40, 101. & 196.

5) *Epistolam ad Johannem Hierosolymitanum* (male *C Politanum* habet Possevin.) Episcopum, cui arrogantiam & Origenis defensionem exprobrat, latine tantum ex Hieronymi qvi illius in Epist. 101. ad Pammach. meminit, versione, Tom. 2. Epiphan. pag. 312. & inter Hieronymi Opera Epist. 60. Tom. 2. Pro extrema parte hujus Epistolæ laudata in libris Carolinis IV. 25. & Synodo Paris. p. 335. de imaginibus cap. 7. & à Tubingensibus ad Patriarcham Jeremiam qva usus imaginum in Ecclesia improbatur, confer qvæ differunt Natalis Alex. Sec. IV. cap. 6. artic. 28. Elias du Pin T. 2. Bibl. Eccles. p. 297, ac præcipue Jo. Dallæus de imaginibus lib. II. cap. 4.

6) *Epistola* brevis *ad Hieronymum*, qva ejus & Theophili Alex. Zelum adversus Origenem probat. Hæc latine legitur inter Epistolas Hieronymi 73. Tom. 2. & Theophili libris (sive Epistolis potius) Paschalibus præfigitur in Hæresiologia Heroldi p. 613. & in Bibliothecis Patrum: at à Petavio omissa est. Apud eundem Hieronymum extat & Epistola (66) Theophili Alex. ad Epiphanium.

7) Περὶ τῶν δώδεκα λίθων *de gemmis* in veste Aaronis. Præter rem optimus Caveus librum de lapidibus inter inedita Epiphanii refert. Nec minus falluntur qvi librum hunc Epiphanio abjudicant. Prodiit cum versione *Jolæ Hieronis* Tarentini Tiguri 1582. atqve in Petavii edit. T. 2. p. 225. tum in Matthiæ Hilleri pereruditi viri libro de duodecim gemmis in pectorali summi Pontificis, Tubing. 1698. 4. & in syntagmatis ejus Hermenevticis 1711. 4. qvi observationes suas & Salmasii (ex Plinianis ejus Exercitatt. ad Solinum) addidit. Et. p. 110. notat

notat de gemmis ante Epiphanium scripsisse Theophrastum Eresium, Dioclem, Jubam Mauritaniæ Regem, Xenocratem Ephesium, Sudinem, Metrodorum Scepsium, Satyrum, Ajacem Plistonicem, Demostratum, Zenothemin, Sotacum, Callistratum, Ismeniam Olympicum, Archelaum qvi in Cappadocia regnavit, Horum, Democritum, Zoroastrem, Zachariam Babylonium & alterum Xenocratem. Conferendus etiam Ed. Bernhardus notis ad Josephum pag. 180. seq. & Jo. Braunius lib. 2. de vestitu Sacerdotum, Hebr. cap. 8. seq. In omnibus his editionibus omissa est Epiphanii Epistola ad Diodorum Tarsensem, cui librum consecravit, qvæ latine exstat apud Facundum lib. IV. c. 3. T. 2. Opp. Sirmondi p. 517. Hieronymus Epist. 128. de vestitu sacerdotum ad Fabiolam T. 3. p. 42. *Sufficiat quod & sanctus Papa Epiphanius egregium super hoc* (de gemmis duodecim qvid unaqvæqve valeat & qvomodo virtutibus singulæ comparentur(*volumen edidit, quod si legere volueris, plenissimam scientiam consequeris.* Arethas ad Apocalyps. IV. 3. de lapide sardio: λέγει δὲ ὁ μέγας Ἐπιφάνιος ἰασπέους οἰδήματα &c. Epitomen ediderat *Conradus Gesnerus* in collectione scriptorum qvi de rebus fossilibus egerunt, Tiguri 1566. 8. atqve ex alio Codice MS. cum *Francisci Turriani* versione Petavius T. 2. p. 213. Illa ipsa Epitome sub Epiphanii nomine tota legitur in Anastasii Sinaitæ qvæstionibus, qvæstione XL.

V. *Scripta perdita.*

8) *Epistolæ* * qvamplurimæ ut qvas Hieronymus Apolog. 2. in Rufinum p. 165. ait se Epiphanio ad sugillationem Rufini dictasse, & una brevis in laudem *S. Hilarionis* Eremitæ, A. C. 371 defuncti, de qva idem Hieronymus in prologo vitæ Hilarionis: *Quanquam S. Epiphanius Salaminæ Cypri Episcopus qui cum Hilarione plurimum versatus est, laudem ejus brevi Epistola scripserit, quæ vulgo legitur, tamen aliud est locis communibus laudare defunctum, aliud defuncti proprias narrare virtutes.*

* Præter Epistolam Panario præmissam ad Paulum & Acacium, extat etiam Epiphanii Epistola qvam in Arabiam misit adversus Antidico Marianitas hæresi LXXVIII. 2. seqq. & hæc est qvam respicit LXXIX. 1. Sic Hæresi XLII. 11. seqq. inseruit librum suum corruptionibus Marcionis in Luca & Apostolo oppositum, qvem Sixtus Senensis perperam existimavit ab auctore inscriptum fuisse *Panarium*, cum Epiphanius T. 1. p. 310. tantum dicat ex pluribus suis adversus Marcionem observationibus ἐδάφιόν τι συνάξεως se collegisse.

9) *In Hexaëmeron.* Anastasius Sinaita lib. 7. in Hexaëm. inter eos qvi historiam creationis Mosaicam expositione literali interpretati sunt, laudat τὸν λόγοις καὶ ἔργοις τρισμακάριστον Ἐπιφάνιον.

10) Λόγῳ εἰς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον. Andreas Cæsar. in Apocalyps. I. pag. 7. Videtur enim diversum utiqve notare sermonem ab iis qvæ ex Ancorato Epiphanii Hæresi 74. contra Pnevmatomachos disseruntur, qvoniam qvæ Andreas ex illo λόγῳ de hymno Seraphico affert, ibi non invenio.

11) Κατὰ τῶν εἰκόνων σύγγραμμα, *Scriptum adversus imagines*, qvod memorat sed tanqvam Epiphanio suppositum rejicit Theodorus Studites in antirrhetico secundo Tom. 5. Opp. Sirmondi pag. 130. licet dubitare possis, num singulare scriptum Epiphanii ibi innuat Theodorus, & non locum qvo imagines improbat in panario, hæresi LXXIX. disputans adversus Collyridianos, qvem Epiphanio insertum & adulterinum esse contendit Jo. Damascenus Orat. 2. de imaginibus & Jeremias Patriarcha ad Tubingenses pag. 246. confutatus à Tubingensibus pag. 335. Vel locum alterum à Patribus qvarti Concilii CPol. allatum ex *Epistola ad Theodosium Imp.* qvi exstat in septima Synodo sive Nicæna secunda Act. 6. sectione V. & qvem itidem suppositum esse clamarunt Nicæni Tom. 3. Binii pag. 653. 654. qvos refellit Dallæus de imaginibus pag. 212. sq. Eodem Synodi septimæ loco λόγοι οἱ κατὰ τῶν εἰκόνων & βίβλοι Epiphanio suppositæ memorantur, qvæ mox λογίδια & ψευδήγορα κατὰ τῶν σεπτῶν εἰκόνων συγγράμματα appellant, & paucissima eorum exemplaria exstare testantur, cum cætera Epiphanii scripta per universum orbem terrarum celebratissima sint εἰς πᾶσαν τὴν οἰκουμένην διαβεβόηνται. Multa certe scripsisse Epiphanium & in extrema senectute etiam varia cudisse opera testis in Catalogo cap. 114. Hieronymus.

VI. *Dubia, vel qvæ juniori cuidam Epiphanio tribuenda videntur.*

12) Περὶ τῶν προφητῶν πῶς ἐκοιμήθησαν καὶ ποῦ κεῖνται T. 2. pag. 235. *De Prophetis eorumque obitu & sepultura* liber plenus incertis & pa-

& parum credibilibus narrationibus. Incipit à Nathane, & desinit in Joanne Baptista. Ediderat adjuncta versione *Albanus Torinus* Basil. 1529 4. apud Cratandrum, cum Nazianzeni carmine de miraculis per Evangelistas narratis, atqve Hieronymo, Sophronio & Gennadio de scriptoribus Eccles. Hinc cum Commentario *Joach Zehnerus* Schleusing. 1612. 4. vir indignus qvi ob unam notatam alteramve hallucinatiunculam tam putido & acerbo Petavii fastu præf. ad T. 2. Epiphanii excideretur. Petavius è MSS. Regiis emendavit & capita qvædam insigniter discrepantia Græce adjecit ex Codice Augustano, plurimum enim in hoc scripto invicem abeunt libri manu exarati, ut de Vindobonensibus notavit Lambecius III pag. 197. seq. V. p. 280. Non dubitant viri docti esse Epiphanio suppositum, ac pleraqve similia leguntur in Pseudo *Dorotheo*, (qvem nuper Græce & Latine recudi feci Hamb. 1714. 8.) & in Chronico Paschali qvod Alexandrinum vulgo vocant. Confer Papebrochium Tom. 3. Maji pag. 49. Huetium Demonstrat. Evangel. propos. IV. ubi de Prophetis disputat, & Cangium ad Chronicon Paschale pag. 504. 505. Cotelerium ad Constitutt. Apostol. IV. 6. ubi ex MS. Regio edidit breve scholion Epiphanii *de LXXII. Prophetis & decem Prophetissis.*

13) Φυσιόλογος, διεξελθων περι της εκαστου φύσεως των θηρίων τε και των πετεινων, Physiologus de natura ferarum & volucrum, Tom. 2. pag. 189. cum notis & versione *D. Consali Ponce de Leon* Hispalensis, qvi ediderat Rom. 1587. 4. recusum Antwerp. 1588. 8. addito sermone in festum Palmarum: Et minore forma Rom. 1601. Habuit eundem libellum MS. Gesnerus, sed ampliorem, capitibus 39. distinctum, cum in vulgatis tantum sint capita 25. Vide ejus præf. ad librum Epiphanii de gemmis. Allegat etiam in opere de animalibus passim, ut de qvadruped. pag. 955. *Rhinocephalus cervicem habet equinam, cum universo corpore, flammas ore eructat quibus homines pereunt. Physiologus auctor obscurus.* Consalus ipse tribus MSS. usus uno Sirleti, altero Francisci Turriani & tertio Panormitano testatur se undecim capita omisisse *ob insanabiles depravationes.* Videtur auctor hujus libri antiqvior esse Epiphanio, nam allegatur ab Origine Homil. 17. in Genes. XLIX. & Rufino de benedict. Patriarch. In decreto Gelasiano de libris Apocryphis §. 65. memoratur *liber Physiologus qui ab hæreticis conscriptus est & B. Ambrosii nomine præsignatus, Apocryphus.* Forte auctor decreti vidit veterem libri illius versionem latinam Ambrosii nomine prænotatam.

14) Λόγοι *Sermones* sive *Homiliæ* VIII.

α. εἰς τὰ βαΐα *in ramos palmarum*. Tom. 2. pag. 251. cum versione & scholiis *D. Consali Poncii* qvi cum Physiologo ediderat è Codice Bibl. Antonii Caraffæ. Rom. 1587. 4. Antvv. 1588. 8. Incipitt χαίρε σφόδρα θύγατερ Σιών.

β. εἰς τὴν θεόσωμον ταφήν, *In divini corporis sepulturam, & Josephum ab Arimathæa & Domini ad inferna descensum* T. 2. p. 259. Incipit: τί τοῦτο σήμερον. cum versione *Stanislai Phœnicii*, ex editione qvæ viderat lucem Samoscii 1604. 4. auspiciis Simonis Simonidis, Regni Poloniæ Cancellarii, cum notulis Dominici Neapolitani, Ord. Minorum. Recitatur hæc homilia magno sabbato in Ecclesiis Græcorum, Russorumqve.

γ. εἰς τὴν ἁγίαν τοῦ Χριστοῦ ἀνάστασιν, *in sanctam CHRISTI Resurrectionem*. T. 2. p. 276. Incipit: τῆς δικαιοσύνος τριήμερος ἥλιος.

δ. εἰς τὴν ἀνάληψιν τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. *De assumtione D. N. JEsu CHristi*. Incip. Κόσμος σώμασος. T. 2. p. 285. cum versione *Theodori Peltani*, qvi vulgaverat inter homilias XVII. Theologorum Ingolstad. 1579. 8.

ε. ἐγκώμιον εἰς τὴν ἁγίαν Θεοτόκον. *De laudibus S. Mariæ Deiparæ*. T. 2. p. 291. cum versione *Joannis Pici* Canonici B. Mariæ Paris. ex edit. Paris. 1565. 8. ad calcem Epistolarum S. Ignatii. Hæc homilia Græcè occurrit etiam MS. in Bibl. Bodlejana Cod. Barocc. CLXXIV. Latine legitur in Bibliothecis Patrum Paris. 1575. 1589. & apud Surium 8. Dec. Incipit: τὰς ἐκλαμπρύσας μαργαρυγάς.

ϛ. περὶ βαΐων, *de festo Palmarum*, fragmentum. Incipit: ὁ ὑπ' ἀγγέλων ἀσιγήτως ὑμνούμενος. T. 2. p. 301.

ζ. περὶ πίστεως, καὶ τῆς ἁγίας Τριάδος, *de fide, S. Trinitate, & mysteriis numerorum ternarii, senarii & septenarii* T. 2. p. 304. Incipit: πίστις ἔστι, τάξις ἣ ἡ εἰς Θεὸν, πρᾶγμα ἀψηλάφητον.

η, *In Sanctam CHRISTI resurrectionem* T. 2. p. 310. Latine tantum, ex versione *Gerardi Vossii* Tungrensis, qvi edidit Rom. 1585. 12. Incipit: *Nunc mortuorum luctus exulavit*

Has

Has homilias viri docti ad juniorem qvendam Epiphanium Cyprium referendas esse existimant, licet Combefisius in Bibliotheca Concionatoria contendit qvasdam illarum, ut tertiam in S. resurrectionem, antiqvi illius Constantiensis ætati non male congruere.

In Petavii editione desiderantur:

15) *Fragmentum* breve Epiphanii εἰς τὸ κζ' Ἰωάννου, ex Catena Mazariniana ad Exod. XVI. 20. Græce vulgavit idem Combefisius Auctar. novissim. Tom. 1. pag. 300.

16) *Apophthegmata* septendecim Græce & Latine edita à Cotelerio inter Apophthegmata Patrum p. 426-430. T. 1. monument.

17) *Miraculum S. Eucharistiæ* è Codice Bibl. Palatinæ versum à *Petro de Monte* Episcopo Bressensi sive Brixiensi, & sub Epiphanii nostri nomine latine editum Rom. 1523. Cæterum *Theophilus Raynaudus* S. I. qvi recudi curavit A. 1640. cum copiosis suis animadversionibus in diss. de apparitionibus in Evchariſtiæ sacramento, recusa A. 1665. Tom. 6. Opp. pag. 382. & longe junioris esse Epiphanii ostendit pag. 389. seq. inter alia etiam ex eo qvod Paulus secundus refertur mulctasse corpus suum flagellis: *quæ imbonitas*, inqvit, *ante ævum Petri Damiani, qui sæculo undecimo claruit, in nullis Anachoretarum vel Monachorum asperrima quæque consectantium gestis notata à me est.*

VII. *Inedita.*

18) *Expositio in Nahum Prophetam* Græcè MS. in Bibl. Regis Christianiss. teste Labbeo pag. 79. Bibl. novæ MSS.

19) *In Psalmos* qvædam, & περὶ διαιρέσεως Ψαλμῶν MS. habuit Theophilus Galeus teste Caveo.

20) περὶ τῶν ἁγίων Ἀποστόλων πᾶσ' ἑκαστ@· ἐκήρυξε, *de SS. Apostolis* ubi qvisqve eorum prædicavit, mortuus & sepultus est, uti varia exstant sub nominibus Dorothei, Hippolyti, Sophronii, Athanasii, ita etiam sub Epiphanii nomine fertur in Codice Regis Galliarum 2951. pag. 233. unde profert nonnulla Cotelerius ad Constitutt. Apostol. VII. 46. vocans indiculum ἀνέκδοτον Pseudo Epiphanii de Apostolis.

21) *In Canticum Canticorum.* Cassiodorus lib. 1. Divinar. Inst. c. 5. *Post quos* (Origenem, Hieronymum, Rufinum) *Epiphanius antistes Cyprius totum librum* (Cantici Canticorum) *Græco sermone uno volumine sub brevitate complexus est. Hunc nos, ut alios, in Latinam linguam per amicum nostrum, virum disertissimum*, Epiphanium, *fecimus Domino juvante transferri.* Annotat Joannes Garetius commentarium illum esse non

Epiphanii, sed *Philonis* qvem Carpasi in Cypro insula Epiphanius Episcopum ordinavit, & Græce cum versione Cassiodoro memorata extitisse apud Emericum Bigotium. Hunc edere voluit V. C. Anselmus Bandurius, diversum à commentario qvi sub Philonis nomine exstat in Canticum Latine ex versione Stephani Salutati.

22) *Liber de ortu divino*, Hebedieſu catalogo librorum Chaldæorum n. 42.

Epiphanii *librum de Hebraicis nominibus* allegat Scotus Erigena libro V. de divisione Naturæ pag. 225.

VII. Post Epiphanium de aliis, qvi Hæreticorum historiam tradiderunt, differere non erit ab instituto meo alienum. Ac de S. IRENÆI qvidem libris V. adversus Hæreses, qvorum latina versio tantum modo cum paucis Græcis fragmentis supereſt, nec non de scriptis perditis *Justini Martyris*, *Hippolyti* Portuensis, *Originis* & *Didymi* Alex. adversus hæreses jam dixi supra c. 1. Volum. V. Ex illis vero qvi exstant & Hæreticorum plurium notitiam Græce paullo fusius tradiderunt, antiqvissimus post Epiphanium dicendus venit.

THEODORETUS a) sive Θεοδώρητος, h e. *à DEo donatus*, illo enim nomine eum appellavit mater, qvod post sterile tredecim annorum conjugium precibus eum à DEo impetrasset Deoqve iterum consecrasset, ut ipse narrat in Historia religiosa c. 13. Hic piis & opulentis parentibus natus Antiochiæ circa A. C. 393. (Garnerio placet 386.) post primæ institutionis exordia, ab octavo ætatis anno vitam deinceps in monasterio Euprepii non procul Antiochia duxit usqꝫ ad Episcopatum, Lector licet ordinatus, à Porphyrio & Diaconus presbyterqve ab Alexandro Episcopis Antiochenis, & sacrarum literarum doctrina imbutus à Theodoro Mopsvesteno ac Johanne Chrysostomo. *Episcopus Cyrianus sive Cyri (qvod opidum est Syriæ in provincia Augusta Euphratesia) sive ὁ Κυρεστῶν Ἐκκλησίας (ut Niceph. XIV. 53.) ordinatus est invitus à Theodoto Episc. Antiocheno circa A. C. 423. ut cum *Baronio* sibi persvadet Tillemontius, licet Garnerius malit annum 420. Episcopatum impigre pacateqve gesit, ab avaritia alienus, & ornandæ dioeceſi suæ intentus. Hanc qva-

a) De Theodoreti vita videndus post Victorinum Strigelium & Annalium scriptores Sirmondus in prolegom. & Tom. 2. Opp. pag. 638. seq. Jo. Garnerius in auctario Operum Theodoreti, & Tillemontius memoriar. Eccleſiast. Tomo XV. Consulenda etiam Acta Synodorum Ephesinæ, Chalcedonensis & qvintæ CPolitanæ.

* Chrysostomum præ cæteris fuit sectatus eumqve in exemplum sibi etiam in scriptis & dictione proposuit, ut notat Nicephorus XIV. 54.

qvadragies mille passus porrectam & Ecclesias continentem octingentas cum variis hæresibus infectam accepisset, vicos octo & in his decem Marcionitarum millia ad Ecclesiam reduxit, vicum alium Eunomianis, alium Arianis, Macedonianis & Apollinaristis refertum liberavit erroribus, ita ut in tota Cyrestica regione doctrina Catholica ubiqve personaret. A. C. 431. in Synodo Ephesina cum hortante Johanne Episcopo Antiocheno adversus Cyrilli Alex. capitula XII. anathematismorum Nestorio opposita scripsisset, multorum opinionem incucurrit, ac si cum Nestorio, familiari qvondam suo faceret, præcipue scriptis postea qvinq; libris adversus Synodum Ephesinam. Sed hæresin Nestorii non defendit, & postea subscripsit formulæ reunionis a Cyrillo compositæ. Post qvem A. C. 444. defunctum successor hujus in sede Alexandrina Dioscorus Eutychianæ hæreseos promachus Theodoretum tanqvam Nestorianum detulit, qvi per Imperatorem Theodosium juniorem prohibitus diœcesi sua excedere, absens damnatus fuit in Synodo λῃστρικῇ Ephesina A. C. 449. b) Sed in Chalcedonensi Synodo iterum deinde post damnatum qvod ægre fecit Nestorium absolutus & sedi suæ restitutus est A. C. 451. damnata tamen Theodoriti adversus Cyrillum scripta, ob qvæ ipse passim a Græcis accensetur hæreticis cum Origene & qvem in calce Historiæ laudat Theodoro Mopsvesteno &c. damnatusq; est cum tribus Capitulis in Synodo V. CPol. A. C. 553. Habetur etiam a multis Theodoretus post Theodorum Mopsvestenum fons erroris qvo Ecclesia Græca a Latinis scissa est de Spiritu S. a Patre solo c) procedente. Nam Epiphanius, Cyrillus & alii haud obscure etiam a Filio eundem procedere docuerunt, qvorum testimonia collegit Johannes Beccus. d) Post Concilium Chalcedonense vixisse adhuc annos circiter decem, ex Gennadio & Chronico Marcellini Labbeus colligit. Sed non ultra annum 457. vitam produxisse, Tillemontio assentior.

Ope-

b) Confer Petrum de Marca VII. 8. de Concordia Sacerdotii & Imperii, & Henricum Noris diss. de Synodo V. cap. XI.

c) Garnerius auctario Theodoriti pag. 194. Jo. Pearsonius ad Symbolum Apostolicum pag. 571 seq. edit. Latinæ. Jo. Forbesius Instruct. Historico Theolog. lib. V. cap. 6. Allatius in Vindiciis Synodi Ephesinæ & Cyrilli de processione Spiritus S. ex Patre & Filio.

d) Beccus de processione Spiritus S. in Allatii Græcia Orthodoxa.

Operum Theodoreti, edit. Græcolatinæ Sirmondianæ e) Tomus I.

1. Εἰς τὰ ἄπορα τ̃ θείας γραφ̃ης κατ' ἐκλογήν. *Quæstiones in Pentateuchum, Josuæque librum & Judicum*, scriptæ circa A. C. 453. precibus Hypatii, qvem Φίλτατον κ̀ ἐρασμιώτατον παίδων appellat. Græce edidit *Jo. Picus* clasium inqvisitoriarum Senatus Parisiensis Præses, ex uno mendoso Asulani Codice, in qvo primam & postremam qvæstionem ait se è Catena Oecumenii suppleviſſe. Paris. 1558. 4. Latine eodem Pico interprete, ibid. 1563. qvæ versio exstat & in Latinis operum Theodoreti editionibus & a Sirmondo servata est, qvi è Codice Regio longe meliori plura restituit, & præfationem antea ineditam primus cum versione sua præmisit.

2. *Tres quæstiones in librum Judicum & unam in libellum Ruth* a Pico prætermissam primus è Codice *Bavarico* Græce vulgavit *David Hæschelius* ad Photii Bibliothecam pag. 952. seq. Hisce suam versionem Sirmondus adjecit.

3. *Quæstiones in libros Samuelis, Regum, Paralipomenon*, Græce primum editi a Sirmondo è Codice Regio, addita *Gentiani Herveti* versione, qvæ in latinis Theodoreti editionibus sæpius prodiit. Qvæstione VI. in 1. Samuel. habetur fragmentum præfixo nomine Διοδώρου. Sic qvæstione XX. in Genesin Origenis & Diodori & Theodori Mopsvesteni de anima sententiæ afferuntur, ut appareat hæc ab aliis addita fortasse è Catenis. Nam in Codice Regio illa teste Sirmondo non exstant. Memorat & Photius laudatqve merito Cod. CCIV. Theodoreti ἐξήγησιν εἰς τὰ ἄπορα τ̃ ἑπταteuχου, εἰς τὰ τ̃ων βασιλειῶν (notum est libros Samuelis & Regum pariter sub hoc titulo comprehendi) κ̀ εἰς τὰ παραλειπόμενα. Meminit & Nicephorus XIV. 54.

4. *In omnes Psalmos Commentarius* inter annos 433. & 445. absolutus, & Chrysostomi vestigiis freqventer insistens, inter cujus opera etiam

e) Jac. Sirmondus S. I. annorum LXXXIII. senex, Frontonis etiam Ducæi adjutus laboribus insignem operum Theodoriti editionem dedit, Paris. 1642. fol. qvatuor Volum. Vide Sarravii Epistolas pag. 54. edit. primæ, & Epistolas ad calcem Epistolæ S. Clementis Romani editas à Colomesio pag. 254.

etiam expositiones qvorundam Psalmorum qvæ Theodoreti sunt leguntur. Meminit hujus operis præter Nicephorum XIV. 54. Theodoritus qvæst. 43. in libb. Regum & ipse Epist. 82. Latine vertit *Antonius Caraffa* Patav. 1564. 4. Græce primus Sirmondus cum Caraffæ interpretatione exhibuit. Alia è Catenis collecta à Garnerio, ut dicam infra, ubi Auctarium ejus recensebo.

5. *Commentarius in Canticum Canticorum* ad Johannem Episcopum Antioch. circa A. 425. scriptus. Hunc præter Gabium Rom. 1563. fol. latine vertit *Franciscus Zinus* Rom. 1563. fol. Venet. 1574. 4. ex Codice MS. Maximi, Nili & Pselli notationes interspersas habente. Græca primus Sirmondus cum Zini versione in lucem edidit. In Canticum scripsisse se Theodoritus præf. in Psalmos testatur, & ex hoc commentario, Theodoreti laudato nomine affert qvædam Pelagius II. sive Gregorius Magnus, & ad ea qvæ Garnerius & Caveus huic scripto objiciunt ut alterius illud demonstrent auctoris esse, respondit Elias du Pin Tom. 4. Bibl. scriptorum Eccles. pag. 91.

Tomus II.

6. *Commentariorum in Esaiam*, qvorum in præfatione ad Psalmos & Epist. 82. & 113. Theodoritus meminit, & qvi nusqvam reperiuntur, *jacturam*, inqvit Sirmondus, *aliqua ex parte ut resarciremus, ex Catenis delibavimus quæ quidem cum medullam haud dubie omnium quæ in Esaiam scripserat, succumque complectantur, subsidio interim erunt, dum integrum opus emergat. Quanquam hujus potiundi spes jamdudum ni fallor apud Græcos ipsos interiit: quippe qui ad jacturæ solatium excerpta quoque istiusmodi aggressi sint, quorum exemplaria & Romæ & Parisiis videre nos meminimus, sed quæ ultra XV. Esaiæ caput non procedebant.* Hæc è Catenis excerpta cum versione sua Sirmondus exhibet, in qvibus nonnulla Theodori Mopsvesteni esse, cujus nomen cum Theodoreto subinde confunditur, non absurde Caveus conjicit.

7. *Commentarius in Jeremiam, Baruch, & Threnos* latine versus à Johanne Pico Paris. 1564. & cum ejus interpretatione Græce primum à Sirmondo vulgatus.

8. *Commentarius in Ezechielem*, Græce primum editus à Sirmondo cum versione *Jo. Baptistæ Gabii* Veronensis, qvæ primum prodierat Romæ 1563. fol.

6. *In Danielem Prophetam.* Meminit Theodoretus ipse præf. in Psalmos & Epistola 82. & Photius Cod. CCIII. Nicephorus qvoqve XIV. 54. in sedecim Prophetas scripsisse nostrum testatus. Qvod vero ad tempus attinet, in Danielem prius Theodoretus scripsit, circa A. C. 426. hinc in Ezechielem, postea in duodecim Prophetas, inde in Esaiam, deniqve in Jeremiam *Baruchum* ac Threnos. Commentarium in Danielem vertit idem *Gabius* Rom. 1563. fol. Græca Sirmondus primus addidit.

10. *In XII. Prophetas.* Meminit Photius Cod. CCV. & Nicephorus ac Theodoritus ipse locis jam laudatis. Primus Græce edidit Sirmondus cum versione *Petri Gillii* Albiensis, qvæ primum lucem viderat Paris. apud Henr. Stephanum avum, & Lugduni apud Gryphium 1533. 8.

Tomus III.

11. *Commentarii in XIV. Epistolas Pauli,* in qvibus Chrysostomum freqventer seqvitur & sensum pariter connexionemqve sententiarum exqvirit. Post Concilium Ephesinum nec ante A. C. 432. scripti videntur. Latine vertit *Gentianus Hervetus*, Florent. 1552. 8. Græca primus in lucem protulit Sirmondus. Commentariorum in Apostolum meminit Nicephorus XIV. 54. & Theodoritus ipse Epist. 82. & 113.

12. *Historiæ Ecclesiasticæ libri V.* ab A. C. 325. sive vicennalibus Constantini M. usqve ad A. C. 429. absoluti circa A. 450. de qvibus non repetam qvæ dixi lib. V. cap. 4. p. 124. seq & 838.

13. Φιλοθέου ἱστορία * sive ἀσκητικὴ πολιτεία. *Historia religiosa* Ascetarum atqve Eremitarum, virorum fœminarumqve triginta atqve in his decem adhuc tunc cum hunc librum scriberet superstitum vitas & elogia continens, scripta circa A. C. 444. Opus haud dubie genuinum, cum & Theodoritus ipse ad illud lectorem in Hist. Ecclesiastica lib. 4. c. 34. remittat, memineritqve illius Epist. 82. & in limine λόγε περὶ ἀγαπης qvi clausulam historiæ hujus videtur continere: & memoretur a Theodoro Lectore lib. 1. pag 553. Nicephoro IV. 54. Menæis ult. Octobr. &c. Tamen magis vulgi sermonibus qvam accuratiori relationi in hoc libro Theodoritum studuisse, atqve inde multas in eo narrationes suspectas haberi merito, notavit Wilh. Ernestus Tentzelius in diss. selectis pag. 237. Latine vertit *Joach.*

* Vide Sirmondi edit. pag. 763.

Joach. Camerarius Basil. 1539. fol. *Gentianus Hervetus* Paris. 1556. 1570. 4. ad calcem Palladii Lausianæ. Exstat etiam in Historia Christiana Laurentii de la Barre Paris. 1583. fol. & in Heriberti Rosvveydi Vitis Patrum libro IX. Antvv. 1628. fol. Græce ante Sirmondi editionem non prodierat. Interpreti Herveto inscribitur Θεοφιλής, eodem qvo φιλόθεος sensu, hic enim Theodoreti ipsius & aliorum veterum testimonio, titulus operis, qvod etiam MSti Codices confirmant, ut Vindobonensis, de qvo Lambecius VIII. p. 314. sq. qvi etiam p. 317. notat additamentum de Simeone Stylite (qvod sub Theodoreti nomine laudatur in Synodo secunda Nicæna T. 3. Binii p. 567.) ab alio auctore subjectum esse.

14. *Epistolæ CXLVII.* ab Episcopo scriptæ, & a Sirmondo primum Græce & Latine editæ. Nicephorus qvidem ultra qvingentas Theodoreti Epistolas legisse se testatur XIV. 54. ἀρίσους καὶ κατὰ λόγον ἄλλους συγγραμμάτας, sed cæteræ interierunt, exceptis qvas in Garnerii auctario præterea exstare paullo post infra notaturus sum: Epistolâ LXXXII. ad Eusebium Ancyranum circa A. C. 448. exarata & Latine etiam apud *Baronium* ad A. 443. n. 12. obvia de scriptis suis Theodoritus mentionem facit. Nec non Epistola CXIII. ad Leonem Papam, CXVI. ad Renatum presb. & CXLV. ad Monachus CPol. Nonnullas Epistolas Theodoreti *Baronius* Latine Tomo V. & VI. Annalibus suis inseruit ex versione *Federici Metii*, Thermularum Episcopi, testatus ad A. C. 430. n. 48. in Codice Vaticano exstare Epistolas CLVII. (forte CXLVII. legendum) qvas Metius ille transtulerit. Hisce non est accensenda Epistola a Nestorianis suppositia ad Johannem Episcopum Antiochenum de obitu Cyrilli Alex. septem annis post Johannem illum defuncti, qvæ incipit: *Sero tandem & vix malus homo defunctus est*: legiturqve in Synodo V. Generali CPol. Actione V. & Latine apud *Baronium* ad A. C. 444. n. 13. sq. Alias Theodoriti & Nestorii mutuas Epistolas, qvibus se invicem recipiunt, ab hæreticis suppositas notavit jampridem Leontius de sectis p. 454. Adde Allatium in Vindiciis Synodi Ephesinæ p. 130. sq.

Tomus IV.

15. Ἐρανιστὴς ἢ πολύμορφος sive *Dialogi tres* inter Ἐρανιστὴν & Orthodoxum, Photio Cod. 46. memorati, qvibus probatur unionem naturæ Divinæ cum humana in CHristo esse 1. ἄτρεπτον immutabilem, 2. ἀσύγχυτον inconfusam & 3. ἀπαθῆ impatibilem, subjuncta eorundem dogma-

tum demonstratione per syllogismos. Hi sunt λόγοι τρεῖς περὶ θείων δογμάτων ἀλογικῶς συλλαχθέντες, quos memorat Nicephorus IV. 54. Prodiere primum Græce cum libris Hæreticarum fabularum Romæ per Stephanum Nicolinum Sabiensem 1547. 4. Edidit etiam Græce typis nitidis *Victorinus Strigelius* Lipsiæ 1568. 8. qvi sub idem tempus Latinam suam versionem cum præmissa Theodoriti vita separatim vulgavit. Hinc Græce & Latine cum Strigelii versione & *Marci Beumleri* analysi ac notis, excusi sunt Tiguri 1593. 1606. 8. Analysin horum Dialogorum a *Laurentio Ludovici*, Leobergensi Silesio concinnatam cum Oratione de Laur. Ludovici vita & obitu, edidit Abrahamus Scultetus, Neustadii 1604. 8. In Latinis Theodoreti operum editionibus exstat latina *Gentiani Hervetii* interpretatio Venet. 1548. 8 & Basil. 1549. 8. separatim excusa, qvam servavit etiam in Græcolatina sua ἐκδόσει Sirmondus. Exstat præterea versio horum dialogorum Germanica *Martini Molleri* Basil. 1575 Gorlitzii 1582. 8. typis exscripta Hoc opus circa A. C. 446. scriptum & gemino inde Theodosii Imp. edicto A. 347. & 349. flammis addictum, jam monuere viri docti. Notatu digna in hoc opere loca & fragmenta complura qvæ Theodoretus laudat, *Ambrosii*, *Amphilochii*, *Antiochi Ptolemaidis Episc. Apollinarii*, *Athanasii*, *Attici* CPol. *Basilii* Cæsar. *Cyrilli* Hierosol. & Alex. *Damasi* Episcopi Rom. *Diodori* Tarsensis, *Eusebii* Emesseni, *Eustathii* & *Flaviani* Antiochenorum, *Galesii* Cæsareæ Palæstinæ, *Gregoriorum* Naz. & Nysseni, *Hilarii*, *Hippolyti*, *Ignatii*, *Joannis Chrysostomi*, *Irenæi*, *Methodii*, *Severiani* Gabalorum Episcopi, *Theodori* Mopsvestseni, & *Theophili* Alexandrini pro qvo male in edit. Rom. & Lips. excusum Θεοφυλάκτε.

16. Κατὰ πασῶν τῶν αἱρέσεων, ἢ ψεύδες * καὶ ἀληθείας ἀφήγνωσις. *Hæreticarum fabularum libri quatuor*, iisqve opposita in *libro quinto* ἡ θείων δογμάτων ἐπιτομή, *Epitome Divinorum dogmatum* ad Sporacium, Domesticorum Comitem qvi A. C. 453. Consul fuit. Hoc opus circa A. C. 452. a Theodoreto scriptum, Græce cum dialogis, de qvibus jam dictum est, prodiit edente Camillo Perusco, auspiciis Ardingelli Cardinalis Rom. 1547. 4. typis Stephani Nicolini. Latine vertit *Gentianus Hervetus* Basil. 1549. cujus interpretatio ad calcem Epiphanii Paris. 1566. fol. & in Latinis & Græcolatina Theodoreti editio-

* Hic operis titulus apud Nicophorum XIV. 54. Theodoretus ipse qvæst. 1. in Levit. τὰ πρὸς αἱρέσεις vocat. Photius Cod. 56. κατὰ τῶν αἱρεσεων.

editione legitur. Qvam enim Johannes à Fuchte præf. ad Philastrium promisit Græcolatina editio, lucem nunqvam vidit. Falluntur de cætero viri docti Garnerius & Caveus qvibus libri IV. caput 12. de Nestorio †† spurium ac subditititium fuit visum, nam & hoc eidem auctori tribuitur a Leontio p. 456. de sectis, Theodoro Abbate in argumento Synodi Ephesinæ & Photio Cod. 46. Vide Eliam du Pin Bibliothec. scriptor. Eccles. Tom. 4. pag. 103-105. & Doctorem meum B. Tho. Ittigium diss. de hæresiarchis Apostolicæ ætatis p. 13. qvi etiam rejicit parum verisimilem ejusdem Garnerii opinionem in vita Theodoreti cap. 12. & de scriptis Theodoreti cap. 6. suspicantis Sporacium ideo hos libros a Theodoreto effagitasse & Theodoretum scribendos in se suscepisse, ut consensione cum hæreticis oneraret Cyrillum Alex., Nestorium absolveret. Græcæ Romanæ editioni subjectæ sunt Variæ Lectiones ex MS. Codice Cardinalis de Salviatis.

17. Περὶ προνοίας, *De Providentia homiliæ decem.* Nam homilias esse ex pag. 357. & aliis locis patet. Antiochiæ circa A. C. 430. habitas Garnerius colligit, Du Pinius A. 433. Prodierunt è Bibl. Vaticana Græce *Nicolao Majorano* editore Rom. 1545. 8. & Tiguri 1546. 8. Latine vertit *Rudolphus Gualtherus* ibid. atqve inde *Victorinus Strigelius*, Lipsiæ 1566. 8. Græce cum Gvalteri versione notisqꝫ Paris. 1623 8. atqꝫ sine notis in Theodoreto Sirmondi. Gallice vertit post Ludovicum Regium Simon Goulartius.

18. Θεραπεία Ἑλληνικῶν παθῶν, *Curatio Græcarum affectionum* sive adversus Ethnicos libri XII. qvos A. C. 427. scriptos & Juliano Imp. fingillatim oppositos, Garnerius annotavit. Latine ex versione *Zenobii Acciajoli* Florentini prodiere Paris. apud Henr. Stephanum avum A. 1519. fol. Græce cum Acciajoli versione primus edidit Frid. Sylburgius, qvi notas suas & castigationes indicesqve addidit. Heidelbergæ apud Commelin. 1592. fol. Cum eadem Acciajoli interpretatione recudi etiam fecit Sirmondus, Varias Lect. è MSS.

†† Idem dicendum de Epistola ad Sporacium, qvam Theodoreto suppositam contendit Garnerius, cumqve secutus Antonius Pagi ad A. C 428 n. XXI. seq. sed non minus hæc qvam caput illud de Nestorio scribi à Theodoreto post Synodum Chalcedonensem potuit.

Bibl. Vaticanæ & Fulvii Ursini ex alio Codice castigationes dedit in Auctario Garnerius p. 393. seq. Gallice non ita pridem versos hos libros vulgavit *Michaël Mourgves*, S. I. in Tomo secundo Operis cui titulus *plan Theologique du Paganisme* Tolosæ 1712. 8. Nullo modo audiendi qvi opus hoc pulcherrimum Theodoreto abjudicatum ivere Rob. Cocus & Andreas Rivetus, nam & Theodoriti eruditione dignissimum est, & ipse τῶν πρὸς Ἕλληνας γεγραμμένων meminit qvæst. 1. in Leviticum & Epist. 112. 116. Meminere etiam alii, ut Jo. Tzetzes Chiliad. IX. Hist. 291.

ὁ δέ τε Θεοδώρητος ἐν βίβλῳ τῇ ἰδίᾳ
Ἣν Θεραπείαν ἐγραψεν Ἑλληνικῶν παθῶν δὲ
Δύο ἐπῶν ἐκ ξ χρησμὸν, δοκῶ μοι, μνημονέυει.

Cocum qvoqve refellit civis ejus Gatakerus p. 419. Adversariorum.

In Appendice Tomi IV.

19. Περὶ τ θείας ἀγάπης Dissertatio *de Divina charitate*, cujus vi sancti viri & Asceta tot & tanta fortiter sustituerunt. Est hoc ultimum caput & clausula Historiæ de qva supra n. 13. dictum Religiosæ, cui in versione *Gentiani Herveti* & in MSS. Codicibus ut Vindobonensi de qvo Lambecius VIII. p. 320 recte subjicitur. in Sirmondi autem editione male est divulsa, Separatim cum versione notis & variis Lectionibus vulgavit *Gerhardus Vossius* Tungrensis Rom. 1580, 4,

20. Κατὰ Νεστόριον πρὸς Σποράκιον, *ad Sporacium* Epistola adversus Nestorium, in multis eadem cum libri IV. hæreticarum fabularum capite 12. Incipit: ἐπειδὴ ὁ ξ κόσμ παντὸς κ̄ μικρὸν ὑποῤῥεον. Vide qvæ paullo ante num. 16. dixi.

21. Epistola CXLVII. ad Johannem Germaniciæ (Γερμανικείας) Episcopum, scripta aliqvo tempore post Synodum ληστρικήν.

22. Argumenta librorum XXVII, πρὸς Ἀλαφόρους θέσεις *adversus varias propositiones* Eutychianas, ex Photii Bibliothecæ Codice 46. Ex his primores (ex quemadmodum & Eranistem sive Polymorphum qvem hisce λόγοις subjectum fuisse Photius testatur, & de qvo num. 15, dictum est, Theodoreti fuisse nemo ambigit, sed illi * interciderunt: Cæteri vero a VII. ad XXVI. exstant inter *Athanasii* scripta plus semel editi Græce & Latine. Theodoreto inde ex Photii testimonio vindicavit Jo. Dallæus, Combefisius Maximo: At ex testimonio Marii Mercatoris Jo. Garnerius ea tribuit *Eutherio* Cyrilli adversa-

* Vide infra, num. 33.

versario Nestorianæ partis Episcopo Tyanensi, ediditqve Græce & Latine ad calcem Auctarii scriptorum Theodoreti.

23. Ἀνατροπὴ τῶν δώδεκα κεφαλαίων ἢ ἀναθεματισμῶν Κυρίλλου, *reprehensio duodecim capitulorum* sive anathematismorum *Cyrilli* Alex. Nestorio oppositorum, præmissa Epistola ad Johannem Antiochenum Episcopum, qvo svadente Cyrillum Theodoretus * anteqvam Ephesi Synodus A. 431. celebraretur, oppugnavit, etsi Theodorus Lector lib. 2. Hist. Eccles. pag. 565. scribit, μετὰ τὴν πρὸς τοὺς ἀνατολικοὺς συμβίβασιν *post reconciliationem cum Orientalibus* adversus Cyrilli capitula scripsisse. Cyrilli responsio post Acta Synodi Ephesinæ & Tomo VI operum Cyrilli Alex. & T. 2. Operum Marii Mercatoris pag. 178. legitur.

24. Claudit editionem Sirmondianam Epistola Leonis I. Episcopi Romani post Synodum Chalcedonensem scripta A. C. 453. qva Theodoreto gratulatur qvod tam Nestorianæ impietatis qvam Eutychianæ vesaniæ victor exstiterit. Est illa nonagesima tertia inter Epistolas Leonis in editione Qvesnelliana, in aliis LXIII. Theodoreti Epistola ad hunc Leonem legitur in Sirmondi editione CXIII.

Auctarium Operum Theodoreti à Jo. Garnerio S. I. *collectum, editumque post ejus fata* † *Paris.* 1684. *fol.* à Jo. Harduino ejusdem Societatis presbytero.

25. *Proœmium* & *Fragmenta Commentariorum in Psalmos* p. 1-20. è Codice Vaticano 752. cum Latina versione. Hæc Theodoreti esse negat V. C. Ellies du Pin ** Tom. 4. Bibl. scriptorum Ecclesiasticorum pag. 9[illegible].

26. *Fragmentum* breve descriptum ex catena in Lucam, atqve ut Garnerius suspicatur sumtum *ex libro secundo Pentalogii* Theodoretiani, in qvo S. Scripturæ testimoniis ille usus fuit. Ser-

* Theodoretus hoc ipse testatur apud Marium Mercatorem T. 2 p. 267.

† Obiit Jo. Garnerius Bononiæ in itinere Romam suscepto A. 1681. 26. Octobr. ætatis 70. Harduinus opus inscripsit Francisco Harley Archi Episcopo Paris. vitamqve & elogium Garnerii præmisit.

** Verba Du Pinii hæc sunt: *il est visible que la preface n'est point de Theodoret, puisque l'Auteur y avance des choses qui ne s'accordent point avec ce que Theodoret dit dans son ouvrage indubitable. il en est de même des fragmens du commentaire sur les pseaumes, qui sont de quelque Auteur plus nouveau, qui rapporte les paroles du commentaire de Theodoret, & y ajoute les sentimens d'autres auteurs, ou les siens propres,*

27. *Sermo in nativitatem Johannis Baptistæ.* Incipit: Εἰ μὲν ὁ τῦ λόγυ κήρυξ ἦν πρόδρομος τῶν κάτω λόγων. Hunc non Theodoreti sed Theodori Daphnopatæ esse notavit ex Codice suo Leo Allatius.

28. Ex Theodoreti *sermonibus in S. Chrysostomum*, qvorum *quinq;* modo vidisse se Photius testatur, ex ejusdem Bibliothecæ Codice CCLXXIII. excerpta. Secundi initium hoc fuit: πάλιν ἡμῖν Ἰωάννης τὸ μνημόσυνον. Tertii: Πολυτόμως τὴν παρεσῶσαν ὑπόθεσιν σάλπιγγος δεομένην. Qvinti: Ἐπειδὴ δεῖ καιρὸς πρὸς εὐφημίαν παλαιὰν ἀναχρήσασθαι μέλος.

29. *Fragmenta allocutionum* in Synodo Chalcedonensi adversus Cyrillum ex actis qvintæ Synodi Latine cum notis.

30. *Homilia* Chalcedone habita, Latine ex Actis Ephesinæ & qvintæ Synodi. Incipit: *Christus nobis Dux sit sermonis.*

(Johannis Antiocheni Episcopi Homilia Chalcedone dicta post homiliam Theodoreti, ut suos animaret. Ex Actis illius Concilii, & Epistolis Ephesinis à Christiano Lupo editis, Latine. Incipit: *Sancta lex est ut Patribus accepta serantur.*)

31. *Fragmentum ex sermone* qvem Theodoretus Antiochiæ habuit coram Antiocheno Episcopo post Cyrilli mortem. Latine ex Mario Mercatore & Actis qvintæ Synodi, qvorum auctoritate genuinum hunc Theodoreti fœtum esse pugnat Garnerius adversus Gallicum Historiæ Theodoreti Ecclesiasticæ interpretem.

32. *Fragmentum* breve ex *allocutione*, incertum qvando habita.

33. *Fragmenta* Πενταλογίας ἐνανθρωπήσεως, sive *quinque librorum de incarnatione* qvos adversus Concilium Ephesinum ac Cyrillum, diabolo (ut ait ** Marius Mercator) instigante Theodoretus conscripsit, Græce & Latine ex Cod. Vaticano 469. His addenda fragmenta alia qvæ ex iisdem libris Marius Mercator Latine vertit, qvæqve cum notis Garnerii exstant inter Mercatoris Opera Tom. 2. pag. 267 - 271. Paris. 1673. fol. Pulchre hic Garnerius observat libros sex primores ex illis XXVII. qvos Photius Cod. 46. memorat non diversos fuisse ab hoc Pentalagio, ita tamen ut secundum ex his qvinqve, Photius in duos distractum legerit, qvorum priore testimonia Novi, posteriore Veteris Testamenti exposuerat Theodoretus.

34.

** Marius Mercator Tom. 2. edit. Garnerii p. 265.

(Ὑπομνηστικὸν Commonitorium * S. Cyrilli Alex. datum Posſidonio cum Romam propter Neſtorii negotium mitteretur, Græce & Latine, cum notis pag 51. Incipit: ἡ Νεστορίου πίστις.)

34. Johannis Epiſcopi Antiocheni *ad Neſtorium Epiſtola*, qvam à Theodoreto Johannis nomine ſcriptam Garnerius opinatur. Incipit: τὸν ἐμαυτῆς σκοπόν pag. 54. Græce & Latine, cum notis.

35. Theodoreti variæ Epiſtolæ, pleræqve Latine tantum ex Actis Conciliorum.

(Relationes Orientalium ad Imperatorem, Reginas & Senatum, Clerum, Populumqve CPol. & ad Præfectum & Magiſtrum, Præpoſitum & Scholaſticum.

Johannis Antiocheni cæterorumqve Orientalium relatio ad Imp. Theodoſium, miſſa per Palladium Magiſtrianum. p. 77.

Epiſtolæ legatorum Chalcedone miſſæ ad Imp. p. 81-85. Latine.

Cyrilli ad Johannem Antiochenum, contra Theodoretum p. 97.)

Jo. Garnerii Hiſtoria Theodoreti Cyrenſis Epiſcopi p. 109-171.

Ejusd. diſſertatio de libris Theodoreti. p. 173-258.

Ejusd. diſſertatio *de Dialogis VII. adverſus Arianos, Macedonianos & Apollinariſtas*, inter S. Athanaſii opera ſæpius editis, & a Combefiſio inter opera S. Maximi Confeſſoris relatis, qvos Garnerius Theodoreto vindicat. p. 259-272.

35. Dialogi illi ipſi Græce & Latine. 1. & 2. de S. Trinitate adverſus Anomoeos, 3. 4. 5. adverſus Macedonianos, deniqꝫ 6. & 7. adverſus Apollinariſtas p. 373-406.

Fulvii Urſini emendationes in libros Theodoreti de curandis Græcorum affectionibus: ex antiqvis libris & conjecturis, cum collationibus Scriptorum qvi a Theodoreto citantur. p. 393-455.

Jo. Garnerii diſſertatio de fide Theodoreti Cyrenſis Epiſcopi p. 457-492.

Ejusdem diſſ. Critica de Synodo V. Generali, in qva Theodoretus A. C. 553. cum tribus Capitulis ** damnatus eſt p. 493-548.

* Idem Commonitorium ex Sirmondi ſchedis vulgavit Baluzius T. I. collectionis novæ Concilior.

** Tria illa capitula qvæ à Synodo veluti Neſtorio ſuffragantia damnata ſunt, fuere 1) Excerpta ex Theodori Mopſveſteni ſcriptis. 2) Theodoreti adverſus Cyrillum, & 3) Epiſtola Ibæ Edeſſeni ad Marim Perſam. Cæterum Garnerium Theodoreti cauſæ paullo iniqviorem, alii jam notarunt.

Qvæ deniqve pag. 549 681 inscribitur dissertatio de Theodoreti & Orientalium causa, nihil aliud est qvam nova & emendatior editio versionis antiqvæ Epistolarum ad Concilium Ephesinum *** qvas è MS. Casinensis Monasterii cum prolixis notis indiligentius ediderat Lovanii 1682. 4. *Christianus Lupus*, atqve hinc *Stephanus Baluzius* Paris. 1683. fol. in Tomo I. novæ collectionis Conciliorum sub titulo Synodici adversus tragœdiam Irenæi recensuerat illustraveratqve, conqvestus usum illius Codicis MSti Romæ à Monachis Casinensibus nulla se ratione, nullis precibus impetrare † potuisse. Idem existimat auctorem hujus Epistolarum collectionis & qvi illas è Græco Latine vertit esse qvendam Afrum non Nestorianum qvidem, trium tamen capitulorum defensorem, qvi hoc Irenæi Nestoriani Tragœdiæ opposuit omnemqve movet lapidem, ut a Theodoreto omnem Nestorianæ labis suspicionem amoliatur. Notas Garnerium & plures & prolixiores additurum fuisse scribit Harduinus, nisi fato præreptus fuisset. Inter illas Epistolas pag. 553. occurrit Epistola Johannis Antiocheni ad Firmum Cæsareæ Cappadoci & Episcopum, qvi idem est FIRMUS, A. C. 439. teste Socrate VII ult. defunctus, cujus Epistolas XLV. primus ex Ambrosianæ Bibl. Codice MS. Græce edidit cum versione sua notisqve V. C. Lud. Antonius Muratorius in Anecdotis Græcis, Patav. 1709. 4. pag. 277-325. Nomina eorum ad qvos scribit Firmus hæc sunt:

Acacius Episcopus 19. 35.
Achilles 1.
Alypius Chorepiscopus 5.
Anthimus Episcopus 14.
Armenius Archiater 8.
Atticus Episcopus 13.
Ausonius presbyter 11.
Chilo Episcopus 24.
Colosfianus 18.
Cynegius Comes 4.
Cyrillus Episcopus (Alex.) 37.
Cytherius Sophista 2.
Daniel Episcopus 42.
Didnius 7.
Dometianus 33.

Ecdius

*** Vide Acta Erud. A. 1683. p. 345. & A. 1684. p. 354. A. 1685. p. 55.

† Elias du Pin T. 4. Bibl. scriptor. Eccles. T. IV. pag. 112. *Quoy que nous n' ayons ces lettres que sur la foi de cet auteur, & dans un seul Manuscrit, que les Romains ont même pris le soin de cacher, depuis que le Pere Lupus s' en est serbi, peut être parce qu' il contenoit quelques pieces qui n' étoient pas favorables aux pretentions de la Cour de Rome, on ne peut pas neanmoins douter quelles ne soint anciennes* adde pag. 118. 248. seq.

Ecdicius 32.
Evandrius Epiſcopus 15. 34.
Eleuſinius 31.
Eupnius 40
Euſtrathius 39. Comes 3.
Eutherius 23.
Florentius 29.
Gerontius Presbyter 10.
Geſius Scholaſticus 6.
Helio 28.
Helladius 12. 26. Epiſcopus 41.
Inachius 43. & 44. niſi poſterior potius reſponſoria ſit ad priorem, itaqve ab Inachio ad Firmum non à Firmum ad Inachium ſcripta.
Iſidorus 30. Hunc non diverſum ſuspicor à Peluſiota.
Lauſus 9. 20.
Leontius Epiſcopus 36.
Olympius 27. hujus prudentiam eloqventiamqve qva Themiſtoclem ac Periclem ſuperet, laudat Epiſtola 13. ad Atticum Epiſc.
Pergamus Chorepiſcopus 45.
Pliethas Πλιήθας 21.
Soterichus 17.
Thalaſſius 16.
Theodotus Epiſcopus. 22.
Valerius Epiſcopus 38.
Voluſianus 25.

INDEX eorum ad qvos Epiſtolas ſcripſit Theodoretus.

Numeri minores, reſpiciunt Epiſtolas in tomo tertio Sirmondi, A. præmiſſum, paginas Auctarii Garneriani.

ABrahamæ Oeconomo (Ἀβραάμῃ) 106.
Abundio Comenſi Epiſcopo. A. p. 106. Latinè.
Acacio presbytero 108.
Ad Acacium Beroeæ Epiſcopum A. pag. 585. Theodoreti & aliorum Orientalium Epiſtola A. p. 564. Latine.
Agapio presbytero 51.
Aërio Sophiſtæ 30. 66.
Alexandræ 14. 100.
Alexandro Hierapolitano Epiſcopo & Euphrateſiæ provinciæ Metropolitano A. p 85. & 574. 587. 590. 596. 631. 632. 634. 642. 645. Latine.
Anatolio Patricio 45. 79. 92. 111. 119. 121. 139.
Andiberi 114.
Andreæ Epiſcopo Samoſateno. 24. aliæ Latine A. p. 80. 97. 565. 585.
Andreæ monacho CPol. 144. alia Latine A. p. 96
Anonymo 1. 2. 9.
Antiocho præfecto 95.
Apellæ 115.

Apellioni 29.
Aphthonio Zeugmatensi 126.
Apollonio 73. Comiti 103.
Aqvilino Diacono & Archimandritæ 27.
Archibio presbytero 61.
Archidiacono Romæ 118.
Aërobindæ Patricio 23.
Aspari Consuli & Patricio 140.
Ad Augustas (Pulcheriam & Marinam Theodosii sorores) Epistola nomine Alexandri, Theodoreti, Abbibi, Heliadis, Maræ, Davidis, Aqvilini, Euphratesiæ provinciæ Episcoporum. A. p. 625. Latine.
Basilio Episcopo 85. 102.
Basilio presbytero 19.
Berrhoënsibus Clericis 75.
Candido presbytero & Archimandritæ 129.
Candidiano Comiti Domesticorum. A. p. 573. Latine.
Casianæ (Κασιανῆ) Diaconæ 17.
Celerinæ Diaconæ 101.
Ciliciæ Episcopis 84.
Claudiano 41. 59. ἀντιγραφῆ 99.
Constantinopolitanis Monachis. 146. Confer de hac Epistola A. p. 237. & 572.
Constantinopolitano populo. A. p. 570. 576. 627. Latine.
Constantio Præfecto 42.
Cyrillo Adanensi Episcopo. A. p. 639. Latine.
Cyro 13. μαγιστριανῷ 137.
Damiano Episcopo Sidonis 49.
Dioscoro Episcopo Alexandriæ. 60. & 83. qvæ auctior emendatiorqve è Vaticano codice. A. pag. 101.
Domno Episcopo Antiochiæ. 31. 110. 112. alia A. p. 98. Latine.
Domno Episcopo Apameæ 87.
Dorotheo Mœsiæ Metropolitæ, A. p. 627. Latine.
Eliæ Scholastico 10.
Epiphanio 68.
Episcopis Ephesi congregatis Epistola scripta nomine Johannis, Himerii, Pauli, Macarii, Apringii, Theodoreti. A. p. 81. Latine.
Episcopis Syriæ & Ciliciæ primæ & secundæ, & secundæ Cappadociæ, Epistola scripta nomine Alexandri, Theodoreti, Heliadæ, Abbibi, Maræ, Davidis & Aqvilini. A. p. 621. Latine.
Eugraphiæ 8. 69.
Eulalio Episcopo Persicæ Armeniæ 77.
Eulogio Oeconomo 105.
Eusebio Episcopo Ancyræ 82. 109.
Eusebio Episcopo Persicæ Armeniæ 78.
Eusebio Scholastico 21.
Eustathio Episcopo Beryti 48.
Eustathio Episcopo Ægensi 70.
Eutrechio præfecto 57. 80 91.

Fla-

Flaviano Episcopo CPolitano. 11. 86. 104.
Florentio Episcopo 117.
Florentio Patricio 89.
Gerontio Archimandritæ. 50.
Helladio Tarsi Episcopo, Epistolæ Theodoreti A. p. 589. 610. 638. Ejusd. & Alexandri & Andreæ Episcoporum A. p. 578. Latine.
Heortasticæ sive festales Epistolæ. 4. 5. 6. 25. 26. 38. 39. 54. 55. 56. 63. 64.
Hermesigeni Assessori 72.
Himerio Nicomediæ Episcopo. A. p. 96. 97. 589. Latine.
Jacobo presbytero & Monacho. 28.
Ibæ Episcopo Edessæ 52. 133.
Joanni Archimandritæ 138.
Johanni Episcopo Antiocheno. A. p. 60. Latine. Alia cum de pace Ecclesiarum ageretur. A. p. 598. 605. ubi duæ, & 649. Latine. Alia pag. 603. qvæ p. 93. Gr. L. incipit: ὁ πάνσα σοφῶς πρυτανεύων Θεός, eadem è Codice Vaticano edita ab Allatio qvi pro suppositâ habet in Vindiciis Synodi Ephesinæ & Cyrilli, Rom. 1661. 8. p. 137. & ex alio Codice Cotelerius Tom. 1. monumentor. Ecclesiæ Græcæ p. 48. Paris. 1677. 4.
Joanni Episcopo Germaniciæ 134. & 147. in appendice Tomi IV.
Joanni Oeconomo 147.
Joanni Presbytero 62.
Joanni Zeugmatensi 126.
Jobio presbytero & Archimandritæ 128.
Irenæo Episcopo 3. 12. 16. 35. Hic est Irenæus Comes, cui data perferenda relatio Orientalium ad Imp. Theodos. A. pag. 73. Idem postea factus Tyri in Phœnicia Episcopus & qvod Nestorium damnare nollet, depositus scripsit Tragœdiam h. e. opus pluribus constans libris de actis in Synodo Ephesina ac deinceps per XX. minus annos in Oriente, in causa Nestorii. Adde qvæ dixi supra p. 442.
Leoni Episcopo Romæ 113.
Longino Archimandritæ Doliches 132.
Lupicino Magistro 90. 120.
Magistro militum. A. pag. 623. Latine.
Magno Antonino Presbytero & Archimandritæ 130.
Maronæ 67. Scholastico 124.
Marcello Archimandritæ Acœmetarum 142. 143.
Martyrio presbytero 20.
Meletio Neocæsareæ Episcopo. A. p. 621. Latine.
Militibus 145.
Mocimo Oeconomo Hierapolitanæ Ecclesiæ. A. p. 639. Latine.

Ad Monasteria, contra S. Cyrillum A. p. 62. Latine.
Neoptolemo 18.
Nestorio Episcopo.* A. p. 74. 95. 646. Latine.
Nomo Consuli. 58. 81. Patricio 96.
Nonno Magistratui Zeugmatensi (πολιτευομένῳ Ζευγματέων) 126.
Panchario 98.
Patricio Comiti 34.
Petro Scholastico 46.
Pompejano Episcopo Emesæ 36.
Proclo Episcopo CPolitano 47.
Protogeni Præfecto 94.
Pulcheriæ Augustæ 43.
Renato presbytero 116.
Archidiacono Romæ 118.
Romulo Episcopo 136.
Rufo Episcopo, Epistola Johannis, Himerii, Theodoreti & aliorum Episcoporum scripta nomine A. p. 87.
Sabiniano Episcopo 127.
Sallustio Præsidi 37.
Scylacio Zeugmatensi 126.
Senatori (Συνάτορι) Patricio 44. 93.
Silvano Primati (πρωτευοντι) 15.
Sophronio Episcopo Constantinæ 53.
Sporacio Comiti 97. Huic Sporacio etiam inscripsit Theodoretus libros Hæreticarum fabularum, ut omittam Epistolam ad Sporacium qvam T. 4. Sirmondus edidit.
Stasimo Comiti & Primati 33.
Tauro Patricio 88.
Theoctisto Episcopo 32. Berrhœæ 135.
Theodoreto Zeugmatensi 126.
Theodoro Vicario 40.
Theodoto presbytero 107.
Theonillæ 7.
Theosebio Episcopo. A. pag. 599. Latine.
Timotheo Episcopo 131.
Vincomalo Magistro 141.
Ulpiano Comiti 22.
Uranio Episcopo Emesæ 122. 123.
Uranio Præsidi Cypri 76.
Urbano 74.
Zenoni Magistro militum. 63. & Consuli 71.
Zeugmatensibus 116.

Totum volumen auctarii Garneriani claudunt *Eutherii* Nestoriani, Episcopi Metropolitani secundæ Cappadociæ, Tyanensis Civitatis libelli XVIII. qvos inter *Athanasii* Opera sæpius Græce & Latine editos, sub *Theodoreti* nomine olim legit Photius Cod. 46. verùm ex Marii Mercatoris ** testimonio Garnerius vindicavit Eutherio, atqve

* Leontius de sectis p. 454. ἰσέον ὅτι Φέρονταί τινες ἐπιστολαὶ θεοδωρήτου καὶ Νεστορίου ἐν αἷς ἀλλήλους ἀποδέχονται, πλασταὶ δέ εἰσι πλάττησι δ' αὐτὰς οἱ αἱρετικοὶ, τῶ μάχεσθαι δ' αὐτῶν πρὸς τὴν σύνοδον, Confer Allatii Vindicias Synodi Ephesinæ p. 131. & Tillemontium T. XV. memor. Eccles. p. 255.

** Marius Mercator T. 2. edit. Garnerianæ pag. 277. 278. Locus qvem Mercator Latine vertit exstat in auctario Theodoreti pag. 701. seq.

atqve de eo ſingularem diſſertationem promiſit, ſed qvæ poſt mortem ejus reperta non eſt. Inter Epiſtolas Epheſinas exſtant Latine in hoc ipſo Auctario *Epiſtolæ* ejusdem Eutherii 1) *ad Johannem Antiochiæ Archiepiſcopum* pag. 591. 2) *ad Sixtum Epiſcopum Romæ* pag. 613. & 3) *ad Alexandrum Hierapolitanum* pag. 663. Sermones porro XVIII. qvi Græce hîc cum Abr. Sculteti verſione Latina leguntur, hi ſunt:

1. Ἐπιστολὴ, προοιμίου δύναμιν ἔχουσα, καὶ τραγῳδίαν τὴν τῶν Ἐκκλησιῶν ταραχῆς. *Epiſtola ad Euſtathium, præfationis loco ſcripta, in qua motuum Eccleſiaſticorum tragœdia.*

2. Πρὸς τὸς πλήθει μόνῳ κρίνοντας τὴν ἀλήθειαν, *adverſus eos qui in veritate dijudicanda ſolius judicio multitudinis feruntur.*

3. Πρὸς τὸς κελεύοντας μὴ δεῖν ἀπὸ γραφῶν ζητεῖν ἢ λαλεῖν, ἀρκουμένους τῇ παρ' αὐτοῖς πίστει. *Adverſus eos qui nec quærendum nec loquendum ex Scriptura præcipiunt, ſed in ſua fide acquieſcendum.*

4. Πρὸς τὸς προβαλλομένους κακοήθως, τὸ, ὁ Λόγος σὰρξ ἐγένετο. *Adverſus eos qui maligne nobis objiciunt illud:* Verbum caro factum eſt.

5. Πρὸς τὸς λέγοντας μίαν Φύσιν ἐπὶ Χριστοῦ. *Adverſus eos qui unam in CHriſto naturam eſſe contendunt.*

6. Πρὸς τὸς λέγοντας ὅτι τὸ, ὁμολογεῖν Φύσιν τὴν σάρκα, τετράδα ἐστὶν ἀντὶ Τριάδος κηρύττειν. *Adverſus eos qui Naturæ Carnis Confeſſores, loco Trinitatis Quaternitatem dicunt docere.*

7. Πρὸς τὸς λέγοντας, ὅτι καθ' ἄνθρωπον γινώσκειν τὸν Δεσπότην Χριστὸν, εἰς ἄνθρωπόν ἐστι τὰς ἐλπίδας ἔχειν. *Adverſus eos qui Humanæ in CHriſto Domino Naturæ Confeſſores ſpem ſuam in homine defigere dicunt.*

8. Πρὸς τὸς λέγοντας, ἔπαθεν ἀπαθῶς Θεὸς Λόγος. *Adverſus eos qui DEum Verbum impatibiliter paſſum dicunt.*

9. Πρὸς τὸς λέγοντας, ἔπαθεν ὁ Θεὸς ὡς ἠθέλησε. *Adverſus eos qui dicunt, paſſus eſt DEus ut voluit.*

10. Πρὸς τὸς λέγοντας, ὅτι χρὴ δέχεσθαι τὰς Φωνὰς, καὶ δι' αὐτῶν σημαινόμενα, ὡς ἅπαντας ὑπερβαίνοντα. *Adverſus eos qui dicunt ſimpliciter eſſe ſacrarum literarum locutiones accipiendas, nec quid illæ ſignificent conſiderandum, cum omnium hominum captum excedant.* Hanc diſſertationem, qvemadmodum qvæ ſeqvitur decimam ſeptimam qvo-

qvoqve *Jo. Dallæus* ſub Theodoreti nomine Græce & Latine vulgavit ad calcem libri ſui de fidei ex Scripturis demonſtratione. Genev. 1660. 8.

11. Πρὸς τὰς λέγουσας ἔπαθεν ὁ Θεὸς λόγῳ σαρκί. *Adverſus eos qui dicunt, paſſus eſt DEus Sermo Carne.*

12. πρὸς τὰς λέγουσας ποίαν δώσουσιν Ἰουδαῖοι δίκην, εἰ μὴ Θεὸν ἀπέκτειναν. *Adverſus eos qui quærunt qualem pœnam Judæi daturi ſint, ſi non occiderunt DEum.*

13. Πρὸς τὰς λέγουσας Ἰουδαῖός ἐστιν ὁ μὴ ὁμολογῶν Θεὸν ἐσταυρωμένον. *Adverſus eos qui dicunt Judæus eſt qui non confitetur DEum crucifixum.*

14. Πρὸς τὰς λέγουσας, ὅτι οὐ ἄγγελοι ἐπὶ τὸν Ἀβραὰμ ἐσθίοντες ἀ πάντως σαρκὸς ἐπέφερον φύσιν. *Adverſus eos qui dicunt nec Angelos cum Abrahamo edentes carnes naturam omnino induiſſe.*

15. Πρὸς τὰς σμικρύνουσας ἕκαστον θαῦμα, τῷ ἀρνεῖσθαι τὴν σάρκα. *Adverſus eos qui nullum non miraculum imminuunt eo quod carnem negant.*

16. Πρὸς τὰς ζημιώσας ἡμῶν τὸ γένος, τῷ μὴ λέγειν ἐκ τῆς φύσεως ἡμῶν εἰληφέναι τὴν ἀπαρχὴν τὸν Σωτῆρα. *Adverſus eos qui damno afficiunt genus noſtrum, eo quod negant Servatorem ex Natura noſtra ſumpſiſſe primitias.*

17. Πρὸς τὰς κελεύουσας ἁπλῶς πιστεύειν τοῖς λεγομένοις, καὶ μὴ καλανοεῖν τὸ πρέπον ἢ τὸ ἀπρεπές. *Adverſus eos qui volunt ſimpliciter iis quæ dicta ſunt credendum, nec conſiderandum quid conveniat & quid non conveniat.* Hanc diſſ. a Dallæo ſub Theodoreti editam nomine jam dixi.

18. Πρὸς τὰς ἀναιρούσας τὴν τῶν φύσεων διαφορὰν μετὰ τὸ πάθος καὶ τὴν ἀνάληψιν. *Adverſus eos qui duarum Naturarum diſcrimen poſt paſſionem & adſcenſionem tollunt.*

Alia Theodoreti ſcripta inedita, ſuppoſititia vel deperdita.

Collectio Canonum MS. allegatur a Salmaſio de primatu Papæ pag. 235. & alibi. *Habebo Theodoritum in Canones Apoſtolorum*, inqvit Joſ. Scaliger Scaligeranis ſecundis pag. 239.

Apologiæ pro Diodoro Tarſenſi & Theodoro Mopſveſteno, qvam Hebed JEſu vocat *Apologiam Patrum*, fragmenta occurrunt in Actis Concilii V.

Per

Per *Opus adversus Origenem* qvod apud Syros exstare idem Hebed Jesu scribit, *libros adversus hæreses* intelligendos esse monet Rich. Simon lll. 19. Epistolar. selectar. pag. 110. Idem notat per *librum de Politia* qvem Theodoreto tribuit Abraham Ecchellensis, *homilias de Providentia* intelligi, de qvibus supra, num. 17.

Bina Theodoreti fragmenta *adversus Sabellium*, *de Trinitate* Latine edidit Stephanus *Baluzius* Tom. IV. Miscell. Emendat Cotelerius lll. monumentor. Ecclesiæ Græcæ p. 561.

Ex opere adversus Eutychetem & Dioscorum Alexandriæ Episc. de incarnatione fragmenta in Nicetæ Catena ad Lucam à Corderio edita & in *Bibl.* Concionatoria Combefisii, è MS. Mazariniano. Idem opus Theodoreti laudans Gennadius cap. 89. *scripta fortia* appellat.

Epistola ad Monachos Euphrateſiæ, Osroënæ, Syriæ, Phœnices & Ciliciæ MS. in Bibl. Vindobonensi teste Lambecio lll. pag. 96. incipit: ὁρῶν τὴν ἐν τῷ παρόντι καιρῷ τῆς ἐκκλησίας καλάσασιν. Ibidem memoratur MS. Theodoreti scriptum ὅτι καὶ μετὰ τὴν ἀνθρώπησιν εἷς υἱὸς ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστός. *Quod CHristus etiam post assumtionem humanæ Naturæ unus sit Filius*, Incipit: Οἱ τὰς καθ' ἡμῶν συκοφαντίας σωτεθεικότες.

Contra Marcionem scripsisse se testatur Epist 82 ad Eusebium Ancyranum, & 116. ad Renatum presbyterum & 145. ad Monachos CPol. Vide etiam qvæ in religiosa Historia Tom. 3. pag. 860.

Contra Judæos, qvod de CHristo sint edita vaticinia Prophetarum. Epist. 113. 116. & 145.

Ad quæsita Magorum in Persida librum memorat Epist. 82. & 113. & lib. V. Hist. Eccles. cap. 39.

Mysticum librum sive *de Mysteriorum fidei expositione libros XII.* Epist. 82. & lib. 5. de hæreticis fabulis.

Alii Theodoreti.

Theodoretus presbyter Antiochenus tempore Juliani Imp. Ejus martyrii historiam Latine edidit Mabillonius T. 4. Analect. p. 127. (edit. novæ in fol. p. 187.)

Theodoretus Zeugmatensis, ad qvem est nostri Epistola 126.

Theodoretus Alindorum in Caria Episcopus, qvi Concilio CPol. sub Menna A. C. 536. interfuit, & cui Garnerius tribuit libros qvinqve posteriores qvos libris Historiæ Ecclesiasticæ Theodoreti de rebus ab A. C. 427. ad imperium Leonis senioris sive ad A. 457. subjunctos narrat Gennadius de scriptoribus Eccles. cap. 89.

In Scaligeranis legas: *le meilleur de tous les anciens est Theodoritus, qvem male Theodoretum vocant, car cela signifie le participe, & Theodoritus le nom, il n'y a point d'allegorie.* Qvanqvam vero nolim cum qvoqvam contendere qvi Theodoritum vocaverit, ut ipse sæpe feci, & à viris doctis passim video fieri, tamen id potius ex eo cœpisse primum existimo, qvod η tanqvam ι pronunciaverint multi, qvam qvod minus recte Theodoretus dicatur. Cur enim Agapetum dicimus? cur in Epicteto & aliis nominibus propriis consimilibus η in ι non mutamus?

Theodoreti Operum editiones Latinæ.

Romana Pauli Manutii. 1556.

Colonienſis ex officina Jo. Birckmanni A. 1567. & 1573. qvam posteriorem recenset Bellarminus de S. E. & Possevinus in Apparatu.

Parisiensis 1603. apud Antonium Hierat.

Colonienſis 1617. fol.

Claudam hoc de B. Theodoreto caput versibus Johannis Evchaitensium Metropolitæ p. 36. præclarissimis Ecclesiæ Doctoribus, non obstante ejus cum S. Cyrillo controversia eum accensentis:

Ἀνιστορήσας τὰς σοφὰς διδασκάλους
Καὶ τὸν Θεοδώρητον αὐλαῖς συγγράφω
ὡς ἄνδρα θεῖον, ὡς διδάσκαλον μέγαν,
ὡς ἀκραδαντον ὀρθοδοξίας σύλον.
Εἰ δ' ἐκλονήθη μικρὸν ἔκ τινος τύχης,
Ἄνθρωπος ἦν, ἄνθρωπε, μὴ καλακρίνης.
Οὐ γὰρ τοσοῦτον δυσεβὴς ἦν ὁ κλόνος,
Ὅσον μελέσχε τὴ ἐριδικῆς βίας.
Τί γὰρ Κύριλλον παντάχῃ νικᾶν ἔδει,
Καὶ δογμάτισιν ὕλα καὶ λογογράφον;
Ὅμως ἤ τοῦτο καὶ διόρθωται πάλιν.
Τὰ δ' ἄλλα πάντα τῶν μεγίστων ποιμένων
Βλέπων τὸν ἄνδρα μηδενὸς λελειμμένον,
Ἐνταῦθα τοῦτοις εἰκότως συνεγγράφω.

LEO-

LEONTIUS Byzantinus, *Scholaſticus* * poſt Jo. Philoponi Tritheitæ ** mortem atqve adeo non ante A. C. 610. ſcripſit librum *de ſectis* in decem πράξεις ſive lectiones diſtributum exceptumqve ex ore *Theodori* Abbatis cujus adhuc nonnulla MSS. in *Bibl.* Vindob. teſte Lambecio Tom. 3. pag. 63. reperiuntur. Prodiit liber ille ex *Jo. Sambuci* Bibliotheca, Græce & Latine *Jo. Leunclavio* interprete, una cum Imp. Manuelis Comneni legatione ad Armenios, Leonis M. Epiſtola de fide, Jo. Damaſceni dialogo contra Manichæos, Conſtantino Harmenopulo de ſectis, & ejusdem Harmenopuli, S. Auguſtini & S. Hilarii de fide. *Baſil.* 1578. 8. & in auctario Bibliothecæ Patrum Pariſ. 1624. Tom. 1. ſive edit. Morellianæ Tomo XI. pag. 493. Exſtat & Latine ex Leunclavii verſione Tomo IX. edit. Lugd. pag 661. præmiſſa Leontii vita ſcripta à Caniſio, in qva Leontium hunc cum Origeniſta, qvi noſtrum ætate antecesſit, confundit. Codicem MS editis auctiorem fuiſſe apud Iſaacum Vosſium notat Clariſſimus Caveus. Indicem ſcriptorum & hæreticorum in hoc libro memoratorum invenies Volum. IX. hujus Bibl. p. 167.

Cum hoc non confundendus LEONTIUS *Byzantinus* junior, Chronographus, qvi creditur Conſtantini Porphyrogenetæ juſſu circa Anno CHriſti 920. *libris quatuor* mandaſſe memoriæ *Chronicon* de vitis totidem Imperatorum CPolitanorum, Leonis Armenii, Michaëlis *Balbi*, Theophili Michaëlis F. & Michaëlis Theophili F. qvi præfuerunt ab Anno CHriſti 813. ad 867. Prodierunt ſine auctoris nomine Græce & Latine cum verſione poſtu-

* Alius & antiqvior eſt Leontius *Scholaſticus*, cujus Epigrammata qvædam Græca non inelegantia leguntur in Anthologia in Gabrielem ſub Juſtiniano Imp. præfectum, cui libros ſuos Jo. Laurentius Philadelphienſis Lydus inſcripſit de qvo dixi lib. 3. c. 20. Leontius is forte *Referendarius* Procopio in arcana hiſtoria & lib. 3. de bello Gothico memoratur. Ex Scholaſticis enim erant Referendarii ut monet Nic. Alemannus ad Procopium pag. 84. edit. Rom. Vide & Gretſerum de Cruce pag. 1483. & Bandurium pag. 837. ad Antiqvitates CPol. qvi hunc Leontium ad Opus Digeſtorum ſive Pandectarum Juris à Juſtiniano cum aliis JCtis adhibitum obſervat.

** Vide πράξει qvinta pag. 467. Cæterum *liber triginta capitum* qvem *adverſus Philoponum* ſcripſiſſe Leontius Monachus à Nicephoro XVIII. 48. traditur, intercidit. Ibidem Nicephorus Leontii illius ἡλικιώτην licet annis aliqvanto juniorem fuiſſe ait Georgium Piſidem qvi circa A. C. 630. ſcripſit. Ex Leontii Byzantii *triginta capitibus adverſus Severum* vide qvæ affert Euthymius parte 2. panopliæ, T. 19. Bibl. Patrum Lugd. p. 185. ſeq.

ſtuma Franciſci Combeſii, inter ſcriptores Hiſtoriæ Byz. qvi Theophanis Chronicon continuarunt Pariſ. 1685. fol. Subjicitur cum ejusdem Combefiſii verſione *vita Baſilii Macedonis*, qvam eidem Leontio viri docti tribuunt, licet in Allatii ſymmictis refertur ad Conſtantinum Porphyrogenitum, ſub cujus nomine illam cum Allatii verſione edidit Bartoldus Nihuſius A. 1653. 8.

In Catalogo MSS. Bibl. Palatinæ pag. 102. memorantur Leontii (*Hieroſolymitanum* codex appellat, & certe ante Byzantinum ſcripſiſſe videtur in fine ſæculi V. aut ſexti initio qvia poſtremam omnium Synodum laudat Chalcedonenſem) diſputationes VIII. adverſus Eutychianos ſive Severianos & Neſtorianos, I. *adverſus eos qui dicunt unam eſſe in CHRISTO naturam compoſitam*, LXIII. ἀποριαι, *cum annexis multis veterum* * *teſtimoniis, etiam Latinorum.* II. & III. *Contra eos qui & duas perſonas in CHRISTO ſtatuunt, nec compoſitionem ullam admittunt.* IV. *Adverſus tertiam eorum impietatem, qui duos Filios, in incarnationis Myſterio videri volunt.* V. *Quartæ illorum impietatis confutatio, qui S. Virginem Deiparam appellare recuſant.* VI. *Quintæ impietatis eorum demonſtratio, qui naturalem CHRISTI Deitatem negare non erubeſcunt.* VII. *Sextæ eorum impietatis demonſtratio, qui CHRISTUM hominem* Θεοφόρον, *& non Deum* ἐνανθρωπήσαντα *contendunt.* VIII. *Septimæ impietatis eorum confutio, dum illos reprehendunt, qui unam S. Trinitatis perſonam carne paſſam dicunt.* Idem opus MS. in Bavarica Bibl. num 117. exſtare teſtatur & ab erudito aliqvo viro edi optat Henr. Caniſius, à qvo habemus alia Leontii Byzantini ſcripta *Franciſco Turriano* S. I. interprete, edita Latine Tomo IV. Antiqvar. lection. recuſaqve Tom. IX. Bibl. Patrum Lugd. pag. 674, & in nova lectionum Caniſii editione qvam Roterodami

* Qvi in illo opere à Leontio citantur, ut in eodem Catalogo MSS. Bibl. Palatinæ notatum legitur, hi ſunt: Athanaſius, Baſilius, Gregorius Theol. Gregorius Nyſſenus, Gregorius Thavmaturgus, Cyrillus Alex. (cujus laudantur cum alii libri tum κεφαλαίων ἑρμηνεία, τὰ γλαφυρὰ, liber ad Theodoſium Imp. liber adverſus Neſtorium, Epiſtolæ ad Hebræos expoſitio. Scholia, Χρήσεις ſive dicta è Patribus mutuata, Objectionum ſolutio. Epiſtolæ tum aliæ tum ad Succenſum.) Chryſoſtomus, Juſtinus, Ephraim Syrus, Iſidorus Peluſiota, Paulus Emeſenus, Theodorus Antiochenus, Cyrillus Hieroſol. Petrus Alexandrinus, Severianus Gabalenſis, Proclus CPol. Hippolytus, Amphilochius Iconienſis, Amphilochius Sidenſis, Flavianus Antiochenus, Euſtathius Antiochenus, item *Latini*: Julius & Silveſter Epiſcopi Romani, Ambroſius, Auguſtinus, Hilarius Pictavienſis, Nec non *Hæretici* Mixophyſitæ, & Timotheus Ælurus Monophyſita,

dami parat V. C. Jacobus Basnage, propediem ut spero emendatius iterum vulganda illustrandaqve, sunt autem hæc: I. *Contra Enantiodocetas*, sive Nestorii & Eutychetis contraria commenta, subjunctis testimoniis *Basilii*, Gregorii Theologi, Procli CPol. Isidori (Pelusiotæ) S. Justini Philosophi & Martyris ex libro tertio de Trinitate, S. Irenæi, S. Hippolyti Episcopi & Martyris ex benedictionibus *Balaam*, Petri Episcopi Alex. S. Cyriaci Episcopi Paphi & Confessoris, S. Athanasii, Gregorii Nyssæni, S. Julii Episcopi Rom. Hilarii, Ambrosii, S. Amphilochii, S. Gelasii Episc. Cæsareæ Palæstinæ & confessoris, Augustini, Johannis CPol. S. Ephraim, Cyrilli Episcopi Hierosol. ex qvarta Catechesi, S. Flaviani, Antiochi Episcopi Ptolemaidis, S. Pauli Episcopi Emeseni & Cyrilli Alex. II. *contra Aphthartodocetas*, subjunctis testimoniis Dionysii Areopag. Justini ** ex orat. contra gentes, Athanasii, *Basilii*, Gregorii Naz. & Nyssæni, S. Ambrosii, Johannis CPol. S. Ephraim, & Cyrilli Alex. III. *De Nestorianorum impietate secreto tradita & de ejus parentibus Theodoro Mopsvesteno & Paulo Samosateno triumphus.* Confer Jo. Garnerii dissertatt. ad Marium Mercatorem Tom. 2. pag. 319. seq. IV. *Liber in eos qui protulerunt nobis quædam Apollinarii* & Apollinaristarum *falso inscripta nomine Sanctorum Patrum* Gregorii Thavmaturgi, aut Athanasii aut Julii. V. *Solutiones argumentationum Severi.* VI. *Dubitationes hypotheticæ & definientes contra eos qui negant esse in CHRISTO post unionem duas veras naturas.*

Leontii Episcopi * *Neapoleos* sive Hagiopoleos in *Cypro* insula; seculi septimi initio, Mauricio imperante clari *sermo in Simeonem* qvando is Dominum in ulnas suas excepit. Græce ex codice Segvieriano cum latina *Combefisii* versione T. 1. auctarii novi Bibl. Patrum Paris. 1648. pag. 681.

In diem festum Mediæ Pentecostes. Græce & Latine ibid. p. 701.

In idem festum & in cæcum à Nativitate, nec non in illud: nolite judicare secundum faciem Græce & Latine, cum Combefisii versione & notis, ibid. p. 719. Latine etiam in Bibliotheca Combefisii Concionatoria & Tom. 9. Bibl. Patrum Lugd. p. 718.

** Locum Justini ex Codice Leontii qvi MS. exstat in Bibl. Bodlejana, Græce produxit V. C. Jo. Ernestus Grabe T. 2. spicilegii Patrum p. 172.

* Apud Simlerum male, *Nicopoleos*. Et apud Baron. Ad A. 594. 3. *Constantiæ Cypri.*

In Synodo VII. Act. 4. Leontius Cypri Episcopus traditur scripsisse πολλὰ ἐγκώμια καὶ πανηγυρικοὺς λόγους, & sermonem εἰς τὴν μεταμόρφωσιν τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν. In indice Allatiano ad Leontium refertur *laudatio S. Jobi*, (duplex sub Leontii sed CPol. presbyteri nomine homilia in Jobum MS. in Bibl. Vindob. vide Lambecium Tom. 4 pag. 68. 69.)

In magnam parasceven & in passionem CHRISTI. (Lambec. ibid. pag. 69. seq.)

In Petrum.

In proditionem CHRISTI & uxorem Jobi. (Lambec. p. 69.)

In Domini resurrectionem.

Εἰς τὰ προφωνήσιμα, εἰς τὰ βάια καὶ εἰς τὴν ἔγερσιν τοῦ Λαζάρου. Hæc est qvæ inter S. Chrysostomi homilias legitur Tom. 7. edit. Savil. pag. 334. Incipit: ἤδη τῆς πνευματικῆς πανηγύρεως.

In eadem Synodo VII. Tom. 3. Binii pag. 560. Leontius Cypri Episcopus affirmatur scripsisse *vitam Johannis Eleemosynarii*, Archi-Episcopi Alexandrini defuncti Anno CHristi 616. (Vide Pagium ad Anno CHristi 620.) qvæ Græcè MS. in Bibl. Cæsarea teste Nesselio parte V. pag. 16 & in Codice Colbertino 505 qvem Cangius evolvit. Allegatur ab Allatio lib. de purgatorio pag. 732. interpolata & Latine tantum extat apud Rosvveidum lib. 1. de vitis Patrum, Suriumqve ac Bollandum 23. Januar. & *vitam Simeonis* τοῦ σαλοῦ sive *simplicis*, qvæ Græce itidem obvia in Bibl. Cæsarea teste eodem Nesselio parte V. pag 43. Latine apud Surium 1. Julii. At *vita S. Gregorii* Agrigentini Episcopi, auctorem habet Leontium presbyterum & Abbatem monasterii S. Sabæ, Λεοντίου πρεσβυτέρου καὶ ἡγουμένου τῆς μονῆς τοῦ ἁγίου Σάβα τῆς Ρωμαίων πόλεως εἰς βίον καὶ θαύματα τοῦ ὁσίου πατρὸς ἡμῶν Γρηγορίου τοῦ Ἀκραγαντίνου. Extat Græce in codice Colbertino 1677. & latinè atqve interpolata sine auctoris nomine habetur apud eundem Surium 22. Nov.

Affertur & in jam dicta Synodo VII. fragmentum ex Leontii Cyprii πέμπτου τοῦ κατ' Ἰουδαίων λόγου ὑπὲρ τῶν Χριστιανῶν Ἀπολογίας Græce & Latine Tom. 7. Concilior. edit. Labbei pag. 236. Tom 3. Binii pag 556. Idem fragmentum in MS. Codice Bibl. Cæsareæ exstat Græce teste Lambecio Tom. 5. p. 137. Habes & in Horto crucis Jacobi Gretseri. Aliud Latine habetur in limine tomi secundi supplement. Bibl. Patrum Morellianæ Paris. 1639. ex Antiqvis lect.

Cani-

Canisii Tom. 5. part. 1. pag. 200-202. Meminit illius Leontiani adversus Judæos scripti etiam Jo. Damascenus Orat. de imagg. & Euthymius in panoplia.

Leontii hujus Cyprii ὡφελιμίων sive *Locorum Communium Theologicorum libri duo*, alter τῶν θείων alter τῶν ἀνθρωπίνων nondum in lucem prodierunt, etsi alter τῶν ἀνθρωπίνων fuit apud Franciscum Turrianum, ut testatur ipse lib. I. de Hierarchicis ordinationibus Ministrorum Ecclesiæ c. 12. & lib. V. defensionis Epistolarum Pontificum cap. 20. qvod observatum doctissimo Colomesio in paralipomenis de Scriptor. Eccles. qvi putat etiam his Leontii locis communibus usum *Johannem Damascenum* in suis parallelis, qvæ in lucem nuper protraxit C. V. Michael le Qvien in præclara sua qvam publicavit Damasceni editione. Leontium in locis communibus de origine animarum laudat Sirmondus Tom. 2. Opp. pag. 456. Præter Leontium & Damascenum locos communes è S. Scriptura & antiqvis Ecclesiæ Doctoribus decerptos scripsere S. *Maximus* & *Antonius* inde dictus *Melissa*. Inter latinos *Beda* (T. VII. p. 370-458. & Anglosax. in *Bibl.* Bodlej.) ac *Defensor* qvidam in *scintillis* in Ursini nutritoris sui gratiam scriptis excusisqve Antwerpiæ 1550. Venet. 1552. atqve inde Coloniæ. Tum *Joannes* Abbas qvem ex Codice Bibl. montis Casini descripsisse se refert Jo. Mabillonius in Museo Italico p. 123. Omitto Thomam Hibernicum, aliosqve recentiores.

Leontii *Commentarios MSS. in Johannem* memorat Maldonatus ad Johannis VII ubi refert in illo Codice fuisse Historiam adulteræ, sed obelo notatam.

Oratio in laudem S. Epiphanii memoratur à Theodoro Studita in Antirrhetico secundo p. 130. T. 5. Opp. Sirmondi.

LEONTII VARII.

Leontius *Aglaionis* F. de qvo meminit Plato IV. de Rep. p. 411.

Leontius Episcopus *Ancyræ* in Galatia, ad qvem Epistola S. Chrysostomi memoratur Theodorito V. 31. Hist. Eccles.

Plures itidem Isidori Pelusiotæ ad Leontium Episcopum (nescio qvem) exstant: & aliæ ad Leontium Diaconum. Inter Epistolas Chrysostomi octogesima tertia est ad Leontium, sed diversi ab illa qvam Theodoretus legerat argumenti.

Leon-

Leontius *Antiochenus* hæreticus, adversus qvem Photius Svida teste scripsit.

Leontius Phryx, Luciani Antiocheni * discipulus, Episcopus *Antiochenus*, ὁ ἀπόκοπος, sive ἐκτομίας αὐτόχειρ & Arianis favens, ac circa A. C. 358. denatus, cujus fragmentum ex *oratione in S. Babylam* exstat in Chronico Paschali pag. 270. & editionis Raderianæ p. 630. In eodem Chronico pag. 672. Leontius iste qvod mireris vocatur ὁ μακάριος Λεόντιος, ἀνὴρ καὶ πάσῃ πίστει τε καὶ εὐλαβὴς καὶ ζηλωτὴς ὑπάρχων τὴ ἀληθοῦς πίστεως.

Leontii, *Arabissi* in Cappadocia Episcopi εἰς τὴν κλίσιν λόγος καὶ εἰς τὸν Λάζαρον lectus Photio, qvi ex eo excerpta exhibet Codice 172. Atqve ex Photio accepit qvæ ex hoc Leontii sermone affert Allatius ad Eustathii Hexaëm. pag. 52. etsi & ipse habuit Leontii sermonem MS. de Lazaro cujus initium; ὁδὲν ὡς ἔοικε τὴ ἀγάπης ἐστὶν ἰσχυρότερον.

Leontius *Arelatensis* Episcopus qvi Concilio Arelatensi A. C. 475. præfuit. Confer Henricum Noris lib. 2. Hist. Pelagianæ cap. 15. Huic Leontio professionem fidei inscripsit Faustus Rhegiensis. Meminit & Sidonius VII. 6. Epist. *Epistolam ipsius ad Hilarum* edidit Lucas Dacherius Tomo V. spicilegii.

Leontius Philosophus *Athenienſis*, Athenaidis sive Eudociæ Pater qvæ Theodosio juniori Imp. nubsit. Vide Socratem VII 21. Jo. Malalam in Chron. Tom. 2. pag. 52. Zonaram, Cedrenum aliosqve. Neqve audiendus Chronici Paschalis auctor qvi Philosophum illum Heraclitum appellat.

Pontius Leontius *Burdegalenſis* qvem primum Aqvitanorum vocat Sidonius VIII. 12. Epist. Vide & Epist. 11. ejusdem libri & carmen 22. Ab hoc diversus Leontius *Episcopus Burdegalenſis* Venantio Fortunato lib. 1. celebratus, sui enim matrem *Liviam* vocat Sidonius lib. VIII. Epist. 11. Fortunatus lib. 1. Carmine 17. & lib. 4. carmine 10. *Placidinam*. Sed fuit & alter Leontius *B*urdegalensis Episcopus anterior sive ætate prior, cujus Epitaphium exstat apud eundem Fortunatum lib. 4. carmine 9. Qvod vero Gabriel Lurbeus in Chronico rerum *B*urdegalensium hunc Leontium refert ad A. C. 485. alterum ad 555. non magis certum est, qvam qvod Vinetus

tus ad Epistolam 19. Ausonii, nomen integrum Paulini ad qvem Ausonius scribit, putat fuisse *Pontium Paulinum Leontium*.

Leontius *Byzantinus* Origenistarum fautor circa A.C. 540. de qvo Cyrillus Scythopolitanus in vita Sabæ ap. Coteler. T. 3. monument. & Simeon Metaphrastes in vita Cyriaci Anachoretæ in tomo Analector. qvem A. 1692. edidere Monachi *B*enedictini. De aliis duobus Byzantinis Leontiis supra p. 451. dictum.

Leontius *Cæsareensis* in Cappadocia Episcopus, qvi Conciliis Ancyrano A. C. 314. Neocæsareensi A. 315. & Nicæno A. 325. interfuit. Atqve ad hunc referenda *disputatio contra Philosophum Arianum*, qvam in Bibl. Vindobonensi MS. haberi scripsit ex Possevino Labbeus. Est autem nihil aliud qvam locus ex Gelasii Cyziceni Actis Concilii Nicæni, in qvo Leontii cum Philosopho concertationes referuntur. Vide Nesselii Catalogum MSS. Bibl. Vindob. parte V. pag. 176. Leontium hunc inter eos qvorum scripta nihil suspecti minusqve sinceri continent, laudat S. Athanasius λόγῳ 1. contra Arianos. Plura de illo *B*ollandus, 13. Januarii pag. 781. seq. T. 1. & Posinus ad S. Nili laudationem Albiani pag. 186. seq. Combefisius ad Amphilochium p. 266. Vide & Lambecium VIII. p. 371.

Domitius Leontius qvi cum Sallustio *Consul* fuit. A.C. 344.

Leontius ad qvem Julianus Imp. Epist. 22. num is qvi Consularis Palæstinæ circa A.C. 372. ad qvem Libanii Epistolæ, vide Jac. Gothofredum in Prosopographia Codicis Theodos. p. 369.

Leontius Comes Orientis A.C. 349.

Leontius Cyzici præfectus sub Diocletiano, si fides Actis SS. Philetæri & Eubioti apud Papebrochium 19. Maji Tom IV.

Leontius ὁ Δαβραγάλδ apud Agathiam IV. p. 127.

Leontius qvi Evchologium Græcorum recensuit, de qvo Allatius pag. 19. de libris Eccles. Græcorum.

Leontius Eustratius Cyprius, à qvo Chrysostomum contra Judæos ex Patria Augustam Vindel. allatum accepisse se testatus fuit David Hœschelius.

Leontius, latinus *scriptor fabularum*, cujus meminit Jo. Alexander Brassicanus notis ad Petronium p. 572. editionis V. C. Petri *B*urmanni: *Marti gramen sacrum quod ex humano cruore procreatur. Meminit & L. Apulejus de herbis, & Leontius Mythographus, auctor minime malus, superioribus*

* Vide Papebrochium ad XI. Martii Tom. 2. pag. 65. ſeq.

** Hic eſt libellus Sophronii de fide, qvem memorat Eutychius Tom. 2. Annal. p. 271. Ejusdem Synodicæ meminere Theophanes, Cedrenus, Zonaras, & alii. Utrum ad Honorium ſimul miſſa ſit, an ad Johannem qvi poſt Honorium & Severianum Epiſcopus Romæ fuit, disqvirit Combefiſius in Hiſtoria hæreſeos Monothelitarum pag. 31.

*** edit. Binianæ Tomo III, Labbeanæ VI.

qvæ ſanctæ Catholicæ noſtræ fidei omnino inſidiantes deprehenſæ ſunt. Anathema itaqꝫ in perpetuum & catathema à ſancta & conſubſtantiali adoranda Trinitate, Patre & Filio & Spiritu ſancto ſint, primum qvidem Simon Magus, qvi primus peſſimis hæreſibus peſſimus principiavit; poſt qvem Cleobius, Menander, Philetus, Hermogenes, Alexander ærarius, Doſitheus, Gortheus, Saturninus, Masbotheus, Adrianus, Baſilides, Iſidorus ejus filius & furore ſuperior Ebion, Carpocrates, Epiphanes, Prodicus, Cerinthusqve & Merinthus, ** Valentinus, Florinus, Blaſtus, Artemon, Secundus, Caſſianus, Theodotus, Heracleon, Ptolemæus, Marcus, Colorbaſus, Ademis Caryſtienſis, Theodotus coriarius, Theodotus alter, Euphrates *** transmarinus, Monoimus Arabs. Hermogenes, Tatianus Syrus, Severus, Aſclepiodotus, Bardeſanes, Armonius ejus filius, & errore conſimilis: Hermophilus, Cerdon acerdon, Marcion Ponticus, Apelles, Apollonides, Potitus, Prepon, Python, Synerus Theodotus trapezita, Montanus, Priſcillaqve, & Maximilla hujus furioſæ diſcipulæ, Nepos, Helceſeus, Origenes, alter Origenes, qvi & Adamantius, Sabellius Libycus, Novatus, Paul-

τῆς ἁγίας ϗ καθολικῆς ἡμῶν πίστεως ὀφθεῖσα ἀφ' πάντων ἐπίβουλα. Ἀνάθεμα ϝοίνυν εἰς ἀεὶ καὶ κατάθεμα ἀπὸ τῆς ἁγίας ὁμοουσίου καὶ προσκυνητῆς Τριάδος Πατρὸς καὶ Υἱοῦ καὶ ἁγίου Πνεύματος ἔστωσαν πρῶτον μὲν Σίμων ὁ Μάγος, ὁ πασῶν πρῶτος κακίστων κακίστως ἄρξας αἱρέσεων. μεθ' ὃν ϗ Κλεόβιος, Μένανδρος, Φίλητος, Ἑρμογένης, Ἀλέξανδρος ὁ χαλκεὺς, Δοσίθεος, * Γόρθεος, Σατορνῖνος, Μασβόθεος, Ἀδριανος, Βασιλείδης, Ἰσίδωρος ὁ τούτου υἱὸς καὶ ϗ μανίαν ὑπέρτερος, Ἐβίων, Καρποκράτης, Ἐπιφανὴς, Πρόδικος, Κήρινθός τε καὶ μήρινθος, Οὐαλεντῖνος, Φλωρῖνος, Βλαστὸς, Ἀρτέμων, Σεκοῦνδος, Κασσιανὸς, Θεόδοτος, Ἡρακλέων, Πτολεμαῖος, Μάρκος, Κολορβάσος, Ἀδέμις ὁ Καρύστιος, Θεόδοτος ὁ σκυτεὺς, Θεόδοτος ἕτερος, Εὐφράτης ὁ Περσικὸς, Μονοΐμος ὁ Ἄραψ, Ἑρμογένης, Ταϊανὸς ὁ Σύρος, Σεβῆρος, Ἀσκληπιόδοτος, Βαρδησάνης, Ἁρμόνιος ὁ τούτου υἱὸς ϗ τὴν πλάνην ἰσόρροπος, Ἑρμόφιλος, Κέρδων ἀκέρδων, Μαρκίων ὁ Ποντικὸς, Ἀπελλῆς, Ἀπολλωνίδης, Ποτῖτος, Πρέπων, Πίθων, Συνερὸς, Θεόδοτος ὁ τραπεζίτης, Μοντανὸς, Πρίσκιλλά τε καὶ Μαξιμίλλα αἱ τούτου μανιώδεις μαθήτριαι, Νέπως, Ἑλκεσεὺς, Ὠριγένης, Ὠριγένης ἕτερος ὁ καὶ Ἀδαμάντιος, Σαβέλλιος ὁ Λίβυς, Νοβάτος, Παῦλος ὁ ἐκ

* Γορθαῖος. ** Iaqveus. *** Perſicus.

ἐκ Σαμοσάτων, Ἐπίγονος, Κλεομένης, Νόητος ὁ Σμυρναῖος, Μάνης ὁ τὰ ἀθέα μανίας ἐπώνυμος, Σαββάτιος, Ἄρειος, Μελέτιος, Ἀέτιος, Εὐνόμιος, Ἀστέριος, Εὐδόξιος, Δονάτος, Μακεδόνιος ὁ τῷ ἁγίῳ μαχεσάμενος Πνεύματι, καὶ πνευματομάχαι προσηγορίαν ἀξίαν δεξάμενος· Ἀπολινάριος ὁ Λαοδικεὺς, καὶ ὁ τούτου υἱὸς Ἀπολινάριος, Μάγνος, Πολέμων· Κελέστιος, Πελάγιος, Ἰουλιανὸς οἱ τὰ αὐτῆς μανίας ὑπέρμαχοι. Θεόδωρος ὁ Μοψουεστίας, καὶ Νεστόριος οἱ τὰ μιαρὰς ἀνθρωπολατρείας μιαρώτατοι κήρυκες. Κῦρός τε καὶ Ἰωάννης οἱ Κίλικες, οἱ τὰ αὐτῆς ἀθείας ἀθεώτατοι πρόβολοι. Εὐτυχὴς, Διόσκορος ὁ Εὐτυχέως ὑπερασπιστὴς καὶ συνήγορος. Βαρσουμᾶς, Ζωόρας, Τιμόθεος ὁ λεγόμενος ἀίλουρος· Πέτρος ὁ μογγὸς, καὶ Ἀκάκιος οἱ τὸ κενωτικὸν † ζηλήσαντες Ζήνωνος· Λαμπέτιος ὁ τῆς δυσωνύμου τῶν Μαρκιωνιστῶν αἱρέσεως ἔξαρχος. Δίδυμος καὶ Εὐάγριος οἱ τῆς ὠριγενιανῆς ταρθρείας μυσηριάρχαι παμμίαροι. Πέτρος ὁ κναφεὺς ὁ τῷ τρισαγίῳ ὕμνῳ προσαρμόσαι σταυρὸν θρασυνόμενος. Πέτρος ἕτερος τὸ ἰβηρικὸν καὶ φρενοβαρβαρον μίασμα. Ἡσαΐας ὁ τοῦ παρόντος Πέτρου συνόμιλος, οἱ ἄλλην ἀκέφαλον ἐν ἀκεφάλοις καταδειξάντες αἱρεσιν, μεθ' ὧν ἁπάντων καὶ πρὸ πάντων, καὶ μετὰ πάντας ἔστω καὶ

lus Samosatenus, Epigenus, Cleomenes, Noetus Smyrnensis, Manes, cui impii furoris cognomen, Sabbatius, & Arius, Meletius, Aëtius, Evnomius, Asterius, Eudoxius, Donatus, Macedonius, qvi sancto reluctatus est Spiritui, & Pnevmatomachi appellationem dignam accepit, Apollinarius Laodicensis, & ejus filius Apollinarius, Magnus, Polemon, Pelagius, Cælestius, Julianus, ejusdem furoris defensores, Theodorus Mopsvestenus, & Nestorius fœdæ anthropolatriæ fœdissimi prædicatores, Cyrus & Joannes Cilices, ejusdem impietatis impii productores. Eutyches, Dioscorus Eutychetis defensor & advocatus, Barsumas, Zooras, Timotheus qvi dicitur Aelurus, Petrus Mongus id est Balbus; & Acacius, qvi cenoticum, id est, vanitatem Zenonis machinati sunt, Lampetius author nec nominandæ Marcionistarum hæreseos, Didymus, & Evagrius Origenianæ vanitatis primi secretales fœdissimi Petrus Fullo, qvi ad hymnum trisagii crucem ausus est coaptare. Petrus alter, Ibericum, & barbaræ mentis contagium. Esaias hujus Petri collega, qvi aliam Acephalorum inter Acephalos hæresim propagaverunt. Cum qvibus omnibus, & præ omnibus, & post omnes, & secundum omnes, & super omnes sit, & Seve-

† Sic per convitium vocat pro ἑνωτικῷ.

rus anathema, horum furiosissimus discipulus, qvi præ omnibus Acephalis tam novis qvam veteribus, demonstratus est crudelissimus tyrannus, & sanctæ Ecclesiæ Catholicæ immanissimus inimicus, sanctissimæqꝫ Antiochenæ Ecclesiæ adulter iniqvissimus, & corruptor execrabilis. Theodosius qvoqve Alexandrinus, Anthimus Trapezuntius, Jacobus Syrus, Julianus Halicarnassæus, Felicissimus, Gajanus Alexandrinus, à qvibus Gajanitarum sive Julianistarum superinventa est hæresis. Dorotheus ejusdem impiæ hæresis propugnator, Paulus, qvi Fuscus non solum appellatione, sed & secundum veritatem. Joannes Grammaticus, cognomento Philoponus, id est, studiosus, immo Mataeoponus, id est, irritus laborator, Conon qvoqve, & Eugenius: hi tres, tritheias (id est, triplicis Deitatis) ter male dicti propugnatores, Themistius, qvi fuit ignorantiæ pater, genitor, atqve seminator nefandissimus, qvi CHristum verum Deum nostrum diem judicii nescisse delirabat, nesciens qvæ ipse, jam à Deo projectus, assereret, & non recognoscens, qvæ ignorando loqvebatur. Nisi enim ignorasset verborum suorum virtutem, non utiqꝫ lethiferam ignorantiam peperisset, & ignorantiæ fœditatem feruenter defenderet, ignorare

Σεβῆρος ἀνάθεμα, ὁ τούτων μαθητὴς ἐκμανέσταλος, καὶ πάντων χρηματίσας Ἀκεφάλων τῶν νέων καὶ τῶν παλαιῶν ὠμότατος τύραννος, καὶ τῆς ἁγίας καθολικῆς ἐκκλησίας ἐχθρὸς δυσμενέστατος καὶ τῆς Ἀντιοχέων ἁγιωτάτης ἐκκλησίας μοιχὸς ἀνομώτατος, καὶ φθορεὺς βδελυρώτατος, Θεοδόσιός τε ὁ Ἀλεξανδρεὺς, ὁ Τραπεζούντιος Ἄνθιμος, Ἰάκωβος ὁ Σύρος, Ἰουλιανὸς ὁ Ἁλικαρνασεὺς, Φελικίσσιμος, Γαϊανὸς ὁ Ἀλεξανδρεὺς, ἀφ' ὧν ἡ τῶν Γαϊανιτῶν, ἤγουν Ἰουλιανιστῶν ἐπιγέγονεν αἵρεσις. Δωρόθεος ὁ τῆς αὐτῆς ἀθέως ὑπερμαχήσας αἱρέσεως· Παῦλος ὁ μελανὸς, ὁ μόνον ὢν λεγόμενος, ἀλλὰ καὶ γενόμενος καὶ ἀληθείαν. Ἰωάννης ὁ γραμματικὸς ὁ τὴν ἐπωνυμίαν φιλόπονος, μᾶλλον ὢν ματαιόπονος, Κώνων τε καὶ Εὐγένιος, οἱ τρεῖς τῆς τριθείας τρισκαταράτοι πρόμαχοι. Θεμίστιος ὁ τῆς ἀγνοίας πατὴρ καὶ γεννήτωρ καὶ σπορεὺς ἀθεσμότατος, ὃς ἀγνοεῖν Χριστὸν τὸν ἀληθινὸν θεὸν ἡμῶν τὴν ἡμέραν ἐφληνάφει τῆς κρίσεως, ἀγνοῶν ἅπερ αὐτὸς ὁ θεήλατος ἔφασκε, καὶ μὴ εἰδὼς ἅπερ ἀμφιγνοῶν ἀνεφθέγγετο. εἰ μὴ γὰρ ἠγνόει τῶν οἰκείων λόγων τὴν δύναμιν, οὐκ ἂν τὴν ὀλέθριον ἄγνοιαν ἐτέκνα, καὶ τῷ τῆς ἀγνοίας ἄγει θερμῶς ὑπερήσπιζεν, ἀγνοεῖν

ἀγνοεῖν τὸν Χριστὸν, ἀκαθὸ θεὸς ὑπῆρχεν ἀίδιος, ἀλλὰ καθὸ γέγονε κ᾽ ἀλήθειαν ἄνθρωπος, τὴν ἡμέραν τ᾽ συντελείας κ᾽ κρίσεως ἐξ ἀφρόνων φρενῶν ἐρευγόμενος, κ᾽ ψιλὸν αὐτὸν ἐρασζόμενος ἄνθρωπον· κ᾽ ταῦτα τερατείαν ἐπιφημίζων ἑαυτῷ τὴν ἀκέφαλον, κ᾽ φύσιν μίαν αὐτῷ τῦ Σωτῆρος ἡμῶν Χριστῦ φανταζόμενον σύνθετον. ἔστω δ᾽ σὺν αὐτῷ κ᾽ Πέτρος ὁ Σύρος ἀνάθεμα, κ᾽ Σέργιος ὁ Ἀρμένιος, οἱ τ᾽ μικρᾶς τριθείας ἡγεμόνες, κ᾽ μηδὲ ὅτω πρὸς ἑαυτὲς συμφωνήσαντες, μηδὲ τὰ αὐτὰ ὡσαυτῶς ἀλλήλοις δοξάσαντες. Δαμιανὸς, ὁ μὲν τῶν μᾶλλον ὑπερβαλλόντως ἀντίπαλος, νέος δ᾽ φανεὶς ἐν ἡμετέροις χρόνοις Σαβέλλιος. μεθ᾽ ὧν κ᾽ οἱ αὐτῶν τ᾽ ἀσεβείας διάδοχοι ἀνάθεμα ἔσωσαν κ᾽ κατάθεμα, Ἀθανάσιός τε ὁ Σύρος, κ᾽ ὁ ἀποζυγάριος Ἀναστάσιος, κ᾽ οἱ τὴν τῶν ἀσύμβατον σύμβασιν ἀσυμβάτως τε κ᾽ ἀμαθῶς προσιέμενοι, κ᾽ ἀλογίστων δίκην κλινῶν ὑπ᾽ αὐτῶν βεκολεύμενοι, κ᾽ ἀλλέλοις μὲν φησι φιλικῶς συμφερόμενοι, ὑπ᾽ ἀλλήλων δ᾽ τοῖς ἀναθεματισμοῖς ἐχθρωδῶς τιρωσκόμενοι. ἐνδυέθωσαν δ᾽ σὺν αὐτοῖς, κ᾽ περιβαλλέθωσαν τὸ ἀνάθεμα κ᾽ κατάθεμα κ᾽ Βενιαμὶν ὁ Ἀλεξανδρεὺς, κ᾽ Ἰωάννης, κ᾽ Σέργιος, κ᾽ Θωμᾶς, κ᾽ Σεβῆρος οἱ Σύροι, οἱ ἔτι ζῶντες ζωὴν τὴν

CHristum non secundum id, qvod Deus erat sempiternus, sed secundum qvod veraciter homo factus, diem consummationis, atqꝫ judicii ex insipientia mentis eructans, & purum eum efficiens hominem, & hoc monstruositatem sibi defamans Acephalam, & naturam unam ejusdem CHristi Salvatoris nostri compositam imaginatus. Sit autem, & cum eo Petrus Syrus anathema, & Sergius Armenius tritheiæ minoris doctores, & nec sic ad invicem consonantes, neqve eadem similiter cum alterutro opinati. Damianus horum qvidem excellenter adversarius, novus autem demonstratus temporibus nostris Sabellius, cum qvibus, & eorum impietatis successores anathema sint & catathema Athanasius qvoqꝫ Syrus, & Apozygarius * Anastasius, & qvi eorum inconvenientiam inconvenienter, & indocte susçipiunt, & irrationabiliter tanqvam jumenta ab eis seducuntur. Et cum invicem qvidem qvasi amicabiliter conjungantur, invicem vero inimicis anathematibus sauciantur. Induantur autem cum eis, & amiciantur anathema, & catathema, & Benjamin Alexandrinus, & Joannes & Sergius Thomasqve, & Severus Syri, qvi adhuc vitam vivunt execrabilem, & crudeliter pie-

* velut jugalis ejus ac socius.

pietatem expugnant. Participetur etiam cum eis his anathematibus, & Menas Alexandrinus, Gaianitarum propugnator, atqve defensor hæreseos, & in aperto expugnans veritatis prædicationem, & omnes cum eis consortes, atqve contribules, & impietate consentanei. Submittantur autem eisdem anathematibus, & omnes hæreses, qvæ post CHristum adoleverunt, & CHristi Ecclesiam ausæ sunt expugnare, id est, Nicolaitarum, Evchitarum, Cainorum, Adamianorum, Marbiliotarum, Borborianorum, Nasenorum, Stratioticorum, Aphonitarum, Sethianorum, Sophianorum, Ophitarum, Antitactitarum, Peraticorum, Hydroparastatarum, Encratitarum, Marcionistarum, Phrygum Pepuzianorum, Artotyritarum, a) Abrodicorum, Tessarescædecatitarum, Nazaræorum, Melchisedecianorum, Antidicomarianitarum, Tatherianorum, b) Spatirianorum, Marcianorum, Dulianorum, Anthropomorphitarum, Hieracitarum, Messalianorum, Eutychitarum, Acephalorum, Barsunuphitarum, Esaianorum, Agnoitarum, Jacobitarum, Tritheitarum, & qvæcunq; alia pravitas extiterit impia, & à Deo projecta hæresis universa. Igitur superius nominatos hæresium principes, &

ἐπάραλον, καὶ πολεμοῦντες ἐμμανῶς τὴν εὐσέβειαν, κοινωνείτω τοῖς τῶν παρόντων ἀναθεματισμῶν καὶ ἀκρίσεως καὶ Μηνᾶς ὁ Ἀλεξανδρεὺς, ὁ τῆς τῶν Γαϊανιτῶν προμαχῶν καὶ προασπίζων αἱρέσεως, καὶ πολεμῶν ἐμφανῶς τῆς ἀληθείας τὸ κήρυγμα· καὶ πάντες σὺν αὐτοῖς οἱ τούτου κοινωνοὶ καὶ ὁμόφυλοι, καὶ τὴν ἀσέβειαν σύσοιχοι. βαλλέσθωσαν καὶ τοῖς ἴσοις αὐτοῖς ἀναθέμασι καὶ πᾶσαι αἱ αἱρέσεις αἱ μὴ τὴν Χριστοῦ παρουσίαν ἀκμάσασαι, καὶ Χριστοῦ τὴν ἐκκλησίαν πολεμεῖν θρασυνόμεναι· τουτέστιν ἡ Νικολαϊτῶν, ἡ Εὐχιτῶν, ἡ Καϊανῶν, ἡ Ἀδαμιανῶν, ἡ Μαρβιλιωτῶν, ἡ Βορβοριανῶν, ἡ Νασηνῶν, ἡ Στρατιωτικῶν, ἡ Ἀφονιτῶν, ἡ Σηθιανῶν, ἡ Σοφιανῶν, ἡ Ὀφιτῶν, ἡ Ἀντιτακτιτῶν, ἡ Περατικῶν, ἡ Ὑδροπαραστατῶν, ἡ Ἐγκρατιτῶν, ἡ Μαρκιωνιστῶν, ἡ Φρυγῶν, ἡ Πεπουζιανῶν, ἡ Ἀρτοτυριτῶν, ἡ Ταοκοδρούγων, ἡ Τεσσαρεσκαιδεκατιτῶν, ἡ Ναζωραίων, ἡ Μελχισεδεκιτῶν, ἡ Ἀντιδικομαριανιτῶν, ἡ Ταθηριανῶν, ἡ Μαρτιανῶν, ἡ Δουλιανῶν, ἡ Ἀνθρωπομορφητῶν, ἡ Ἱερακιτῶν, ἡ Μεσσαλιανῶν, ἡ Εὐτυχιτῶν, ἡ Ἀκεφάλων, ἡ Οὐερσουνουφιτῶν, ἡ Ἡσαϊανῶν, ἡ Ἀγνοϊτῶν, ἡ Ἰακωβίτων, ἡ Τριθεϊτῶν, καὶ εἴτις ἑτέρα παρ' αὐτὰς καθέστηκε δυσσεβὴς καὶ θεήλατος αἵρεσις. Ἁπάντας τοίνυν τοὺς προαναφερομένους αἱρεσιάρχας, καὶ τὰς μὴ

a) Tascodrugorum. b) forte Sphæronistarum.

μὴ ἅτινες ὀνομαθείσας δυσεβεσάτας αἱρέσεις καὶ σχίσματα ἀναθεματίζω καὶ καταθεματίζω ψυχῇ καὶ καρδίᾳ καὶ στόματι, ἐννοίᾳ τε καὶ λόγοις καὶ ῥήμασι, καὶ πάντα ἕτερον αἱρεσιάρχην ὀλέθριον, καὶ πᾶσαν ἑτέραν παμβέβηλον αἵρεσιν καὶ πᾶν ἕτερον σχίσμα θεήλατον, ὅσας περ ἡ ἁγία καὶ καθολικὴ ἡμῶν ἐκκλησία ἀναθεματίζει. Ἀναθεματίζω δὴ καὶ καταθεματίζω καὶ πάντας αὐτῶν τοὺς ὁμοφρονας, τοὺς τὰς αὐτὰς αὐτοῖς ἀσεβείας ζηλώσαντας, καὶ ἀμεταμελήτους ἐν αὐταῖς τελευτήσαντας, καὶ τοὺς ἔτι καὶ νῦν ἐν αὐταῖς διαμένοντας, καὶ πολεμοῦντας τῆς καθολικῆς ἡμῶν ἐκκλησίας τὸ κήρυγμα, πίστιν ἡμῶν τὴν ὀρθὴν καὶ ἀμώμητον βάλλοντας. καὶ ἀναθεματίζω πάλιν ὡσαυτως ἅπαντα καὶ πάντα αὐτῶν τὰ θεομάχα συγγράμματα, ἃ κατὰ τῆς ἁγιωτάτης ἡμῶν καθολικῆς ἐκκλησίας συνεταξαν, καὶ κατὰ τῆς ὀρθῆς ἡμῶν καὶ ἀμωμήτου συνεγραψαντο πίστεως. ἀναθεματίζω τε σὺν αὐταῖς ταῖς βεβήλοις αἱρέσεσι καὶ πᾶσαν ἑτέραν θεοστυγῆ καὶ κακόδοξον αἵρεσιν, ἣν ἡ ἁγία καθολικὴ ἡμῶν ἐκκλησία ἀναθεματίζειν καὶ καταικρίνειν συνείθισται, καὶ τοὺς ἐξάρχους αὐτῶν καὶ γεννήτορας, καὶ τὰ αὐτῶν μυσαρὰ καὶ παμμίαρα λογίδρια τε καὶ βιβλίδια. μόνα τιμῶν καὶ κρατῶν καὶ φρονῶν καὶ σεβόμενος τὰ ἁγίας καθο-

qvæ post eos anathematizatæ sunt impiissimæ hæreses, & schismata, anathematizo, & catathematizo anima, corde, & ore, mente qvoqve, & verbis, atqꝫ sermonibus. Et omnem alium hæresis authorem perditum, & omnem aliam profanissimam hæresim, & omne aliud schisma à Deo dejectum, qvotqvot nostra sancta Catholica Ecclesia anathematizat. Anathematizo autem, & catathematizo etiam omnes eorum consentaneos, qvi easdem cum eis impietates æmulantes, sine pœnitudine in eis sunt mortui, & qviqvi usqꝫ nunc in eisdem perseverant, & oppugnant Catholicæ nostræ Ecclesiæ prædicationem, & fidem nostram rectam, & immaculatam jaciunt. Et anathematizo iterum similiter omnia eorum Deo repugnantia scripta, qvæ contra nostram sanctissiam catholicam Ecclesiam composuerunt, & adversus fidem nostram rectam, atqꝫ immaculatam conscripserunt. Anathematizo autem cum eisdem profanis hæresibus, & omnem aliam Deo odibilem & maledicam hæresim, qvam sancta nostra Catholica Ecclesia anathematizare, atqꝫ condemnare consveta est, eorumqve authores, & genitores, & eorum probrosas, atqꝫ fœdissimas loqvelulas, atqꝫ codicillos, sola honorans, & tenens, sentiensqꝫ & ve-

nerans sancta nostræ Ecclesiæ Catholicæ, & Apostolicæ dogmata, qvæ particulatim vobis, & breviter edidi, propter synodicarum literarum (ut dixi) compendium. Cum qvibus hinc etiam migrare deprecor, qvando hoc Deus præceperit.

λικῆς καὶ ἀποστολικῆς ἡμῶν ἐκκλησίας τὰ δόγματα, ἅπερ μερικῶς ὑμῖν καὶ διὰ βραχέων ἐκτέθειμαι διὰ τὸ τῶν συνοδικῶν γραμμάτων, ὡς εἶπον, ἐπίτομον· μεθ' ὧν καὶ ἀπαίρειν τῶν ἐντεῦθεν προσεύχομαι, ὅτε θεὸς ἔτο γενέσθαι προστάξειεν.

TIMOTHEUS Presbyter magnæ Ecclesiæ CPol. & Scevophylax templi S. Mariæ in Chalcopratis, qvem ante ortam Monotheletarum, hæresin atqve adeo ante A. C. 622. scripsisse, qvod ejus non meminerit, incerta conjectura Cotelerius * notat, scripsit libellum περὶ τῶν προσερχομένων τῇ ἁγίᾳ Ἐκκλησίᾳ, *de iis qui ad Ecclesiam ab hæreticis accedunt*, qvem cum aposphasmatio περὶ τῶν δύο φύσεων ἐν Κυρίῳ ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ *de duabus in CHristo Domino nostro Naturis* primus Græce vulgavit Jo. Meursius in Variis Divinis Lugd. B. 1619. 4. Tria autem genera ponit Hæreticorum, unum qvi rebaptizandi sunt, ut Τασκοδρύγοι, Ἀκκαοφόροι, Μαισχαῖοι, Μαρκοσαῖοι, Ἐλκεσῖται, Νεποτιανοὶ, Πελαγιανοὶ, Κελεϛιανοὶ, Μελχισεδεκιανοὶ, Σιμωνιανοὶ, Μενανδριανοὶ, Βασιλειδιανοὶ, Νικολαΐται, Μαρκιωνισταί. Alterum qvi tantum unguntur non rebaptizantur qvando accedunt ad Ecclesiam, Σαββατιανοὶ sive *Quartadecimani*, *Novatiani*, *Macedoniani* & *Apollinaristæ*. Tertium deniqve, qvos sufficit errores pristinos ejurare atqve anathemate detestari, ut *Meletiani*, *Nestoriani*, *Eutychianistæ*, *Dioscoriani*, *Jacobitæ* & reliqvi** *Acephali*. Plura deinde Διακρινομένων Schismaticorum de naturarum in CHristo distinctione hæsitantium genera facit, 1) Ἀκεφάλους, 2) Διοσκοριανούς, 3) Κονδοβαυδίτας, 4) Ἀγγελίτας, 5) Παυλιανιστάς, 6) Πετρίτας, 7) Κονωνίτας, 8) Ἡσαϊανίτας, 9) Νιοβίτας, 10) Μαρωνίτας, 11) Τριθεΐτας. Ex Meursii

* Tom. 3. monument. Ecclesiæ Græcæ pag. 626. Sed Monotheletarum nomen excidisse videtur inter Διακρινομένων genera qvæ duodecim facit Timotheus, & deinde undecim tantum recenset. Erunt autem duodecim, si Μονοθελῖται inserantur pag. 124. edit. Meursii, ante verba: οἱ μίαν θέλησιν καὶ μίαν ἐνέργειαν ἐπὶ τοῦ Χριστοῦ προσεύχεσθαι. Ex hoc ipso libello palam qvoq; est alienum fuisse Timotheum ab hæresi Eutychiana, cujus eum Magister sacri Palatii arguit.

** Contra Marcianistas sive Acephalos Timothei Presbyteri ῥῆσις ex hoc opusculo producitur in Nicephori CPol. ἀντιῤῥητικοῖς MSS.

sii editione hunc libellum Græce & Latine cum notis suis edidit Franciscus Combefisius in auctarii novi Tomo II. sive Historia Monotheletarum Paris. 1648. fol. pag. 449. Aliam in nonnullis differentem ex Jac. Gretseri codice vertit Franciscus Turrianus qvam Latine ex Turriani interpretatione exhibet Antonius Possevinus in Apparatus Sacri Tomo II. ubi de Timotheo differit. Longe brevior exstat Latine ex Gentiani Herveti versione ad calcem Canonum Ecclesiasticorum cum Theodori Balsamonis scholiis editorum Latine Paris. 1561. fol. in Appendice pag. 88. atqve inde in Bibliothecis Patrum Paris. A. 1589. 1609. 1624. 1654. Tomo VI. nam in Colonienſi & Lugdunensi desideratur. Idem autem est qvod ex Niconis Pandecte MS. Cod. Regis Galliæ 2423 edidit Græce & Latine Jo. Baptista Cotelerius Tom. III. monument. pag. 420. qvi idem pag. 377. seqq. ex ejusdem Regiæ Bibliothecæ Codice 2336. longe locupletiorem libelli Timotheani editionem dedit versione sua & notis eruditis illustratam, monens diversitatem exemplarium hujus scripti inde manasse, qvod cum partem Ritualis constitueret, pro usu variarum Ecclesiarum diversimode augeretur, minueretur, interpolaretur. Nam & MSta Cæsarea ab editis plurimum differre testatur Lambecius V. pag. 122. seq. & VIII. pag. 428. qvi pag. 424. etiam memorat Anonymi Epistolam ad Martyrium Episcopum Antiochenum περὶ τῦ ὁπως χρὴ δέχεσθαι τὰς αἱρετικὰς. Adde V. p. 119. seq.

De cæteris Scriptoribus Græcis, qvi Hæreticorum notitiam breviter tradiderunt, ut JO. DAMASCENO, JO. ZONARA, CONSTANTINO HARMENOPULO & MATTHÆO BLASTARE, alibi & instituto dixi, de qvibus interim Doctoris mei Thomæ Ittigii τῦ μακαρίτα dissertationem libro de Hæresiarchis Apostolicæ & Apostolis proximæ ætatis præmissam evolvere licebit.

CAPUT XII.

De MACARIIS atqve AMPHILOCHIO.

Macarius Alex. senior, ejusque scripta. 1. *Macarius junior.* 2. *Alii hoc nomine ultra quinquaginta.* 3. *Amphilochius Iconienſis.* 4.

I.

MACARIUS Magnus, *Ægyptius* Monachus & presbyter, S. Antonii discipulus magister Evagrii Pontici obiit in deserto Scithi, in qvo ab A. C. 331. versatus est, nonagenarius circa A. C. 391. de qvo Socrates IV. 23. Palladius Lausiac. cap. 19. Johannes Hagiopolita in laudatione Macarii Ægyptii Menæis Græcorum inserta 15. Januar. qvæ incipit *μικρῷ Μακαρίῳ διέφυγε ὁ Αἰγύπτιος*. E recentioribus præter interpretes & editores Jo. Bollandus 15. Januar. Tom. 1. pag. 1005. seq. Tillemontius T. VIII. memor. Eccles.

Exstant sub ejus nomine * *Homiliæ quinquaginta* piæ ac lectu dignæ de integritate qvæ decet Christianos, prodierunt *Græce* ex Bibl. Regia Paris. apud Gvil. Morellium 1559. 8. typis nitidis, & eodem anno separatim *latine* 8. ex versione *Joannis Pici*, classium Inqvisitoriarum in Senatu Paris. Præsidis. Eadem versio ibidem 1562. & in Bibliothecis Patrum sæpius lucem vidit, Parisiis, Coloniæ, Lugduni. *Græce & Latine* cum versione Zach. Palthenii Friedbergensis, Francof. 1594. 1621. 8. Atqve iterum cum Pici versione, adjunctæ operibus Gregorii Thavmaturgi, & Basilii Seleuciensis, Zonaraqve in Epistolas Canonicas. Paris. 1622. fol. Deniqve sectionibus distinctæ ex recensione Rev. *D. Jo. Georgii Pritii*, Senioris hodie Francofurtensis, cum versione Palthenii ab ipso castigata, Lips. 1698. 8. *Germanice*, *Godfrido Arnoldo* interprete Lips. 1696. 8. Goslar. 1702 1716. 8. *Belgice* Antvverp. 1580. 8 interprete *Cornelio Kiel.* In nova versione Anglicana, qvam singulari studio adornatam Londini 1721. 8. edidit Vir Clarissimus Thomas Haywood, ex Codice Bodlejanæ Bibl. Barocciano. Multa loca emendata, suppletæ lacunæ, sublata homiliæ XIII. & XIV. confusio, & qvinqvagesima homilia auctior integræ paginæ accessione. Ex eodem Codice *Bodlejano* apographum homiliarum septem adhuc ineditarum desideratissimus Hudsonus misit ad laudatum Pritium, ut Haywoodus p. 86. introductionis testatur. Exstant etiam MSS. Macarii Ægyptii Homiliæ in aliis Biblio-

* Petrus Possinus contendit homilias istas, & septem qvæ primus ipse vulgavit opuscula auctorem agnoscere antiqviorem qvendam Macarium, Antonii itidem discipulum (ex qvo Coptice loqvente pleraqve Græco stylo exceperit ejusqve ab A. C. 341. individuum cum Amatha comitem & A. 356. obitus testem. Sed non opus esse diversum hunc ab altero illo statuere Ægyptio, docent doctissimi Viri Gvil. Caveus in Historiæ litterariæ scriptorum Eccles. parte altera & Jo. Georgius Pritius sua ad Macarium præfatione.

Bibliothecis, ut Leidensi & ex Is. Vossii suppellectile, & Venetiis inter libros Julii Justiniani, Procuratoris S. Marci, sed quos eo defuncto in manus ignotas deveniſſe testatur Montfauconus in Diario Italico pag. 433.

Opuscula septem Ascetica I. περὶ φυλακῆς καρδίας, *de custodia cordis*, II. περὶ τελειότητος ἐν πνεύματι, *de perfectione in spiritu*: III. *de Oratione* περὶ προσευχῆς. IV. περὶ ὑπομονῆς καὶ διακρίσεως *de patientia & discretione*: V. περὶ ὑψώσεως νοός *de elevatione mentis*. VI. περὶ ἀγάπης, *de charitate*. & VII. περὶ ἐλευθερίας νοός *de libertate mentis*. Hæc una cum *Apophthegmatis* quibusdam Macarii pag. 243. ex codice *Francisci Turriani* primus edidit & latinam versionem suam addidit *Petrus Possinus* S. I. in thesauro Ascetico ** Paris. 1684. 4. Deinde Græce & Latine una cum Macarii Homiliis recudi curavit, aliaqve Apophthegmata à *Jo. Baptista Cotelerio* *** pridem vulgata, & qvæ de Macario Hieronymus, Palladius & Cassianus, subjunxit laudatus *D. Jo. Georgius Pritius* Lipsi. 1698. 8. Germanice vertit edita à Possino Opuscula & Apophthegmata & Homiliis Macarii subjunxit *Gotfridus Arnoldus* addiditqve Gregorii Naz. orationem 1. sive Apologeticum de fuga sua, Zenonis Veronensis sermonem de fide, S. Ephræmi sermones qvatuor, S. Nili librum Asceticum, & Capita paræneticа 229. Sextiqve sententias 430. Emanuelis Phile Hymnum ad Spiritum S. & CHRISTI dicta qvæ in Evangelistis non reperiuntur.

Nonnulla Macarii *fragmenta* ex *Catenis Patrum*, ut Corderiana in Matthæum &c. Et Orationes nonnullas latine *Franciscus Combefisius* Bibliothecæ suæ Concionatoriæ inseruit, qvi *de his disputare*, inqvit, *& an vere Macarii senioris illæ Homiliæ sint, nihilque Pelagiani furfuris inspersum habeant, nec ejus quicquam laboret* ἀπάθεια, (& qvod angelos animosqve corporeæ naturæ esse homil. 3. & libro de charitate statuit) *alterius otii fit, fereque occupavit Brasichellani diligentia in Romano indice expurgatorio, emendati quandoque à Labbeo non male, plerisque locis modeste laudati, quicquid in Labbeum invehatur Raynaudus.*

Capita Ascetica CLXX. metaphrasi illustrata à *Simeone Logothета*, exstant MSS. in Bibl. Cæsarea teste Lambecio lib. V. pag. 101. Evol-

** Alia qvæ in thesauro illo Ascetico continentur, refert D. Thomas Ittigius ὁ μακαρίτης libro de Bibliothecis & Catenis Patrum p. 360. seq. Vide & Acta Eruditorum Anni 1685 p. 488. seq.

*** T. I. monument. Eccles. Græcæ Paris. 1677. 4. p. 524. seqq.

visse etiam illa se testatur Allatius de Simeonum scriptis pag. 132. Incertum qvalis liber Macarii inter alia Ascetarum scripta commendetur à Johanne Antiocheno apud Cotelerium Tom. 1. monument. Ecclesiæ Græcæ pag. 167.

II. MACARIUS junior, *Alexandrinus*, discipulus & ipse magni Antonii, Monachus, Presbyter & Abbas Nitriensis, qvi circa A. C. 404. centenarius obiit. De eo Jo. *B*ollandus 2. Januar. T. 1. pag. 84. seq. & Tillemontius Tom. VII. Memor. Hist. Eccles. Palladius cap. 20. Lausiac. πολιτικὸν dictum fuisse testatur ab urbe nempe Alexandria ut notat H. Dodvvellus ad fragmentum Philippi Sidetæ pag. 512. à qvo inter διδασκάλους sive Catechetas Alexandrinos loco undecimo nominatur Μακάριος ὁ πολιτικός. Exstat sub ejus nomine *Regula Monastica* † triginta capitulis comprehensa, qvam ex Codice MS. *B*eccensi primus latine edidit illustravitqve *Petrus Roverus*, S. I. in Historia Monasterii Reomaensisis in tractu Lingonensi Paris. 1637. 4. pag. 24. & post Roverium *Lucas Holstenius* in Codice Regularum * Rom. 1631. 4.

Alia *regula* Serapionis, Macarii, Paphnutii, junioris Macarii & aliorum 34, ex Codice Affligemenensi primum edita ab *Henrico Cuicquio*, Episcopo postea Ruremondensi, ad calcem Cassiani, Antwerp. 1578. 8. & deinde in Codice Regularum Holstenio recusa.

Λόγος περὶ ἐξόδου ψυχῆς δικαίων καὶ ἁμαρτωλῶν τὸ πῶς χωρίζονται ἐκ τοῦ σώματος καὶ πῶς εἰσιν, *sermo de exitu animæ justorum & peccatorum, quomodo separantur à corpore & in quo statu manent*, sub hujus Macarii nomine editus est ex Codice MS. *B*ibl. Paulinæ Lipsiensis à C. V. *Guilelmo Caveo* ** cum interpretatione *Henrici Warthoni*. Postea

† Hanc Regulam videtur intelligere Gennadius cap. 10. de S. E. eamqve tribuere Macario seniori Ægyptio signis & virtutibus claro, qvem ait *unam tantum ad juniores professionis suæ scripsisse Epistolam in qua docet illum perfecte posse servire Deo qui conditionem creationis suæ cognoscens ad omnes semetipsum inclinaverit labores, & luctando atque DEI auxilium adversus omne quod in hac vita suave est implorando, ad naturalem quoque pervenerit puritatem, continentiam veluti naturalem debitum munus obtinuerit.*

* Alia in Codice Regularum Holsteniano contenta vide in laudato B. Ittigio libro pag. 652. seq.

** In Hist. literaria scriptor. Ecclesiasticor. ad A. C. 373. Lond. 1688. fol. Genev. 1694. 1705. fol.

ſtea veluti ineditum ex eodem Lipſienſi & duobus Viennenſibus Codicibus cum verſione ſua vulgavit *Jacobus Tollius* *** in inſignibus itineris Italici pag. 192. Ultraject. 1696. 4. In alio MS. qvod memorat Lambecius lib. VI. pag. 303. tribuitur *Alexandro Aſceta*, Macarii ſcilicet diſcipulo. Nam in alio qvem Tollius etiam inſpexit, præmittuntur verba: Ἐξ ἁγίου Μακαρίου ἐξ Ἀλεξανδρέως ὁ μαθητὴς διηγήσαϛο, ὅτι ποϛὲ &c. Conſer ſimilem, licet breviorem διήγησιν ἐξ μακαρίου Ἀντωνίου apud Palladium in Lauſiaca Hiſtoria p. 69. edit. Meurſii.

Fragmentum ἐκ τῶν ἐρωϛήσεων πρὸς τὸν μέγαν Ἐυσέβιον Ἀλεξανδρείας exſtat in MStis Anonymi locis Communibus Aſceticis, de qvibus Lambecius lib. V. p. 154. ſeq.

III. *Alii Macarii ultra quinquaginta.*

Macareus ſive Macarius Æoli filius natu minor Cononis frater. Vide Ovidii Heroid. Epiſt. XI. Plutarchi parallela f. 312. & Antiphanis verſus apud Athenæum X. pag. 444. Idem ſocer Lesbi *Lesbiorum Rex*, Megaclonis Pater, de qvo meminit Clemens in protreptico, & ex illo Arnobius IV. contra gentes. Confer Theodorum Canterum Var. lect. libro & capite primo. Ab hoc Lesbus Macaria dicta teſte Diodoro Siculo V. 82. qvo nomine venit etiam Cyprus, Cypriqve opidum Ptolemæo memoratum & Rhodus & Arcadiæ civitas Pauſaniæ laudata, & πηγὴ μακαρία in Marathone, ut inſulam Macariam ſive Fortunatam in ſinu Arabico & Macariam inter Æones Valentiniani omittam. Prætereo qvoqve Macariam Herculis filiam qvæ ſe pro Athenienſibus devovit, qvæqve loqvens inducitur ab Euripide in Heraclidis, & Macariam unam ex qvinqvaginta filiabus Danai, & Gabiniam Macariam in Veteri Inſcript. ap. Gruterum p. 872. II. Macariam item Martyrem de qva Martyrologia VIII. April.

Macar ſive Macarius à qvo μακάρων inſulæ. Mela II. 7.

Macareus Lycaonis filius. Apollodor. III. 8. conditor urbis cognominis in Arcadia. Vide Natalem Comitem IX. 9. Mythol.

Maca-

*** Alia qvæ in illo Tollii volumine occurrunt, vide recenſita ab Ittigio p. 710. ſeq. & in Actis Erud. A. 1696. p. 297.

Macarius qvi cum Felice & Vero ſcripſit Acta Martyrum SS. Tharaci Probi & Andronici qvæ Græce & Latine edidit Emericus Bigotius. Latine exſtant apud Baronium ad A. C. 290.

Macarius qvi cum Maximo & aliis ſcripſit Epiſtolas ad S. Cyprianum.

Macarius ad qvem in fide Chriſtiana confirmandum S. Athanaſius miſit libros duos adverſus Gentes veluti στοιχείωσιν καὶ χαρακτῆρα τῆ κατὰ Χριστὸν πίστεως.

Macarius ad qvem Paulinus Nolanus Epiſt. 36. (al. 49.)

Macarius ſive Macareus cujus Κωϊκῶν ſ. commentariorum de rebus Coorum librum tertium allegat Athenæus VI. pag. 262. & XIV. p. 639.

Macarius Abbas, de qvo Caſſianus Collat. VII. 27.

Macarius *Æni* Epiſcopus, qvi interfuit Concilio Chalcedonenſi damnavitqve Dioſcorum.

Macarius *Alexandrinus presbyter*, qvi cum Athanaſio fecit. Vide Socratem I. 27. ſeq.

Macarii duo *Diaconi Alexandrini* qvi ſubſcripſere depoſitioni Arii in Concilio Nicæno.

Macarius Metropolita *Ancyranus* ſæculi XV. ſcriptor, de cujus opere non contemnendo MS. κατὰ τῶν Λατίνων κακοδοξίας καὶ κατὰ Βαρλαὰμ καὶ Ἀκινδύνου vide Allatium de conſenſu utriusqve Eccleſiæ pag. 866. pag. 3. 14. 159. 215. 266. ſeq. 296. 297. 316. 456. ſeq. Lambec. V. pag. 223. Exſtant & Mathuſalæ Monachi ex illo Macarii opere eclogæ MSS. Vide Neſſel. IV. p. 123.

Macarius Epiſcopus *Antiochenus*, Monotheleta, in CPolitano Concilio A. C. 681. ſede pulſus, cujus expoſitio de fide & fragmenta ex libro ad Lucam Monachum ac presbyterum Africæ, & προσφωνητικῷ ad Conſtantinum Pogonatum Imp. leguntur in Actis dictæ Synodi Tom. VI. Concil. edit. Labbei p. 743. 906. &c. Confer Combefiſii hiſtoriam Monotheletarum. Hic eſt qvi inter Monotheletarum anteſignanos cum Honorio Papa, Sergio & aliis nominatur in Epiſtola Synodica trium Patriarcharum ad Theophilum Imp. de imaginibus, inter Opera Johannis Damaſceni, T. 1. edit. novæ p. 633.

Maca-

Macarius Armenius, Archi Episcopus *Antiochiæ* Pisidiæ, A. C. 1011. defunctus, cujus vitæ Acta apud Surium 10. April. Hujus Macarii reliqviæ Gandavi. Papebroch. Tom. 1. April. p. 873. sq. Pagi ad A. C. 1012. n. 7.

Macarius presbyter *Antiochenus* qvi cum Eugenio fortiter restitit Juliano Imp. ut ex Actis Artemii Martyris notat Baronius ad A. C. 362. n. 90.

Macarius presbyter *Arianis* favens contra Athanasium & ab Eusebianis missus ad Julium Episcopum Romæ A. C. 338. Meminit Julius Epistola ad Antiochenos, qvam Athanasius Apologiæ suæ ad Constantium Imp. inseruit.

Macarius Ἀρκαίδων Episcopus qvi interfuit Concilio secundo Nicæno: qvemadmodum & Μάκαριος sive Macarius Archimandrita Bardæ, Βαρδά.

Macarius *Armenius*. Supra in Antiocheno.

Macarius *Chrysocephalus* Philadelphiæ Metropolita, Sec. XIV. clarus, de qvo infra capite XVII.

Macarius Patriarcha *CPol.* ab A. 1375.

Macarius Patriarcha *CPol.* secundus ab A. 1573.

Macarius *CPol. confessor* sub Leone Armeno. Infra *Pelecetes*.

Macarius ὁ Κερκνᾶς, Hieromachus & præpositus Monasterii τῶν Μαγγάνων CPoli, legatus ab Imp. Johanne Palæologo ad Martinum V. Papam. Vide Sylvestrum Sguropulum in Hist. Concilii Florentini sect. 2. cap. 16. pag. 12.

Macarius Cyrensis (ἐν Κύρῳ) presbyter S. Basilio memoratus Epist. 403.

Macarius *Edessenus*, qvem audivit Lucianus Antiochenus presbyter & Martyr. Sec. III.

Macarius (aliis perperam Comarius) *Episcopus* in Ægypto, ad qvem scribit Cyrillus Alex. Idem ab Alexandrina Synodo missus ad Nestorium A. C. 430. Vide Garnerium prolegom. ad Tomum 2. Marii Mercatoris.

Macarius *hæreticus* a sexta Synodo in exilium missus. T. 3. Concil. Binii pag. 492. Act. 1. Synodi secundæ Nicænæ. Vide supra in Antiocheno.

Macarius *Heracleæ* in Thracia Metropolita ac deinde Monachus, cujus mentio in descriptione montis Atho apud Bernardum de Montfaucon Palæographiæ Græcæ libro VII. p. 480.

Macarius ad qvem Constantini M. Epistola apud Theodoritum lib. I. Hist. cap. 17. Episcopus *Hierosol.* ab A. C. 314. qvi Concilio Nicæno interfuit, & A. C. 331. est defunctus. Vide Martyrologia die 10. Martii. Papebrochium T. 2. Martii 34. Sozom. II. 20.

Macarius II. Episcopus *Hierosol.* ab A. C. 556. ad 570. Vide Papebrochii tractatum præliminar. ad Tom. 3. Act. Sanctor. Maji pag. XXIX..

Macarius ex Homicida monachus Scetensis Κελλίων presbyter. Sozom. VI. 29. Palladius Lausiac. c. 6. Niceph. XI 36.

Macarius Episcopus *Laodiceæ*, qvi interfuit Synodo Orientalium post Concilium Ephesinum.

Johannes Macarius Grevelinganus Flander, Aërienſis in Artesia Canonicus, Pauli Leopardi discipulus & eruditæ antiqvitatis strenuus scrutator A. 1604. denatus de cujus ineditis scriptis videndus Valerius Andreas in Bibl. *B*elgica p. 505. & Franciscus Sweertius in Athenis *B*elgicis pag. 445. Ex ejus Hagioglyptis nondum editis locum producit Jo. Chifletius de linteis Christi sepulchralibus pag. 173. Idem Chifletius Macarii hujus Abraxan sive diss. de gemnis Basilidianis edidit Antwerp. 1657. 4.

Macarius *Luciferianus* cujus mentio in libello precum Faustini & Marcellini.

Macarius *Lugdunensis* sive *Laudunensis*, Episcopus Confessor cum S. Martino Turonensi versatus de qvo Papebrochius ad IV. Maji T. I. p. 492. seq.

Macarius *Macer* sive *Macres* amicus Georgii Phranzæ Historici: montis Atho Hieromonachus, inde CPol. protosyncellus A. C. 1431. defunctus. De ejus libro MS. adversus Latinos in qvo Processionem Spiritus S. à Filio impugnat, vide Allat. de Consensu lib. 22. 18. §. 11. p. 861. seq.

Macarius *Magnes* sive Magnesiæ ut qvidam volunt Episcopus, cujus fragmenta exstant in Nicephori CPol. Antirrheticis MSS. Dixi de illo lib. V. cap. 1. 276.

Macarii *Martyres*, ut Afer, Melitenus, Nicænus, Syrus &c. de qvibus *B*aron. ad Martyrolog. Ma-

Macarius *Monothelita* Supra in Antiocheno.

Macarius Mutius, Camers, cujus Epistola ad Angelum Politianum lib. 7. Epistolarum Politiani exstat, & libellus de recta poëseos ratione cum carmine de triumpho CHRISTI, Venet. 1567. & apud Possevinum, Bibl. selectæ XVII. 30-32.

Macarius sive Macareus *Mytilenæus* sacrificulus Bacchi, de qvo Ælianus XIII. 2. Var. Hist.

Macarius *Nicomediensis* Episcopus, qvi Epistolæ CPol. Ecclesiæ ad Bohemos Seculo XV. subscripsit apud Allatium de consensu III. 4. §. 2.

Macarius *Origenianus*. Vide infra in Romano.

Macarius *Pelecetes* Monasterii Hegumenus CPoli sub Leone Armeno Confessor imaginum, de qvo Papebrochius ad 1. April. Tom. 1. pag. 30. 31.

Macarius Arius, *Petræ* in Palæstina Episcopus ab Arianis in Africam relegatus. Vide Baronium ad A. C. 348.

Macarius *Philadelphiæ* Metropolita, cognomento Chrysocephalus, de qvo infra cap. XVII.

Macarius *Pinnatensis* in Arragonia Monachus, qvi Latine scripsit Vitas SS. Voti & Felicis Eremitarum qvæ exstat T. 7. Act. Sanctor. 29. Maji, pag. 61.

Macarius ὁ πολιτικός Eremita, de qvo in Cotelerii monumentis III. p. 162.

Macarius *Prymnesiæ* Episcopus, qvi interfuit Synodo V.

Macarius *Romanus*, monachus, cui Rufinus versionem libri Origenis περὶ ἀρχῶν & Apologiam suam pro Origene inscripsit, qvemqve invectiva prima in Hieron. testatur *opuscula adversus fatum & Matheſin* scripsisse. Librum adversus Mathematicos memorat etiam Gennadius cap. 28. de Script Eccles. *in quo*, inqvit, *labore orientalium quæsivit solatia scripturarum.* Pro *solatia* forte legendum *solutiones.* At per orientales scripturas intelligere videtur Gennadius scripta Rufini, qvi tum in oriente versabatur. Unde Hieronymus Apologia 2. in Rufin. de hoc Macario loqvens: *Ergo nisi de oriente venisses, eruditissimus vir hæreret adhuc inter Mathematicos.* Hic est Hieronymo Epist. 16. memoratus Rufini discipulus ὁλβιώτ. Confer Baron. ad Martyrolog. 2. Januar.

Alius Macarius *Romanus* de qvo Palladius cap. 36. extremo: Græci Me-

nolog. 23. Octobr. & in Vitis Patrum Theophilus qvidam, sed qvi minus, ut ait *B*aronius, probetur.

Diversus ni fallor ab his duobus Macarius *Romanus* qvi nudus & villosus pingitur in Ephemeridibus Græco Ruthenis 19. Januar. una cum Macario Ægyptio, qvi male ibi dicitur Episcopus. Vide ante Tom. I. Act. Sanctor. Maji pag. XII. seq.

Alius Macarius *Diaconus Romanus*, legatus missus à Gelasio Episcopo Rom. ad Episcopos Dardaniæ & Illyrici. Vide Gelasii Epist. 8.

Macarius *Sardicensis* Episcopus, qvi cum aliis Syriæ Episcopis Nestorium monuit, ut ab Ecclesia turbanda desisteret, in Epistola qvæ legitur in Actis Synodi Ephesinæ lib. 1. cap. 31.

Macarius *Scotus* Abbas primus Herbipolitanus in Franconia circa A.C. 1139. qvi scripsit de laude Martyrum, ut ex Eisengrinio notat Possevinus. Ejusdem sententiam de anima oppugnavit libro de anima * inedito *B*ertramus sive Ratramus.

Q. *Trebellius* Macareus in veteri Inscriptione apud Gruterum p. 955. 9.

Macarius à Constante Imp. In Africam missus ad *uniendos* cum Catholicis Donatistas, de qvo multa viri docti ad Optatum. Ab eodem Macario dicta tempora Macariana, & Macariani pro Catholicis Christianis.

Aliorum præterea Macariorum qvorundam meminit Rev. Urbanus Gotfrid Siberus, Ecclesiastes Lipsiensis in Epistola * A. 1710. edita ad D. Gleichenium, in qva præterea occurrent tibi Macarius Consul Rom. fictitius, Macarius presbyter à Clariss. Mabillonio confictus, Macarius Novato Sabbatianus, & Macarius Monachus apud Balsamonem.

IV. Amphilochius Cappadox, *B*asilio M. & Gregorio Naz. familiaris ac vehementer laudatus, è Monacho Episcopus Iconii Lycaoniæ Metropolis, Arianorum strenuus adversarius, atqꝫ Theodosio Magno a) dum filium ejus insalutatum præterit & qvomodo similiter DEUS

* Vide Georgium Mackenzie in vitis scriptorum Scotorum Anglice editis Edinburgi 1708. T. 1. p. 59.

** Unschuldige Nachrichten A. 1710 p. 316.

a) Qvanqvam Sozomenus VII. 6. Amphilochium illum ignobilis opidi Episcopum & in rerum usu parum exercitatum vocat, qvæ Valesius putat Amphilochio nostro male convenire: tamen ad Iconiensem Episcopum hoc diserte refert non modo Nicephorus XII. 9. Metaphrastes, Menæa aliiqve juniores, sed etiam Theodoretus V. 16. Hist.

DEUS Pater honore CHristo denegato offendatur demonstrat, auctor fuit ut edictum b) adversus cœtus Arianorum promulgaret, qvod A. C. 381. datum exstat in Codice Theodosiano lib. XVI. tit. 1. qvi est de fide Catholica lege 3. T. 6. p. 9. Eodem anno interfuit Concilio CPol. qvo Macedonius damnatus est. Præfuit deinde A. C. 383. Synodo Sidensi adversus Messalianos (qvi etiam Enthusiastæ, Evchitæ & Adelphiani) teste Photio Cod. 52. Eos scripto etiam omnium optime (sed qvod intercidit) confutasse narrat Theodoritus IV. cap. antepenultimo Hæreticarum fabularum. Deniqve interfuit Synodo CPolitanæ c) A. C. 394. in qva Bagadius in Episcopatu Bostrensi confirmatus est, qvi in jure GræcoRomano pag. 247. male Γαβάδιος. Proximo anno diem obiisse viri docti suspicantur. Ad summam senectutem provectum referunt Martyrologia & Menologia qvæ ejus memoriam celebrant die XXIII. Novembr. Vita Amphilochii qvam ex Regis Galliæ Cod. 92. sub Metaphrastæ nomine vulgavit d) Græce & Latine cum notis Combefisius, qvæ incipit ἦν τις μοναχὸς ἀνὴρ, est scriptoris Metaphraste antiqvioris, ut ipse Combefisius deinde in Bibl. Concionatoria agnovit, testatus se Amphilochii vitam cultiore oratione compositam nactum, qvæ incipit: καί τί τῶν καλῶν ἔφαμεν τις. Memorat Allatius etiam aliam incerti Scriptoris qvæ incipit: ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις. De Amphilochio ipso accurate ut solet Tillemontium T. IX. memoriar. Hist. Eccles. p. 617. sq.

Plurima & egregia cum scripserit Amphilochius, tantum non omnia interciderunt. Certe præstantissima ut de Spiritu S. Deo adorando, & adversus Massalianos, Arianos & Commentarii in Esaiam aliaqꝫ multa desiderantur, qvæ à præstantissimo Caveo satis diligenter enarrata non repetam, tantum addam qvod Facund⁹ XI. 3. præter alia in actis Concilii Chalcedonensis & à Theodoreto similiter citata laudat etiam Amphil. in illud Joh. XX. 17. *adscendo ad Patrem meum & ad Patrem vestrum*. Qvæ vero exstant sub Amphilochii nomine in editione

b) Meminit illius edicti præter alios Facundus XI. 3. cujus locus addendus testimoniis qvæ Amphilochio suo præmisit Combefisius.

c) De illa Synodo Lambec. VIII. p. 406. 441. Concilia Labbei T. 2. p. 1151. Canones Concilior. cum notis Zonaræ p. 525. Balsamonis p. 761.

d) Latine sed majore verborum fluxu apud Lipomannum Tomo V. Ajunt etiam exstare apud Surium 23. Nov. Sed in edit. A. 1581. qvæ mihi jam ad manus est, desideratur

Franciſci Combefiſii, qvam cum Methodii Patarenſis & Andreæ Cretenſis ſcriptis Græce & Latine vulgavit Pariſ. 1644. fol. hæc ſunt, exceptis Homiliis qvibusdam magnam partem ſuſpecta, & junioris ut videntur ſcriptoris:

1. Εἰς τὰ γενέθλια *in Natalitia CHriſti.* pag. 1. Incipit: ὁ μὲν πνευματικὸς ἑορτή. Occurrit etiam perinde ut cæteræ qvas deinceps memorabo Amphilochii Homiliæ Latine in Bibl. Patrum Lugdunenſ. Tomo V. & in Bibl. Concionatoria Combefiſii, qvi eam ait ſe accepiſſe a *Johanne Auberto* qvi Amphilochii editionem pridem meditatus è Regio Codice eum ſermonem deſcripſerat.

2. Εἰς τὴν ὀκταήμερον περιτομὴν, *in Circumciſionem, ac brevis S. Baſilii laudatio.* pag. 10. Incipit: σκιὰν μὲν τῶν μελλόντων ἀγαθῶν. Non Amphilochii ſed incerti auctoris videri, Combefiſius ipſe in Bibl. Concionatoria agnoſcit.

3. Εἰς τὴν ὑπαπαντήν. *De occurſu D. N. Jeſu CHriſti, deque Deipara & de Anna ac Simeone.* pag. 23. Incipit: Πολλοὶ τῶν μεγάλων ἀνθρώπων, Prodierat ad calcem Theophylacti in Acta, e) cum *Laur. Sifanii* interpretatione Colon. 1568. fol. & in Auctario *Bibl.* Patrum Pariſ. 1624. T. 2. p. 837. & Tomo XIII. edit. 1654. Latine etiam in *Bibl.* Patrum Colonienſi T. IV. atqve ex alia interpretatione in Tomo V. Aloyſii Lipomanni, & apud Surium, 2. Februar.

4. Εἰς ἁγίαν Θεοτόκον *in S. Deiparam & Simeonem* p. 36. Incipit: Προφητικὸς ἡμᾶς καὶ ἡμέρου. Hanc ex Sirmondi apographo ſub Amphilochii nomine edidit, ſed deinde *Theodoto* Ancyrano vindicat poſt Allatium Combefiſius ipſe auctoritate Nicephori CPol. atqve ex emendatiore Codice Mazarinian̄o nova donatam verſione exhibet in Bibl. Concionatoria. Nominetenus pag. 45. auctor meminit δυσωνύμου Νεστορίου καὶ τῶν ὁμοιοτρόπων αὐτῷ.

5. Εἰς τὸν τεταρταῖον Λάζαρον, *in Lazarum quatriduanum* p. 57. Incipit: Φέρε πάλιν εἰς μέσον τὸν Εὐαγγελιστὴν Ἰωάννην. Hanc qvoqve a Jo. Auberto ex Regio Codice deſcriptam Combefiſius accepit.

6. Εἰς τὴν γυναῖκα τὴν ἁμαρτωλόν *in mulierem peccatricem quæ unxit Dominum, & in Phariſæum*, habita in magna qvarta feria. pag. 64. Incipit: ἱκανῶς ἡμᾶς πρώην. Ex apographo Sirmondi. Inter Chryſoſtomi dubia ediderat Savilius T. VII p. 376.

7. Εἰς

e) Confer B. Ittigium de Bibliothecis Patrum p. 773.

7. Εἰς τὴν ἡμέραν τ ἁγίᾳ Σαββάτῳ. *in diem magni Sabbati.* p. 86. Incipit: ἐπισάφιον ἑορτὴν τ Σωτῆρος. Primus Græce ex MS. Thuanæ Bibl. cum versione sua vulgaverat *Petrus Pantinus* Tiletanus, Decanus Bruxellensis Antvverp. 1598. 8. additam tribus homiliis SS. Methodii, Athanasii, & Chrysostomi. Exstat & ex Pantini versione in Bibliothecæ Patrum Colonienſi Tomo 4. & in supplemento Parisiensio A. 1639. Tom. 1. pag. 626. ne de Lugdunensi dicam in qva & cæteræ Homiliæ ex Combefisii editione Latine exstant T. V. Combefisius cum Regio Codice contulit. Verterat & *Achilles Statius* Lovan. 1551.

8. Περὶ μετανοίας, καὶ ὅτι δ χρὴ ἀπογινώσκειν τ ἑαυτῶν σωτηρίας. *De Pœnitentia, & quod de sua ipsius salute non sit desperandum.* p. 91. Incipit: Τί ὅτι ἐνταῦθα προσαγενόμενοι ὦ υἱοὶ τ ἀληθείας. Stylo humiliore nimisqve abhorrente scripta, judice Combefisio in Bibl. Concionatoria. Episcopum auctor se profitetur p. 99. verum Amphilochius ille haud fuerit, sed aliqvis qvi scripsit post Controversiam motam de cultu imaginum, ad qvam adstruendam qvædam narratiunculæ inseruntur pag. 103. seq. & pag. 92. diserte: ἄλλως τε καὶ τῶν σεπτῶν εἰκόνων ἐκθηρεῖ ὁ καθάρατος. In versione Combefisii visa sunt legenti mihi ac conferenti cum Græcis emendanda qvædam, ut pag. 99. εἰ γὰρ καὶ ἁμαρτωλοὶ ἡμεῖς οἱ ἀρχιερεῖς χρηματίζομεν, ἀλλὰ φαιδροτάτως τὴν κλεῖδα τ προσδεδώκασι εἰς τὰς χεῖρας ἡμῶν τῶν ταπεινῶν ἐνέβαλε Χριστὸς ὁ Θεὸς ἡμῶν, perperam φαιδροτάτως redditur *lætissime*, pro perspicue ac manifesto, ut p. 100. Ἀπαρέψαντες φαιδρόταλα *qui clarissime enituerunt.* Verba pag 101. Ἡνίκα γὰρ ἔδει φοβερὰς ποιῆσαι τὰς συνθήκας, reddenda erant: *Cum vero tremendum hoc pactum debuisset servare*, non ut Combefisius: *postquam autem tremenda pacta fecisset.* Pag. 107. ubi ἀπὸ τ βιβλων τῶν Παλαίων narratiuncula ingeritur, verba ὥστε μελετᾶσθαι μὴ ἀκάθαρτα πνεύματα, innuit senem illum de qvo ibi sermo est *haud moveri solitum immundorum spirituum conspectu*, qvalis ibi memoratur unus nomine ζερέβερ, efformato ut suspicor ab appellatione *Cerberi*, canis decantati Poëtarum fabellis. Conferendum cum hac Homilia scriptum à Possino editum de non desperando, de qvo infra num. 13.

9. *Jambi ad Seleucum*, * præcepta Morum & Doctrinæ, atqve librorum sacræ Scripturæ enumerationem complexi, pag. 117. cum Meta-

* Hujus Seleuci matertera Olympias, ad qvam exstat Greg. Nazianzeni paræneticus, Tom. 2. pag. 132.

Metaphrasi latina Jambica *Joachimi Zehneri*, Superintendentis Schleusingensis qvem Combefisius Zechnerum & in notis pag. 250. *novæ Ecclesiæ alumnum* appellat. Ediderat autem Zehnerus sub Amphilochii nomine Schleusingæ 1609. 8. Sunt versus CCCXXXIII. qvos ipse in calce adnumerat, atqve per tres hecatontades, decadesqve totidem ac monades ad S. Trinitatem respexisse se innuit. *Jac. Billius* Nazianzeno vindicare mavult in Observationibus sacris, atqve inter Nazianzeni Opera donavit nova Metaphrasi ediditqve, qvemadmodum occurrit qvoqve in editione Græcolatina Nazianzeni Tom. 2. pag. 190. Nimirum reperit in MS. Codice vetus scholion: καὶ ταῦτα δοκεῖ μοι ἓξ Θεολόγῳ τυγχάνειν φερνὸς, ὡς ἂν ἀμφιλοχίῳ γεγραφέντα, qvasi sub Amphilochii persona hoc composuerit carmen Nazianzenus, perinde ut ad Nicobulum scripsit ex persona Nicobuli filii. *Sunt nihilominus*, inqvit Combefisius, *hæc leviora, quam ut fidem Codicum vendicantium Amphilochio elevent. Primus enim minus quadrant hic posita de libris Canonicis, cum iis quæ habet de iis Theologus, carmine de iisdem, p. 98. edit. Paris. ubi absolute pronunciat de Pauli Epistolis & septem Catholicis, nulla mentione libri Esther aut Apocalypsi. Tum quia videntur hi Jambi non ita accedere ad cothurnum Gregorianum, potiusque referre facilem Amphilochii venam, ac nonnihil licentius decurrere, & stylo orationi solutæ propinquiori, - - - & quid vetat ut Theologo æqualis isque ipse omni scientiarum genere excultus ac plane vir ἐλλογιμώτατος, etiam metro Seleucum instituerit, ad quem prosa semel & iterum scripsisse probant quæ ejus producimus fragmenta. Nec est simile in aliis allatis, in quibus statim palam est assumta persona. Etiam Balsamon habet ut Amphilochii, p. 1080. edit. Paris. passimque Damascenus in elementis in Codice eminentiss. Rupifucaldii.* Conradi Rittershusii notas, à qvo illustratos Amphilochii jambos ad Seleucum refert Hendreichius, haud vidi.

10. Ῥήσεις καὶ ἐκλογαὶ *sententiæ & fragmenta Amphilochii* collecta à Combefisio ex scripto *ad Seleucum, Trajani prætoris nepotem* pag. 136. 144. seq. & 153.

Ex sermone in illud: Marc. XIII. 52. *de die illa & hora*, in qvem locum duo σωτάγματα composuisse p. 138. traditur.

In illud: JEsus autem proficiebat sapientia *Luc. II. 52. p.* 139. & in loca *Joh. II.* 19. solvite templum hoc, & *Joh. XVI.* 14. de meo accipiet. Hæc fragmenta petita ex collectione Barlaami MS. in Regio Codice.

Ex

Ex libro περὶ τ῀ κ῀ σάρκα γεννήσεως. pag. 143. servata fragmenta in Actis Concilii Ephesini & Chalcedonensis, & à Cyrillo Alex. in libro priore ad Reginas de recta fide.

Ex sermonibus in Joh. XIV. 28. *Pater major me est.* & V. 19. *Non potest Filius facere ex se quicquam.* & V. 25. *Amen dico vobis* & Matth. XXVI. 36. *Pater, si possibile est.* p. 145. sqq. fragmenta qvæ servavit Theodoretus in dialogis, & Anastasius in hodego p. 164.

Ex libro contra Arianos, & λόγῳ *de Filio* p. 150. idem Theodoretus. Alia fragmenta ex Catena in Joh. & Anastasii Hodego c. 10.

In illud Prov. VIII. Dominus creavit me p. 152. Damascenus in elementis MSS.

Ex Epistola ad Svadrenses, πρὸς τὰς ἐν Σύεδρᾳ περὶ τ῀ ἁγίας Τριάδος pag. 154. id.

In Esaiam, id. p. 154. id.

Ex Epistola dogmatica ad Pancharium Diaconum Sidensem. p. 153. b.

Ex Amphilochio περὶ τῶν ψευδεπιγράφων τῶν πρὸς Ἀρειτικοῦς p. 154 b. servatum fragmentum in VII. Synodo, actione V.

11. Εἰς τὸν βίον κ῀ τὰ θαύματα τ῀ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Βασιλείου. *Vita & miracula S. Basilii, Cæsariensis Archiepiscopi* pag. 155-225. Incipit: Ἀγαπητοὶ, ὁκ ἦν ἀπειρός. Auctor non Amphilochius sed alius longe junior. Hæc vita Sigeberto Gemblacensi memorata legitur Latine ex versione Combefisii etiam in Actis Sanctorum T. 2. Junii p. 936. seqq. cum Francisci Baertii animadversionibus qvibus suppositam eam esse Amphilochio, ostenditur, qvod agnovere etiam Baronius, Bellarminus, Possevinus, Tillemontius, Lambecius, Elias du Pin, aliiqve. Ante Combefisium latine verterat *Ursus* * Romanæ Ecclesiæ Subdiaconus sæculo nono ad finem vergente, Anastasii Bibliothecarii temporibus clarus, de qvo eadem Acta Sanctorum consuli possunt pag. 937. Illa Ursi versio cum præmissa interpretis præfatione exstat in Heriberti Rosweidi Vitis Patrum pag. 116. seq. Dubitavit de γνησιότητι hujus scripti jampridem Michaël Glycas pag. 80. Annal. aliqvid referens ἐκ τῶν ἁγίου Βασιλείου θαυμάτων, ἅπερ ὁ μέγας Ἀμφιλόχιος γραφῇ παραδέδωκε λέγεται. Caput XIII. hujus Vitæ est *Comparatio Basilii M. & Ephræmi Syri*, qvæ sub Amphilochii nomine Latine legitur ex Gerh. Vossii versione ante Ephræmi opera: & Caput XV. qvæ ex ejusdem Vossii interpretatione exstat Latine in

* Combefisius præter illam Ursi etiam aliam antiqvam versionem semibarbaram memorat pag. 256.

ſupplemento *Bibl.* Patrum Pariſ. 1639. T. 1. p. 625. Narratio *de muliere quæ peccata ſua in charta conſcripſerat, & pro venia ſuorum peccatorum ad S. Baſilium & Ephræm recurrebat.* Extrema pars qvæ in editione Combefiſii deſideratur, edita eſt à Lambecio VIII. p. 366. è MS. Vindobonenſi.

12. *De Humana Natura CHriſti, num propter unionem cum Divina, ubique ſit præſens?* Ex Photii CPol. Ἀμφιλοχείοις, ſive qvæſtionibus & reſponſionibus centum ad Amphilochium Cyzici Metropolitam de diverſis S. Scripturæ locis, qvæ in Variis Bibliothecis integræ exſtant MStæ. Fallitur Combefiſius qvi caput iſtud pro genuino fragmento Amphilochii Iconienſis habuit.

Θεὸν βοῶ. τί ζῆτο; Heptastichon Jambicum ad Diabolum. T. 2. p. 177. Ediderat Billius Paris. 1575. 8. pag. 377. Hœschelius p, 99.

Θεὸς μὰν ἐστιν, Definitiones, versibus Jambicis T. 2. p. 198-202.

Θεὸς τὸ πάντων αἴτιον. De virtute Carmen Jambicum qvod Græce edidit Jo. Sambucus Antwerp. 1568. 8. p. 82. Latine Billius Paris. 1575. 8. p. 293. Hoc Carmen versibus CLXXXIII. à capite auctius exstat T. 2. p. 204. atqve incipit: πολλῶν ἀκούω.

Vos qui thronos ornatos consequimini. Latine T. 2. p. 308.

Θυμὲ βλέψον ἄνω. Ad animum suum, hexastichon elegiacum T. 2. p. 95. Ediderat Aldus G. 5.

Θυμῷ χολᾶμαι τῷ συνοίκῳ δαίμονι, in iram, carmen Jambicum XXI. T. 2. p. 229-237.

54.

Ἴσχεο γλῶσσα φίλη. T. 2. p. 128. de silentio, qvod jejunii tempore coluit. Versus elegi CCVIII. Ediderat Aldus K. XII.

Ἴσως μὲν ἐχρῆν. De seipso & adversus Episcopos. Carmen jambicum versuum 836. qvod *Jo. Leunclavio* interprete ex libro Cygneorum Nazianzeni Carminum editorum Basil. 1571. Latine tantum exstat T. 2. p. 301. sed Græce ac Latine cum notis vulgavit *Jac. Tollius* in insignibus itinerarii Italici, Traject. 1696. 4. Ex Codice Viennensi.

Καινὸν καινὸν τί ϑῆτο; Heptastichon Jambicum ad CHristum Tom. 2. p. 177. Ediderat Billius Paris. 1575. 8. p. 379.

Καὶ ϑῆτε ἐ σῆς. Heptastichon Jambicum in Diabolum. T. 2. p. 177. Ediderat Billius Paris. 1575. 8. pag. 377. & Hœschelius p. 99. Lugd. Bat. 1595. 8.

Καλὸν γάμῳ δεδέσϑαι. T. 2. pag. 175. De pudicitia. Ediderat ante Hœschelium Lugd. Bat. 1595. 8. p. 89. Billius Paris. 1575. 8. pag. 367. Versus Jambici LXV.

Κλῦϑι πάτερ Χριστέ. Invocatio, versus Heroicis XIII. Edidit Jac. Tollius pag. 92.

24. Κόσμε φίλ' ὦ φίλε πάντα. De naturæ humanæ fragilitate, dodecastichon elegiacum T. 2. p. 95. Ediderat Aldus, G. 5.

Κόσμου τέρψις. Heptastichon Jambicum paræneticum T. 2. p. 180. Ediderat Billius Paris. 1575. 8. pag. 392. Hœschelius pag. 97. Qvatuor versibus auctiores recurrunt T. 2. p. 191.

Κρίναις ἂν ἡμῶν. Comparatio vitarum. Carmen Jambicum XIX. Tom. 2. p. 220-224. Græce ediderat Jo. Sambucus Antw. 1568. 8. p. 73.

Λέγουσιν οἱ μισοῦντες. De seipso. Carmen jambicum versuum CIV. ex Codice Viennensi & duobus Mediceis cum versione sua & notis Jacobus Tollius p. 74.

42. Λευκὰν δ' ἄλλα δὶς ἑπτά. De miraculis CHristi secundum Lucam T. 2. p. 102. Versus elegi XX. Ediderat Aldus H. II.

44. Μάρκῳ δ' Αὐσονίοισι. De CHristi miraculis secundum Marcum. T. 2. p. 103. Versus Heroici XVII. Ediderat Aldus HH. III.

34. Μάστιγας Αἰγύπτιοιο. T. 2. p. 99. de plagis Ægypti. Versus elegi XII. Ediderat Aldus G. XII.

38. Ματθαίῳ πόθεν εἶπε. T. 2. p. 99. de CHristi genealogia. Versibus Heroicis 102. Ediderat Aldus G. XIII.

Ματθείης βίβλοιο ἰὰ θαύματα T. 2. p. 101. De miraculis CHristi secundum Matthæum. Versibus elegis XXXVIII. Ediderat Aldus, H.

Μέμνησο σαυτοῦ. Ad seipsum, Hexastichon Jambicum T. 2. p. 177. Ediderat Billius, Paris. 1575. 8. pag. 376.

Μετῆλθον, ἦλθον, ἔρχομαι. Dodecastichon Jambicum. Edidit Jac. Tollius pag. 88.

Μὴ κεφαλὰς πυργοῖ. In mulieres ambitiose se ornantes, cum Metaphrasi Fed. Morelli T. 2. p 147. Sunt versus elegi CCCXXXIIII. Ediderat Aldus N.

Μή σε λαθοίμην. Ad CHristum, Heptastichon Jambicum T. 2. p. 176. Ediderat Billius Paris. 1575. 8. p. 373. & duobus versibus mancum Hœschelius pag. 95.

Μῆτερ· ἐμὴ τί μ' ἔτικτες. De DEI desiderio, disticha elegiaca XII. T. 2. p. 95. seq. Ediderat Aldus G. VII.

Μὴ χρυσοῦ χιτῶνα. Edidit Aldus M. XII.

3. Νίκη μοὶ δὴ σεῖο. Præcepta ad Virgines. Versus Heroici DCLXXXIV. T. 2. p. 55-68. Ediderat Aldus CC. IIII.

Νοσῶ νοσῶ μοῖ. Precatio ægroti. T. 2. p. 178. Dodecasticho Jambico. Ediderat Billius Paris. 1575. 8. p. 382.

Νῦν τὸν μέγιστον. Jambici LXXIX. de incarnatione adversus Apollinarium, cum Fed. Morelli Metaphrasi T. 2. pag. 247. Primus Græcè ediderat Dav. Hœschelius Lugd. Bat 1591. 8. p. 62.

Οἶδα μοὶ ὡς χεδίῃσι. Arcana sive de Capitibus fidei Christianæ capita VIII. versibus Heroicis DCCXXX. T. 2. p. 161. Cum Latina Metaphrasi sua & Commentariorum Nicetæ versione latina edidit Jac. Billius Paris. 1575. 8. Postea ex MS. Bibl. Augustanæ sed prima tantum VI capita sive versus CCCCLXXXII. cum paraphrasi veteri Græca prosaria Dav. Hœschelius Lugd. Bat. 1591. 8.

Οἴ μοι, κέκμηκα. Carmen Jambicum XIII. T. 2. p. 191. Ediderat Hœschelius Lugd. Bat. 1591. 8. p. 84.

Οἴ μοι προσῆλθε. Threnus ad CHristum. Octastichon Jambicum. T. 2. p. 176. Ediderat Billius Paris. 1575. 8. p. 373. & Hœschelius pag. 95.

Οἱ

Οἱ μοι στενάμαι T. 2. p. 178. Threni duo ad CHristum, Heptastichis jambicis. Ediderat Billius Paris. 1575. 8. p. 382. & Hœschelius p. 98. Lugd. Bat. 1591. 8.

Οἱ σωθύται. Ad non amicos T. 2. p. 251. Heptastichon Jambicum. Ediderat Hœschelius p. 71. Lugd. Bat. 1591. 8.

Οἱ τὰς ἀραχνῶν ἐκμιμούμενοι μίτους. Octastichon Jambicum editum ab Hœschelio p. 101. qvod Latine tantum habes T. 2. pag. 308. *Qui aranearum filia imitantur.*

Ὄλβιος ὅστις ἄσαρκον. Dodecasticon Elegiacum de pugna carnis & Spiritus. T. 2. p. 180. Ediderat Billius Paris. 1575. 8. p. 394.

6. Ὄλβιος ὅστις ἔρημον ἔχει βίον T. 2. p. 91. Beatitudines & spiritalis Vitæ regulæ, distichis elegiacis XXXIII. Ediderat Aldus G. II.

48. Ὄμβρῳ διψάδα γαῖαν. Ad Julianum ἐξισωτήν T. 2. p. 111. Versus elegi XXX. Ediderat Aldus I. III.

61. Ὅμμα δίκης μύθων τε. Ad Nemesium JCtum, ut desinat idola colere T. 2. p. 140. Versus Heroici CCCXXX. Ediderat Aldus MM. II.

Ὅρκε τί χέρον; Carmen Jambicum XX. in τολυόρκας sive freqventer jurantes T. 2. p. 224-229.

Ὅταν τιν' ἔυρῃς. De patientia Heptastichon jambicum T. 2. p. 181. Ediderat Billius 1575. 8. p. 397. duobus versibus auctius habes in Anecdotis Græcis Clarissimi Muratorii p. 172.

Ὄρθρος δίδωμι. Precatio matutina T. 2. pag. 176. Ediderat Billius Paris. 1575. 8. pag. 374. Hœschelius p. 94. Heptastichon Jambicum.

Οὐμ' ἐθ' ἁμαρτὰς εἶλεν. Dodecastichon Jambicum. Edidit Jac. Tollius p. 86.

Ὁ χὲς ὁ πηλὸς. De vita humana, versus Jambici XVI. T. 2. p. 179. Ediderat Billius Paris. 1575. 8. p. 386.

Πάλιν προσῆλθεν. Tristichon Jambicum ad CHristum T. 2. p. 177. Ediderat Billius Paris. 1575. 8. p. 376. & Hœschelius pag. 99. Lugd. Bat. 1591. 8. Aliud Heptastichon, qvod eodem versiculo incipit T. 2. p. 252.

Παρῆλθεν ἄνθη. In vitæ exitum. Dodecastichon Jambicum T. 2. p. 179. Ediderat Billius Paris. 1575. 8. p. 385.

43. Παροιμιῶν ἢ Λουκᾶ. De parabolis secundum Lucam T. 2. p. 103. Versus Jambici XXII. Ediderat Aldus HH. III.

Παρθένε νύμφη Χριστῷ δόξαζέ σε τὸν νυμφίον. Ad virgines exhortatio, numeris metro solutis imitatione Syracusii Poëtæ scripta, cum Fed. Morelli Metaphrasi T. 2. p. 299 300.

2. Παρθενίην στεφάνοις. Laus Virginitatis. Versibus Heroicis *DCCXI.* T. 2. p. 42-55. Ediderat Aldus, B.

41. Πᾶυρα δ' Ἰωάννᾳ. T. 2. pag. 102. de Miraculis CHristi apud Johannem. Versus Heroici *XI.* Ediderat Aldus H. II.

Πέπονθα δεινὰ πλεῖστα. Carmen Jambicum ad CHristum T. 2. p. 178. & tribus versibus auctius p. 195. Ediderat sine hac accessione Billius Paris. 1585. 8. p. 383.

Πῆ θυμὲ βαίνεις; Ad animum suum Heptastichon jambicum T. 2. p. 177. Ediderat Billius Paris. 1575. 8. p. 378.

Πῆχον με Χριστέ. Ægroti tristichon Jambicum ad CHristum Tom. 2. p. 180. Ediderat Billius Paris. 1575. 8. p. 393.

20. Πῆ σε φέρων Χριστοῖο adhortatio, ut mentem ad DEum convertat. Versus Epici *XVI.* T. 2. p. 94. Ediderat Aldus G. IIII.

Πικρὸν τάφος πᾶς. Tetrastichon Jambicum de charorum morte T. 2. p. 181. Ediderat Billius 1575. 8. p. 398.

Ποθῶ πάλιν σῆναι. Tetrastichon jambicum ægroti T. 2. p. 180. Ediderat Billius Paris. 1575. 8. p. 393.

Ποθῶ, ποθῶ σε. Dodecastichon Jambicum. Edidit Jac. Tollius pag. 90.

5. Πολλάκι Χριστὸν ἀνακλᾶ. Querela de suis calamitatibus. Versibus Heroicis *CIV.* T. 2. p 73. Ediderat Aldus, E. III.

27. Πολλάκις ἱμερόεντα. Lamentatio pro anima sua T. 2. p. 96. versibus Epicis *XXVVI.* Ediderat Aldus G. *VIII.*

Πολλὰς ὁρῶν γραφοντας. In suos versus, Carmen Jambicum, versibus CIII. T. 2. p. 248. cum Metaphrasi Fred. Morelli. Græce ediderat Hœschelius Lugd. Bat. 1591. 8. p. 65.

Πολλῶν ἀκούω. De virtute, modestia & temperantia. Carmen Jambicum *XVIII.* T. 2. p. 204-220. Vide supra, Θεὸς τὸ πάντων.

8. Πῆ ἢ λόγοι πλανόεντες; Ad seipsum per qvæstiones & responsiones. Versibus Heroicis *XXXI.* T. 2. p. 77. sq. Ediderat Aldus E. *VIII.*

Πρά-

Πράξιν προτιμήσεως. Gnomologia tetrastichis LIX. qvibus ut numerus sexagesimus compleatur addendum tetrastichon qvod proxime præcedit T. 2. p. 156. Ediderat Aldus OO. Et Billius Paris. 1575. 8. pag. 210. addito Latine Commentario Nicetæ.

Πρώην τίς με τρυφᾶν. in Monasticam vitam simulantes T. 2. p. 138. Versus elegi qvinqvaginta. Edidit Aldus L. XII.

18. Σάρξ ὁλοή, Βελίαο. adversus Carnem. disticha Elegiaca XXI. T. 2. pag. 93. Ediderat Aldus G. III. & Hieron. Brunellus Rom. 1590. 8. p. 6.

Σὲ καὶ νῦν ἐυλογῶμεν. Hymnus vespertinus. Edidit Græce Brunellus p. 51. utraqve lingva Jac. Tollius p. 96.

Σὲ τὸν ἄφθιτον Μοναρχην. Hymnus ad CHristum, versibus Anacreonticis LI. T. 2. p. 185. Ediderat Hœschelius Lugd. Bat. 1591. 8. pag. 92. & Brunellus Rom. 1590. 8. pag. 49. qvi legit: Δὸς τὸν ἄφθιτον.

Σιὼν ὁδοὶ πενθοῦσι. Dodecastichon Jambicum. Edidit Jac. Tollius p. 90.

Σκέυαζε σαυτόν. Tetrastichon jambicum T. 2. pag. 252. Ediderat Hœschelius p. 98. Lugd. Bat. 1595. 8.

Σοὶ χάρις ὦ πάντων. Precatio duplex versibus Heroicis una XI. altera XXX. Edidit Jac. Tollius p. 94.

64. Σῶμα δίχα ψυχῆς. Epitaphia duodecim in M. Basilium cum Metaphrasi Fed. Morelli, tanqvam unum continuum carmen leguntur T. 2. p. 152. atqve ita etiam Aldus ediderat N. VII. & Hieron. Brunellus Rom. 1595. 8. p. 46. Sed distincta exhibet Lambecius VIII. p. 366-371. una cum prosaria expositione Anonymi Græci scriptoris, ex MS. Codice, in qvo subjecta illa reperit vitæ Basilii qvam sub Amphilochii nomine editam p. 505. dixi.

Τείχη, πυλῶνες. Dodecastichon Jambicum. Edidit Jac. Tollius pag. 88.

Τέθνηκα τῷδε. Precatio ad CHristum, versibus XVI. jambicis. T. 2. p. 181. Ediderat Billius 1575. 8. p. 395. Versu septimo desinit apud Hœschelium p. 96. ut novum incipiendum sit à versu τολμῶ τι λεξαι.

Τέκνον ἐμὸν, μύθοις. nomine Nicobuli Patris ad filium T. 2. pag. 115. Carmen Heroicum, versus Heroici CCLXXXIII. Ediderat Aldus l. VIII. ubi male Νικόκλε pro Νικοβούλε.

56. Τέκνον ἐμὸν, Τὸ δέ τοι. Parænetícum ad Olympiadem virginem T. 2. p. 134. Verſus Heroici CXI. Ediderat Aldus LL. III.

58. Τὴν ἀρετὴν ποθέω μᾶλλον T. 2. p. 135. De virtute humana, ad ſe ipſum. Verſus Heroici CXVII. Ediderat Aldus L. VIII.

14. Τίς γενόμην; Τίς δ' εἰμί. De externi hominis vilitate T. 2. p. 88-90. Carmen Elegiacum verſibus CLXIV. Ediderat Aldus F. VIIII. Hieron. Brunellus Rom. 1595. 8. p. 30.

Τίς ἡ τυραννίς; ad CHriſtum, carmen Jambicum V. T. 2. p. 195.

15. Τίς, πόθεν ἐς βίον ἦλθον; de vitæ itineribus T. 2. p. 91. ſeq. diſtícha elegiaca XX. Ediderat Aldus, G.

Τί σοι θέλεις γενέσθαι. Anacreontici CLXXXI. ad animam ſuam T. 2. pag. 182. Ediderat Hieron. Brunellus Rom. 1590. 8. pag. 53. Hœſchelius p. 75. Lugd. Bat. 1591. 8.

Τί ταῦτα; Τολμᾷς καὶ σύ. In Maximum Cynicum. Verſus jambici LXV. cum Metaphraſi Fed. Morelli T. 2. p. 249. Græce ediderat Hœſchelius Lugd. Bat. 1591. 8. p. 69.

Τολμῶ τι λέξαι. Vide ſupra, Τέθνηκα τῷδε.

Τολμῷ φράσαι τι. Vide ſupra, Ἐπιστάτα.

Τοσαῦτα θαύμαθ' ἡλίου. Carmen Jambicum XVII. de Eliæ miraculis T. 2. pag. 204. Græce ediderat Hœſchelius p. 100. Lugd. Bat. 1595. 8.

Τὸ ξὺν λόγῳ βέλημα, de Vita ſua, Verſibus Jambicis ultra MDCCC. T. 2. p. 1-31.

35. Τὰς δὲ νόμους ἐχάραξε T. 2. p. 99. Moſis Decalogus, verſibus heroicis decem. Ediderat Aldus G. XII.

Τριὰς σάφ με Dodecaſtichon Jambicum. Edidit Jacobus Tollius p. 84.

Τρόχος τίς ἐστιν. Jambi IX. in vitam humanam T. 2. p. 155.

21. Φεῦ γ' ἀπ' ἐμῆς κραδίης. Deteſtatio Diaboli & preces ad CHriſtum, diſtichis elegiacis XII. T. 2. p. 94. Ediderat Aldus GG. IIII. Hieron. Brunellus Rom. 1595. 8. p. 8.

32. Φεῦ γ' ἀπὸ τᾶς γραμμᾶς. Ad Diabolum, T. 2. pag. 98. Tetraſtichon qvod ediderat Aldus G. II.

Φεῦ ἡμέρας μοι τ' κακῆς. Octaſtichon Jambicum ad CHriſtum T. 2. pag. 252. Græce ediderat Hœſchelius p. 96. poſt tetraſtichon qvod

qvod incipit παρῆλθεν ανθη, & cui connexum Tom. 2. pag. 96. legitur.

Φεῦ καὶ κρίσιν δέδοικα. Edidit Hœschelius p. 98. tetrastichon.

Φεῦ, Φεῦ, ὅιων γέμεσιν. adversus opum amantes, Carmen Jambicum XXII. T. 2. p. 237-243.

Φίλοι πολῖται. Threnus tristicho jambico. T. 2. pag. 178. Ediderat Billius Paris. 1575. 8. p. 384.

Φθέγγοισθ' ἅπαντες. Dodecastichon jambicum. Edidit Jac. Tollius p. 84.

Χαίρειν κελεύων. ad Seleucum, Carmen Jambicum III. T. 2. pag. 190-195.

Χαίρεις τρυφῶν. De Philosophica paupertate, Carmen Jambicum VIII. T. 2. p. 191.

Χαίρων μὲν ἦλθον T. 2. p. 180. Enneastichon jambicum in Sigantium Eremitam. Ediderat Billius Paris. 1575. 8. p. 391.

13. Χθιζὸς ἐμοῖς ἀχέεσι. de humana Natura T. 2. p. 86-88. Carmen Elegiacum. Versibus CXXXII. Ediderat Aldus. F. IIII. Hieron. Brunellus Rom. 1590. 8.

1. Χριστὲ ἄναξ ὃς ἀγναῖς. de rebus suis & vitæ vanitate. Versibus Heroicis DCXX. T. 2. p. 31-42. Ediderat Aldus A. 1.

53. Χριστὲ ἄναξ ὃς πάντα πέλεις. Profecturi precatio ad Christum T. 2. p. 127. versus Heroici XXXIII. Ediderat Aldus K. X.

35. Χριστὲ ἄναξ σὲ πρῶτον T. 2. pag. 131. Hymnus ad CHristum in Paschate, post silentium jejunii. Versus Elegi LII. Ediderat Aldus L. III.

30. Χριστὲ ἄναξ, τί με σαρκὸς. Epitaphium & Epitome Vitæ Nazianzeni T. 2. pag. 97. Dodecastichon. Ediderat Aldus G. 10.

29. Χριστὲ φάος μερόπων. Carmen supplex versibus Heroicis XXIV. T. 2. p. 97. Ediderat Aldus G. VIIII.

11. Ὦ θυσίας πέμποντο ἀναιμάκτους ἱερῆς, ὦ ψυχῶν ταμίαι. Ad Episcopos. Carmen Heroicum versibus CCXXVII. T. 2 p. 81-85. Ediderat Aldus FF.

12. Ὦ θυσίας πέμποντες ἀναιμάκτους ἱερῆς καὶ μεγάλης Μονάδος. Ad CPolitanos Sacerdotes & ipsam Urbem. Carmen Elegiacum versibus XXVI. T. 2. p. 85. Ediderat Aldus FF. III.

22. Ὦ μοι ἐγὼν, ὅτι δὴ. Threnus, octastichon elegiacum T. 2. p. 95. Ediderat Aldus G. 5. & Hieron. Brunellus Rom. 1595. 8. p. 9.

17. Ὄμοσα τὸν λόγον αὐτὸν. Jusjurandum, distichis elegiacis XV. T. 2. p. 92. Ediderat Aldus G. III.

Ὦ πάντων ἐπέκεινα. Hymnus ad DEum, jambicis XV. T. 2 p. 252.

49. Ὦ πάτερ, εἰ μ' ἔφυσας T. 2. p. 112. ad Nicobulum Patrem, Nicobuli filii nomine, carmen Heroicum, Versus Heroici CCVII. Ediderat Aldus, II. III.

51. Ὦ πάτερ, ὅπερ ἔμοιγε. Ad Vitalianum, filiorum nomine, T. 2. p. 120. Versus Heroici CCCLII. Ediderat Aldus, K.

Initia Epigrammatum CCXXVIII. qvæ Græce ex Bibl. Ambrosiana, Regia Paris. & Medicea, cum versione sua atq; eruditis notis vulgavit V. C. Lud. Antonius Muratorius, Patavii 1709. 4.

Ἄγγελ῾ ἀιγλήεις 113. ἄγγελ῾ ἦν 214. ἄγνευε πᾶσι 210. ἄζομαι 180. Αἰ αἰ ϗ Λιβίαν 19. Αἰ αἰ ϗ σύ 2. αἰ αἰ ϗ τέφρη 180. αἰ αἰ ὦ 146. αἰεί σοι 47. αἵμαλ῾ εὐγενέ῾ 134. αἱ χάριτες 27. αἰὼν ϗ 153. ἄλλη μὲν 89. ἄλλοι μὲν 136. ἄλλ῾ μὲν Βασυλῶν῾ 225. ἄλλ῾ μὲν Νόννης 93. ἄλλ῾ τύμβον 182. Ἀμφίλοχ῾ 31. ἄρματι 116. ἄρσενα 211. ἀρχαῖα 226. ἄσμε῾ 30. ἀπάσιοι 118. αὐτὸς νηόν 74. Βάσε 43. Βάσε 43. Γαῖα φίλε 182. γείτονες 66. γῆρας ἐμὸν 56. Γρηγόριε 53. Γρηγόριον βοόωσα 87. Γρηγόριον μήτρως 133. Γρηγόρι῾ Νόννα τε 101. Γρηγόρι῾ ποιμὴν 77. Γρηγόρι῾ τὸ ᾧ θαῦμα 78. Γρηγορίῳ Νόννης τε θεσπέσ῾ 62. Γρηγορίῳ Νόννης τε φίλον 68. distichon & 123. tetrastichon. δαίμονας 182. δαίμοσιν εἰλαπίναζον 220. δαίμοσιν ἱερὰ 226. δακρύεσ῾ 116. δέρκεο 38. δῆπόσ῾ 173. δῶκε θεῷ 110. εἴη σοι βι῾ 117. εἰκοσέτης 22. εἰ λίην 182. εἰ μὴ γλῶσσαν 193. εἰ μή σοι 197. εἴ σ' ἀπλησε 180. εἷς δόμ῾ 17. εἴ σοί τι 216. εἴ σοι χρυσὸν 157. εἴ τινα 64. εἴ τις ἐὼν 195. εἴ τις ὄρεις 73. εἴ τις Τάνταλ῾ 3. εἰ τόσον ἔργον 178. εἰ φίλον 218. εἰ χρυσᾶ 182. ἔκ με βρεφῶς 125. ἔκ με θεὸς 116. ἐκ νηῶ 116. ἔκ με πικρῆς 72. Ἑλλὰς 122. Ἐμμέλιον 130. Ἐμπεδόκλεις 85. ἐνθάδε 116. ἔνθ' ἑκαλουλαέτης 71. ἔνθα ποτ' εὐχομένη Νόννη 105. ἐνθά ποτ' εὐχομένη πρηνὴς 116. ἔνθα ποτ' εὐχομένης τόσον 103. ἔνθα ποτ' εὐχομένης ψυ-

ψυχὴ 96. ἔν σοι μὴ 194. ἐξέφαγεν 198. ἐξ ἰατρῶν 223. ἐπὶ βίοιο 140. ἔργων ἀλιτρὸν 143. ἔρ⟨ος⟩ 26. ἔστιν Ἐπικλήτοιο 196. ἔσω ἰὼς 200. Εὐσέβι⟨ος⟩ 46. εὐχαὶ 91. εὐχῆς 116. εὐχομένη 94. ἥδε τράπεζα 116. ἤδη κὴ νεκύεσσιν 182. ἤδη μοι πολιαὶ † 201. ἴθεον 45. ἦλυθε κ' Ἀμφιλόχοιο 29. ἦλυθεν εἰς αἴδην 177. ἦν δυὰς 20. ἠνίκα Μανλιανός 5. ἠνίκα τὸν ⟨ϖ⟩ΕΙβῶσον 164. Ἦν ὅτε ἦν 141. Ἡρακλες 86. ἦ ῥά σε 161. ἠρίον 35. Ἥρπασας 41. ἡ τριὰς 111. ἰχθυβόλον 127. Καισαρίᾳ 63. κὰι σύ γε 132. κὰι σὺ Γεώργιε 50. κὴ σὺ ⟨ϝ⟩άλαν 159. καλεῖς 222. κάλλιμον 60. κὰν ⟨ϛ⟩ῇς 182. Καππαδόκων 12. κλῦθι Ἀλεξάνδρεια 67. 199. κρῆναι 28. κλείνετε 167. κλῆσιν ἐὴν 70. Λᾶας 119. λευκῆ κὰι μέλαν⟨ος⟩ 204. λήθη 182. λήξα⟨ς⟩ε 161. λίσσομαι 172. Μαρ⟨ϛ⟩ιανῆ 15. μάρ⟨ϛ⟩υρες 219. μαρ⟨ϛ⟩ύρομ' ὐδὲν ἔχω 175. Μαυσώλε 147. μὴ δείξῃς 182. μηκέτι Κεκροπίη 1. μηκέτι πηκλὸν 139. μὴ πόλεμον 8. μήτ' ἐυπλοΐῃσι 215. μὴ ψεύδεσθ' 221. μικρὸν ἔτι 116. μικρὸν μὴ 49. Μυσοπόλον 7. μῦθ⟨ος⟩ ⟨ϝ⟩άρτα⟨ρ⟩ος 183. Ναυκράτι⟨ος⟩ πλεκ⟨ϛ⟩οῖο 129. Ναυκράτι⟨ος⟩ ⟨ϛ⟩ροφάλιγγι 128. Νεκρῶν νεκρὰ 149. νεκρῶν κὰι ⟨ϝ⟩άδε 161. νηὸς ὅδ' ἅ 114. νήπι⟨ος⟩ ὅστις 224. cum Græca paraphrasi. Νόνναν 90. Νονν' ἀπανισαμένη 116. Νόννα, σοὶ Φωνὴ 98. Νόννα φίλης 116. Νόνν' ἱερὴ 100. Νόννη Φιλ⟨ϝ⟩α⟨ϛ⟩ίᾳ 115. Νόννης ἠρίον 116. Νόννης αἰ⟨ϛ⟩όμεν⟨ος⟩ ibid. οἱ Μοναχοὶ 211. οἱ ⟨ϝ⟩ύμβοι 176. ὄιχεσαι 36. ὀι Χριστὸν 6. ὄλβι⟨ος⟩ εὐγήρως ἔυπαις 76. ὄλβι⟨ος⟩ εὐγήρως ἄνοσ⟨ος⟩ 10. ὅμμασιν ὄμμα ⟨ϝ⟩α μίσγε, 208. verſu qvinto, ubi novum Epigramma incipit ὄμμυμι 13. ὅς κακὸς 174. ὃς πυρὶ 186. ὁσσάτιον 144. ὅστις ἐμὸν 151. ὅταν τις ἔυρῃς 190. ὑ γαίη 160. ὐδ' ἔθανεν 99. ὐδὲ μὴ ἐν 184. ὐδὲν Γοργόνιον 69. ὐκ ἄγαμαι 57. ὐκ ἔς' ὐδὲ 185. ὐκ οἷς 75. ὑ νοσ⟨ος⟩ 109. ὕ ποτ' 16. ὕ ποτε 112. ὑρανίη 206. ὕρεά σοι 4. ὕρεα κὴ 182. ὕτ⟨ος⟩ ἐμὸς 180. ὕτ⟨ος⟩ ἔπερσεν 168. ὑχ ἁλὶς 182. ὑ χρυσῆ 182. παῖδες χριστιανῶν 138. παῖζεις 217. παλλετ' ἐμοὶ 135. παντα κασ. 59. πάν⟨ϝ⟩α λιπῶν 155. πάν⟨ϝ⟩' ἔθανεν 171. πάντ' ἔχε⟨ϛ⟩ε 182. παν⟨ϝ⟩ός σοι μύθοιο 82. παρθένε, παρθέν⟨ος⟩ ἴῶθι 208. παρθένε, Χριστος 202. παρθένον αἰγλήεσσαν 131. πᾶσαν ὁσην 58. παῖρὶς ἐγὼ 126. πείθομαι 212. verſu qvinto, ubi novum Epigramma incipit. πέμψα⟨ς⟩ε 116. πῇ με λιπὼν 39. πίστις Ἐνὼχ 108. πλυσι⟨ος⟩ 182. ποιμένιον 80. πολλάκις 97. πολλὰ λέγεις 187. 188. 189. πολλὰ ⟨ϝ⟩ράπεζα 102. πρός ⟨ϝ⟩ε Θεῦ 155. πρῶτα 121. πρῶτον * 205. πρῶτ⟨ος⟩ 120. πῦρ ἐγγὺς 203. πῶς ἐλύθη 83. πῶς θάνεν

† Epigramma 188. 202. 203. 204. 208. 211. 224. ediderat Aldus A. 1504 4. M. XII.

* In hoc Epigr. pro χ' ω legendum Χριστῷ. Sic Χριστον αἰτίζει Epigr. 201.

νεν 95. ῥῆτῆρες 34. ῥήτωρ 21. ῥῖζες 107. Ῥώμη 14. Σάῤῥα σοφὴ 84. Σάῤῥα φίλη 106. σεισμῶν 61. σήμαλα 165. σῆθι πέλας 152. σῆλαι καὶ πλακόεντες 163. σῆλαι καὶ τύμβοι 162. σήλη σοι 116. σράψε μέγ' ἀνθρώποις 24. σράψεν ἐν οἷς 81. χέτλιος 52. τάρβος 116. τεῖχος ἔνι 148. τέκνον ἐμῆς 88. τέμνεε 182. τέτρωμαι 154. τὴν σκαπάνην 180. τίπτε μ' ἀνοχλίζεις κενεὸν 180. τίπτε μ' ἀνοχλίζεις νεκύων 182. τίπτε τάφον 182. τί σ' ἀνῆκεν 161. τίς θάνεν; 104. τίς με τὸν 182. τίς τίνος; Ἀμφιλόχῳ 25. τίς τίνος; ἀ κενεή 150. τίς τὸν ἐμὸν 169. τί φῄς; 213. τοῖς ἀγαπητοῖς 209. τολμῶ τι λέξαι 192. τόνδε λίθον 55. τὸν νεκρὸν 48. τὴν ῥήτραν 33. τὸν τύμβον 145. τόσα 227. τοὺς ζῶντας 158. τὸ τύμβοιο 142. Τριὰς λαλείτω 191. τριθανέες 137. τύμβοι 106. τύμβος ἐγὼ κλέος 182. τύμβος ἐγὼ σκοπίη 180. τύμβος ἐγω τύμβων 181. τύμβος ἓην. 180. τυτὴ 79. τυτὸν ἔτι 124. τυτὸν μὴ 32. ὑβριστὴς 182. ὑμετέροις 182. ὑσσαλον 38. χάζεο 11. χεὶρ τάδε 65. χρυσείης 23. χρυσὸς 179. χώρης 51. ψυχὴ 92. ὦ θέμι 9. ὠμοσα 182. ὦ ξωλῶν 42. ὦ πηγαὶ 40. ὦριοι 54. ὡς Ἀβραάμ 44. ὡς χαλεπὸν 207. ὦφελες 18. ὦ χρυσὲ 170.

Tragœdia, Χριστὸς πάσχων *Christus patiens*, qvam contra MSS. fidem * Apollinari Laodiceno viri qvidam docti tribuere maluerunt, cum Metaphrasi qvam versibus Latinis Jambicis composuit *Claudius Roilletus*, Belnensis, exstat T. 2. p. 253. Prosa latina vertit *Sebastianus Guldenbeckius*, Tigurinus, in editione Hervagiana A. 1550. Græce post editionem Romanam 1542. 8. excuderat Wechelius Paris. Anno 1544. 8.

Scholiastæ Græci in varia Greg. Nazianzeni scripta.

NONNUS (diversus ** ut videtur à Panopolita) cujus expositiones Historiarum, qvarum Nazianzenus utraqꝫ in Julianum invectiva meminit, Græce editæ sunt à Rich. Montacutio Etonæ 1710. 4. Latine tantum ex Jac. *Billii* versione leguntur in editione Nazianzeni utraqve Paris. & Lipsiensi T. 2. p. 499. Idem *Billius* etiam Latine edidit scholia qvædam *Nonni Monachi* in Orationem 20.

S. MAXIMUS monachus & Abbas Confessor medio sæculo septimo clarus, in ambigua sive locos difficiles plurium Nazianzeni Ora-

* Vide Lambecium IV. p. 22. seq. ubi memorat Codices MSS. cum scholiis Græcis inéditis Anonymi. In uno eorum inscribitur: Τὸ κοσμοσωτήριον πάθος ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Γρηγορίου Ἀρχιεπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως ὁ Θεολόγου δρᾶμα κατ' Εὐριπίδην. ** Vide infra p. 690.

Orationum ac qvorundam Carminum fusiorem explanationem scripsit, ad Johannem Archi Episcopum Cyzicenum, memoratam Jo. Tzetzæ Chil. IX. versu 866. & magnam partem latine olim versam à Jo. Scoto Eringena. Prodiit cum jam dicti Scoti Græcarum literarum non adeo periti versione jussu Regis Caroli Calvi composita, & ejusdem Scoti libris qvinqꝫ de divisione Naturæ, varia eruditione refertis Oxoniæ 1681. fol. Operæ pretium esset hanc explanationem recudi in nova Nazianzeni editione, nam & Oxonienſis hæc non ubiqve obvia est, & in Maximi operibus à Combefisio junctim vulgatis explanatio in Nazianzeni ambigua desideratur, qvamvis idem in Bibl. Concionatoria memorat ejº Codicem Græcum Regium collatum cum altero Abbatis Gerasini Blachi Venetiis submisso, tertiumqꝫ scriptum pulcherrime & manu erudita collatum Raphaëlis du Fresne, & versionem Scoti ex Bibliotheca Cluniacensi, ad qvos Codices editio Oxonienſis recenseri poterit.

ELIAS CRETENSIS Metropolita, qvi Concilio Nicæno II. A.C. 787. interfuit, Commentariis illustravit Orationes Nazianzeni 1. 3. 4. 10. 11. 19. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 33. 34. 35. 36. 37. 51. 52. Latine tantum edidit Billius, partim versa à se partim excerpta. Græcus Codex exstat MS. Basileæ in Bibliotheca publica in Codice eximio de qvo Carolus Patinus in Epistolis de itinere suo Amst 1696. 12. p. 132. *Les Oeuvres de Gregoire de Nazianze y sont écrites en charactéres rouges, & les Commentaires d'* Elias Cretensis *en caractéres noirs, qui n'ont encore été imprimez qu'en Latin. Ce Manuscrit Grec est parfaitement net, & enrichi méme aux chapitres, de fort belles miniatures. On y voit souvent S. Gregoire en chaire, qui preche & qui semble disputer contre les Heretiques, qui sont en bas à sa gauche, ayant à sa droite les Orthodoxes principalement en son sermon in* Εὐνομιανὸς ἑτεροδόξος.

NICETAS ex Serrarum Macedoniæ Episcopo Heracleensis in Thracia Metropolitanus sæculo XI. ad finem vergente clarus, scripsit Commentarium in sedecim Nazianzeni Orationes 6. 9. 15. 16. 18. 20. 21. 22. 32. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. qvæ latine exstant à Billio editæ, Græce MStæ supersunt in pluribus Codicibus Cæsareæ Bibliothecæ, ne de Regia Paris. aliisqve in præsenti dicam. Idem Billius Paris. 1575. 8. Nicetæ Scholia Latine vulgavit in qvædam Nazianzeni carmina sub nomine *Cyri Dadybrensis* (in Paphlagonia) Episcopi. *Cyrus* Κύρος non nomen sed honoris titulus est pro Κυριος. Vide Bar-

thii Adversaria p. 1393. Qvæ autem Nicetæ Paphlagoni in illo Codice & aliis qvibusdam tribuuntur, forte & ipsa sunt Nicetæ Heracleensis. Vide Allatium de Psellis cap 13.

PSELLI in loca qvædam Orationis 41. & 42., leguntur Latine in editionibus Parisiensibus A. 1609. & 1630. atqve Lipsiensi Tomo secundo, commentariis Nicetæ inserta. At Jo. Leunclavius in editione Basil. 1571. edidit (itidem latine tantum) Psselli Philosophi Christiani in difficiles locos sex Orationum Nazianzeni, nimirum 20. 39. 40. 42. 44. & in unum alterumqve locum Apologetici. Idem præmittit *Johannis Pselli* in imaginem Gregorii Nazianzeni tetrastichon.

BASILII Cæsarienſis * junioris, qvi sæculo decimo scripsit præclaras luce q̃dignas ἐξηγήσεις & ὑπομνηματισμὰς in Orationes XLV. Nazianzeni † Habet MSS. Bibliotheca Cæsarea, Regis Galliæ, Augustana & Is. Vossii qvæ nuper accessit Academiæ publicæ Lugduni Batavorum.

Cum THEODORI BALSAMONIS scholio Carmen Nazianzeni de libris Biblicis legitur in Synodico magno Gvil. Beveregii Tom. 2. Pag. 178.

GENNADII sive potius GREGORII presbyteri Cæsareensis Vitam Nazianzeni & scholia in Orationes XVI. evolvit MSta atqve in nova Theologi editione promere voluit V. C. Franciscus Louvard. Scholia illa Gregorii laudantur ab Elia Cretensi.

LEONTII Byz. scholia ex ore THEODORI Abbatis & Philosophi ad Excerpta è Nazianzeno de SS. Trinitate MSta in Bibl. Cæsarea. Vide Lambecium III. p. 63.

NICEPHORI BLEMMIDÆ Encomium in Nazianzenum & expositio ejus carminum memoratur à Labbeo in Bibl. nova MSS. p. 111. pro *Nicephori Paphlagonis* autem scholiis ibidem legendum puto *Nicetæ*.

GEORGII ACROPOLITÆ in qvasdam Nazianzeni sententias laudat Allatius diatriba de Georgiis p. 357.

EUMOLPI PHILE expositio in qvatuor orationes S. Gregorii Naz. Labbe p. 107. Bibl. novæ MSS. Ejusdem hypotheses sive

* Magni Basilii κοινωνὸν καὶ ὀνόματος καὶ θρόνου se appellat. Vide Seberum ad Jul. Pollucem p. 99.

† Vide Lambec. III. p. 204. seq. & Novellas Reip. literariæ A. 1704. mense Octobri p. 383. ubi habes Clariss. Louvardi Epistolam datam 13. Mart. A. 1704. de nova qvam parat Nazianzeni editione.

ve argumenta versibus Jambicis in Orationes, MSS. in Bibl. Cæsarea. Vide Lambecium III. p. 184.

JOANNIS ZONARÆ paraphrasis & Commentarius in Nazianzeni tetrasticha & alia opuscula, MSS. in Bibl. Cæsarea & Scorialensi.

ANONYMI unius pluriumve scholia atqve paraphrases in varia Nazianzeni Carmina partim jam viderunt lucem, partim adhuc in Bibliothecis inedita delitescunt. Paraphrasin in ἀπόρρητα Græce vulgavit Hœschelius Lugd. Bat. 1591. 8. Ἑρμηνείαν in Epigrammata memoriæ S. Basilii consecrata Lambecius VIII. p. 368. Anonymi scholia in Orationes sedecim & alio Codice in orationes XXIV., nec non alia Scholia in Stelevticas adversus Julianum, diversa ab editis Nonni Monachi Scholiis: alio item in Nazianzeni CHristum Patientem, iterumqve alio in pleraqve Carmina exstant MSta in Bibl. Cæsarea. Σημείων Criticorum marginibus Codicum MStorum Nazianzeni appositorum expositionem edidit Lambecius III. p. 174. sq.

NICOLAI DOXOPATRI (ὁ Δόξα πατρί) notarii Patriarchalis magnæ Ecclesiæ CPol. & protoproëdri Syncellorum ac Nomophylacis ἐξήγητις sive scholia Græca MSS. in Nazianzeni carmina Jambica, aliaqve. Incipit: Διτῆς ὄσης ἀληθοῦς Φιλοσοφίας Lambec. VIII. p. 457.

Scripta quæ in Operum Nazianzeni editionibus hactenus editis non exstant.

VIII. In operibus Nazianzeni junctim editis præter *Carmina* qvæ *Tollii* ac *Muratorii* sollertia eruit, desiderantur 1) *Philocalia* è scriptis Origenis, utraqve lingua sæpius jam vulgata, atqve novæ operum Origenis ἐκδόσει qvam Parisiis parat Benedictinus eruditissimus Carolus de la Rue, oportuni9 inserenda, ut recudere eam in nova Nazianzeni editione non sit necesse. Dixi de hoc opere, volumine qvinto p. 220.

2) *Liturgia* Latine ex Arabico Josephi Scaligeri Codice versa editaqve à Victorio Scialag, Maronita. Augustæ Vindel. 1604. 4. Vide Marci Velseri Epistolas ad Scaligerum 17. 30. & 35. & Josephi Scaligeri 150. 170. 171. Græce & fortassis Arabice vulgaturum se recepit Clarissimus Louvardus. Edita Latine è Coptico versa ab Eusebio Renaudoto incip. *Domine DEUS omnipotens, qvi nosti cogitationes hominum.* Paris. 1716. 4. T. 1. liturgiar. Oriental. p. 16. Alia Missa qvæ ex Latino Greg. I. Papæ Græce versa est à Georgio Codino, editaqve Græce & Latine à Fed. Morel. Paris. 1595. 5. Incip. ὁ μέλλων ἱερὸς ἱερουργύσειν. Alia it. Missa præsanctificatorum in Jac. Goari Evchologio Græc. pag 192. qvam idem in notis

p. 210. ab aliis Basilio, ab aliis Gregorio I. vel II. Papæ, ab aliis deniqve Germano Patriarchæ CPol. tribui testatur, & qvam cum Greg. Nazianzeni Liturgia confundi à Ludovico Jacobo à S. Carolo in Bibl. Pontificia pag. 86. & 88. notatum B. Doctori meo Thomæ Ittigio, in prælectionibus ad Hist. Ecclesiasticam Sæculi IV. Incip. ὁ Διάκονος λέγει, εὐλόγησον Δέσποτα.

3.) *Sententiæ & regulæ vitæ* capitibus XXIV. distinctæ atqve ex Nazianzeni scriptis olim incerto auctore collectæ, & Græce à Jo. Sambuco editæ. Antwerp. 1568. 8. συναγωγὴ χρήσεων &c.

IX. *Johannes Leunclavius* operibus Nazianzeni à se magnam partem versis & Basil. 1571. fol. editis Latine subjunxit CÆSARII *Quæstiones & Responsiones CXCV.* Idem fecit Leunclavium secutus, & servata ejus versione *Jac. Billius* in Latina Nazianzeni editione Paris. 1583. fol. Hic Cæsarius, germanus Nazianzeni frater & domus Augustæ Archiater ac Qvæstor Bithyniæ * post terræ motum qvem feliciter evasit, obiit cœlebs & baptismo paucis ante mortem diebus demum suscepto ** A. C. 369. 25. Febr. atqve à fratre Nazianzeno Oratione X. funebri celebratus est. Licet vero Medicam artem professus fuerit, tamen qvæst. 78. extrema ait se accuratiorem de partibus corporis tractationem relinqvere Medicis, ὃν δὲ λόγον καταλείπω τοῖς περὶ ἰατρικὴν ἐχολακόσι. Et qvamvis Philosophiæ ac Mathematicis disciplinis *** dederit operam, unde frater de eo Orat. X. p. 163. ποῖον μὲν εἶδος οὐκ ἐπῆλθε παιδεύσεως; μᾶλλον δὲ ποῖον οὐχὶ καὶ μόνον ἕτερος; tamen naturalium rerum & Astronomiæ perexiguam notitiam prodit qvæst. 36 seq. & 44. Qvæ vero qvæst 47. seq. adversus fatum Astrologicum disputat, valde similia sunt iis qvæ ex Bardesane habet Eusebius VI. 10. præparationis Evangelicæ, & qvæ in Clementis recognitionibus IX. 19. leguntur. Neqve ad aliud opus respicere puto Svidam, qvando Cæsarium κατ' Ἑλλήνων scripsisse refert, qvod non uno loco fit in hisce qvæstionibus qvas laudat etiam Michaël Glycas, pag. 80. & 143 & Photius Cod. 210. qvi κεφάλαια Ἐκκλησιαστικὰ appellat, numeratqve ducenta ac viginti. Atqve totidem exstare etiam in Codice MS. Monasterii Insulæ Pathmi in mari Ægæo, testatus est Possevinus ad calcem Apparatus sacri. Titulus est: πύστεις προσαχθεῖσαι ἀπὸ Κωνσταντίου, Θεοχαρίστῳ, Ἀνδρέᾳ, Γρηγο-

* Vide Lambecium IV. p. 38. & Acta Sanctor T. 3. Februar. p. 497. seq.
** Lambec. IV. p. 46. *** Confer Clariss. Muratorii Anecdota Græca p. 54.

Γρηγορίᾳ, Δόμνᾳ, Ἰσιδώρᾳ, Λεοντίᾳ, ἐπὶ σεκρέτῳ (familiariter) Καισαρίῳ τῷ ἀδελφῷ ϛ ἁγίᾳ Γρηγορίᾳ, Ἐπισκόπῳ Ναζιανζοῦ, ὁπηνίκα ἐκρατήθη ἐν Κωνσταντινουπόλει, διδάσκων ἔτη εἴκοσι (sive ut Lambecius IV. pag. 47. legit, ἔτη ἑξ.) Sed in latinis Leunclavii, Billiiqve & in Græcolatina *Frontonis Ducæi* editione T. 1. Auctarii Bibl. Patrum Paris. 1624. & tomo XI. Bibl. Patrum Paris. 1044. exstant qvæstiones CXCV. distributæ in *Dialogos IV.* dies I usqve ad qvæst. 38 II. ad qvæst. 52. &c. Cæterum *Elias Ebingerus* qvi qvæstiones Theologicas & Philosophicas Cæsarii Græce ex Codicibus MSS. Bavarico & Augustano vulgavit Augustæ Vindel. 1626. 4. addita Leunclavii versione, tantum exhibet qvæstiones LXXVIII. licet plures & ipse in Codice Bavarico invenisset, sed qvas ex Nysseni libro de opificio hominis, Maximo & aliis Græcis scriptoribus assutas existimat, unde totum opus Cæsario Gregorii Naz. fratri abjudicarunt viri docti, maxime Jac. Billius præf. ad Orat. X. Nazianzeni. Vindicatur tamen Cæsario & Photii & Glycæ testimoniis & auctoritate MStorum Codicum, etiam Cæsarei de qvo Lambecius IV. pag. 31. qvi ad Billii argumenta prolixe respondet, & refellit qvoqve hallucinationem eorum, qvi ex Photii verbis male intellectis existimarunt Nazianzenum sub Cæsarii fratris sui nomine qvæstiones hasce scripsisse.

Alius Cæsarius † præfectus Urbis CPol. & Magister Officiorum in Aula Theodosii M. qvem cum Nazianzeni fratre confundit Nicephorus XII. 44.

† Lambec. IV. p. 48. seq.

CAPUT XIV.

De S. CYRILLO Hierosolymitano.

Cyrilli Hierosol. Vita & ætas. 1. *Catecheses baptizandorum & ad baptizandos, atq; Epistola ad Constantium Imp.* 2. *Editiones* 3. *Alia ejus scripta, & promissa editio nova V. C. Augustini Touttée.* 4. *De Nemesio.* 5. *& Johanne Cassiano.* 6.

1.

CYRILLUS Episcopus ab A. C. 349. Hierosolymitanus Acacii aliorumqve Semi Arianorum jam amicitia male audiens (licet ipse cum Catholicis a) sentiret) jam ini-

a) Vide Petavium lib. 1. dogm. Theol. de Trinitate c. 13. §. 10. seq.

inimicitiis & litibus qvæ de jure Metropolitico cum eodem Acacio Cæsareensi Episcopo ipsi intercedebant afflictus, atqve semel iterumqve, imo tertium b) qvoqve depositus, tandem tertia qvoqve vice in Synodo CPol. generali A. C. 381. restitutus sub Theodosio inconcussum deinceps tenuit Episcopatum, donec diem obiit A. C. 386. Memoriam ejus Menæa & Martyrologia celebrant die XVIII. Martii.

Scripta ejus qvæ Κυρίλλεια ab Ecclesia dicta testatur Nicephorus IX. Hist cap. 46. sunt 1. *Catecheses XVIII.* Φωτιζομένων, *ad Competentes* sive baptismi circa Paschatos festum percipiendi Candidatos de præcipuis doctrinæ Christianæ capitibus χεδιαθεισαι *ex tempore dictæ*, Hierosolymis qvadragesimæ tempore A. C. 352. & à notariis exceptæ, ut ex hac nota Codicis Augustani observat Clariss. Millesius: πολλαὶ μὲν ἐῤῥέθησαν καὶ ἄλλαι καθηχήσεις κατ' ἐνιαυτὸν ἕκαστον ἢ πρὸ ἓξ βαπτίσματος ἢ μετ' ἓξ βαπτισθῆναι τὰς νεοφωτίστους, ταύτας δ' μόνας ἐν τῷ λέγεσθαι τῶν παιδαίων τινὲς ἐκλαβόντες ἔγραψον ἐν τῷ τνβ ἔτει τὰ ἓξ Κυρίου καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ιησοῦ Χριστοῦ παρρησίας. Ita jam Episcopus fuerit Cyrillus cum Catecheses illas haberet: At Jo. Grodecius similis annotationis, qvam vetustissimam vocat, faciens mentionem, pro A. C. 352. habet 333. qvem numerum probat etiam Henschenius T 3. Act. Sanctor. Martii pag 632. sed ita ut notet à Græcis annos CHristi numerari non tantum ab ortu sed etiam ab assumtione illius, qvo pacto numerus ille 333. coincideret cum nostro 364, qvod tamen nimis longe abesset à sententia Hieronymi, in Catalogo de Script. Eccles. cap. 112. testantis Catecheses ab Cyrillo in adolescentia compositas fuisse. Præterea anno 352. pulchre convenit, qvod Cyrillus septuagesimum c) à Manetis hæresi sub Probo Imp. exortæ annum computat VI. 12. & Persici sub Constantio belli meminit XV. 3.

2. *Cate-*

b) Fallitur itaqve Epiphanius qvi ex uno Cyrillo duos facit L. XVI. 20. Cæterum uberius de Cyrillo ejusqve vita ac fatis Godfrid. Henschenius in Actis Sanctor. T. 2. ad 18. Martii p. 625 seq. Gvil. Caveus in vitis Patrum, Tomo II. Tillemontius memor. Eccles. Tomo VIII. & Tho. Milles in iis qvæ præclaræ suæ Cyrilli editioni præmisit. His adde Papebrochium ante T. 3. Act. Sanctorum Maji in serie Chronologica Episcoporum Hierosolymitanorum & T. 1. Martii p. 870. & T. 2. p. 615. seq. & 748. Valesium ad Sozomeni IV. 30. Qvæ Jo. Grodecius de Cyrilli vita collegit, leguntur etiam apud Surium, 18. Martii.

c) Confer Petavium lib. XII. de incarnatione p. 255. edit. Paris. & Vossium de tribus symbolis diss. 1. sect. 51.

2. *Catecheſes Myſtagogicæ V.* ad jam recens baptizatos, de baptiſmate officiisqve baptizatorum, chriſmate & ſacra Cœna. Dictio in his contractior presſiorqve, qvare non unius auctoris eſſe Myſtagogicas cum prioribus ſuſpicatur Combefiſius in *Bibl.* Concionatoria. Et Joanni Hyeroſolymitano Cyrilli ſucceſſori iſtas poſteriores tribui in Indice Antonii Eparchi Corcyræi multi jam obſervarunt. Sed idem etiam ex alio Codice Auguſtano notatur de prioribus qvæ qvidem diſerte Cyrillo tribuuntur à Joanne Cyparisſiota in initiaria expoſitione divinorum Nominum VI. 4. T. 21. Bibl. Patrum Lugd. Photio in collectaneis in Synodi VII. ſive Nicænæ ſecundæ Actione V. T. 3. Binii p. 600. à Theophane in Chronographia, Joanne Damaſceno Orat. 3. de Imagg. Leontio *Byz.* in Neſtorium & Eutychen & Theodorito, Dialogo qvi ἀσύγχυτος inſcribitur: atqvi illas ab Hieronymo etiam innui veriſimile eſt: Myſtagogicas autem qvi laudet vel Cyrillo Hieroſol. tribuat, neminem veterum novi. Qvæ vero Cyrilli ἐκ τῆς κατηχητικῆς allegantur in Anaſtaſii Sinaitæ an Nicæni qvæſtione I. in neutris legi monet Milleſius: ſunt autem hæc: ἀδὲν ἡμῖν ὄφελος τὴν τῶν χριστιανῶν κεκλῆσθαι προσηγορίαν, μὴ καὶ ἔργων ἑπακολουθούντων, γέγραπται γάρ· εἰ τέκνα τοῦ Ἀβραὰμ ἦτε, τὰ ἔργα τοῦ Ἀβραὰμ ἐποιεῖτε ἄν. *Nihil nobis proderit, Chriſtianorum appellari nomine, niſi etiam ipſa ſubſequantur opera. Etenim ſcriptum eſt* (Joh. VIII. 39.) *Si filii Abraam eſſetis, opera Abraam faceretis.* Sub ſimplici Cyrilli nomine idem locus auctior exſtat in Philippi ſolitarii dioptra lib. 1. p. 8.

Non diffiteor inſignia has utrasqve Catecheſes eſſe monumenta de ritibus Veteris Eccleſiæ, & qvarti ſæculi doctrina, neqve indigna puto ſcriptore illorum temporum inclyto, qvalis fuit Cyrillus, videoqve illi tribui in antiqvis Codicibus MSS. qvibus editores uſi ſunt, & qvi ſervantur in *Bibliothecis*, ut Vindobonenſi de qvibus Lambecius lib. 1. p. 143 ſeq. & lib. 3. p. 76. tum haud difficulter poſſe reſponderi ad ea qvibus Catecheſes priores plane ſpurias, poſteriores ſaltim interpolatas vel corruptas eſſe diſputarunt Viri præſtantiſſimi, B. Dorsheus in VIII. Religions-Scrupel p. 144. D. Jo. Hulſemannus in Patrologia p. 1036. & in Gewiſſenswurm pag. 960-978. Andreas Rivetus Critici S. III. 8. & 10. Edmundus Albertinus de Evchariſtia p. 422. Rob. Cocus in cenſura ſcriptorum p. 238. Hottingerus in elencho Scriptorum ſuppoſitorum pag. 78. &c. Ad plerasqve

rasqve etiam objectiones respondérunt Tillemontius, Caveus, Henschenius, præcipue Natalis Alexander Sec. IV. cap. 6. artic. 12. & qvi novissime Cyrillum illustravit Tho. Millesius. Ac jampridem genuinæ illæ Catecheses agnoscuntur à Whitakero, Bullo, Vossio & aliis eruditis etiam Protestantibus.

Προκατήχησις sive prologus prioribus Catechesibus præmissus, in antiqvis membranis Bibl. Regis Christianissimi Cod. 1260. & 2403. exstat sub nomine *Basilii*, teste Cotelerio ad Patres Apostolicos T. 1. p. 531. Criticus tamen Græcus in ora posterioris Codicis annotavit ex stylo esse manifestum qvod alius sit auctor qvam Basilius. Σαφῶς ἡμῖν δείκνυσι ὁ χαρακτὴρ & προκειμένης λόγος, ὅτι οὐκ ἔστιν & ἁγίου Βασιλείου. Atqve eundem προκατηχήσεως & Catecheseon priorum auctorem esse probat Millesius in notis pag. 69. Exstat & Catechesis Chrysostomi πρὸς τὸς μέλλοντας φωτίζεσθαι ad illuminandos T. VI. edit. Frontonis Ducæi pag. 703. & altera in Homilia vigesima prima ad populum Antiochenum T. 2. edit. Montfauconianæ p. 234. qvas cum Cyrilliana conferent studiosi.

3. *Epistola ad Constantium Imp.* de Cruce in cœlo visa Hierosolymis, mense Majo A. C. 351. Hanc Epistolam Cyrillo sine magna caussa abjudicat Rivetus III. 11. Critici sacri, tribuunt ei diserte Sozomenus IV. 5. Theophanes, Simeon Metaphrastes, Mich. Glycas & Nicephorus. Occurrit etiam Græce & Latine apud Jac. Gretserum Tom. 2. de Cruce p. 512. & separatim edita est Parisiis apud Federicum Morellum una cum ejus interpretatione. Latine apud Surium 7. Maji.

Catecheses utrasqve primus Tridenti A. 1563 *latine* vertit *Joannes Grodecius* Polonus, Decanus Glogovienſis è MS. Græco Stanislai Hosii † Cardinalis, contulitqve cum *Polonica* earum versione qvam è veteri *Slavonica* adornavit Jacobus Uchansky, Gnesnenſis Archi-Episcopus, ex Bulgaria & Macedonia istam adeptus. Versio Grodecii latina utrarumqve Catecheseon cum subjecta ad Constantium Epistola prodiit Romæ, Coloniæ, Parisiis & Antwerp. ex Christophori Plantini officina 1564. 8.

Recusa in Bibliothecis Patrum Paris. 1589. Tomo II. Colon. 1618. T. IV. Lugd. 1677. Tomo IV.

Græ-

† Pro Hosio male Perronum Cardinalem vocat, & in ejus domo multa Cyrillo assuta esse, præter rem scribit Joh. Christophorus Meelfuhrerus in Corona centum Patrum p. 83.

Græce primus Gvil. Morellus edidit Catecheſes φωτιζομένων IV. VI. IX. X. XI. & XVIII. & Myſtagogicas qvinqve. Pariſ. 1564. 8. hinc Catecheſes utrasqꝫ univerſas & Epiſtolam ad Conſtantium Græce è MSS. Vaticanis in lucem protulit *Joannes Prevotius* Burdigalenſis & cum Grodecii verſione vulgavit Pariſ. 1608. 4. A Petavio editum Cyrillum Hieroſol. ſcribit Clariſſ. Caveus in Hiſt. literaria, qvoniam poſt editionem *Græcolatinam* Pariſienſem 1622. fol. cum Petavii Syneſio ibidem recuſus eſt 1631. 1640. fol.

Viennenſem editionem Græcolatinam cum Grodecii verſione qvæ in Catalogo Bibl. Barbarinæ memoratur, haud vidi, & certe in numero errorem eſſe oportet, qvia A. 1560. 8. prodiiſſe traditur, cum Grodecius A 1563. demum verſionem ſuam abſolverit. Nunqvam etiam incidi in editionem Græcolatinam Colonienſem Anni 1564. cujus meminit Clariſſimus Caveus.

Gallica verſio Catecheſeon Pariſ. 1564. 12. fuit in Bibliotheca Bigotiana.

In editione Græcolatina luculenta Oxon. 1703. fol. V. C. *Tho. Milleſii* qvi ad emendanda Græca uſus eſt Codicibus Bodlejanis, & Variis Lectionibus notatis ab Iſaaco Caſaubono, latinamqve Grodecii Verſionem ad Græca recognovit, & notas utiles atqve eruditas adjunxit, præter tria hæc jam memorata Cyrilli monumenta in capita & ſectiones diſtincta, porro exſtant.

4. *Fragmentum Homiliæ in Paralyticum* Joh. V. qvam cum verſione ſua primus edidit Milleſius è MS. Codice Bodlejano pag. 311. 317. A presbytero dictam illam Homiliam colligas è pag. 317. v. 43. & 44.

5. *Fragmentum Homiliæ in Evangelium, ubi CHriſtus aquam in vinum convertit* Joh. II. ex Actione V. Concilii Lateranenſis A. 649. T. 6. Concil. pag. 305. 306. Habetur in Milleſii editione ante Catecheſes, ſtatim poſt veterum teſtimonia de Cyrillo, diligenter ab editore collecta.

6. Εἰς ὑπαπάντην *de Occurſu Domini*, & *de Simeone* Θεοδόχῳ *Homilia* pag. 318-324. Incipit: Χαῖρε σφόδρα Θύγατερ Σιὼν κηρύσσε. Hanc primus ediderat *Laurentius Sifanius* Co-

lon. 1568. cum Homiliis Nysseni, Amphilochii, Chrysostomi & Timothei presb. Hierosolymitani in idem festum Purificationis Mariæ. Ab eo tempore post *Jacobum Pontanum* itidem uno Codice nec satis emendato instructum, recensuit *Fronto Ducæus* T. 2. Auctarii Bibl. Patrum Paris. 1624. pag. 849. Deniqve ex pluribus Codicibus emendavit & cum nova versione sua vulgavit *Franciscus Combefisius* T. 1. auctarii novi Paris. 1648. pag. 621. cujus editionem Millesius collatis etiam MSS. Bodlejanis est secutus. Ex Combefisii versione exstat etiam hæc Homilia in Bibl. ejus Concionatoria Tomo VI. In MS. qvodam Mazariniano refertur ad Cyrillum non Hierosolymitanum sed Alexandrinum. Millesio tamen genuinus Hierosolymitani fœtus esse videtur, cui sententiæ vide sis qvæ opponuntur à Tillemontio T. VIII. memoriar. p. 786.

7. Ἱστορία sive Θεωρία ἐκκλησιαστικὴ καὶ μυσταγωγική, *Allegorica expositio rituum quorundam Ecclesiæ sive Liturgiæ Græcæ* pag. 325. 332. qvæ non magis Cyrilli est qvam cui in Codice Oxon. Collegii Magdalen. & in altero cujus Rich. Simonius ** ad Gabrielem Philadelphiensem pag. 287. meminit, tribuitur, *Basilii*. Recte eam vero auctori suo *S. Germano* juniori Patriarchæ CPolitano circa A. C. 1255. defuncto restituit Fronto Ducæus, atqve sub ejus nomine Græce & Latine vulgavit in auctario Bibl. Patrum Paris. 1624. Tom. 2. p. 131. Qvemadmodum etiam sub illo nomine prodiit Græce ad calcem Liturgiarum Jacobi, Basilii & Chrysostomi, Paris. 1560. fol. & Latine in Patrum Bibliothecis Paris. 1575. Tom. IV. & 1589. Tom. VI. & 1644. Tom. XII. Colon 1618. Tom. VIII. Lugd. 1677. T. XIII. Venetiis etiam Græce & Latine lucem vidisse Simonius testatur.

8 *Epistola ad Augustinum de Miraculis Hieronymi*, p. 333. 355. Latine, ut inter Augustini & Hieronymi opera sæpe edita est, fœtus recentiorum temporum atqve à Coco & aliis rectissime explosus.

In

** Rich. Simonis verba hæc sunt: *Germani Patriarchæ CPol. Theoria dudum Græce & Latine edita est Parisiis & Venetiis, sed interpolata, ut nihil in ea prisca facies appareat, vixque dignosci possit quid à Germano & quid ab interpolatoribus profectum fuerit. Illam in locis plurimis priori formæ reddidi ex Codice MS. qui erat ad calcem Catenæ Nicetæ Heracleensis in Joannem, quæ MS. asservatur in Bibl. Patrum Congregationis Oratorii Parisiensis prope Luparam. Cæterum non Germani nomen præfert sed Basilii in meo Codice, & ita inscribitur:* τῶ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Βασιλείου ἱστορία Ἐκκλησιαστική. *Istud exemplar penes me retinui, ut illud publici juris facerem.* In Codice Oxonienſi Basilius iste vocatur Cæsareæ Cappadociæ Archi-Episcopus, ne de alio forte cogites.

In *B.* Thomæ Aqvinatis opuſculo contra Græcorum errores legas inter alia: *Item Cyrillus Hieroſolymitanus Patriarcha dicit ex Perſona CHriſti loquens: Ta cum ſine, & ego ſine fine cum omnibus quos loco tui ponam, plene & perfecte, ſacramento & auctoritate cum eis ero, ſicut ſum & tecum*, Hæc in Cyrilli ſcriptis genuinis qvæ exſtant nusqvam leguntur, & nunqvam ab eo ſcripta eſſe haud dubitat Jo. Launojus cujus vide lib. 1. Epiſt. 3. ubi plura teſtimonia in illo Thomæ opuſculo adducta expendit.

Rufini Hiſtoriam Eccleſiaſticam à Cyrillo Hieroſol. & Gelaſio Cæſareenſi verſam è Latino Græcè teſtatur Photius Cod. 89.

Commentarios Cyrilli Hieroſol. *in Marcum*, & *Epiſtolas ad Olympiam* Monachum memorat Anaſtaſius Sinaita ſive Nicænus in qvæſtionibus, Hieroſolymitanum forte confundens cum Alexandrino, qvæ laudati Milleſii conjectura eſt.

Novam Cyrilli Hieroſol. editionem luculentam Pariſiis proxime exſpectamus à Monacho Benedictino erudito *Auguſtino Touttée.*

VI. NEMESIUS * Emeſenus in Phœnicia Epiſcopus, non confundendus cum Nemeſio qvi antea à CHRISTO alienus Cappadociæ præfectum egit, (ad qvem Gregorii Nazianzeni Epiſtolæ 79. 183. 184. 185. & carmen LXI. Tom. 2. pag. 140. ubi eum tanqvam legum peritum celebrat, atqve ut deſinat idola colere hortatur) tamen ſub idem tempus, ** anteqvam adhuc Pelagii, Neſtorii & Eutychis hæreſes Eccleſiam turbarent, ſcripſiſſe videtur

* Alii Nemeſii duo vel tres ad qvos Iſidori Peluſiotæ Epiſtolæ, Nemeſii etiam legum periti mentio apud Æneam Gazæum Epiſtola 20. Fuit & Nemeſius presbyter Alexandrinus qvi depoſitioni Arii ſubſcripſit. Nemeſius Ægyptius Martyr, qvem memorant Martyrologia 19. Nov. in Euſebii codicibus VI. 41. Hiſt. p. 240. eſt Nemeſion.

** Confer eruditam præfationem editioni Nemeſii Oxonienſi præmiſſam. Pamelium qvi ad Tertull. de anima cap. 5. Nyſſeno hunc librum tribuere mavult (qvo inclinare etiam videtur Mich. le Qvien ad Damaſcenum Tom. 1. pag. 196.) refellit Theophilus Raynaudus erotematibus de bonis & malis libris p. 150. Vide & Hieron. Mercurialem IV. 4. Var. lect. Rob. Coci cenſuram Vet. ſcriptorum pag. 150. Caſp. Barthium ad Claudian. pag. 859. & ad Zach. Mytilenæum pag. 257. 270.

detur *librum* qvi exstat certe insignem & præclarum *de natura hominis*, περὶ φύσεως ἀνθρώπου. Nemesio eum Episcopo Emeseno tribuunt Codices plures MSS. Anastasius item Nicænus qvæstionibus in S. Scripturam & Moses *Barcepha* cap. 20. libri de paradiso. Multa ex illo ad verbum, licet haud nominato, Julianus Pomerius, Jo. Damascenus, Elias Cretensis, Meletius Monachus, Adamantius sive Adamantion in λόγῳ κεφαλαιώδει MS. & Jo. Grammaticus ad Aristot. de anima. Turrianus in scholiis ad Jo. Cyparissiotæ decad. V. cap. 9. citat *Nemesium Adamantium* lib. 2. de homine. Et sub Adamantii Nemesii nomine exstat MS. in Bibl. Bodlejana Cod. 82. *Barocc. Gregorio Nysseno* à nonnullis adscribi contigit, qvod Nyssenus etiam librum hujus argumenti composuisset. Hinc vicissim Gregorius pro *Nysseno* qvibusdam *Emesenus*. Feruntur etiam inter Nysseni scripta in editionibus antiqvis *libri octo de Philosophia*, qvos post *Burgundionem* Pisanum † qvi A. C. 1194. obiit, latine interpretatus est Basileæ A. 1512. Beato Rhenano hortante *Johannes Cono* Norimbergensis. Neqve hi octo libri tantum modo idem cum Nemesii scripto opus sunt, sed etiam λόγοι sive *libelli duo de animo* qvos cum *Federici Morelli* versione exhibent Græcolatinæ Nysseni editiones, nihil sunt aliud qvam caput 2. & 3. libri Nemesiani. Qvam peritus Physices & anatomes fuerit Nemesius, satis hoc libro prodit, qvo de usu bilis, †† de splene, renibus, glandulis, & de admirando sangvinis periodo ac circuitu, ††† ea etiam tra-

† De hoc Burgundione qvi Chrysostomi etiam nonnulla & Damascenum de fide Orthodoxa latine vertit, dixi infra p. 647.

†† cap 28. ἡ δὲ ξανθὴ χολὴ &c. *Flabilis & propter se & propter aliud constituta est, nam ad concoctionem confert, & depulsionem excrementorum movet: ideoque fit quodammodo una de partibus nutrientibus, quinimo & calorem quendam præbet corpori, ut vitalis facultas. Ac bis quidem de causis propter se videtur extitisse, sed quia sanguinem purgat, sanguinis causa quodammodo videtur esse facta.* Adde si placet qvæ ibi sequuntur.

††† capite 24. Confer Clariss. Almeloveenii inventa novantiqva §. XXVIII. unde patet minus æqvum fuisse, ingeniosum licet illum antiqvæ ætatis detractorem, qvo judice, antequam Guil. Harvei oriretur ingenium

- - on ignoroit jusqu' aux routes certaines
Du Meandre vivant qui seule dans les veines.

tradit, in qvibus veluti eximiis inventis placuerunt sibi recentium temporum ingenia.

Editiones Nemesii.

Latine, *Georgio Valla* interprete apud Seb. Gryphium 1538. 4. Ellebodio judice Valla ὃ μᾶλλον ἡρμήνευσεν ἢ σωέχεεν καὶ κατήχυνε τὸν φιλόσοφον, καθ' ἑκάστην σχεδὸν περίοδον τῆς τοῦ Νεμεσίου ἀφροσύνης ἀποπίπτων.

Ex *Nicasii Ellebodii* Casletani meliore versione sæpius prodiit in Bibliothecis Patrum, ut in novissima Lugdunensi Tom. VIII. pag. 619.

Græce primus edidit è duobus MSS. & ad calcem voluminis *latinam* versionem suam adjunxit Nicasius Ellebodius. Antwerp apud Christoph. Plantin. 1565. 8.

Inde *Græce & Latine* prodiit in auctario Ducæano Bibliothecæ Patrum Paris. 1624. Tom. 2. pag. 466. & in *B*ibliotheca Patrum Morelliana A. 1654. Tom. 12. p. 748.

Deniqve cum eadem Ellebodii versione, ad duos MSS. castigatus & docta præfatione notisqve auctior nitide recusus est Oxonii ê theatro Scheldoniano 1671. 8. curante ni fallor *Jo. Fello*, Oxonienſi deinde Episcopo. Confer Martini Kempii *B*ibl. Theologicam Anglor. pag. 514. In notis illis Nemesius subinde defenditur ut pag. 42. adversus Pelagianismi & p. 20. Origeniani de animarum προϋπάρξει erroris criminationem. Jo. Launojus de varia Aristotelis fortuna pag. 24. *Videtur Nemesius Origenianæ de animarum orta sententiæ nonnihil favere. Quicquid id est, nævus in candidissimo pectore non multum deformitatis importat.*

Ex Nemesii Emeseni Episcopi *sermone de providentia* vide qvæ affert Anastasius Sinaita qvæst. 18.

VII. Claudam hoc caput brevi de JOANNE CASSIANO * observatione. Hic non Græce qvidem scripsit, ut Trithemio visum,

* Obiit A. C. 444. ætatis 97. de qvo Henr. Noris lib. 2. Hist. Pelag. & diss. de V. Synodo pag. 130. seq. Tillemontius T. 14. memor. Eccles. &c.

Opus imperfectum in Matthæum, Latine in Latinis Chrysostomi & Græcolatinis editionibus sæpius editum & in Antwerpiensi Ao. 1537. * variis locis, à Mahusio Franciscano editore truncatum procedit ab initio Evangelii ad cap. XIII. vers. 14. & à cap. XIX. ad finem capitis XXV. Guilelmus qvidem Whistonus (essay on the Apostolical Constitutions p. 662.) Auctorem refert ad Sæculi decimi initia, qvod homilia secunda scribat se ætatem hominis antediluviani à CHristi Nativitate abesse. Sed dicere hoc potuit, etiamsi sexcentesimo vel quingentesimo post CHristum natum scripsisset anno. Homilia prima etiam promittit expositionem in Lucam p. 13. C. edit. Paris.

Libellum quoque Græce hactenus *ineditum quæstionum in Matthæum* habuit Savilius, sed qvem interpres Christophorus Serrarigius Latine vulgavit sub nomine veriore Titi Bostrensis. Incipit: Διὰ τί λέγεται Εὐαγγέλιον.

In Marci loca Homilias XIV. Latine editiones exhibent ex Godfridi Tilmanni recognitione, sed Chrysostomo idignas.

In varia *Lucæ* Evangelistæ loca, Homiliæ VI. una cum Homiliis

* Vide B. D. Ittigii præf. ad librum de collectionibus Patrum p. CXVIII.

liis de Lazaro, in Latinis Chryſoſtomi editionibus. Vide Montacutium T. 1. Origg. p. 41.

Gerhardus Voſſius Tungrenſis habuit ἑρμηνείαν σύντομον Chryſoſtomo tributam *in Johannem & Lucam*, quam Latine vertere voluit, ſed in primum tantum caput Johannis abſolvit, quæ legitur in Stevartii auctario veterum ſcriptorum, Ingolſtad. 1616. 4. p. 518. ſeq. Etiam librum quæſtionum ineditum in Johannem habere ſe ſcripſit Savilius incipientem his verbis: Τίνος ἕνεκα πάντα ἄλλα. Sed Chryſoſtomi eſſe (licet ex Chryſoſtomi ſcriptis collectas) negat. Enarratio autem in Lucem Græce & Latine plus ſimplici vice prodiit vero auctori ſuo vindicata, Titi Boſtrenſi. Incipit: ἰσέον ὅτι ἄλλος.

In *Johannem* Homiliæ CXXVII. Græce T. 2. Savil. & cum verſione à Ducæo recognita T. 8. editionis Pariſ. Ex his LXII. LXIII. & LXIV. perperam inter Baſilii Seleucienſis Homilias ejusqve nomine vulgatæ ſunt. Primus Chryſoſtomum in Johannem latine vertit *Burgundio*, * judex & civis Piſanus, de quo Robertus abbas Montis in continuatione Chronici Sigeberti ad A. C. 1180. Ad concilium Romæ 1180. *inter alios venit quidam civis Piſanus nomine* Burgundio, *peritus tam Græce quam Latine eloquentiæ. Hic attulit Evangelium* S. Johannis, *translatum ab ipſo de Græco in Latinum, quod* Johannes Chryſoſtomus *ſermone homiliatico expoſuerat. Hic etiam fatebatur magnam partem libri* Geneſeos *à ſe jam translatam. Dicit etiam quod Johannes Chryſoſtomus* totum vetus & novum Teſtamentum *expoſuit.* Verſio illa a Franciſco Aretino recognita primum vidit lucem Rom. 1470. fol. Colon. 1486. fol. unde Aretinus ipſe pro auctore habitus in edit. Antwerp. 1542. 8. atqve aliis. Germanice vertit Caſpar Hedio.

Commentarios Chryſoſtomi in Evangeliſtas *Arabicè* verſos teſtatur Chriſtianus Ravius obteſtatione ad Europam, exſtant etiam nonnulla MSS. in Bibliotheca publica Academiæ Leidenſis. Translatos etiam nonnullos in *Armenicam* linguam, refert Richardus Simon lib. 2. Hiſt. Criticæ Vet. Teſt. cap 16.

In

* De hoc Burgundione qui A. C. 1194. Piſæ obiit, videndus Laur. Pignorius in Symbolis Epiſtolicis, Epiſt. 39. Vertiſſe dicitur etiam quæ in Pandectis Græce leguntur, & Geoponicon quædam, & Nemeſium de natura hominis, & Jo. Damaſcenum de fide Orthodoxa, & Chryſoſtomi in Matthæum.

In Acta Apostolorum Homiliæ LV, Græce T. 4. Savil. ex qvibus qvatuor primas vertit Erasmus, plures noluit transferre, qvod opus putaret Chrysostomo indignum. *Nihil*, inquit, *unquam legi indoctius. Ebrius & stertens scriberem meliora. Habet frigidos & ineptos sensiculos, nec eos ipsos commode potest explicare.* p. 1478. Epist. edit. Lond. Alii tamen Viri docti longe aliter de hisce commentariis sentiunt, atqve id judicium in Erasmo tanto viro vehementer mirantur. Vide Theoph. Raynaudum de bonis & malis libris p. 24. Rich. Simonem T. 3. Hist. Criticæ N. T. p. 161. seq. Petri Bælii Lexicon T. 2. edit. secundæ p. 1159. Cæteras à qvinta Homilias qvis Latine veterit, annotatum non reperi. Prodiit Chrysostomus in Acta Latine separatim Paris. 1548. 8. Meminit hujus operis Nicephorus XIII. 2. & CPoli compositum à Chrysostomo testatur. Legit & Photius Cod. CLXXIII. & Damascenus de Orthod. Fide III. 15.

In Epistolam ad Romanos Homiliæ XXXII. Laudat hoc opus Isidorus Peluſiota V. 32. Epist. Homilias priores sedecim vertit Germanus Brixius Antissiodorensis, Canonicus Parisiens. qui Janum Lascarem in Græcis præceptorem suum laudat, & præter Veronensem editionem Græcam, Codice MS. Erasmi est usus. Basil 1533. 4. Cæteras Wolfgangus Musculus interpretatus est. Utriusqve versionem Philippus Montanus supplevit & castigavit. Has Homilias & illas in priorem ad Corinthios, & ad Galatas atqve ad Titum Antiochiæ à Chrysostomo habitas, CPoli cæteras Savilius conjicit, licet Nicephorus XIII. 2. scribit universas in Apostolum in CPolitana urbe composuisse. B D. Ittigius præf. ad librum de Catenis Patrum p. CXXIV. memorat has in Epistolam ad Romanos versas à Luciano Mantuano, Brixiæ 1588. qvam ego interpretationem non vidi.

In priorem ad Corinthios Homiliæ XLIV. in qvibus vertendis elaborarunt Franciscus Aretinus priorum XXIX. interpres, & Simon Grynæus: hunc enim absolvisse qvæ deerant testatur Erasmus lib. XXVI. Epist. 14. qvem vide sis etiam Epist. 59. & 60. illius libri. Ab illo tempore transtulit hoc opus Gentianus Hervetus, cujus versionem Commelinus & Ducæus prætulere.

In posteriorem ad Corinthios Homiliæ XXX. Ex his non plures qvam primores septem Erasmus Latine convertit, præter rem opus hoc

hoc quoque non Chryſoſtomi ſed ſimii cujusdam arbitratus, Cæteras Wolfgangus Muſculus ſubjunxit. Sed in Commeliniana & Pariſienſi alia Græcis adjuncta eſt verſio, Gentiani ni fallor Herveti, nullum enim nomen eſt adſcriptum.

In Epiſtolam ad Galatas Commentarius, ab eodem Eraſmo verſus cujus interpretatio in editionibus Chryſoſtomi Latinis & Græco-Latinis, & Tomo VIII. Operum Eraſmi legitur. Prodierat etiam Latine ſeparatim, Baſil. 1527. 8.

In Epiſtolam ad Epheſios Homiliæ XXIV quas vertit Godfridus Tilmannus. Sed in Græcolatinis editionibus eſt adjuncta Græcis interpretatio Herveti.

In Epiſt. ad Philippenſes Homiliæ XV. Verſioni Eraſmi & Muſculi, in Græcolatinis editionibus præfertur Flaminii Nobilii interpretatio, quæ primum vidit lucem Rom. 1578. 4.

In Epiſtolam ad Coloſſenſes Homilias XII. *In priorem ad Theſſalonicenſes*, Homilias XI. & *in poſteriorem*, Homilias V. Wolfgangus Muſculus vertit, cujus in Latinis, & Gentianus Hervetus, cujus in Græcolatinis editionibus verſio legitur.

In priorem ad Timotheum Homilias XVIII. & *in poſteriorem* Homilias X. vertit incertus, cujus interpretationem etiam in Græcolatinis editionibus ſervarunt Commelinus & Pariſienſes. Ambroſii Camaldulenſis verſionem Chryſoſtomi in 1. ad Timotheum Florentiæ apud Canonicum Strozzam invenit MS Jo. Mabillonius in itinere Italico pag. 194.

In Epiſtolam ad Titum Homiliæ VI. ab Ambroſio Camaldulenſi verſæ in Latinis editionibus exſtant, atque eadem verſio etiam in Græcolatinis occurit.

In Epiſtolam ad Philemonem Homiliæ III. translatæ ab eodem Ambroſio in Græcolatinis non minus quam Latinis Chryſoſtomi editionibus legitur. Sed ſeparatim has Homilias cum nova accuratiore verſione ſua, ut guſtum aliquem ſacræ eloquentiæ Chryſoſtomianæ juvenibus daret, excudi curavit doctiſſimus vir *Georgius Raphelius* Paſtor hodie Luneburgenſis Eccleſiæ, & obſervationibus Xenophonteis Polybianisque atque Arianeis in ſacros Novi Teſtamenti libros celebratiſſimus. Lauenburgi 1712. 4. Utile hoc inſtitutum, ex vaſta illa ac ſumtuoſa voluminum Chryſoſtomi mole ſeligere quædam &

juventuti minoribus facileque parabilibus libellis legenda commendare, quod Tubingæ etiam non ita pridem selectis quibusdam Homiliis Chrysostomi Græce & Latine prælo subjectis fecere viri docti.

In Epistolam ad Hebræos † Homiliæ XXXIV. à *Mutiano* * Scholastico pridem translatæ Cassiodori Senatoris auspiciis & rogatu, ut hic ipse cap. 8. Divinarum Lectionum testatur. Hæc versio viri, ut ab eodem Cassiodoro appellatur disertissimi, doctique Savilio judice ac diligentis interpretis, etiamnum exstat excusa Coloniæ 1530. 8. apud Jo. Gymnicum, atque inde Latinis Chrysostomi editionibus inserta ex *Wolfgangi Musculi* & *Philippi Montani* recognitione, ubi quandoque perperam Mutius pro Muciano appellatur, quemadmodum etiam in Huetii libro de claris interpretibus. Editiones Græcolatinæ aliam versionem, quam nempe *Gentianus Hervetus* adornavit, adjunctam habent.

Scripta alia Chrysostomi.

D*E sacerdotio* περὶ ἱερωσύνης libri VI. Græcè Lovanii 1529. 4. & T. VI. Savil. & cum Jac. Ceratini per duos primores libros: Germanique Brixii

† Titulus operis est: ἑρμηνεία ἐκτεθεῖσα ἀπὸ σημείων μὲν τὴν κοίμησιν αὐτῶ τοῦ Κωνσταντίνου πρεσβυτέρου Ἀντιοχείας. Verba ἀπὸ σημείων vertunt: *ex annotationibus & commentariis ipsius*, sed reddendum est; *ex notis siglisque*, quibus nempe Homilias Chrysostomi concionantis ὀξυγράφοι acnotarii exceperunt, ut testatur Socrates IV. 4. Hist. Notas certe ejusmodi Græci σημεῖα appellant, & ταχυγράφους qui illis utuntur σημειογράφους, sive ut Philostratus in vita Alexandri Sophistæ c. 3. σημείων γραφέας. Ad Constantinum istum presbyterum exstant Chrysostomi Epistolæ, & sub ipsius nomine aliæ quinque T. 7. Savil. p. 205. quæ & ipsæ Chrysostomi sunt.

* Hic Mucianus, cujus magna est auctoritas apud auctorem diss. de judiciis Criticorum & nuperi interpretis Gallici super loco Chrysostomi Homil. 3. in Epist. ad Hebræos Paris. 1691. 4. medio Seculo sexto vixit, & Gaudentium etiam Musicum olim verterat, ut testatur Cassiodorus de Musica. Nescio autem unde hauserit Sirmondus ad Facundum, eumque secutus Colomesius Observatt. sacr. p. 227. quod scribit vertisse etiam Chrysostomum in Epistolam ad Philemonem. Facundi liber contra hunc Mutianum sive ut subinde appellat Mocianum Scholasticum causæ Occidentalium Episcoporum cum impugnatoribus Concilii Chalcedonensis communicare nolentium adversum exstat T. 2. Operum Sirmondi P. 825.

Brixii per cæteros versione & Dav. Hoschelii notis, Augustæ Vindel. 1599. 8. hinc in Græcolatinis editt. Chrysostomi T. IV. Ducæano. Paris. 1614. fol. Et præmissis Johannis Hughes dissertationibus de dignitate sacerdotali, Cantabrigiæ 1710. & 1712. 8. cui posteriori editioni Styanus Thirlby Apologeticum Nazianzeni pro fuga sua subjunxit. Gallice vertit Rich. le Blanc Paris. 1553. & centum fere annis interjectis Lamius Paris. 1650. 12. *Basilium* quocum in his libris Chrysostomus colloquitur, Cæsareensem alii, alii Seleucienſem, alii rectius Episcopum Rhaphanæ, alii Basilium *Bibli* intelligunt: Vir doctus in Actis Eruditor. T. 5. supplementi p. 306. Basilii nomen fictum putat, sub eoque latere Evagrium Episcopum Antiochenum. De MSto Græco Codice qui exstat in Cæsarea Bibliotheca, vide Lambecium II. p. 787. Vertit hos libros etiam Janus Cornarius Basil. 1544.

De Providentia DEI ad Stagirium Monachum, quem πάντων φίλτατον vocat, libri III. Latine incerto interprete, prodiere Alosti in Flandria 1487. una cum sermone de humanæ originis dignitate, quæ versio servata in Latinis & Græcolatinis Chrysostomi editionibus. Gallice vertit Gotfridus Hermantius. Incipit: ἐδει μὲν ἡμᾶς.

De viginitate Liber primum Græce, editus est à Jo. Livenejo, Canonico Gandensi, qui versionem etiam & breves notas adjunxit. Antwerp. 1575. 4. Incipit: Τὸ τῆς παρθενίας.

Adversus vitæ Monasticæ vituperatores libri tres, latine versi sunt ab Ambrosio Camaldulensi. Incipit opus: ὅτε τὸν ἐν ἐρσοσολύμοις νεών.

Comparationem Regis & Monachi Erasmus Græce addidit Homiliis duabus in Epistolam ad Philippenses, utraqve lingua vulgatis *Basil.* 1526. quam editionem Savilius contulit cum MS. Palatino. Vertit Latine Polydorus Virgilius, & cujus versionem Ducæo servare placuit, Germanus *Brixius*. Incipit: ὁρῶν ἐγὼ τὰς πολλὰς τῶν ἀνθρώπων.

Liber de educandis liberis à Francisco Combefis Græce & Latine editus Paris. 1656. 8. una cum Severiani Gabalorum Episcopi de Cruce, Basilii Seleucienſis de S. Stephano ejusque reliquiis, Zachariæ Episcopi Hierosol. Epistola ad suæ plebis reliquias è Persida, & incerti de eadem captivitate, urbisque excidio.

Liturgiæ Chrysostomo tributæ Codices & editiones * mirum in

* Præter editiones separatim factas Liturgia Chrysostomi excusa prodiit Græce & separato volumine Latine inter alias Liturgias Paris. 1560. fol. Typis Regiis apud Guil.

modum inter se differunt. Itaque Jacobus Goarus in Evchologio Græcorum p. 58--86. Græce cum versione sua exhibuit exemplum illius hoc quo frequentius inter celebrandum hodie utuntur Græci, & quod cum Romana editione Demetrii Ducæ Romæ ac Venetiis aliquoties recusa maximam partem conspirat. In notis prolixe confert quæ in aliis Codicibus sive impressis sive MSS. aut adjecta aut aliter exposita leguntur. Incipit: Μέλλων δὲ ὁ ἱερεὺς. Tradunt Græci *Basilium* ex Liturgia quam tribuunt Jacobo Apostolo, & Chrysostomum è Liturgia Basilii, ne prolixitate molesta esset, quædam subtraxisse, brevioremque eam fecisse, ut notavit Allatius de libris Ecclesiasticis Græcorum, p. 17. seq. Codicem Græcum Wagenseilianum Liturgiæ Chrysostomi, breviorem editis, & ante aliquot Sæcula in Oriente manu exaratum laudat W. E. Tentzelius in dialogis menstruis Germanice editis A. 1698. p. 441. Latina versio *Leonis Tusci* qui circa A. C. 1180. contra errores Græcorum scripsit, in lucem prolata est à *Beato* Rhenano, & sæpius deinde recusa.

Apud Arabes sub Jo. Chrysost. nomine lingua illorum circumferri *Chronicon*, narrat Humfredus Hodyprolegomenis ad Johannem Malalam.

Solet etiam Chrysostomus à quibusdam venditari auctor *versionis Armenicæ Bibliorum*, sed quam non minus quam Slavonicam Hieronymo tributam chimæris accensere licebit.

Homiliæ variæ Chrysostomi.

Ad Populum Antiochenum Homiliæ XXI. *de statuis* * Theodosii Imp. & Placillæ in seditione Antiochena eversis A. C. 387. Ordinem Chronologicum quo habitæ singulæ sunt, ita definit Tillemontius in Historia Imperatorum T. V. p. 989. ut *prima* dicta sit paullo ante seditionem: *secunda* octavo post seditionem die. *Tertia* paucis post secundam diebus, primâ Jejunii Dominica, 7. Martii. *Quarta* primo Lunæ die in jejunio. *Quinta* die Martii. *Sexta* die Mercurii, *septima* die

Morellum. Deinde cum Gentiani Herveti interpretatione in Tomo secundo auctarii Ducæani Bibliothecæ Patrum, Paris. 1624. fol. Leonis Tusci versio exstat in Liturgiis Claudii de Sainctes Antwerp. 1562. 8. pag. 49. cum Leonis præfatione ad Rainaldum de monte Catano. Quæ in editionibus Chrysostomi Saviliana VI. p. 983. & in Ducæana IV. p. 522. cum versione Erasmo tributa exstat, nonnulla omittit, statimque incipit à verbis Κύριε ὁ Θεὸς ἡμῶν.

* Vide Theodoritum V. 10. Hist. & Sozom. VII. 25. Supra p. 392.

die Jovis, *Octava* die Veneris. *Nona* secundo Lunæ die in Jejunio sive 15. Martii: *Decima* aliquot diebus interjectis. *Decima quinta* secundo jejunii Sabbato. *Decima sexta*, die Dominica Jejunii tertia, sive 21. Martii. *Undecima*, die quarta Lunæ in jejunio, sive 29. Martii. *Duodecima* die Martis, *decima tertia* die Mercurii proximo. *Decima septima* non diu post; & *duodevigesima*, die quinta Jejunii Dominica, sive 5. Aprilis. *Decima quarta* paucis diebus interjectis. *Undevigesima* 11. April. *Vigesima secunda* decimo ante Pascha die. *Vigesima prima* non diupost, & *vigesima* festo ipso Paschatos, sive 25. April. Latine has Homilias vertit Bernardus Brixianus, Antwerp. 1552. 8. Gallice Franciscus Maucroix, Paris. 1689. 8. Septima quæ incipit πολλὰ μὲν καὶ περὶ πολλῶν, Græce edita ex MS. Codice Mediceo, Musiponti. 1591. 4.

Homiliæ *contra Gentiles* ex Germani Brixii versione contra Oecolampadii versionem prodiere Basil. 1529. 4. Erasmus lib. XXVI. Epist. 59. A. 1530. *Egi cum eruditis aliquot, ut quædam verterent ab Oecolampadio versa, Brixius vertit Babylam, nunc etiam Monachum, sed reperio segnes omnes. Illud curatum est, ut partim Oecolampadius ipse, partim alii docti corrigant ab eo versa. Scholia illius, annotationes marginarias rejicientur, ne nomen quidem illius addetur. Ipse suæ cum Græcis, ut ait, contulit, quod idem à me factum est in meis. Quod attinet ad fidem bene redendi Græca, magis peccatum est ab Aniano, Aretino ac cæteris quam ab Oecolampadio, qui magis peccat festinatione quam imperitia.*

De fato & providentia Homilias VI. vertit Jo. Checus, in cujus interpretationem, quam Ducæus etiam retinuit, hoc tetrastichon composuit amicus ejus Haddonius quod in vita Checi à Jo. Strypio * scripta refertur:

Divus Johannes Chrysostomus aurea Græca
Fundere quod posset, nomen suscepit ab auro,
Noster Iohannes sit nomine Checus eodem,
Aurea qui Græcis verbis dat verba Latina.

Homiliæ VI. cum versione Jacobi Perionii. Paris. 1554. 8.
Homiliæ VI. à Jo Harmaro editæ Græcè. Oxon. 1580. 8.
Homiliæ variæ Græcæ editæ à Dav. Hœschelio ** 1587. Aliæ

* Vide Acta Erud. A. 1707 pag. 90.

** Fronto Ducæus de Hœschelio in notis ad Homilias Chrysostomi p. 83. *Licet nostræ Communionis non sit, bona tamen fide textum exhibuit.*

1594. Augustæ Vindel. 8. & homiliæ VI, *contra Judæos* cum versione vel emendata vel nova, & notis. ibid. 1602. 8. Prima homilia incipit, ἐβαλόμην ἡμῖν.

Decem Homiliæ, Græce primum editæ à Jac. Sirleto Cardinali Rom. 1581. 4. & cum versione Jo Jac. *Beureri* recusæ Friburg. 1585. 8.

Homiliæ IX. Græcæ editæ Rom. 1585. 8. per Hieron. *Brunellum*. Aliæ 1594. 12.

Homiliæ variæ à Federico Morello Paris. 1593. 1595. 8. & à Frontone Ducæo sparsim editæ & versione illustratæ Ingolstad. 1593. 8. Burdigalæ 1601. 1604. &c. 8.

Sex Homiliæ cum versione editæ à Francisco Combefis, Paris. 1645. 8. quæ in editionibus Chrysostomi desiderantur, quemadmodum & Homilia quæ incipit: Φέρε δὴ καὶ τῶν ἡμετέρων κρότων valde lacunosa mutilaque exstat T. 6. Savil. p. 804. à Combefisio autem è Codice 270. Regis Christianissimi integritati suæ restituta & cum versione vulgata est Paris. 1645. 4. sub titulo: *Homilia de morali politia* &c.

Homiliæ duæ *in Psalmum VI.* una *in L.* & una *in locum Psalmi XCIV.* vulgatæ à Jo. Baptista Cotelerio, addita Chrysostomi ἑρμηνεία in Danielem. Paris. 1661. 4. Græce & Latine, cum notis. His accedit homilia in illud Matth. XXI. 23. *In qua potestate hæc facis* T. 3. monumentor. Ecclesiæ Græcæ p. 121--157. Incipit: ἀρχὴ σωτηρίας ἀνθρώπων ὁ τοῦ Θεοῦ φόβος.

Oratio in Diodorum Tarsensem, quæ incipit: ὁ σοφὸς ἐτοῦ καὶ γενναῖος, ab Emerico Bigotio, Paris. 1680. 4. cum Palladio de Chrysostomi vita.

Homiliæ septem ex pridem jam vulgatis selectæ, in usum juventutis Græce & Latine vulgatæ Tubing. 1702. 8.

Supplementa Homiliarum S. Chrysostomi è Codd. MSS. *Bibl.* Bodlejanæ vulgatæ à V. C. Erico *Benzelio*. Upsal. 1708. 4. cum versione, & notis. Homilias singulas recensui supra in indice Alphabetico.

Ἀπανθίσματα, Flores sive Excerpta XXXIII. ex Chrysostomi Homiliis Græce è MS. Moguntino cum Balth. Etzelii S. l. versione, Mogunt. 1603. 4. Novem ex hisce prodierant *Basileæ* apud Oporinum 1522. 8. cum versione Viti Amerbachii & Martini Cromeri. Ducæus laudat etiam veterem interpretem Latinum Tifernatem. Græce exstant hæc ἀπανθίσματα T. 7. Savil. & cum Etzelii versione T. 6. Ducæi.

Editio-

Editiones Operum S. Chryſoſtomi.

Latinæ.

A. 1503. fol. Venetiis 2. Voluminibus, apud Aldum. Hac editione uſus Eduardus Leus, ut notat Eraſmus ad annot. XV. Lei T. 9. Opp. p. 120. *Unde natus igitur Leus quod citat ex Chryſoſtomo? Erat Leo codex ex officina Aldina* &c. Ibidem negat ſe illa reperire potuiſſe in duabus Baſileenſibus editionibus A. 1517. & 1522.

1504. fol. Baſileæ ex officina Jacobi de Pforzen, Venetam referens. Baſileenſem hanc pro omnium antiquiſſima perperam habuere Fronto Ducæus, Elias du Pin & Rich. Simon.

1517. fol. ibidem, tribus tomis, quæ editio fuit in Bibliotheca B. doctoris mei, Thomæ Ittigii.

1522 fol. Baſileæ apud Andream Cratandrum, quinque Vol.

1524. fol. Petro Gromorſo excudente, apud inclutam Galliæ Pariſeam.

1530. 1533. fol. Baſileæ, apud Frobenium, ex Eraſmi * recenſione tomis quinque. Hæc editio recenſetur à Geſnero in Bibliotheca.

1543. Pariſ. quinque Vol. ex officina Carolæ Guillard.

1646. Pariſ. fol. ex caſtigatione *Io. Eucherii* Vernolienſis.

1547. fol. Baſileæ apud Frobenium ex recenſione *Sigismundi Gelenii.*

1556. Pariſ. fol. quinque Volum. recenſente *Philippo Montano.*

1558. Baſil. fol. Geleniana repetita.

1570. fol. Pariſ. apud Guil. Morlin, ex iterata recognitione *Philippi Montani*, qui Græcis collatis innumera loca reſtituiſſe ſe profitetur.

1574. fol. Venetiis, quinque Vol. curante *Gentiano Herveto*, quam editionem recenſet Bellarminus de ſcriptoribus Eccleſiaſticis.

1583. Venetiis 4to, cum *Flaminii Nobilii* criticis notationibus: quinq; volum. Hic Nobilius novam editionem Græcam Operum Chryſoſtomi cum Sirleto Cardinali meditatus, obiit citius quam illud conſilium exequi potuit.

1581. 1588. Pariſ. fol. editio nitida apud Sebaſtianum Nivellium, quinque

* Vide Eraſmi Epiſtolas edit. Lond. lib. XXVIII. Epiſt. 4. & de Chryſoſtomi ſcriptis variis per minora volumina ſeparatim ab eo editis Epiſt. 23. 24. & 83. ſeqq.

que Volum. castigatis versionibus à *Iac. Billio*, *Gentiano Hervetо*, *Flaminio Nobilio*, * *Francisco Zino*.

1613. Paris. cura Frontonis Ducæi, quam prioribus longe præfert Labbeus.

1614. Antwerp. quinque Volum. ex Ducæana.

1687. Lugduni, sex Voluminibus, quæ melior pleniorque, etiam præter vitæ Chrysostomi scriptores notasque virorum doctorum, Nobilii, Ducæi & aliorum continet Sixti Senensis observationes, & similia atque adagia ab Alardo Amstelodamo & Claudio Espencæo è Chrysostomo collecta: Epitomen Florum collectore Johanne Champaigne, Ferd. Vellosilli advertentias. Gerh. Vossii notas in Chrysostomi homilias in Petrum & Paulum ac XII. Apostolos: Columbani Vranc malleum Calviniſtarum &c.

Græcæ.

A. 1529. *Veronæ* typis Stephani & fratrum à Sabio, fol. quatuor Volum. charta & typis nitidis prodiere Commentarii sive Homiliæ Chrysostomi in Epistolas Pauli, ex unico lacero Codice auspiciis *Giberti* Episcopi Veronensis, cum præfat. *Maximi Donati* Veronensis ad Clementem VII. Pontificem. Quamquam vero emendatiores passim hosce commentarios postea edidere Commelinus, Savilius, Ducæus: tamen locis nonnullis etiam male mutasse quædam illos, & à genuina lectione, quæ in hac editione est, recessisse notat Rich. Simon in Epistolis selectis T. 1. p. 72.

A. 1612. *Etonæ* in Anglia typis Johannis Norton, Regii Typographi, castigatissima, plenissima omnium Chrysostomi operum editio lucem vidit octo voluminibus in fol. cura & impensis maximis** *Henrici Savilii* viri præclarissimi & hoc nomine immortaliter meriti de Ecclesia & literis. Tomo *primo* exstant Homiliæ in Genesin & Psalmos, *Secundo* in Matthæum & Johannem, *tertio* & *quarto* in

* Nobilii observationes Criticæ in Chrysostomum tomo quarto edit. Nivell. recusæ, prodiere primum Romæ 1578. 4. cum ejus versione Homiliarum in Epist. ad Philippenses, Gregorio XIII. dicatæ.

** Viginti Florenorum millia in hanc editionem impendisse Savilium scribit Abrahamus Scultetus in vita sua p. 62.

in Epistolas Pauli, *quinto* Homiliæ omnis generis, etiam dubiæ quædam fidei. *Sexto* tractatus varii & Homiliæ, quemadmodum & *septimo* sed in hoc plures quæ Chrysostomi non sunt vel certè dubia fide ad eum referuntur. Epistol. quoq; septimo Tomo occurrunt. *Octavo* denique, post scripta quædam & Homilias superioribus Tomis omissas & supplementa, scriptoresq; de Chrysost. vita, notæ virorum doctorum in tomos singulos, H. Savilis potissimum, tum *Andreæ Dounæi, Io. Boisii*, & observationibus passim insperſis *Philippi Montani, Is. Casauboni, Rich. Montacutii, Tho. Alleni, Iohannis Halesii.*

Græco-Latinæ.

A. 1591-1603. fol. Heidelbergæ apud Commelin. prodiere Chrysostomi Commentarii in Novum Testamentum, quatuor Voluminibus. Qvamquam vero Commelinus profitetur Commentarios in Epistolas Pauli ex Codicibus Palatinis & Augustanis cum editione Veronensi collatis emendatos esse, tamen Savilius T. 8. p. 226. testatur studium illud castigandi non observari ultra tredecim primas in Epistolam ad Romanos Homilias, in cæteris editionem Commelinianam minus etiam quam Veronensem esse castigatam Quibusdam exemplis hujus Commelianæ, etiam posteriores annos præfixos videas ut 1613. 1617. &c.

A. 1609. Parisiis apud Fed. Morellum Opera Chrysostomi excudi cœpere ex recensione vel cum versione *Frontonis Ducæi* S. I. & post duos tomos primos illo annos editos secundus, tertius & quartus prodiit A. 1614. tum quintus A. 1616. & sextus A. 1624. Solo primo & sexto tomo Ducæi notæ subjunctæ sunt.

A. 1633. Carolus Morellus hisce posteriores sex subjunxit, recusos ex editione Commeliniana, * ita ut totum opus constet Voluminibus duodecim. Quæ in singulis contineantur, diligenter percensentur à Labbeo diss. de Scriptoribus Ecclesiasticis T. 1. p. 527. sqq. Recensuit etiam eadem præstantissimus Caveus, collata Savilliana editione.

A. 1636. Parisiis apud Carolum Morellum & Seb. Cramoisium recusi sunt & posteriores hi, & Tomi primores sex, quos Frontone Du-

* Parisienses Typographi & Bibliopolæ falso ex Ducæi recognitione cuncta se Chrisostomi edere profitentur, cum liqueat in eis plura sordere ad quæ se illius diligentia non extendit. *Franciscus Combefisius T. 1. Bibl. Concionatoriæ p. 22.*

cæo curante vulgatos jam dixi. Hancce editionem licet velut min⁹ emendata, non tanti ac priorem facere solent plerique, tamen celeberrim⁹ Montfauconus notat charta quidem minus eleganti impressam esse, sed utique priori emendatiorem, maxime in I, IV, & V. tomo.

A. 1698. duodecim Volumina Parisiensia servatis paginarum numeris (sed ita ut singulæ binas exprimant) emendatius recusa sunt Francofurti apud *B*althasarem Christophorum Wustium. Cæterum Tomus supplementi, cujus spem fecit W. E. Tentzelius in Dialogis menstruis Anni 1698. p. 440. non vidit lucem.

Denique Vir supra laudis *Bernhardus de Montfaucon* Monachus *B*enedictinus novam editionem Operum Chrysostomi, cujus pridem spem fecerat T. 3. Athanasii p. 410. jam tum subjicere prælo cœpit Parisiis, de qua jure sibi promittunt eruditi, quod omnib⁹ hactenus commemoratis futura sit non uberior modo sed longe accuratior quoque, castigataque ad Codices MSS. & necessariis notis, criticisque censuris illustrata, in cujus singulis tomis dubia spuriaq; ad calcem voluminium ablegata separatim lectoribus sese offerent.

CAPUT XVI.

De APOLLINARI, NONNO & aliis quibusdam Poëtis Græcis Christianis.

Apollinares duo Laodiceni, 1. *Alii hoc nomine. Ibid. Scripta Apollinaris utriusque deperdita.* 2. *Metaphrasis Psalmorum quæ exstat.* 3. *Ejus editiones.* 4. *Alii Metaphrastæ Psalmorum Davidicorum Græci.* 5. *Latini* 6. *aliisque linguis.* 7. *Utrum Apollinaris auctor Tragœdiæ quæ CHristus patiens inscribitur.* 8. *Epistola duæ ad Basilium M. Liber de ætatibus hominum. ibid. Nonni Panopolitæ ætas.* 9. *Alii hoc nomine Dionysiaca* 10. *Alii Dionysiacorum sive Bassaricorum scriptores. Ibid. editiones Dionysiacorum Nonni.* 11. *Metaphrasis Evangelii S. Johannis* 12. *Ejus editiones & interpretes, censores & Hyperaspistæ.* 13. *Johannes Gazæus Nonni imitator.* 14. *Expositio Historiarum in Heleneuticas Nazianzeni, ad alium forte Nonnum referenda.* 15. *Georgius Pisides.* 16. *Emanuel Phile.* 17. *Jo. Geometra.* 18. *Alii quidam* 19.

II. APOL-

I.

APOLLINARIS Alexandrinus, Beryti primum, hinc Laodiceæ Grammaticam docuit, a) Laodicenæ denique in Syriæ Eccleſiæ presbyter. Hujus filius APOLLINARIS, Laodiceæ natus, non Grammaticus modo b) & poëta eximius, ſed multo magis in Philoſophia exercitatus & Rhetor ἀμφιδέξιος ſive dexterrimus, qui docuit etiam Rhetoricam & ex Eccleſiæ illius Lectore tandem poſt Theodotum & Georgium Epiſcopus c) Laodicenus, auctorque tandem hæreſeos Apollinariſtarum, qui Damaſceno & aliis Ἀπολλιναρίοι, ſive Ἀπολλιναριανοί. Pater & Filius ambo, Libanii d) & Epiphanii e) Ethnicorum Sophiſtarum amici, ambo Chriſtianæ religionis adverſus Ethnicos egregii aſſertores, & cum Julianus Imp. Ethnicorum Poëtas, Oratores, Philoſophos, in Chriſtianorum Scholis legi prohibuiſſet, f) Apollinaris pater ſacris poëmatis hymnisque, g) filius dialogis more Platonico compoſitis, aliisque ſcriptis conati ſunt efficere, ut Ethnicis Scriptis ſine magna jactura carere Chriſtiana juventus poſſet. Filius etiam inſigne illud adverſus Porphyrium opus pro Chriſtiana veritate compoſuit. Hunc Antiochiæ ſe frequenter audiiſſe Hieronymus h) teſtatur. Idem antequam hæ-

a) Socrates II. 46. Tripartita V. 44.

b) Suidas in Ἀπολιναρίος. Grammaticis magis operam in juventute dediſſe ſcribit etiam Hieronymus c. 104. Catalogi S. E. Grammatici filium vocat Chronicon Paſchale p. 296.

c) Philoſtorg. VIII. 15. Nemeſius c. 1 de natura hominis. Sam. Baſnage ad A. C. 364. num. XI. Jac. Baſnage de hæreſi Apollinaris, Trajecti ad Rhenum 1687. 8. pag. 40. Tillemontius T. 7. memoriar. Hiſt. Eccleſ.

d) Svid. in Ἀπολιναρίος.

e) Socrates II. 46. Svid. in Ἀπολ. Supra cap. XI. ubi etiam de hujus Epiphanii Hymno in Bacchum, in cujus exordio cum Sophiſta profanos exeſſe jusſiſſet, Apollinaris tamen uterque & qui cum eis fuere Chriſtiani exire auditorio noluerunt, quare illi duo, utpote Clerici à Theodoto Epiſcopo Eccleſia ad tempus ejecti ſunt, ut narrat Sozomenus VI. 25.

f) Vide Scriptores laudatos ſupra p. 77.

g) Socrates III. 16. Sozomenus V. 18. & VI. 25. Niceph. X. 25.

h) Hieron. c. 104. de S. E. & Epiſt. 65. ad Pammach.

resin A. C. 376. proderet, amicus *B*asilii, i) Georgii Nazianzeni, k) Athanasii, Epiphanii l) & omnium Cathol. Episcoporum. Hæresis damnata in Concilio Rom A. C. 378. *Antioch. A. 379. & CPolitano A. 381. Apollinaris non diu post in provecta ætate defunctus, primis annis m) Theodosii M.

Alii Apollinares.

APollinaris quem Episcopum *Ravennæ* fuisse & sub Vespasiano martyrium subiisse ferunt. Vide *B*aronium ad Martyrolog. Romanum 23. Jul. qui etiam de aliis tribus Martyribus hujus nominis consulendus.

Claudius Apollinaris, Hieropolitanus Episcopus circa A. C. 171. de cujus scriptis dixi hoc libro V. cap. 1. p. 189.

Apollinaris *Medicus*, qui Latine scripsit, & cum Plinio, Apulejo, Celso & Designatiano laudatur à Marcello Empirico in præf.

Apollinaris *Mathematicus*, qui scripsit Græce περὶ ἐκλείψεων ἡλίου κατὰ τὰ ἑπτὰ κλίματα, laudatus Achilli Tatio in Aratum, & Paulo Alexandrino in præf. atque Porphyrio Isagoge in Ptolomæi tetrabiblum.

Apollinaris, cujus *Epigramma* unum alterumque exstat in Anthologia. Nisi illa à Laodiceno filio vel patre ejus scripta fuerunt, à quorum altero etiam non diversum duxerium ad quem Libanii Epist.

Aurelius Apollinaris jamborum latinorum scriptor, qui Cari Imp. gesta in literas retulit, teste Vopisco in Numeriano sub init.

Abbas Apollinaris qui prophetas Græce descripsit ex Hexaplis, & Tetraplis ab ipso Origene, Eusebio ac Pamphilo emendatis, cujus libri apographum est vetust⁹ codex Græcus Prophetarum Marchalianus qui exstat Parisiis in *B*ibl. Claromontana Societatis Jesu. Vide

i) Vide Basilii & Apollinaris Epistolas apud Cotelerium T. 2. monument. Ecclesiæ Græce p. 84. seq. Et Basilii Epist. LXXXII. T. Opp. p. 909.

k) Svidas in Ἀπολιναρίῳ.

l) Epiphanius XXXVII. 2.

*Latine decretum Synodi Romanæ edidit è Bibl. Barberina Holstenius in Collectione Romana 1662. 8. p. 165. Græce servavit Sozomenus VI. 16. Theodoritus II. 2. Nicephorus XI. 31. De CPolitana vide Beveregirum ad Synodicum Magnum pag. 215.

m) Colligas hoc vel ex Hieronymo qui catalogum suum anno XIV. Theodosii scripsit & Apollinarem sub Theodosio defunctum testatus plures adhuc post illum scriptores commemorat.

de Henr. Valesii Epistolam ad Usserium, in calce notarum ad Historiam Eusebii p. 313. Idem forte Apollinaris intelligitur in Scholio MSti Bibl. Regis Galliæ ad Historiam adulteræ obelo notatam Joh. VIII. apud Rich. Simonem lib. 1. Hist. Criticæ N. T. p. 146. τὰ ὠβελισμένα ἐν τισιν ἀντιγράφοις ἃ κεῖται, ἀδὲ Ἀπολιναρίῳ. Εν δὲ τοῖς ἀρχαίοις ὅλα κεῖται.

Apollinaris Episcopus *Alexandrinus*, cujus apud Evagrium lib. IV. c. 38. mentio: idem ni fallor, cujus *libellus de fide Chalcedonensi* memoratur in Chroncio Orientali p. 121.

Sidonius Apollinaris Aruernorum Episcopus A. C. 482. defunctus, de quo in Bibliotheca Latina: sicut & de *C. Sulpicio Apollinare*, Carthaginiensi. De *Apollinari*, Sidonii Apollinaris filio Tillemontius T. XVI. p. 281.

Apollinaris Episcopus *Valentiæ* in Gallia ad Rhodanum circa A. C. 494. de quo Vincentius Barralis in Chronologia Sanctorum Lerinensium p. 377. seq. Labbe T. 1. Bibl. nova MSS. fol. 689. seq.

Apollinaris, *Monachus Lerinensis* de quo idem Barralis Tom. 2. pag. 194.

Omitto P. Cœlium Apollinarem qui cum Q. Sosio Prisco Romæ Consul fuit A. C. 169.

II. Apollinaris utriusque, Laodiceni & Patris ejus Scripta deperdita.

PAtri Socrates III. diserte tribuit 1) *Moysis libros cæterosque Vet. Test. Historicos usque ad Saulem descriptos versibus Heroicis.* Τάτε Μωϋσέως βιβλία διὰ ἑξαμέτρε ἡρωϊκῆ λεγομένε μέτρε μετέβαλε, καὶ ὅσα κατὰ τὴν παλαιὰν διαθήκην ἐν ἱστορίας τύπῳ συγγέγραπται. Hoc opus XXIV. libris imitatione Homeri secundum numerum Græci Alphabeti digesserat, & Ἑβραϊκὴν ἀρχαιολογίαν inscripserat, teste Sozomeno V. 18. ex quo Io. Sarisberiensis VIII. 21. Policratici: *Scripsit Apollinaris vir doctus & ingeniosus, heroicis versibus pro Homeri poëmate Hebraicam antiquitatem.*

2) Cæteros sacros libros, argumentatque sacra illustrata vario Carminis & scriptionis genere. Socrates loco laudato: Καὶ ἕτο μὲν τῷ δακτυλικῷ μέτρῳ συνέταξε, ἕτο δὲ καὶ τῷ τῆς Τραγῳδίας τύπῳ δραματικῶς ἐξειργάζετο. Καὶ παντὶ μέτρῳ ῥυθμικῷ ἐχρῆτο, ὅπως ἂν μηδεὶς τρόπος τῆς ἑλληνικῆς γλώττης τοῖς χριστιανοῖς ἀνήκοος ᾖ. Ac

paullo disertius Sozomenus V. 18. sed qui ad juniorem Apollinarem omnia referre videtur: Επραγματεύσατο δὲ καὶ τοῖς Μενάνδρου δράμασιν εἰκασμένας Κωμῳδίας. Καὶ τὴν Εὐριπίδου Τραγῳδίαν καὶ τὴν Πινδάρου λύραν ἐμιμήσατο. Καὶ ἁπλως εἰπεῖν, ἐκ τῶν θείων γραφῶν τὰς ὑποθέσεις λαβὼν, τῶν ἐγκυκλίων καλουμένων μαθημάτων ἐν ὀλίγῳ ἐπενόησεν ἰσαρίθμους καὶ ἰσοδυνάμους πραγματείας. ἔθει τε καὶ Φράσει καὶ χαρακτῆρι καὶ οἰκονομίᾳ ὁμοίᾳ τοῖς παρ' Ἕλλησιν ἐν τούτοις εὐδοκιμήσασιν. Sarisberiensis loco laudato: *Et in alio opere imitatus est Comœdias Menandri, fabulositate deducta. Euripidis quoque Tragœdias & Lyram Pindari secutus est, & absolute dicendum, quia ex Divinis Scripturis argumenta sumens, omnes enclytas lectiones tempore parvo composuit, numero, virtute, moribus, conscriptione, charactere, & dispositione Græcorum valde pares.* De juniore Apollinari loquens S. Nilus eum πολλὰ μετρήσαι καὶ ἐποποιῆσαι scribit lib. 2. Epistola 49.

Juniori Apollinari Laodiceno ab eodem Sozomeno tribuuntur 3) *Hymni* sive ἔμμετρα μελύδρια quæ in cœtibus suis loco νενομισμένων ἱερῶν ᾠδῶν decantare soliti Apollinaristæ. Sozomen. VI. 25.

4) *Evangelia & Apostolorum scripta ad formam dialogorum exposita.* Socrates III. 16. de Apollinari filio: ὁ δὲ νεώτερος Ἀπολινάριος εὖ πρὸς τὸ λέγειν παρεσκευασμένος τὰ Εὐαγγέλια καὶ τὰ Ἀποστολικὰ δόγματα ἐν τύπῳ διαλόγων ἐξέθετο, κἀν τούτοις καὶ Πλάτωνα (τὰ ἑαυτοῦ) παρ' Ἕλλησιν. Eadem Nicephorus X. 26.

5) Λόγος πρὸς βασιλέα τὴν Ἰουλιανόν, ἤτοι τοὺς παρ' Ἕλλησι φιλοσόφους λόγος ὃν ὑπὲρ ἀληθείας ἐπέγραψεν, ἐν ᾧ καὶ δίχα τῆς τῶν ἱερῶν λόγων μαρτυρίας ἔδειξεν αὐτοὺς ἀποβαίνοντας οὐ δέοντος περὶ Θεοῦ φρονεῖν. Sozom. V. 18. Sarisberiensis loco laudato: *Fecit & librum nobilem ad ipsum Imperatorem, sive contra Philosophos, in quo tacitis sacræ Scripturæ testimoniis illos irrefragabili ratione desipere probavit, & se vera sentire de DEO. Quæ legens Imperator (Iulianus) claris tunc scripsit Episcopis*: agnovi, legi, & reprehendi. Εγνων, ἀνέγνων, κατέγνων. *Cui Episcopi rescripserunt:* Etsi legisti, non agnovisti. Si enim agnovisses, nequaquam reprehendisses, κἂν ἀνέγνως, οὐκ ἔγνως. Ἐὰν γὰρ ἔγνως, οὐ κατέγνως. Hanc responsionem Basilio M. non Apollinari plerosque tribuisse Sozomenus narrat. Videtur autem inde Apollinaris permotus esse, ut post brevem istum libellum editum, justo deinde opere libros, quorum maxima erat apud Ethnicos auctoritas, Tyrii Philosophi Porphyrii adversus Christianos confutaret. Ægre enim assentior viris

doctis, qui libros XXX. contra Porphyrium cum hoc λόγῳ confundunt. Post Porphyrium à pluribus Christianis confutatum, videtur Iulianus ipse deinde causæ labantis Ethnicismi voluisse consulere novo adversus Christianos opere, de quo supra p. 89.

6) *Adversus Porphyrium libri XXX.* Svidas in Ἀπολλιναρίῳ. Vincentius Commonitorio p. 392. ubi hæresin ejus detestatur: *Sed forsitan ejusmodi ille vir erat, qui dignus esset facile contemni. Imo vero tantus ac talis, cui nimium cito in plurimis crederetur. Nam quid illo præstantius, acumine, exercitatione, doctrina? Quam multas ille hæreses multis voluminibus oppressérit, quot inimicos fidei confutaverit errores, indicio est opus illud* triginta non minus librorum *nobilissimum ac maximum, quo insanas* Porphyrii *calumnias magna probationum mole confundit. Longum est universa ipsius opera commemorare, quibus profecto summis ædificatoribus Ecclesiæ par esse potuisset, nisi profana illa hæreticæ curiositatis libidine nomen nescio quod adinvenisset* &c. Philostorgius VIII. 14. ait Apollinarem ἐπὶ πολὺ κρατεῖν multum præstare iis quæ adversus Porphyrium scripsere Eusebius ac Methodius. Laudat & Hieron. c. 104. de S. E. *Exstant Apollinarii adversus Porphyrium triginta libri, qui inter cætera ejus opera vel maxime probantur.* Meminit idem 2. in Rufin. & Epistola ad Magnum, itemque ad Pammachium, & in alia ad Pammachium atque Oceanum fortissimos libros appellat.

7) *Adversus Manichæos.* Meminit Epiphanius LXVI. 21.

8) *Adversus Eunomium Apologia*, Philostorg. VIII. 12. Sed plures hæreses scriptis confutasse, jam Vincentii Lirinensis testimonio cognovimus. Unde magnus ἀγωνιστὴς ὑπὲρ τῆς ὀρθῆς πίστεως vocatur ab Acacio Epist. ad Cyrillum, quæ in Actis Concilii Ephesini occurrit.

9) *Commentarii* si non in omnes, *in plerosque* certe *S. Scripturæ libros.* In omnibus fere Catenis Patrum ad sacros libros utriusque fœderis, fragmenta Apollinaris occurrunt, ut infra capite, quo Catenas recensebo, apparebit. Nonnulla ex illis refert etiam latine Combefisius in Bibliotheca Concionatoria. In Psalmos atque in Epistolam ad Galatas vel certe ad locum ejus de Petri reprehensione scripsisse docet Hieronymus Epist. 74. ad Augustinum. Quales vero fuerint Apollinaris commentarii, docet idem Hieronymus præf. expositionis suæ in Esaiam: *Apollinaris more suo sic exponit omnia, ut universa transcurrat, & punctis quibusdam atque intervallis, immo compendiis, gran-*

grandis viæ spacia prætervolet, ut non tam commentarios, quam indices capitulorum nos legere credamus. Nimis multa scripsisse, atque inde in multiloquio peccatum non effugisse ait S. Basilius Epist. 74. Δεύτερος μετ' αὐτὸν (Εὐσάθιον τὴν Σεβαστηνόν) ἐστιν Ἀπολινάριος, ὁ μικρῷ καὶ αὐτὸς τὰς Ἐκκλησίας ὠφελυπῶν. Τῇ γὰρ ἐν γράφειν εὐκολίᾳ πρὸς πᾶσαν ὑπόθεσιν ἔχων ἀρκοῦσαν αὐτῷ τὴν γλῶσαν, ἐνέπλησε μὲν τῶν ἑαυτοῦ συνταγμάτων τὴν οἰκουμένην, ὠφελήκασι δὲ Ἐκκλησίας λέγοντος, ὅτι φύλλα ποιήσαι βιβλία πολλά. Ἐν δὲ τῷ πλήθει δηλονότι πολλὰ καὶ ἡμάρτηται. Πῶς γὰρ δυνατὸν ἐκ πολυλογίας ἐκφυγεῖν ἁμαρτίαν;

10) *Versio Græca librorum Veteris Test.* contexta ex variis interpretationibus, præcipue Symmachi. Hieronymus adversus Rufin. lib. 2. *Prætermitto Apollinarium, qui bono quidem studio sed non secundum scientiam de omnium translationibus in unum vestimentum pannos assuere conatus est, & consequentiam Scripturæ, non ex regula veritatis sed ex duo judicio texere.* Idem in Ecclesiastæ XII. *Symmachi interpretationem Laodicenus secutus nec Judæis placere potest nec Christianis, dum & ab Hebræis proculest, & sequi septuaginta interpretes dedignatur.* Confer Rich. Simonis Historiam Criticam Vet. Test. lib. 2. cap. 10.

11) Alia multa Theologici argumenti scripsisse, atque in his librum *de resurrectione* quo Judaismum restituendum in illa statuit, testatur S. Basilius Epistola 74. ἔστι μὲν ὃν αὐτὸ καὶ τὰ τῆς Θεολογίας ὀκ ἐκ γραφικῶν ἀποδείξεων, ἀλλ' ἐξ ἀνθρωπίνων ἀφορμῶν τὴν κατασκευὴν ἔχοντα. Ἔστι δὲ αὐτῷ καὶ τὰ περὶ Ἀναστάσεως, μυθικῶς συγκείμενα, μᾶλλον δὲ Ἰουδαϊκῶς, ἐν οἷς φησιν πάλιν ἡμᾶς πρὸς τὴν νομικὴν ὑποτρέψειν λατρείαν, καὶ πάλιν ἡμᾶς περιτμηθήσεσθαι, καὶ σαββατίζειν, καὶ βρωμάτων ἀπέχεσθαι, καὶ θυσίας προσφέρειν Θεῷ, καὶ προσκυνήσειν ἐν Ἱεροσολύμοις ἐπὶ τοῦ ναοῦ, καὶ ὅλως ἀπὸ χριστιανῶν Ἰουδαίους γενήσεσθαι.

12) Ἀπόδειξις περὶ τῆς θείας σαρκώσεως τῆς καθ' ὁμοίωσιν ἀνθρώπου. Hoc est opus cujus Basilius etiam loco laudato meminit, & in quo hæresin * suam, quæ tantas in Ecclesia turbas dedit, proposuit.

Λόγος

* Apollinistarum hæresin adhuc supereſſe dubitabat jam Augustinus in Psalm. 29. Idem lib. de bono perseverantiæ c. 67. tres eorum partes varias diversasq; fuisse docet, unam qui animum humanam negarent Christum habere, alteram qui mentem in anima rationalem ei eriperent, & tertiam denique qui carnem ipsi tribuerent non de fœmina sumtam, sed factam de Verbo in carnem conversoatq; mutato. Apollinaris discipuli tres celebriores Timotheus, Vitalis, Polemius. Vide Sir-

Λόγος περὶ σαρκώσεως vocat Theodoritus Dialogo 2. & Eulogius apud Photium Cod. 230. p. 447. Adversus hanc ἀπόδειξιν exstat Gregorii Nysseni antirrheticus, non ita pridem Græce & Latine editus à Laurentio Zaccagnio in collectaneis monumentorum veterum Rom. 1698. 4. p 123--287. Ejusdem antirrhetici epitome occurrit in Euthymii Zigabeni panoplia tit. 13.

13) Τὸ περὶ σαρκώσεως λογίδιον Theodoritus dialogo 3. p. 322.

14) Ἐκ τῆς κατὰ κεφάλαιον βιβλίου sive ex compendiario Apollinaris libro quædam affert Theodoritus dialogo 2. p. 210. seq. ubi eum ait πρῶτον τῶν Φύσεων τὴν κρᾶσιν εἰσηξαι *primum confusionem naturarum in CHristo induxisse.* Eodem spectat, quod veteres Eutychianam hæresim ex amarissimo Apollinaris fonte derivant, ut verbis utar Vigilii Tapsensis lib. 1. contra Eutychem p. 522. Alia loca ἐκ τῆς αὐτοῦ κατὰ κεφάλαιον βιβλίου Theodoritus dial. 1. p. 81. & dial. 3. p. 320.

15) Περὶ πίστεως λογίδιον. Theodoritus dialogo 3. p. 322.

Non omittendum denique Apollinaristas scripta quædam Apollinaris venditasse sub nominibus Gregorii Thaumaturgi, Athanasii & Julii Episcopi Romani. Leontius Byz. libro adversus Apollinaristarum fraudes T. IX. Bibl. Patrum Lugd. p. 706. *Cum vellent suam hæresin confirmare, quasdam orationes* (λόγους) *Apollinarii* Gregorio Thaumaturgo, *aut* Athanasio *aut* Julio *inscripserunt, ut simpliciores fallerent, quod quidem perfecerunt. Auctoritate enim hujusmodi personarum fide digna multos Ecclesiæ Catholicæ capere potuerunt. Et apud multos ex recte credentibus reperire poteris librum Apollinarii, cui titulus ἡ κατὰ μέρος πίστις, inscriptum* * Gregorio, *& quasdam ejus Epistolas inscriptas* Julio, *& alias ejus de Incarnatione Orationes vel expositiones* Athanasio *inscriptas. Cujusmodi est quæ inscripta est:* Expositio consentiens cum expositione CCCXVIII, *neque solum has, sed alias hujusmodi.* Quod de Julio Pontifice Rom. ait, confirmat & illustrat idem Leontius libro de sectis p. 526. testatus & Epistolam ad Dionysium Corinthi Episcopum quæ incipit Θαυμάζω πυνθανόμενος περί τινων & alias septem sub Julii nomine

mondum T. 2. p. 512. Utrum de SS. Trinitate cum Catholica Ecclesia senserint Apollinaristæ, consulendæ Benedictorum notæ ad S. Ambrosium T. 2. pag 706.

* Vide quæ dixi cap. 1. hujus libri V. p. 251. seq. & V. C. Michaelem le Quien, dissertatione 2. Damascenica.

mine jactatas, non Julii sed Apollinaris esse. Illam ad Dionysium ex *Bibl.* Ambrosiana Epistolam Græce & Latine primus vulgavit Clarissimus Vir Lud. Antonius Muratorius in Anecdotis Græcis, Patav. 1709. 4. pag. 341--346. cum erudita dissertatione qua Iulii non esse illam, post Leontium & Eulogium evincit. Vide & Sirmondi Opera T. 2. p. 428. seq. notis ad Facundum. Sed & Apollinaris ipsius libros ab Apollinaristis in diversas factiones scissis depravatos & interpolatos esse idem Leontius libro contra eorum fraudes p. 709. observavit, de quo Bartholomæus Germon S. J. libro de veteribus hæreticis Ecclesiasticorum Codicum corruptoribus Paris. 1713. 8. p. 375. seq.

III. Tam multis Apollinaris, scriptis deperditis, sola ex tam grandi naufragio nobis relicta est tabula, *Psalmorum* scilicet *Davidicorum Metaphrasis, Heroicis versibus contexta*: "quæ judice Jacobo Duporto * ut "ut fortasse haud usquequaque adeo elegans nec concinna sit, nollem "tamen eam tam severe & acriter virgula censoria castigasset H. *Ste*"*phanus*, & post eum *Petavius*: Quandoquidem, ut reliquas ejus lau"des & virtutes omittam, quæ sane nec paucæ sunt, nec obscuræ, qui"bus tanquam tot stellulis fulget, est certe præterea vel ipsa antiqui"tate veneranda; saltem si Titulus non mentitur Autorem, & veteris "illius *Apollinaris* verus ac genuinus hic fœtus est, quod nemo hactenus "(quem sciam) in dubium unquam vocavit, nedum inficias ivit. Alioquin, ut ingenue fatear, & dicam quod sentio, nisi communis adeo & pasitivus recepta apud omnes hæc opinio esset, & tam altas "ubique egisset radices, ut eam convellere, aut vel leviter concutere "velle, nimiam forte pervicaciam & ἀυθάδειαν argueret, & fastuosi ac "præfidentis animi indicium haberetur, putarem ego non extra omnem "prorsus controversiæ aleam positam hanc rem esse, quin adhuc disquirendi locus relinquatur; & appareat aliqua saltem dubitandi ratio, "annon spurius & ὑποβεβλημένος hic partus, & alii cuipiam potius "quam ei, cujus nomen præ se fert, adscribendus sit. Et illud inpri"mis scrupulum mihi injiceret, quod non tam tersus & teres, non "tam politus & elegans,** & (ut verbo dicam) non tam *Homericus* esse

* Jac. Duportus præf. ad suam Psalmorum Metaphrasin.

** Non deest sane sua elegantia Metaphrasi Apollinaris, ut præter Casaubonum, cujus judicium infra adscripsi, Duportus ipse alibi agnoscit. Si vero non perinde

se videatur hujusce Metaphrastæ stylus, quam illius fuisse par & credi-" bile est, qui omnium consensu Græcarum literarum, Græce inprimis" Poëseos peritissimus, *Homeri* præsertim studiosus adeo atque æmulus" fuit, ut Poëmata Sacra haud pauca ad illius imitationem scripserit, uti" ex *Sozomeno* refert *Lilius Gyraldus*, de *Poëtarum Historia*, *Dialogo* quinto." Porro autem multa eum scripsisse testatur idem ille Græcus Histori-" cus, idque adeo ἤθει τε, καὶ φράσει, καὶ χαρακτῆρι, καὶ οἰκονομίᾳ ὁμοῦ" ἃ τοῖς παρ' Ἕλλησιν ἐν τέχνῃ εὐδοκιμήσασιν, ut nisi nimium fortasse" φιλάρχαιοι homines essent, *Apollinarem* certe cum præclarissimis qui-" busque in suo genere Scriptoribus antiquis non immerito compa-" randum censerent. An vero tam insigni elogio dignus sit hujus-" ce Metaphraseos Autor, penes eruditos judicium esto. Quid quod" cum è Veteribus non pauci *Apollinaris* Operum meminerint, *Hiero-*" *nymus*, *Socrates*, *Sozomenus*, *Philostorgius*, *Suidas*, alii, eorum tamen" nemo * istius Metaphraseos mentionem facit. Imo & *Gyraldus* lo-" co jam laudato, quamquam multa eum metrice scripsisse affirmat," *Ejus tamen*, inquit, *quod sciam, versus haud quaquam supersunt.* Hæc ferme" sunt, quæ forte virum me constantiorem fluctuare, & aliquantulum" subdubitare facerent, annon ψευδεπίγραφον hoc Opus sit. Verum" ego non is sum, qui velim contra torrentem niti, aut refragante to-" to fere Criticorum senatu istam *Psalmorum* Metaphrasin huic Auto" ri abjudicare. Sit igitur hujusce fœtus parens, per me licet, is cui" vulgo tribuitur, verus scilicet & vetus ille, de quo hactenus egimus," *Apollinaris*."

IV. Primus *Metaphrasin Psalmorum CLI.* ex duobus *Bibl.* Regis Chri-stianissimi Codicibus Græce typis Regiis perquam nitide vulgavit, (non Rob. Stephanus, ut ab Hendreichio in pandectis *Brandenburgen-sibus* traditur) sed *Hadrianus Turnebus*, subjunctis ad calcem Va-riis Lectionibus, Paris. 1552. 8. (non 1562. uti ex Simlero idem Pan-

ubique elaborata esse videatur, cogitandum, universos totius Vet. Test. libros expressos ab eodem scriptore, & tot alia insuper opera deproperata, quo nomine Apollinarem jam olim reprehendit S. Basilius.

* Imo memorant manifeste, dum totum Vetus & Novum Test. sive Metaphrasi ab Apollinari expressum, sive alio scriptionis genere illustratum testantur. Itaque à Codicum MSS. testimonio, qui Psalmos ad Apollinarem referunt, neutiquam reddendum.

dectarum scriptor. Operæ pretium esset hanc editionem conferri cum Codice Barocciano XXV. licet μετάφρ ac desinente in versu 12. Psalmi 148. in Bibliotheca Bodlejana. In illius limine Auctor ut videtur opus suum Mariano* cuidam dedicat. Post Metaphrasin primi Psalmi sequitur *Ammiani* cujuspiam Metaphrasis ejusdem Psalmi ad exemplum Apollinarii. Etiam alia ἀνεπίγραφος, ab utraque præcedenti multum diversa: sicut sequentium quoque aliquot Psalmorum sæpiuscule variat ab editis. Latina versio prosaria nescio quo auctore sæpius in Bibliothecis Patrum prodiit. Græce & Latine cum indice locuplete vocum Græcarum sive lexico Nicolai Gulonii, curante Joanne Benenato, Paris. 1580. 8. & 1613. 8. Atque cum versione per Frid. Sylburgium castigata, sed sine vocum indice, Heidelbergæ apud Commelinum 1596 8. Exstat & Græce ac Latine in Bibliotheca Patrum Paris. 1644. 1654. Tomo XIV. Commelinianæ editioni paucæ quædam Dav. Hœschelii notæ subjunctæ sunt, ad quem scribens A. 1609. Isaacus Casaubonus† ita de Apollinaris Psalterio sensit: *Iudico de eo non aliter quam ut tibi quoque placere video. Opus esse plane haud indignum, quod juventuti Φιλέλλην proponatur. Nam & Græca est Oratio, & satis poëtica, imo interdum ποιητικωτάτη. Illud, credo, non negabis, cum veritate Hebraica sæpe illi parum convenire: sæpe etiam Græcæ poëseos genium in eo desideravi: neque enim nescis, aliud esse versum facere, aliud poëtam agere; quod cum in vertendo sit difficile, non desunt tamen è recentioribus, quos anteponam Apollinari, quo in numero sunt Florens Christianus, Zanutius, & qui omnia omnium seculorum ingenia obscuravit, Iosephus Scaliger ὁ νῦν μακάρτατος μακαρίτης.* Idem Casaubonus alibi, Apollinarem à Nonno longe à tergo relinqui scripsit, Veneti Codicis MS. quem apud Arnoldum Arlenium viderit, meminit Gesnerus.

V. Metaphrases Psalmorum Poëticæ, variis Linguis concinnatæ, a) Græcæ.

PRæter Apollinarem, Metaphrastas Græcos Psalmorum** Davidis alios reperio. Hi sunt:

Cosmas

* Auctor Catalogi MS. Bibl. Bodlejanæ ait hunc forte esse Marianum Oratorem cujus apud Ammianum lib. 30. mentio. Sed Ammianus XXX. 4. Marianum ponit pro nomine cujuscunque celebris Oratoris.

† Epist. DCXLII. edit. novæ à Clariss. Almeloveenio curatæ.

** In B. D. Jo. Georgii Neumanni diss. de Metaphrastis Novi Test. Witeberg. 1686.

Cosmas cujus ἔκφρασις Iambica Psalmorum Davidis bis exstat MS. in *Bibl.* Vindobonensi, teste Lambecio quem vide Lib. 3. Commentar. de *Bibliotheca* Vindob. p. 103. & lib. 4. pag. 216. seq. Hic est celebris ille inter Melodos Græcæ Ecclesiæ Cosmas Hierosolymitanus Monachus, Johannis Damasceni sub altero Cosma seniore monacho συμφοιτητής Majumensis in Palæstina Episcopus, de quo Menologia 14. Nov. Suidas in Ἰωάννης Δαμασκηνός, Allatius de libris Ecclesiasticis Græcorum p. 73. seq. & de Georgiis p. 418. 419. 420. Combefisius ad Vitam S. Theodori Grapti, & Cangius in τετραῴδιον. Ex vita Cosmæ hujus Melodi profert nonnihil Allatius p. 740. de purgatorio.

Græcis versibus elegiacis Psalmos Davidis reddidit *Paulus Dolscius*, Basil. 1555. 8. Idem cujus Siracides Græcis elegiis expressus prodiit Lipsiæ 1571. 8.

Græco carmine heroico *Æmilius Portus*, Basil 1581. 8

Itidem heroico carmine *Dionysius Petavius*, S. I. Paris. 1637. 8.

Jacobi Duporti, Cantabrigiensis, Homerici imitatoris felicissimi Metaphrasis libri Psalmorum græcis versibus Heroicis contexta prodiit Lond. 1674. 8. cum insigni præfatione, in qua inter alia judicium fert * de Apollinaris, & aliorum ante se vulgatis Metaphrasi-

§. 20. *Petrus Edissenus* Psalmos Davidis in Græcum metrum redegisse traditur. Sed Petrus Edessenæ in Syria Ecclesiæ presbyter ab Gennadio c. 74. de Script. Eccles. atque inde ab Honorio Augustodunensi scribitur hymnos composuisse lingua Syriaca exemplo Ephræmi Syri, non Psalmos Davidis metro Græco inclusisse. Ita enim intelligenda Gennadii verba: *Petrus Edessenæ Ecclesiæ presbyter, declamator insignis, scripsit barbarum causarum tractatus, & more sancti Ephræm Diaconi Psalmos metro composuit.* Nunquam certe Ephraim Syrus Psalmos Davidis metro, nedum metro Græco complexus, sed ipse hymnos condidisse legitur.

* Jac. Duportus in Stromatis Poëticis excusis Cantabrig. 1677. 8. & Lond. 1697. 8. pag. 181.

Nuper scurram ageret cum frater Homericomastix
Derisit Psaltem & carmen Homere tuum.
Nempe Metaphrastes Hopkinsus Homericus audit,
Annon Sternoldus, Petavinsque fuit?
Cum Buchananus sacros quoque verteret hymnos,
Anne paraphrastes hic quoque nanus erat?
Quid mirum, si Momus Homerica carmina ridet,
Et sua riserunt sæcula Mæonidem.

Idem Duportus Metaphrasi Græca Heroica perquam eleganti donavit librum Jo-

bus. Recusa etiam Lond. 1674. 8. & typis luculentis, addita Latina prosaria versione Lond. 1666. 4.

Jac. Furnius, Genuensis, JCtus circa A. C. 1500 celebris, Psalmos Græco & Latino reddidit carmine teste Colomesio p. 104 Opp. Hos non vidi. Vidi autem specimen Psalterii vario Græci carminis genere reddidi à *Ludolpho Theodoro ab Hoete*, Equite, Domini à Westhausen & Krinbi Cantabrig. 1653. 8. & tres Salomonis libros ibid. 1646. 8. Utriusque versio latina prosaria ex adverso posita est. De aliis autem Psalmorum Metaphrastis hoc fert judicium post illa quæ de Apollinari jam exhibui, in laudata præfatione: *Proximus huic quantum ego nobi, longo sed proximus intervallo*, utpote qui Patrum nostrorum memoria vixit, *Æmilius Portus* est, *Francisci* illius *Cretensis* filius, & ut patria & natione Græcus, ita & Græcis literis non mediocriter instructus, & *Ferrariæ* primum, dein *Aureliæ Allobrogum*, Græcæ Linguæ Professor: qui ut in *Dionysio Halicarnassensi*, *Proclo Platonico* aliisque à se Latine versis, suam Græcitatis peritiam ostendit, ita & *Homeri* Interpretatione qualicunque palam fecit, quam illius Poëseos studiosus fuerit. Ejus Græcam *Psalmorum* Metaphrasin versibus itidem Heroicis concinnatam primus mihi ostendit non ita pridem, & perhumaniter communicavit Vir Clarissimus, & si quisquam alius de Republ. literaria optime meritus, D. *Busbeius*, Regiæ Scholæ *Westmonasterienſis* per multos jam annos Moderator celeberrimus. Sed, ut verum fatear, *Thesaurus* (quod aiunt) *carbones*. Nec mirum, quandoquidem in Epistola Metaphrasi suæ præfixa testatur Vir doctissimus, ægrotantem se aut vixdum à morbo convalescentem, hoc Opus composuisse: Quod sane quis vel ipso tacente facile conjiciat, adeo languido & inerti & flaccido & elumbi stylo ac filo decurrit: at profecto Poësis præsertim Sacra vividum ac vigens ingenium, animum valentem & erectum postulat, cum contra diutini corporis morbi frangant animi vires, & succidant nervos ingenii, & denique vigorem & acumen mentis retundant. Sed unde unde id fuerit, utique hoc in Scripto talem se gesit *Æmilius*, ut nisi Autorem Libri Titulus præ se ferret, non Græcum Professorem, necdum in *Homero* tantopere versatum, sed alium quempiam infimi subsellii Græculum esse existimes, & *Discipulorum inter jubeas plorare cathedras*. Et si hanc vidissent Metaphrasin, quid de ejus Autore dixissent duo illi Censores: qui *Apollinarem* sic in ordinem cogunt, ut *in multis ejus Versibus ne umbram quidem agnoscant concinnitatis & elegantiæ Poëticæ*? Tertius jam & ultimus, qui Psalmodiam *Davidicam* Græcis versibus expressit, is est, quem dixi, *Dionysius Petavius*, Natione Gallus, ex Societate JEsu Theologus, qui non multis (opinor) abhinc annis diem obiit; Vir sane doctissimus, & cum multifaria eruditione præditus, tum Græcæ inprimis Linguæ scientia non leviter imbutus. Is igitur, inter complura alia egregia tam in Theologicis quam in Philologicis doctrinæ suæ monumenta, etiam Metricam *Psalmorum* Paraphrasin post se reliquit, eruditam certe, & meo quidem judicio, elegantem. Fruatur enim ille, per me licet, laude sua; nemini ego detractum velim. Et quanquam ille, qui antiquissimi Metaphrastæ rigidus adeo, ne dicam iniquus, censor fuerit, nec ipse fortasse ubique scopum attigit, nec Poëticæ

Kringeld, vulgatum in novis litterariis Weſtphaliæ, A. 1713. Tremoniæ, 8. pag. 42 - 69. Vidi etiam *Eraſmi Schmidii* metaphraſin ineditam, qui & ipſe vario carminis genere Pſalmos Græce expreſſit, & quam manu exaratam ſervabat Joach. Hennin-

phraſeos & elegantiæ leges exacte & ad amuſſim ſervaverit, ego tamen par pari non rependam, nec nævos illius, ſi qui ſint, retegere conabor. Hoc interim citra omnem livoris aut malignitatis ſuſpicionem mihi affirmare liceat, veteri me ſcilicet, ne & ipſe eidem culpæ affinis ſit, quam alteri impingit. Id nimirum in *Apollinari* reprehendit, quod ſola Septuaginta Seniorum Interpretatione nixus, Textum Hebræum non conſuluerit nec inſpexerit imo ne intellexerit quidem: quo factum, ut a ſcopo loci, & ſenſu S. Scripturæ haud raro deflexerit, aberraveritque. Ubi illud certe inprimis fatendum, Græcam Verſionem τῶν ὁ maximam ſemper autoritatem in veteri Eccleſia obtinuiſſe: quin & Græcos Patres fere ad unum omnes eam ubique ſecutos, utpote Linguæ Hebrææ penitus ignaros. At vero *Apollinaris, id quod Theologorum Græcorum non paucis defuit, Hebraicæ Linguæ admodum peritus fuit*, inquit Cl. G. *Voſſius*, *de Poëtis Græcis*, cap. 5. Quicquid de peritia ejus ſit, at ſaltem intellexiſſe eum hanc Linguam teſtatur *Suidas*, ex *Philoſtorgio*, Hiſtorico *Arriano*, καὶ τῆς Ἑβραΐδος διαλέκτου ἱκανῶς εἰδέναι. Quanquam ergo Græcam Verſionem, utpote tum temporis maximis inſignitam, & vulgo receptam, in plerisque ſecutus ſit, fieri tamen poteſt, imo haud prorſus inveriſimile mihi videtur, ut etiam ad Textum Originalem nonnunquam oculos & mentem adverterit. Quid autem? an *Petabius* ipſe in ſua Paraphraſi Textui Hebræo tam mordicus adhæret? tantumne ejus autoritati tribuit, ut ne latum unguem ab eo diſcedat? πολλὰ γε καὶ δεῖ. Ait quidem ſe in Translatione ſua, tres illas palmarias Bibliorum Editiones, Hebræam, Græcam, & Latinam ob oculos habuiſſe: interim tamen palam & ingenue fatetur, ſe, quando ambas retinere non potuit, *Hebraica relicta, ad Græcam ſolam adhæſiſſe; quandoquidem ea cum Vulgata, qua Eccleſia Catholica utitur, Editione concordat.* Quamobrem nec *Apollinaris* Fontes Hebræos neglexiſſe magis cenſendus eſt, quam ipſe *Petabius*, nec ille Græcæ LXX. virali verſioni propius presſiusque inſtitiſſe, quam hic Veteri vulgatæ Latinæ, quam & pro Authentica habuit) etiam ubi ab Hebræo Textu diſcedit. Atque hi quidem Tresviri illi Græci ſunt Metrici *Pſalmorum* Interpretes, quorum hodieque extant integræ totius *Pſalterii* Metaphraſes, ſaltem qui ad manus & oculos meos pervenerunt. Jam vero præter hos ſunt tres alii, qui non integrum (quod ſciam) *Pſalterium*, ſed aliquot duntaxat Pſalmos *Davidis*, Græcis Verſibus tranſtulere; quorum Editionem curæ atque induſtriæ debemus Doctiſſimi diligentiſſimique *Henrici Stephani*. Ii ſunt *Paulus Doſcius*, qui *Elegiaco*, & *Joannes Serranus*, qui partim *Heroico*, partim *Lyrico*, & denique ille, quem dixi, *H. Stephanus* qui partim *Heroico*, partim *Sapphico*, partim etiam *Anacreontico* Carmine in ſua Verſione uſus. Et de *Doſcio* quidem nihil amplius me reperiſſe memini, niſi quod *Conradus Dinnerus* in ſuo Græcorum Poëtarum Catalogo ejus nomen reponit, atque etiam in ſua Græcorum Epithetorum Farragine ejus verſus aliquot Elegiacos, idque (uti illorum mens & ſententia innuere videtur, nec

Henningius ὁ μακαρίτης, unde venit ut audio in manus Rev. D. Jo. Diecmanni, Theologi eruditissimi. *Martinus* quoq; *Crusius* XLIV. Psalmos Græco scripsit carmine, idque ingratiis mali Dæmonis, illique ut ægre faceret elaborasse, etiamsi typis illos exscribi non contingeret, se dixit, ut refert Melch. Adami in ejus vita.

Psalmos aliquot Davidis græco carmine Anacreontico & Sapphico donavit *Henr. Stephanus*, forma minori. Sunt item psalmi quidam græcis versibus compositi per *Antonium Nigrum*, Medicum Brunsvicensem. Lips. 1552. 8. & alii autore *Iob. Serrano*, cum precationibus Græco-Latinis singulos ad Psalmos accommodatis anno 1575. in 12. ap. Henr. Stephanum. Exstant & Psalmi quidam Græcis versibus redditi à *Florente Christiano*, *Frid. Iamotio* & *H. Stephano* ad calcem Buchanani A. 1572. excusi, 8. *Martinus* vero *Magerus à Schœnberg* vulgavit Psalmos pœnitentales diverso carminum genere Hebraico, Græco & Latino, Francof. 1624. Novissime *Iosua Barnesius*, superiore anno 1714. cum gravi Græcarum literarum jactura defunctus Psalmos I. XV. & CXXXIII. Anacreonticis versibus Græca & Latina Lingua redditos exhibuit in Anacreonte Christiano, Cantabrig. 1705. 12.

Daniel

enim Opus Autoris designatur) ex *Psalmorum* Versione adducit. Illis autem ex Versibus, cum Ecloga illa *Stephaniana* comparatis, non male mihi colligere videor, integram *Psalmorum* Metaphrasin, eodem filo (certe non admodum compto illo nec eleganti) ab eo contextam, in Bibliothecis alicubi latere, quamvis eam jamdiu quæsitam nondum mihi invenire contigerit. Postquam hæc scripseram, ex *Draudii* Bibliotheca didici, *Paulum Dolscium* tum Sapientiam *Siracidæ*, tum Psalterium *Davidis* Græco Carmine vertisse. *Serranum* quod spectat, *Gallus* utique is *Vivariensis* fuit, Vir sane pius & doctus, quantum ex Operibus ejus, partim Theologicis, partim etiam Philologicis, conjicere licet. Græcæ porro Linguæ peritiam non vulgarem in eo fuisse ostendit tum nova illa & accurata *Platonis* Editio, haud ita multis abhinc annis ab eo adornata, tum & *Psalmorum* aliquot *Davidicorum* illa, quam dixi, Translatio. Ex illo enim specimine, ut *ex pede Herculem*, facile dignoscas & intelligas, quantus is Vir fuerit, & quam egregius Poëta Græcus, sive puritatem Sermonis, sive Carminis nitorem & elegantiam spectes; ut si totum profecto transtulisset *Psalterium*, vix aliorum aut ingenio aut industriæ locum reliquisset; adeo cæteros omnes, mea quidem sententia, in hoc genere Metaphraseos excelluit ac superavit: nisi forte popularem ejus excipias, *H. Stephanum*, qui & Carmina ejus vulgavit, ac typis impressit: Is enim inter omnes literarum Principes ac Heroas, qui superiori seculo Helleniſmi studio, Græcaque Linguæ cognitione claruerunt, ut in omni Græca literatura merito primas obtinuit, ita & in Poësi Græca, inprimis *Homerica* vere φερώνυμος, *Coronam* adeo aliis omnibus laureamque præripuit. *Hæc Duportus.*

Daniel Heinſius Metaphraſin Græcam Pſalmorum ut condat, rogatur ab Iſaaco Caſaubono p. 363. Epiſtolar. ſed nunquam eam edidit. Paucos quosdam Pſalmos Græcis verſibus expreſſit etiam *Joach. Camerarius*.

b) Latino Carmine.

Lambertus Alardus, Hamb. 1650. 12. verſibus Lyricis.

Caſp. Barthius vix duodecennis Pſalmos complures vario carminis genere expreſſit. Ex his tantum XVII. edidit.

Nonnullos etiam *Card. Barberinus*, qui poſtea *Urbanus VIII.* Pontifex, *Petrusque Bellæus*.

Philippus Bellevaletus Pſalmos 50. primores.

Greg. Berſmannus, totum Pſalterium, Hanov. 1598.

Theodorus Beza, vario carmine, Morgiis A. 1587.

Joh. Bochius, Antwerp. 1607. 8. verſibus heroicis.

Franciſcus Bonadus, Elegis. A. 1531. Pariſ.

Bartholomæus Botta, heroico & elegiaco carmine. Venet. 1581.

Georg. Buchananus, vario carminis genere, quæ elegantiſſima Metaphraſis ſæpius recuſa exſtat etiam cum obſervatt. Nathanis Chytræi.

Caſpar Conradus, Sileſius. A. 1602. 8. Francof. ad Oderam, atque Olſnæ A. 1615. vario carminis genere.

Valentini Cremcovii cithara Davidica Magdeb. 1621. ex Germanica Pſalmorum Metaphraſi Beckeriana.

Lud. Crucius, Luſitanus, S. J. Madrit 1600. vario carmine.

Chriſtianus Laurentiades Egenolphus, Francof. 1597. 12. vario carminis genenc.

Io. Fabricius Bolandus, Carmine Lyrico.

Ægidius Delphus è Sorbona Theologus, laudatus Eraſmo T. 9. Opp. p. 910. edit. Baſil.

M. Anton Flaminius, vid. infra Spinula.

Joh. Fritſchius Budiſſinæ, 1593. 4. & 1602. centum generibus.

Joh. Chriſt. Fuchs. Smalcald 1574. 8. vario carminis genere.

Jacob. Furnius, Græco Latino carmine.

Joannes Gagnæus, Pariſin⁹ Pſalmos 75. lyrico carmine, Pariſ. 1547. 8.

Joachimi Goez ab Olenhuſen, paraphraſis Pſalterii heroica, in ejus carminibus ſacris, parte I. Helmſt. 1654 8.

Theod. Graswinckelius, Hagæ Comit. 1643. 4. verſibus heroicis.

Marc. Haſſæus Lub. 1601. 12. carmine Sapphico, & Lipſ. 1605. Heroico 8.

Eobanus Hessus. Lipsiæ anno 1557. 8. carmine elegiaco, ad Philippum Magnanimum, Landgravium Hasiæ. recusa A. 1600. &c.

Henricus liber Baro ab Hevel, elegiaco carmine, Viennæ, 1710. 8.

Ieremias Hœlzlinus Lugd. Bat. 1630. 8.

Caspar Hofmannus.

Sebastianus Hornmoldus JCtus Tubing. 1596. 8. puris Jambis, ad Imp. Rudolphum.

Arturus Ionstonus, Scotus, Medicus Regius. Middelburg. 1642. 16. & Amst. 1706. 12. Carmine elegiaco haud insuavi.

Iacobus Latomus junior, elegis Psalmos centum reddidit A. 1587.

Rudolphus Lehmannus hendecasyllabis A. 1580.

Fabius Leonida, plures psalmos Lyrica Metaphrasi donavit. Rom. 1618, 1620.

Georg. Lothus. Luneb. 1632. 12. Psalmos universos vario carmine.

Ioh. Major. Witeb. 1577. 8. Magd. 1604. 4. carmine heroico.

Franciscus Macedo. Ludov. Magnetius S. I. Paris. 1633. 12.

Io. Matthæus, Toscanus, vario carmine, cum argumentis Jo. Aurati. A. 1576.

Mauritius, Hasiæ Landgravius, vario carminis genere Psalterium reddidit anno ætatis duodevigesimo. Prodiit Smalcaldiæ A. 1590. Confer Nova literaria Hamburgensia 1707. p. 164.

Paulus Melissus aliquot Psalmos latino metro donavit, ut *Iohannes Lauterbach* & *Vincentius Placcius* noster ὁ μακαρίτης, *Petrus* item *Nannius, Lovitaq. Rapitius* & in sylvis pnëticis sacris, Sangalii 1582. 8. *Martinus Farnerus* Tigurinus.

Arias Montanus, Antwerp. 1574. apud Plantinum in 4. totum Psalterium vario metri genere, adscripto textu Hebraico sine punctis vocalibus, & Latina Ariæ succincta locorum plerorumque expositione.

Franciscus Mourettus elegis Paris. 1581. 8.

Balthasar Palia, Siculus, Bononiæ 1687. versibus Heroicis.

Georgius Purbachius, jambis puris totum Psalterium.

Angelus Sanginus, Abbas Casinensis, lyrico carmine. Basil. 1561.

Io. Sascerides, Lyrico Carmine sacrorum libris IX. ap. Oporin. 8.

P. Anselmi Schramb, Benedictini, Mellicensis Pia desideria Davi-

Davidica, sive Psalterium Davidicum metro elegiaco exceptum in qua tota Metaphrasi ne uni quidem elisioni locum dedit, Viennæ 1707. 12.

Nic. Selnecerus 1573. 12. vario metro.

Adamus Siberus Basil. 1562. 8.

Joh. Spangenbergius, Magdeb. 1544. carmine elegiaco.

Andreas Spethe, Paraphrasis metro rhythmica, ad melodias Gallicas & rhythmos Ambrosii Lobwasseri Germanicos. Heidelb. 1596. 12.

Marci Antonii Flaminii & Petri Francisci Spinulæ Paraphrasis, Paris. 1546. 8. Basil. 1548. 8. 1561. 12. vario carminis genere.

Frid. Widebramus, Argent. 1579. ad Wilhelmum Hasiæ Landgravium.

c) Germanicæ Psalmorum metaphrases.

Anonymi Jesuitæ, Harfe Davids mit Teutschen Seiten bespannet. Augustæ Vindel. 1669.

B. D. *Cornelii Beckeri*, cujus metaphrasis & incantionali Dresdensi 1679. 4. & alias sæpius est recusa.

Andreæ Henrici Bucholtz. 1651. Parte I. ejus sacrorum poematum.

Celadon vide infra, *Negelein.*

Iohannis Claus Secretarii Onolsbacensis 1540. & Heidelb. 1583. recensente Conrado Lauterbachio jussu Electoris Palatini Ludovici.

Alberti Curtii S. I. Augustæ 1655. 12.

Constantini Christiani Dedekendi, Jenæ 1669. & Lips. 1680. 12.

Ioh. Philippi Degenhartii. Nobilis qui A. 1652 9. Octobr. obiit Königliche Davids Harfe sive metaphrasis germanica psalmorum cum præfat. B. D. Speneri prodiit A. 1672.

Rutgeri Edingii.

Wolfgangi Helmhart, Baronis de *Hoberg* Lust- und Artzney-Garten Königs Davids 1675. 8.

D. *Ambrosii Lobwasseri*, Regiomontani JCti é Gallico Bezæ & Clementis Maroti, A. 1565. primum edita & sæpissime inde recusa psalmorum Germanica Metaphrasis, ex quâ Belgica etiam profluxit. Obiit hic Lobwasserus A. 1585. 27. Nov. De eo vindendus Melchior Adami in vitis JCtorum, Christophorus Hartknoch in Historia

Ecclesiastica Prussiæ Germanice edita & Caspar Schusselburgius in hochwichtigen Theologischen Fragen p. 261. seq. Nuper admodum Tiguri vidit lucem metaphrasis hujus Lobwasseri variis in locis emendata. Der verbesserte Lobwasser. Confer Nova Literaria Helvetica 1703. p. 18.

Martini Lutheri, qui psalmos quosdam paucos hymnis germanicis feliciter transferendo, aliis præivit viam.

Ludovici VI. Hassiæ Darmstad. Landgravii (A. 1666. defuncti) prodiit Giessæ 1658. Vide Nova literaria Hamb. A. 1707. p. 166.

Pauli Melissi Schedii qui Psalmos quinquaginta Germanicis hymnis reddidit, Lobwasserium emendaturus jussu Electoris Palatini.

Mich. Mulleri, Stutgard. 1702.

Christoph Adami Negelein (Celadon) Alte Zions Harpfe 1663. Norimb.

Ioh. Neucrantzii qui selectos Psalmos metro condidit Germanico.

Notkerus Labeo, Abbas S. Galli (Sec. XI.) MS.

Martini Opitii, Gedani 1638. 12. jussu Ducum fratrum Lignicensis & Brigensis.

Druda sive *Gertrudis* von *Qualen* A. 1650. MS. apud clarissimum amicum nostrum Michaëlem Richey.

Narcissi Rauneri Davidischer JEsus Psalter cum præfatione B. D. Speneri. Augustæ Vindel. 1670.

Nicolai Selnecceri.

Mosis Stendelii, Judæi Hannoverani, metaphrasis germanica à Joh. Christoph. Wagenseilio τῷ μακαρίτῃ A. 1705. 8. edita ex veteri editione Cracoviensi 1585.

Christiani von Stœcken. Slesvic. 1656. 12.

Casp. Ulenbergii 1582.

Philippi Junioris Baronis *de Winnaberg*, Spiræ 1588. 12. è Gallicis Clementis Maroti & *Bezæ*.

Ioh. Wästholtzii, Ecclesiastæ Orenbergensis Lutheris. Lobwasser 1621.

d) Metaphrasis Hebraica.

In Hebraicum Rhythmum, quali nunc utuntur Judæi, Psalmos conversos à Rabbi Chaninja Aben Jackar, legas in appendice ad Bibliothecam Rabbinicam Buxtorfii Sed doctissimus Wagenseilius in præfatione ad Stendelii metaphrasin Psalmorum Germanicam jam à me memoratam è R. Strimeri libro Siphthe Jeschenim observat commentarium esse illum Rabbi Chaninja in Librum Psalmorum non metaphrasin poëticam.

e) Angli-

e) Anglica Metaphrasi

Psalmos donarunt Georgius Witther, Thomas Sternholds, Joh. Hopkins & Simon Patrik, ut Jo. Kingium, Smithum, Whittingamum omittam. Sternholdi & Hopkinsii metaphrases laudat Jac. Duportus p. 181. stromatum poëticorum.

f) Belgica.

Philippus Marnixius Dominus de Aldegonde, Theodor⁹ Raph. Camphuysen, Henr. Bruno, Wilhelm von Hæght, Johannes von Duißberg/Petrus Dathen, & qui eum expotuit Abraham Trommius. His ex laudati Viri Michaëlis Richey penu accedunt Cornelius de *Boey*, de Bruve, Celosse, Clerckius, Deutekom, Geldorp, Gysen, Halma, d'Hubert, Mich. van Hulst, Overbek, Revius, Roldanus, Six. van Chandelier, Vlackveld, van Vondel, Westerbaen.

g) Bohemica.

Georg Streyz.

h) Danica.

Franciscus Wormordus, M. Thomas Wilhelmus, M. Andreas Christiani Arraboënsis. Laur. Petræus, Joh. Thomæus, & novissime Elias Naur, 1699. 8.

i) Gallica.

Primus *Clemens Marotus* quinquaginta Psalmos Gallico carmine reddidit. Hinc *Joh. Poitevin*, reliquos centum adjunxit A. 1551. vide Colomesiana p. 245. Idem post Potavinium fecit majore cum applausu lectorum *Theodorus Beza*. Ab eo tempore Psalmi versibus Gallicis expositi sunt à *Gilberto*, hinc ab aliis, *Revigliasio*, *Navieresio* &c.

Blasius Vigenerius reddidit Gallico metro sed ἀξύθμως.

Des Portes, de quo ita Memoriæ Trevoltinæ A. 1712. p 485. *Des Portes apporta plus de talent à sa version de tous les Pseaumes en vers François. Quoi qu' il ait beaucoup vielli, & que dans le toms meme qu' il a écrit on l' ait blamé d' une grande inegalité, sa traduction est - - veritablement poëtique: il a rendu plusieurs endroits fort heuresement, & fait sentir quelque fois toute la force de l' original.*

Mr. de Marillac, Garde des Seaux de France travailla peu aprés sur le meme sujet avec plus de piete que de genie.

Lovis de Galaup, dans sa penitence Royale. Paris. 1595. 4.

Racan dans ses Odes sacrées sur les Pseaumes, a surpassé tous

ceux qu'l' ont précedé, & plusieurs de ceux qui l'ont svivi, & s'il avoit tant de feu que de regularité, autant d'elevation que de douceur, David auroit en lui un digne interprete.

Mr. Godeau (Antonius Godellus) On a eu raison de blamer dans ce Poëte une abondance fastidieuse, une affectation presque puerile, des inegalitez frequentes: mais on ne devoit pas lui contester les eloges que meritent un stile ordinairement ingenieux, des tours assez variez, une versification douce.

Charles le Breton Jesvite, ne manque pas de genie, mais il a manqué d'elegance & de force.

Henry Ranchin, Mr. Simon, Pastor * olim Ecclesiæ Gallicæ in capite bonæ Spei.

l'esprit de David par *Mr. le Noble*, Paris. 1706, 1710. 8.

Præter hos qui integrum Psalterium versibus Gallicis reddiderunt, alii in quibusdam Psalmis metro Gallico condendis cum laude versati sunt, ut *Bertaldus* (Bertaut) & *Perronius*, *Malherbiusque*, *Petrus Cornelius*, *Cerisius*, *Tesluvius*, *Manevillius*, *Maresius*, Des marets) *Conrartus*, *Pelissonius*, *Benseradeus*, *Fontanus* (la Fontaine) & *Rosellus* (Mr. Rosseau) & quæ viris neutiquam cedunt ingenio, *Haja* & *Deshulieria* (Madame le Hay A. 1694. & Madame Deshoulieres.)

k) Hispanica.

Alphonsus Carrillus. David Abenatar melo. Johannes de Soto.

l) Ungarica.

Albertus Molnar.

m) Italica.

Franciscus Perotti, Iulius Cæsar Paschalis, & qui cæteris præferri solet, Iohannes Diodati.

n) Polonicâ.

Joannes Kochanovius, Matthias Rubinius Wissowatius.

o) Svecicâ, Lapponica, Finnica.

Præter Svecicas Metaphrases, Abrahami Kempe, Olai Sparmanni &c. Versibus Lapponicis redditi Psalmi quidam Davidis occurrunt in Manuali Lapponico Iohannis Tornæi Bothnienſis, Holmiæ 1648.

* Nouvel. Rep. letter. 1703. II. 599.

1648. 8. Et Finnicis in Michaëlis Agricolæ, Nylandia Finnonis Hymnis Ecclesiasticis.

p) Wallica.

Wilhelmus Middelton. Lond. 1593. 1603. 4.

Ut ad Apollinarem Laodicenum Oratio nostra recurrat, notum est ad eum vel ad Patrem ejus tanquam auctorem referri quoque à viris quibusdam doctis *Tragœdiam* inter Gregorii Nazianzeni Opera sæpius vulgatam, quæ inscribitur Χριστὸς πάσχων *CHristus patiens*, & prosa à Sebast. Guldebeckio Tigurino, versu Iambico latino à Claudio Roilleto Belnensi est translata, cujus posterioris metaphrasis etiam in Latinis & Græcolatinis Nazianzeni editionibus legitur. Sed cum Nazianzenus plurima carmine scripserit, & Codices MSS. illam Tragœdiam Nazianzeno tribuant, nolim horum testimonio conjecturas Criticorum præferre, licet hi minorem in illa elegantiam * minusque judicium & acumen quam in aliis Gregorii poëmatis observare sibi videantur.

Epistolas duas Apollinaris ad Basilium M. una cum hujus responsoriis à Cotelerio editas T. 2. monumentor. Ecclesiæ Græcæ p. 84. quarum prima incipit: Πρότερον μέν σοι περὶ τῶν ἐν ταῖς γεγραφαῖς ἀσαφῶν, altera: Πρὸς μὲν ἡμᾶς αὐτὸς, δέσποτα, πρὸς δὲ ἡ ποθεινοτάτη φωνή, similiter mihi persvadeo junioris Laodiceni vere esse, neque video magnas fuisse causas viris clarissimis, qui de illarum γνησιότητι addubitant. Nam sane quod Basilio antequam hæresin suam proderet Apollinaris, amicitia cum illo intercesserit, & quod hunc ob studium Scripturarum magni ille fecerit, ex Epistola Basilii LXXXII. apparet, ubi quoque se ad eum scripsisse non diffitetur, aitque non modo inimicum non habere, sed venerari etiam, licet errores ipsius minime in se recipiat, verum propter nonnullos ejus libros reprehensione dignum judicet.

Libellus Apollinaris de ætate hominum, quem Leodici A. 1575. prodiisse

* Elias du Pin Bibl. des auteurs Ecclesiastiques T. 2. p. 220. *il s' en faut beaucoup, que la tragœdie qui porte pour titre JEsus Christ le souffrant, approche de la beauté, de la justesse & de la gravité des pieces de S. Gregoire de Nazianze, & ce n' est pas sans raison, que les Critiques la jugent indigne de lui.*

se scribit Aubertus Miræus ad Hieronymi Catalogum de S. E. & vidisse se negant Labbeus & alii viri doctissimi, nihil aliud est si recte memini, quam Apollinaris Metaphrasis Psalmi XC sive Hymni Moysis, *Domine refugium factus es nobis*, latinis versibus expressa ab Hannardo Gamerio, Mosæo, editaque una cum aliis quibusdam Leodici 1575. 8. licet à Valerio Andræa & Francisco Sweertio in Bibliothecis Belgicis, ubi Gamerii scripta recensent, non memoratur.

De Epistola Apollinaris Iulio Episcopo Romano & de expositione fidei Gregorio Thaumaturgo per Apollinaristas supposita, quæ ambæ etiamnum exstant, dixi supra p. 665.

XI. NONNUS a) Panopolites Ægyptius, diversus fuisse videtur à Nonno Palæstino b) Origenis sectato dogmata, cujus mentionem faciunt Cyrillus Scythopolitanus & Simeon Metaphrastes in vitis SS. Sabæ & Cyriaci, T. 3. & 4. monumentor. Cotelerii. Incertum etiam idemne sit cum Nonno cujus filium Sosenam c) Synesius commendat amicis suis Anastasio ac Pylæmeni; ætate licet non multum inferio-

a) Constat sane Nonnos hoc est sanctos Ægyptia lingua dictos patres spiritales ac Monachos, perinde ut Nonnæ ac Νονίδες dictæ sunt Matronæ ac Virgines DEO consecratæ, harumque præfectæ. Vide si placet Meursii Cangiique glossaria & Theophilum Raynaudum de sacra paternitate T. XI. Opp. p. 178. Sic Hippolytum Portuensem Episcopum etiam Nonnum appellant Petrus Damiani & Martyrologium Hieronymi. Confer Stephani le Moyne prolegomena ad Varia sacra * 31. b. At præterea nomen proprium etiam Poëtæ esse Νόννον diserte testatur Svidas: ἱερέον δὲ ὡς ἐστι καὶ Νόννῳ κύριον, Παιοπολίτης, ὁ καὶ τὴν παρθένον Θεολόγον μεταφράσας δι' ἐπῶν. Idem Svidas: Αὐσόνιος, σοφιστὴς, γεγραφὼς Ἐπιστολὰς καὶ ἄλλα τινὰ πρὸς Νόννον.

b) Eundem putat Tristanus T. I. Hist. Imperatorum è numis illustratæ p. 497. seq. Sed præter patriam, institutum vitæ aliaque quæ urgere omitto, videtur repugnare ratio etiam temporis, cum Nonnus Palæstinus vixerit medio sæculo post Christum natum sexto, & noster Nonnus ad quintum sæculum recte à viris doctis referatur.

c) Σωσηνᾶν, Synesius Epist. 43. ad Anastas. & 102. ad Pylæmenem, ubi hunc Sosenem διὰ λόγων τραφέντα καὶ αὐξηθέντα appellat. Unde permotus Gerh. Falkenburgius putavit parentem hujus Nonnum haud diversum fuisse à nostro, quod Guil. Cave etiam & aliis Viris doctis persvasum.

feriorem Synesio fuisse credibile est, qvippe qvi ab Agathia d) citatur tanqvam unus è Poëtis *novis*, hoc est, ut interpretor, non æqvalibus Agathiæ sed aliqvo tempore non ita multo ante ætatem ipsius claris. Etiam ille alius à nostro fuit Nonnus, qvem Damascius in vita Isidori apud Svidam in Σαλούστιος narrat sexies totum evolvisse Demosthenem, nec tamen os aperire potuisse ut orationem aliqvam commodam haberet. Eqvidem non pugnant hæc duo, valere carmine, & dicendi facultate destitui, ita ut nihil contra sit rarius qvam bonum poëtam eundem qvoqve bonum esse oratorem, neqve temporum ratio valde adversatur: at enim illum Damascii Nonnum alienum à CHRISTI sacris multa svadent, hunc nostrum Christianum fuisse nemo dubitat. Omitto Nonnum longe juniorem Medicum, itidem Christianum, de cujus ἰατρικῶν θεωρημάτων συναγωγῇ ad Imperatorem Constantinum Porphyrogenitum infra libro VI. erit dicendi locus. Verum Nonnus Diaconus hoc loco non est prætereundus, qvi in Concilio Chalcedonensi A. C. 451. inter notarios commemoratur, tum Nonnus Episcopus Edessenus cujus apud Nicephorum XIV. 30. Histor. mentio, idem qvi in synodo Ephesina ληστρικῇ A. C. 449. cooptatus est in locum Ibæ Edesseni ab Eutychianis exauctorati. Nonno Episcopo Heliopolitano & tandem Edesseno tribuitur qvoqve 30000. Saracenorum conversio, qvam ad Nonnum nostrum Panopolitem præter rem refert Nicolaus Abramus.

X. Ex poëmatis ejus (plura enim composuisse Agathias innuit, cum Dionysiaca allegans laudat Nonnum ἔν γέ τῶν οἰκείων ποιημάτων) exstant carmine Heroico ΔΙΟΝΥΣΙΑΚΩΝ sive *de rebus Bacchi*, e) libri duo-

d) Agathias lib. IV. Hist. p. 128. Ταῦτα δὲ οἵ τε πρότερον ποιηταὶ ἄδουσι, καὶ οἱ νέοι παραλαβόντες συνάδουσιν, ὧν δὴ καὶ Νόννος ὁ ἐκ τῆς Πανὸς τῆς Αἰγυπτίας γεγενημένος ἔν γέ τῶν οἰκείων ποιημάτων αὐτὰ περ αὐτῷ Διονυσιακὰ ἐπωνόμασται, &c. Profert deinde libri primi versum 42. & 43. Ex hoc loco colligas longe falli Carolum Paschalium, qvi lib. 1. de coronis cap. 16. p. 50. Nonnum Panopolitanum Ovidio antiqviorem existimavit, unde reprehenditur à Vossio de arte poëtica p. 57. Certe Ovidium antecedere ætate non potuit, qvi S. Johannis Evangelium Metaphrasi donavit.

e) Titulum reprehendit Dan. Heinsius p. 186. diss. & negat Διονυσιακὰ recte dici

duodequadraginta qvos ab Ethnico adhuc f) scriptos esse nescio an affirmare necesse sit, neqve adeo in ludibrium & pudorem paganæ Theologiæ compositos g) asseveraverim, cum potuerit Poëta licet Christianus animi causa Ethnicum argumentum ingenio suo exornandum suscipere, ut qvotidie in theatris nostris fieri videmus. Dubitant nonnulli idemne sit hoc Poëma h) cum illo *de Gigantibus*, in qvod hi versiculi leguntur lib. 1. Anthologiæ p. 140.

Νόννῳ ἐγὼ, Πανὸς μὲν ἐμὴ πόλις. ἐν Φαρίῃ δ'
Ἔγχει Φοινήεντι γονὰς ἤμησα Γιγάντων.

Sed videtur utiqve his verbis respici pars Dionysiacôn, sive ut à qvibusdam appellatur *Bassaricorum* h) qvæ libro primo & secundo Ty-

licet bene sua alii inscripserint Κυπριακὰ, Τρωϊκὰ & similia, qvi πράγματα, qvod subintelligitur, male adhibeatur cum de uno sermo est, & dicendum sit non τὰ Διονύσου πράγματα sed αἱ πράξεις. Verum possit etiam subintelligi ποιήματα, deinde πράγματα qvam πράξεις mallet fortasse Nonnus, qvi non modo Bacchi ipsius actiones sed & aliorum facta & res qvæ ipsum qvovis modo attingunt persequitur. Hæc autem recte Διονυσιακὰ πράγματα dici, nemo opinor negabit.

f) Ita Tristanus T. 2. p. 606. & in Historia literaria scriptor. Eccles. ad A. C. 410. Guil. Caveus V. C.

g) Hæc Casparis Barthii sententia est p. 799. ad Claudianum.

h) Sane distinguit diserte Lilius Gyraldus, ut Gerardus Falkenburgius in erudita præfatione ad Joh. Sambucum (qvam editioni Plantinianæ præmissam in Wecheliana Dionysiacorum editione frustra qværes, sed maximam partem libro suo de poëtis Græcis inseruit Laurentius Crassus) cum nescio qvo auctore, sola ut reor conjectura ductus duos illos versiculos qvi in Anthologia leguntur, vel ab ipso Nonno vel alio ipsius perqvam studioso Dionysiacis olim præfixos fuisse dixisset, *Neque enim amplius sunt audiendi*, inqvit, *qui aliam ex illis Nonni* Gigantomachiam *commenti fuerunt, cum ipse in Dionysiacis Indos Gigantes appellet.*

h) Idem plane sonat Bassarica & Διονυσιακά. Hinc Svidas in Βασσαρικὰ & Σωτηρίχῳ memorat *Soterichi* Oasitæ poëtæ epici Diocletiano imperante clari Βασσαρικὰ ἤτοι Διονυσιακὰ libris IV. Bassarica etiam scripsit Heroico carmine *Dionysius Samius* teste Eustathio prolegom. ad Dionysium periegetem & Stephano Byz. qvi XVIII. librum laudat in βάλιγγα. Nimirum Bacchus Orpheo hymn. 44. Βάσσαρος atqve Horatio lib. 1. Od. 18. *Bassareus* (He-

Typhoëum ejusqve cum Jove pugnam perſeqvitur. Nam licet Bacchi res titulus operis promittat, multa tamen alia ſatis fuſe & copioſe deſcribit poëta. *Quare non opus, ſed chaos nobis reliquit*, inquit Heinſius. i) *Nam ut Bacchus Indos expugnaret, Jupiter Europam rapit: & in taurum convertitur, Typhoeus cœlum expugnat, Cadmus Harmoniam ambit & exambit, Thebas condit, filias elocat. Actæon à canibus diſcerpitur, Proſerpina à Diis amatur, Zagreus naſcitur, mundus diluvio interit. Poſt hæc omnia Bacchus tandem naſcitur. Tantæ molis erat DEum orbi terrarum dare qui in amphora habitaret. Quare ante natum eum cujus geſta deſcribebat, ſex aut ſeptem immanium voluminum argumenta dilapidavit & conſumſit, quorum nullum ejusdem cum reliquis eſt argumenti, ſed tot fieri opera poſſint quot ſunt ipſa. Primum eſſet ἡ Εὐρώπης ἁρπαγὴ vel Εὐρώπη, ſecundum ἡ Τυφῶος μάχη aut Γιγαντιάς. Tertium Κάδμου καὶ Ἁρμονίας γάμοι. Quartum Καδμεία ſive αἱ Κάδμου πράξεις. Quintum Δηοῦς μυησεία ἢ γάμοι. Sextum Ζαγρέως γοναί. Septimum αἱ Διονύσου γοναί. Sequentia non minus ſunt intricata, ita ut tertio & viceſimo Indica aggrediatur, cum in tertio & decimo Catalogum propoſuerit. Quare totum opus epiſodium eſt & epiſodiis caret: nihil enim eſt præcipuum, nulla operis κατάστασις, nihil ἐπάλληλον & quod ita cohæreat, ut eo poſito alterum ſequi ſit neceſſe. Nihil tale, quo poſito aliud à poëta ſed tamen conveniens priori extendendi cauſa operis & exornandi poſſit addi. Quo decepti veteres quia diverſa argumenta non tractavit ſed confudit, diverſa quoquo opera illi adſcripſerunt. Unde illud cujusdam veteris, quaſi Γιγαντιάδα ſcripſiſſet, aut præcipua ea eſſet pars operis quæ de Typhoëo agit. Niſi Indos intellexerit, quod Falkenburgio videtur.* Allegat Nonni Dionyſiaca præter Agathiam Euſtathius ad Homerum plus ſimplici vice, & Etymologici Magni auctor in Διόνυσος. Sæpius etiam illius teſtimoniis anteqvam typis exſcriberetur uſus eſt Politianus cap. 11. 12. 28. 80. Miſc. & ſemel Natalis Comes V. 13. Mythol. qvi per *Demarchum* videtur Etymologici Magni auctorem denotare. Tumidum ac prope Dithyrambicum ſcribendi genus, Baccho ſcilicet congruens, multi in hoc opere notarunt, in vituperatio-

bræis בסר omphax) Etiam βασσάρα denotat pallam talarem Bacchicam teſte Polluce VII. 13. & Heſychio, unde Baſſarides, miniſtræ Bacchi, Schol. Perſii Sat. I. v. 102. *Baſſaridum Bates* apud Avienum p. 97. edit. Grotii, & *comæ Baſſaricæ* apud Propertium III. 15. 30.

i) Pag. 184. diſſ. in Dionyſiaca.

nem pleriqve, k) pauci in laudem vel ita ut excusarent: l) Certe ingenium & copiam, eruditionem, epithetorumqꝫ m) utut audaciam qvandoqve, ubertatem & affluentiam largiuntur etiam illi qvi parenthyrsos & vitia illius atqve *ἀκυρολογίαν* acrius reprehendunt.

XI. Editiones ΔΙΟΝΥΣΙΑΚΩΝ.

CUm nec Aldus, cui à Johanne Lascari commendatus fuerant, neqve Jo. Oporinus qvi ex Italia exemplar eorum acceperat, Dionysiaca Nonni in lucem edidisset, primus ea luculentis Christoph. Plantini typis *Græce* cum eruditis castigationibus suis & indice locupletissimo, *Guilelmique Canteri* emendationibus unico tantum constantibus folio vulgavit *Gerardus Falkenburgius* Noviomagus Antwerp. 1569. 4. ex MSto Codice *Joannis Sambuci*, Pannonii, qvi Arsenii Monembasiæ Archi Episcopi olim fuit & XLV. aureis à Sambuco Tarenti fuit redemtus, hodie vero una cum duobus vel tribus ejusdem operis Codicibus asservatur in Bibliotheca Cæsarea Vindobonensi. Interim Parisiis Carolus Utenhovius Caroli filius qvatuor Codicibus MSS. usus Dionysiaca Nonni castigare & Latine vetere aggressus fuit, & Johannes Forestius in literis ad Eliam Putschium datis 12. Jul. A. 1605. scripsit in hanc sententiam: *Nos quoque, si Diis placet, dum γόνυ χλωρὸν est, conamur tenues grandia, Nonni Dionysiaca in latinum sermonem vertimus, annotatiunculasque quasdam & conjecturas nostras addemus, scatet enim fœdissima proluvie mendorum.* Eo ipso Anno 1605. 8. Opus hoc *Græce & Latine*

k) Jos. Scaliger Epist. CCLXXVI. seq. ad Dan. Heinsium & CCXXVII. ad Salmas. Heinsius in diss. de Nonni Dionysiacis, Petrus Cunæus in Animadversionibus ad Dionysiaca. Petrus Rapinus reflex. sur la poëtiqve p. 168. 176. Lud. Balsacius diss. ad Andream San-Dionysium p. 85. *Nonnus c' estoit un peintre de chimeres & Hippocentaures. Ses pensees je dis les plus sobres sont bien au delà de l' extravagance ordinaire* &c.

l) Falkenburgius præf. ad Nonnum ubi plura in ejus laudem ac de usu ex lectione ipsius capiendo: Vossius III. institution. poëtic. c. 16. §. 6. p. 89. Olaus Borrichius diss. de Poëtis p. 18. Casp. Barthius VII. adversar. c. 21. *Eruditum & grandiloquum Poëtam* vocat Nonnum Muretus XII. 10. Var. Lect. *Poëtam mirificum* Politianus.

m) Vide Conradi Dinneri præfationem ad Epitheta Græca Hanov. 1605. 8. qvi Nonnum *Midam alterum Epithetorum* appellat.

Latine typis Wechelianis apud Claudium Marnium & hæredes Johannis Aubrii, excusum est Hanoviæ cum Latina versione prosaria *Eilhardi Lubini*, Falckenburgiiqve indice & castigationibus, cui editioni A. 1610. novus titulus præfixus & Latini interpretis nomen omissum, *Petrique Cunæi* n) præmissa præfatio, & subjunctus ejusdem Cunæi liber Animadversionum in Nonni Dionysiaca, una cum *Dan. Heinsii* dissertatione & *Josephi Scaligeri* conjectaneis, ex editione Lugd. Bat. 1610. 8. Extant etiam Dionysiaca Nonni cum Lubini versione in Corpore Poëtarum Græcorum Heroici Carminis, qvod à se recensitum cum Variis Lect. & notulis in margine vulgavit *Jacobus Lectius* Genev. 1606. fol. In Bibl. Petri Francii V. C. fuere Nonni Dionysiaca cum castigationibus MSS. Jos. Scaligeri, Dan. Heinsii, Claudii Salmasii & Matthæi Sladi.

XII. ΜΕΤΑΒΟΛΗ ΤΟΥ ΚΑΤΑ ΙΩΑΝΝΗΝ ΑΓΙΟΥ ΕΥΑΓΓΕΛΙΟΥ

Metaphrasis Epica Evangelii S. Johannis.

EUndem qvidem esse qvi Dionysiaca & qvi hanc Metaphrasin condidit, Nonnum Panopolitanum, collata inter se Svidæ & Agathiæ testimonia, & idem in utroqve opere Poëtæ genius dubitare nos non sinit. Easdem qvoqve in hac virtutes suspiciunt, vitia eadem reprehendunt viri docti, aliaqve insuper notant, qvibus placuit acerrimo judicio ac censuræ suæ hunc Poëtam subjicere. Saltem illos audiendos non existimem, qvi hæresibus Manichæorum, Origenistarum, Arianorum & nescio qvibus non patrocinatum in hac Metaphrasi Nonnum scribunt, cum ad ejuscemodi criminationes cuicumq; impingendas clarioribus & manifestioribus argumentis sit opus. Missis igitur illis editiones ejus Metaphraseos Johanneæ potius referre juvat:

XIII. Editiones Græcæ.

Prima Aldi Manutii, Venet. 1501.
Romana 1508., Caveo memorata.
Hagenoënsis apud Johannem Secerium 1527.
Francofurtensis A. 1541. apud Petrum Brubachium. 8.

n) Emendandus Bailletus T. 4. de Poëtis p. 510. ubi Petrus Scriverius in præfatione Dionysiacorum Nonni allegatur.

Parisiensis A. 1541. apud Jacobum Bogardum.

A. 1556. Parisiensis altera apud Martinum Juvenem, qvibusdam in locis correctior, sed non paucis etiam, notante Nansio, magis corrupta.

Colonienſis 1566. apud Maternum Cholinum, ex auctiore Joh. Bordati editione, & 1588. ex editione Martini Juvenis, (omisſis, usqve ad caput XVI., versibus qvos Bordatus addiderat.)

Goslarienſis, majoribus typis cum copioso indice Græco verborum, Sylburgianæ vestigiis insistens 1616. forma octava majore.

Editiones Latinæ.

Christophori Hegendorphini prosaria interpretatio (admodum) infelix cum Homilia Chrysostomi de Magistratibus & potestatibus, Hagenoæ ex officina Joh. Secerii 1528. 8. & Paris. 1542. apud Jacobum Bogardum.

Erhardi Hedenecccii Medici interpretatio itidem prosaria, in Bibliotheca Patrum Tomo VI. edit. Colon. & edit. novissimæ Lugd. Tomo IX. ex interpretatione *Johannis Bordati* & *Hedenecccii* à Francisco Nansio plurimis in locis emendata.

Ulrici Bollingeri metaphrasis Metrica ex recentione Pauli Melissi, Schedii. Spiræ 1596. 8.

Græco-Latinæ.

1. Cum prosaria versione *Jacobi Bordati* Biturigis, qvi ex MS. Codice Jacobi Salomonis Interaqvæi testatur se complures versus antea omissos revocasse. Paris. 1561. 4. ex officina Caroli Perieri additis ad calcem pauculis Variis Lect. Præcipue capite XVI. addidit versus 38. qvos tamen Frid. Sylburgius negat se in Palatino MS. reperisse, neqve sibi videri Nonni referre stylum: etiam Nansius in curis secundis multa in illis suspecta sibi & Nonni genio non satis convenire testatus est.

2. Cum versione itidem prosaria *Erhardi Hedenecci*, Basil. 1571. & 1577. apud Petrum Pernam atqve 1588. Sed & Paris. 1578. 8. apud *H. Stephanum*, qvi versionem aliqvot locis emendavit. Tum apud Commelin. 1596. 8. additis *Friderici Sylburgii* (qvi MStum Codicem Palatinum contulit) notis & Græco Indice. Hæc Sylburgii editio recusa Lipsi. 1629. 8.

3. Cum

3. Cum versione Bordati & Hedenecii sed à *Francisco Nansio* emendata, & perqvam utili instituto additis è regione Græcis Johannis Evangelistæ verbis, versiculorumqve numeris. Lugd. Bat. 1589. 8. apud Franciscum Raphelengium. Hic Nansius præter versus LXVIII. à Bordato additos ipse ex ingenio suo interseruit versus 369. uncis inclusos vel minori charactere expressos. Notas etiam eruditas & castigationes addidit, atqve in his *Hadriani Junii* pauculas correctiones, qvas editioni Hagenoënsi A. 1527. manu sua ille adscripserat. Curas secundas in Nonnum Nansius edidit Iexagenario major A. 1593. 8. In Bibl. Petri Francii V. C. fuit Nansii editio cum MSS. Sopingii emendationibus.
4. Ingolstadii A. 1614. 8.
5. Cum notis *Nicolai Abrami*, S. I. Paris. apud Sebast. Cramoisy, 1623. 8.
6. Inter alios Poëtas Christianos, in appendice ad Bibliothecam Patrum Bigneana. Paris. 1624. fol.
7. Cum *Danielis Heinsii* Aristarcho Sacro, qvo Nonni Metaphrasin Censuræ, paullo qvidem ut mihi videtur acerbiori submisit. Lugd. Bat. 1627. 8. Aristarchus sacer, omissa ipsa Nonni Metaphrasi subjectus etiam legitur exercitationibus Heinsii in Novum fœdus, ibid. 1639. fol. ex officina Elzeviriana. Apologiam Metaphraseos Nonnianæ adversus Heinsium scripsit singulaqꝫ ipsi objecta breviter diluere conatus est *Caspar Ursinus* Islebiensis in Nonno redivivo, Hamb. 1667. 8.

IX. Johannem Grammaticum Gazæum in ἐκφράσει* *tabellæ universi*, insistere Nonni vestigiis vir doctiss. Janus Rutgersius, qvi illam Græce edidit observat. lib. 2. c. 7. Var. Lect. *Quo autem tempore vixerit, nullis argumentis divinare potui, nisi qvod Nonno, quem non multo post Theodosium floruisse constat, posteriorem fuisse vel ipsum carminis exordium evincit. Non enim in eo elocutio tantum, & ea quam Græci vocant ἔννοιαν, tota Nonni est, sed ne à familiaribus quidem ipsius verbis sibi temperare potuit - - Quin & integros nonnunquam ex eo versus sumsit qualis ille:*

Πυκνὸν ἀκοντίζων αὐδάσυσον ὄμβρον ἐρώτων.

Quam nimis familiarem licentiam venustissimo ὑποκορισῷ Phalereus μεϑάϑεσιν vocat. Nonno tamen castigatior ac tersior est.

XV. So-

* Constat versibus Heroicis 701. Rutgersii Variæ Lect. prodierunt Lugd. Bat. 1618. 4.

XV. Solet etiam ad hunc Nonnum velut auctorem referri Commentarius sive collectio & expositio historiarum fabularumqve ΣΥΝΑΓΩΓΗ ΚΑΙ ΕΞΗΓΗΣΙΣ ΙΣΤΟΡΙΩΝ *in Gregorii Nazianzeni Oratt. sive Steleteuticas duas adversus Julianum* Augustum, ἣν ὠιδαβάδην jam defunctum. Græce ex Codice Bibl. Vindobonensis edidit Rich. Montacutius, Etonæ 1610. 4. ut supra in Greg. Nazianzeno dictum. Latine tantum ex versione *Jacobi Billii*, qvi Codice Bibl. Remensi usus est, prodierunt in Latina Paris. 1570. fol. & Græcolatinis Operum Nazianzeni editionibus, Paris. 1609. & 1630. & Lipsiæ 1690. fol. Ad verbum qvædam ex illo licet non nominato subinde profert Svidas, ut in μαγεία, μίθρα, & alibi, qvod Clarissimo Neocoro pulchre notatum. Cæterum Vir doctissimus Rich. Bentleius judicat commentarium hunc *Patris Nonni* ut Billius edidit, sive *Nonni Abbatis* ut in Catalogo MSS. Bibl. Scorialensis exhibet in calce Apparatus Sacri Possevinus, ob nonnullas hallucinationes & in rebus qvas Nonno Poëtæ perspectissimas fuisse docet, lapsus, illo esse indignum; præcipue cum in Codice Vindobonensi, ut ex Montacutii edit. p. 127. & Lambecio T. 3. de Bibl. Vindob. p. 207. apparet, nullum auctoris nomen extet, & commentarius hic ad *Maximum* qvendam referri videatur à Johanne Tzetza Chiliad. IX. v. 865.

Περὶ δ' λέγονθ' χρησμὸν ἰὰς Θετταλὰς ἰὰς ἵππους
Μέμνηαι μὼ καὶ Μάξιμον ἱστοριῶν τοῖς λόγοις
Ἃς ἱστορίας ἔγραψε Γρηγόριον ὁ μέγας.
Ἕπον δ' οὐδὲν οὐδὲ βέβαχυ τῶν δ' χρησμὸν εἰρήκει.

Vide laudati Bentleii dissertationem de Epistolis Phalaridis editam Anglice Londini A. 1699. p. 24-26. Cæterum in Nonni commentario eqvarum Thessalicarum qvidem aliqvam, at nullam reperio χρησμὸν illius à Tzetza memorati mentionem. Et constat, qvod præter Nonnum Maximus confessor loca difficilia Nazianzeni illustranda sibi sumsit, ut fecerunt etiam Elias Cretensis, Basilius Cæsareensis (Magno illo junior) Nicetas Serronius, Mich. Psellus aliiqve. Prodierunt Maximi Scholia in Nazianzeni locos difficiles cum latina versione Johannis Scoti Erigenæ, Oxon. 1681. fol. & à Nonni commentariis diverdissima sunt. Cæterum qvicunqv iste fuerit Nonnus sive noster ille, sive à Panopolita nostro, ut doctissimo Viro libenter largior, diversus,

non

non contemnenda qvædam nec lectu injucunda ad Nazianzenum illustrandum annotasse æqvis æstimatoribus videbitur. Dionem commentatorem ὑπομνηματογράφον allegat historia XXXVII. Aristæneti Rhetoris meminit hist. XXXII. ad Orat. 2. Alexandriæ se fuisse testatur hist. XXXIII.

XVI. Nonno subjungam GEORGIUM* PISIDEM à Patria dictum Magnæ Ecclesiæ CPolitanæ Diaconum Cartophylacem † atqꝫ Referendarium, qvem nonnulli male confundunt cum Georgio ** qvi sub sæculi noni extremum ex Chartophylace CPol. factus est Archi-Episcopus Nicomedienſis. Pisides circa A. C. 630. floruit, neqve plura ejus edita hactenus sunt qvam hæc tria:

1) Ἑξαήμερον ἢ Κοσμουργία, *de Mundi opificio Carmen jambicum versibus* 1880. fine neutiqvam mutilum, etsi Svidas testatur ter mille olim constitisse, & Labbeus p. 385. Bibl. novæ MSS. ex catalogo Scipionis Tetii memorat Pisidæ Cosmopœiam versibus ter mille. In MSto autem Vindobonensi cujus meminit Lambecius VI. p. 162. Græcum Scholium ad versum 1815. notat his verbis ad Heraclium Imp. respici, qvi rebus præfuit ab A. C. 610--640.

Καὶ δὸς τὸν ἐκ σοῦ προσλαβόντα τὸ κράτος
Τὸν κοσμορύσην, τὸν διώκτην Περσίδος.
Μᾶλλον δ' τὴν σώσαντα καὶ τὴν Περσίδα,
Ὅλων κρατήσαι τὸν ὑφ' ἡλίου τόπον,

* In MSS. nomen diversimode scribitur Πισσίδης, Πισίδης, Πισσίδας, Πισιδᾶς, atqve eos qvi Pisidiam patriam habebant, Stephanus Byz. qvoqve testatur Πισίδας & Πισιδεῖς appellari.

† Referendarium vocat Nicephorus XVIII. 48. & Codex MS. apud Lambec. V. p. 19.

** Hunc errorem suum agnovit Combefisius ipse in Bibl. Concionatoria, in qva sermones Georgii Nicomedienſis qvos Græce & Latine T. 1. Auctarii novi dederat, exhibet Latine plerosqve ex interpolata, nonnullos etiam ex nova sua versione. Hujus etiam idiomela tria p. 1135. & 1222. auctarii novi Combefisius utraqve lingva vulgavit, unde ei locus inter Græcæ Melodos Ecclesiæ, de qvibus Rev. & doctissimi Viri Urbani Godfridi Siberi, Ecclesiasticæ & Antiqvitatum Eccles. Professoris Lipsiensis dignissimi commentarium avide exspectamus. Vide etiam Allatium de Georgiis p. 339. qvi præterea de Georgio Pisida multa p. 308. seq. interqve alia ex Mich. Pselli Epistolis, qvod Pisidiam sive minorem Antiochiam patriam habuerit, & in carmine Jambico nemini facile cedat, ita ut essent, qvi rogarent: Τίς στιχίζει κρεῖττον, ὁ Εὐριπίδης ἢ Πισσίδης;

His vero versu 1839. ad Patriarcham CPol. Sergium, qvi fuit ab A. 610 639.

Ὁ Πατριάρχης ταῦτα κεφάζει καὶ λέγει
Κἂν ἐστιν ἰσχνόφωνος ἐξ ἀτιτίας &c.

Qvod porro versu 50. seq. in Proclum Philosophum invehitur, qvoniam æternum scilicet ille Mundum statuit, hinc neutiqvam verisimile est Johannem Philoponum sub tecto Procli nomine à Pisida argui, ut nescio qvomodo in mentem venit præstantissimo Caveo, cum Philoponus præclaro opere Proclum confutaverit, mundumqve æternum non esse, adversus illum evicerit. Habeo Pisidæ opus sed sub falso *Cyrilli* Alex. nomine editum Græce Romæ 1590. 8. una cum Nazianzeni qvibusdam carminibus, hymnisqve Synesii hoc titulo: Ἐκ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Κυρίλλου Πατριάρχου Ἀλεξανδρείας περὶ ζώων ἰδιότητος καὶ φυτῶν, διὰ στίχων ἰαμβικῶν. Additur tunc primum in lucem edi ab *Hieronymo Brunello*, S.I. qvi id à Consalvo Ponce de Leon acceperat descriptum ex Bibliotheca Guil. Sirleti Cardinalis. Sed qvamvis Cyrillo etiam tribuitur in Codice Naudæano, cujus meminit Labbeus in Bibl. nova MSS p. 123. & in alio Regio apud eundem p. 133. tamen non magis est Cyrilli, qvam tunc primum lucem vidit, nam qvinqve annis ante jam sub vero Georgii Pisidæ illud vulgaverat *Federicus Morellus*, Federici F. descriptum ex eodem Sirleti codice, & Sirleto etiam dicatum, addita latina Jambica versione, brevibusqve castigationibus Paris. 1585. 4. Hinc Morelli editio recusa Heidelbergæ apud Commelinum 1596. 8. Exstat etiam in corpore Poëtarum Græcorum Tragicorum, Comicorum, Lyricorum & Epigrammatariorum, qvod Græce & Latine prodiit Genevæ 1614. fol. T. 2 p. 241. & in Appendice Bibl. Patrum Bigneana Paris. 1624. fol. p. 387. & tomo XIV. Bibl. Patrum Paris. A. 1644. 1654.

2) Εἰς τὸν μάταιον βίον *de vanitate vitæ* carmen Jambicum in versu 261. desinens, posteriore poëmatis parte deperditâ. Hoc etiam jambis Latinis reddidit & cum Cosmopœia edidit Morellus, recusum deinde Heidelbergæ, Genevæ ac Parisiis.

3) Εἰς τὸν ἐν Βλαχέρναις ναόν, *in Templum* Deiparæ CPoli *in Blachernis* situm, jambicum Carmen duplex Græce editum à Cangio notis ad Zonaram p. 65. seq. qvi de Blachernis & templo illo videndus, in CPoli

προθεῖναι εἰς τὴν ἐξήγησιν, ἀλλ' αὐτὰ μόνον θεωρῆσαι, ὧν ὁ Ματθαῖος οὐκ ἐποιήσατο ἐν μνήμῃ. Ἀφ' ὅτου γὰρ βίβλον ταύτην ἱερὰν σωιεθέμεθα ἐν εἴκοσι καὶ τέσσαρσι λόγοις τὸ κατ' οἰκονομίας Χριστοῦ ἀφασφῆσαν τὸ μυστήριον, ἀρχομένην μὲν ἀπὸ τῆς μακαρίας Ἰωάννου τοῦ Βαπτιστοῦ καὶ προδρόμου συλλήψεώς τε καὶ γεννήσεως, διερχομένην δὲ διὰ πασῶν τῶν Εὐαγγελιστῶν ἑορτῶν, καὶ εἰς αὐτὴν λήγουσαν τὴν παγκόσμιον Πανήγυριν τῆς Πεντηκοστῆς. καλοῦμεν δὲ τὴν βίβλον ταύτην μεγάλην ἀλφάβητον, ὡς γάρ ζωηρὰ στοιχεῖα καὶ σωτηρικὰ τῆς ἡμῶν σωτηρίας ἔχουσαν, καὶ ὡς κατὰ στοιχεῖον ἔχουσαν τὰς ἀρχὰς τῶν ἰδίων λόγων, καὶ ἀρχομένην μὲν ἀπὸ τοῦ Α, καταλήγουσαν δὲ εἰς τὸ Ω, καὶνταῦθα πληροῦσθαι τὸ τοῦ Κυρίου ῥῆμα λέγοντος ἐν τῇ Ἀποκαλύψει πρὸς Ἰωάννην, ἐγώ εἰμι τὸ ἄλφα καὶ τὸ ὦ μέγα, ἡ ἀρχὴ καὶ τὸ τέλος.

Cum vero & ſanctum *Lucæ* Evangelium paucis argumentis exceptis, in aliis omnibus cum Matthæo conveniat, non eſt viſum nobis univerſum ab initio repetere, & modo interpretationis ſubigere, ſed ea tantum examini ſupponere, qvorum Matthæus non meminit. Proptereaqve volumen hoc ſacrum compoſuimus vigintiqvatuor libris conſtans, magnum CHriſti incarnationis complectens myſterium, incipiensqꝫ à B. Joannis Baptiſtæ & Præcurſoris conceptione & ortu, & percurrens per omnia feſta Evangelica, & tandem finiens in communem totius orbis ſolennitatem Pentecoſtem. Nuncupamus vero Volumen hoc *magnum Alphabetum*, tanqvam qvod vivifica elementa noſtræqꝫ Salutis conſtitutiva continet, & ſinguli libri ſuum ex elementis habent principium, incipiuntqꝫ ab A & finiunt in Ω, adeo ut hîc qvoqve compleatur dictum Dominicum, in Apocalypſi ad Johannem: *Ego ſum* A *&* Ω, *principium & finis.*

Hoc magnum in Lucam, Macarii Alphabetum laudat etiam atqꝫ usqꝫ ad literam Π legiſſe ſe teſtatur Allatius de Pſellis p. 39. & adverſus Creyghtonum p. 682. Incipit: Ἐμοὶ κόσμος καὶ πλάνος καὶ πρὸς τούτων Ζωὴ καὶ τρυφή. Ejus *precatio adverſus Barbarorum incurſus* exſtat Græce & Latine in Græcorum Euchologio p. 817. edit. Goari. *Sermo in exaltationem Crucis* ſed extrema parte mutilus apud Gretſerum de

Cruce p. 1289. Alias ejus tredecim Homilias, quæ MStæ fuere apud Geraſimum Blachum atque Allatium, & in Bibl. Cardinalis Columnæ & Romæ in Collegio Græcorum, recenſet. Gvil. Caveus in diſſ. de ſcriptoribus dubiis, qui non audet Macarium Chryſocephalum eundem ſtature cum Macario Philadelphienſi Epiſcopo, qui A. C. 1354. Joanne Cantacuzeno commendatus eſt ad Patriarchatum CPolitanum, quem Philotheus deinde obtinuit. Quamquam vero non plane certum illud ſit, veri tamen eſſe ſimillimum libenter profiteor. Quemadmodum & *Chryſocephalum* nomen eſſe non tam a ſtudio χρυσὰ κεφάλαια colligendi inditum, quam gentilitium, perſuadet quod *Joannis Chryſocephali* mentio occurrit in Syropuli Hiſtoria Concilii Florentini ſect. 4. c. 29. & *Matthæi Chryſocephali* Carmina Jambica in Orationem ſepulchralem Manuelis (Palæologi) Imp. de Theodoro fratre memorat Allatius contra Creyghtonum p. 684. afferens etiam hos ejusdem verſus binos, quorum ſinguli univerſas Alphabeti Græci literas complectuntur:

Ζευχθεὶς πτεροῖς ἔκλαγξε βωμβώδη ψόφον
Ἀβροχίτων δ' ὁ φύλαξ θηροζυγοκαμψιμίτωπ ☞.

XIV. Occurrit præterea in Bibl. Cæſarea teſte Lambecio III. p. 60. *Anonymi* Græci Catena ſive Ἐπιτομὴ ἑρμηνειῶν SS. Patrum aliorumq; veterum ſcriptorum Eccleſiaſticorum in Evangelia ſecundum SS. *Matthæum, Lucam & Johannem.* Scriptorum è quibus collecta eſt, hæc ſunt nomina: *Apollinaris* Epiſcopus Laodicenus, S. *Archelaus* Caſcharæ in Meſopotamia Epiſcopus, S. *Athanaſius* Alex. *Euſebius* Cæſareenſis, S. *Gregorius Nazianzenus* & *Nyſſenus*, S. *Johannes Chryſoſtomus*, *Iſidorus Peluſiota*, *Origenes*, *Severus* Epiſcopus Antiochenus, *Iuus* Boſtrenſis & *Victor* presbyter Antiochenus.

In *Lucam* exſtat Commentarius quem vertit & ſub *Titi Boſtrenſis* nomine primus cum Victore in Marcum edidit Latine *Theodorus Peltanus* Ingolſtad. 1580. Græce deinde atque Latine vulgavit *Fronto Ducæus* Tomo ſecundo Auctarii Bibliothecæ Patrum Pariſ. 1624. fol. p. 762. recuſum Tomo XIII. Bibl. Patrum Pariſ. 1644. 1654. Latine inde recuſus in Bibliothecis Patrum aliis, ut Lugdunenſi, Tomo IV. Non autem Titi Boſtrenſis eſt qui medio ſæculo quarto claruit, & de cujus libris adverſus Manichæos dixi lib. V. cap. 1. p. 292. ſeq. Sed eſt Catena ex Titi aliorumque ſcriptis ac commentariis, neſcio quo auctore collecta

collecta. Itaqꝫ in MS. Codice Bibliothecæ Regiæ Pariſ. qvem evolvit Rich. Simon lib. 3. Hiſt. Criticæ N. T. c. 30. inſcribitur: Ἐξ ἐν ἁγίοις Πατρὸς Ἐπισκόπου Βόστρων καὶ ἄλλων ἁγίων Πατέρων ἑρμηνεία εἰς τὸ κατὰ Λουκᾶν ἅγιον Εὐαγγέλιον. Citantur etiam in illo nominetenus non modo *Gregorius Nazianzenus* & *Nyſſenus*, ſed etiam Tito juniores *Chryſoſtomus*, *Iſidorus* Peluſiota & *Cyrillus* Alex. Atqve ea potiſſimum perſeqvitur qvæ Matthæus in ſuo Evangelio non attigit, nam in cæteris ſemper remittit Lectorem ad ea qvæ in illum Evangeliſtam jam dixerat. Henricus Savilis notis ad Chryſoſt. T. VIII. p. 215. *Habeo*, inqvit, *in manibus in Evangelia, tria opuſcula Græce Chryſoſtomo inſcripta. Primus eſt libellus Quæſtionum in Matthæum, cujus initium*: Διὰ τί λέγεται Εὐαγγέλιον; Εὐαγγέλιον ἡ παροῦσα βίβλος λέγεται, ὅτι κολάσεως ἀναίρεσιν καὶ ἁμαρτημάτων λύσιν, καὶ δικαιοσύνην, καὶ ἁγιασμὸν, καὶ ἀπολύτρωσιν, καὶ υἱοθεσίαν, καὶ κληρονομίαν τῶν οὐρανῶν πᾶσιν εὐαγγελίζεται &c. *Quem vertit vulgavitqve Venetiis A.* 1554. Chriſtophorus Serrarigus. *Secundus eſt libellus, brevem continens* enarrationem in Lucam, *cujus initium*: ἰστέον ὅτι τρεῖς μὲν ἄλλοι Εὐαγγελισταὶ ἐξ αὐτῶν ἀρχομένους ἐσὶν ἰδεῖν τῶν πραγμάτων, τὸν δὲ μακάριον Λουκᾶν καὶ προοιμίοις ἐπιβάλλοντα. *Tertius eſt libellus* Qvæſtionum in Johannem, *in notis mihi* ſæpe citatus, cujus initium: Τίνος ἕνεκα πάντα τἄλλα εὐαγγελιστὰς ὁ Ματθαῖος, ὅτος δὲ ὁ Ἰωάννης, περὶ τῆς ἀϊδίου γεννήσεως εὐθέως διηγεῖται; ἐπειδὴ οἱ ἄλλοι Εὐαγγελισταὶ &c. *Horum ſecundum qui in Lucam eſt* (eundem cum illo qvem Peltanus & Ducæus edidere) *tribuunt Codices Florentini & Pariſienſes D. Tito Boſtrorum Epiſcopo: Primum qui eſt in Matthæum, conjectura Sermrigi eidem T. t: Tertium in Johannem ex eadem officina prodiiſſe non eſt dubium.* In Catenis Regiis MSS. in Matthæum & Lucam notante in Bibl. Concionatoria Combefiſio, ſæpius allegantur Titi, editis meliora. Cumqve Regia in Lucam ipſe fere ſit ſub compendio Titi commentarius, cui ſimilis qvæ exſtat in Codice Raphaëlis du Freſne: qvando ex Tito vulgato qvædam afferuntur, nunqvam ille citatur, ſed qvando nova illa, & qvalia etiam occurrunt in Matthæi Catena. *Exiſtimem ergo*, inqvit Combefiſius, *perditos Commentarios ſenioris Titi eſſe, cui in Catena Regia Sancti nomen ſubinde tribuitur.* Qvam vero idem Combefiſius Græce & Latine ſub Titi Boſtrenſis nomine in Auctario novo Bibl. Patrum T. I. p. 61. atqve Latine in Bibl. Concionatoria vulgavit *Homiliam in Ramos Palmarum*, alte-

riiuniori Tito tribuunt viri docti, licet nihil in illa video prisco illo indignum. Incipit: ὥσπερ ἡ ἀμέτρητος ἄβυσσος.

Catenam *in Lucam* ex Codice Bibliothecæ Venetæ Bessariano descripsit, aliquoties mihi jam laudatus atque propter singulare in hoc genere studium laudatissimus Balthasar Corderius S. I. hoc titulo: Εὐαγγέλιον κατὰ Λυκᾶν, ἑρμηνευόμενον ἐκ διαφόρων ἑρμηνευτῶν, ϑ' τετραευαγγελίᾳ ἑρμηνείαν εἰσάγων ἴδιον. Testatusque se evolvisse ejusdem Catenæ exemplar perantiquum in Cæsarea Viennensi & alterum in Augustana, sed utrumque mutilum, Græce eam atque Latine edere voluit, verum typographo sumtus Græcis vulgandis ob iniquitatem temporum suppeditare detractante, versionem suam tantum in lucem emisit Antwerpiæ 1627. fol. eique adeo minore typorum Charactere distinctam adjunxit Catenam alteram novo studio à se ex Patribus Græcis editis & Latinis contextam atq; ita adornatam, ut etiam loca cæterorum Evangelistarum quibus prætermissa Lucæ supplentur, illustraverit. Si Græca aliquando in lucem proferri debeant, ea ex Codicibus MSS. Bibl. Regiæ Paris. multum posse integriora ac meliora dari, monet Rich. Simon libro 2. Histor. Criticæ N. T. c. 30. p. 429.

Index Corderianus Scriptorum è quibus Catena à Balthasare Corderio versa in Lucam contexta est.

Numeri majores, capitibus Lucæ: minores respondent sectionibus, in quas Corderius Catenam divisit.

AMbrosius (ex Theodoreto) I. 27.
Amphilochius Iconiensis XXII, 63.
Anastasius Sinaita II. 43. 47. 65. V. 10. XIX. 47.
Ἀνεπίγραφος sive Anonymus I. 33. 39. 43. II. 40. 80. 81. 82. 83. 85. VI. 8. VIII. 6. 25. 33. IX. 57. X. 36. XI. 50. XII. 20. XIII. 11. 12. XIV. 5. 14. 20. 22. 25. XV. 4. 10. 11. 12. 13. 16. 27. 29. 63. 64. XVI. 5. 9. 27. 38. 54. 58. 64. 66. XVII. 6. 7. 24. 42. XVIII. 75. 78. XIX. 6. 8. 13. 27. 44. XX. 10. 23. 24. XXII. 3. 20. 45. 65. 69. 70. 71. 72. 73. XXIII. 2, 3. 7. 21. 22. 23. XIX. 4. 5. 6. 7. 18.

Apol-

Apollinaris Laodicenus XVIII. 83. XIX. 43. XX. 5. 11. 15. 17. XXII. 36. 38.
Asterius Amasenus VIII. 42. 48. 54. X. 53. 54. 55. XV. 20. 31. 47. 49. 53. XVIII. 6. 88. 89. XIX. 1. 12.
Athanasius Alex. I. 11. 31. II. 6. 11. 14. 21. 30. 33. 36. 38. 41. 48. 67. 68. III. 34. 49. IV. 10. 27. V. 9. IX. 21. 64. X. 23. 34. 35. 40. 43 XI. 14. 15. 22. 58. XII. 12. XIII. 3. 6. XVII. 28. 29. XVIII. 53. 63. XIX. 30. XX. 3. XXII. 64. 66. 83. XXIII. 8. 10. 13. 14. 15. 16. 17.
Basilius Cæsareensis I 9. 35. II. 46. 54. 59. 62. III. 5. 18. 24. 28. 30. 51. IV. 17. 21. 24. V. 38. VI. 17. 32. 36. 39. 40. 43. 44. 45. 49. 51. 52. 60. 72. 77. VII. 11. 30. VIII. 8. 15. IX. 10. 13. 16. 37. X. 2. 4. 24. 27. 31. 37. 46. 47. 48. 50. XI. 23. 25. 53. 65. XII. 16 17. 19. 24. 31. 42 XIII. 5. 10. 31 37. 54. XIV. 3. 24. 29. 32. 34. 39. XV. 19. 25. 36. 66. XVI. 7. 28. 37. 40. 43. 44. 52. XVII. 30. XVIII. 2. 7. 17. 19. 26. 30. 35. 41. 44. 48. 55. 57. 68. 71. 76. XIX. 14. 16. 34. 38. XX. 5. 6. 7. 9. XXI. 13. 21. 26. XXII 35. 59 87.
Clemens Alexandrinus III. 33 X. 38. XIII. 14. XV. 22. XVI. 22. XVII. 16. XXI. 35. 37. 38.
Cosmas II. 16. III. 26. 31. Corderius putat hunc esse Cosmam Hierosolymitanum, inter Melodos Ecclesiæ Græce celebratissimum. Sed vero propius est loca Cosmæ quæ afferuntur auctorem habere Cosmam Indoplevstem, de cujus Topographia Christiana dixi supra lib. 3. cap. 25.
Cyrillus Alexandrinus I. 10. 41. II. 17. 27. 32. 44. 52. 76. III. 5. 17. 25. 53. 54 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. IV. 1. 4. 7. 15. 16. 20. 30 34. V. 1. 3. 12. 13. 15. 20. 29. 31. 32. 37. 39. VI 5. 11. 13. 14. 31. 73. VII. 2. 6. 13. 23. 26. VIII. 3. 26. 27 31. 32. 33. 45. 51. XI. 16. 27. 31. 36. 40. 41. 43. 44. 45. 47. 63. 64. 66. XII. 4. 6. 9. 11. 15. 18. XIII. 8. 23. 47. 48. 50. 51. 57. XIV. 1. 7. 8. 13. 16. 17. 31. 42 XV. 5. 9. 28. 33. 56. XVI. 13. 14 18. 20. 26. 29. XVII. 1. 3. 4. 5. 20 21. 25. 31 33. 35. 36. 42. 45. 47. 49. XVIII. 1. 3. 4. 16. 42. 47. 49. 64. 73. 81. 82. 86. XIX. 3. 18. 22. 36. 37. 49. 52. 55. XX. 1. 4. 13. 20. XXI. 1. 8. 10. 11. 28. XXII. 13 15. 18. 22. 27. 32. 39. 51. 57. 60. 82. 89. XXIII. 1. 9. 12.
Cyrilli Hierosolymitani Catecheses XXIII. 25. 30.
Didymus Alex. VIII. 5.
Dionysius Alexandrinus XXII. 68. 69. 70. 71. 72. 73.

Dio-

Dionysius Areopagita XII. 34. 40. XXIII. 27.
Dorotheus Archimandrita VI. 19. XVIII. 5. 29.
Ephraim Syrus II. 8. XVIII. 9.
Epiphanius II. 7 . III. 43. 50. 52. VI. 2. VII. 18. 29. XXII. 19.
Evagrius X. 57. XIX. 26. non videtur Scholasticus intelligi ut visum Corderio, sed Evagrius Ponticus.
Eunomius XV. 2. Forte Nyssenus contra Eunomium.
Eusebius Cæsareensis XI. 3. 5. 32. III. 1. 47. V. 6. VI. 21. VII. 25. VIII. 7. 9. 19. 49. X 5. 13. XIII. 17. 24. 26. 28. 44. XIV. 11. 18. 19. 21. 28. 36. XVII. 32. 41. 44. 46. 52. XVIII. 43. XIX. 15. 17. 20. 23. XX. 2. 12. XXI 6. 14. 16. 17. 19. 23. 30. 31. 32. 34. XXII. 12.
Eutyches XXII. 21. 23. 25.
Gregorius (forte Thaumaturgus, licet de Gregorio Corinthi etiam cogitaverit Corderius, cujus tractatum in Johannem exstare, Græce in Vaticana tradit Possevinus: vel de Gregorio Metochita Diacono, cujus scriptum de processione Spiritus S. ibidem exstat)) I. 32. 36.
Gregorius Nazianzenus I. 2. 3. 24. 42. II. 7. 23. 24. III. 11. 16. 45. 46. 48. IV. 3. 23. 26. V. 2. VI. 34. 56. 67. VIII. 1. X. 7. 10. 22. XI. 61. XII. 1. XIII. 46. 49. XVII. 43. XVIII. 31. 54. 65. XXIII. 6.
Gregorius Nyssenus I. 18. 19. II. 18. 19. 20. 22. 26. 45. 51. 55. 63. 84. 86. III. 7. 16. 42. IV. 12. V. 34. 41. VI. 6. 15. 16. 20. 21. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 33. 37. 48. 59. 61. VII. 5. 32 34. 36. VIII. 38. IX. 10. 14. 56. X. 25. 30. XI. 54. 55. 56. 70. 72. XIII. 10. XIV. 30. XV. 1 6. 7. 15. 21. 38. 44. 50. 54. 55. 57. XVI. 15 21. 34. 45. 47. 55. 65. XVII. 26. 27. XVIII. 52. 74. XIX. 29. XXI 39. XXII. 4. 5. 62. XXIII. 28.
Hippolytus II. 15.
Ignatius III. 35.
Flav. Josephus III. 1. VI. 7.
Joannes Casianus XVIII. 14.
Joannes Chrysostomus I. 1. 4. 5. 8. 16. 37. II. 13. 28. 29. 34. 35. 49. 53. 56. 70. 71. 73. III. 3. 6. 10. 12. 13. 14. 20. 21. 22. 23. 36. 38. 39. 40. 44. 65. &c. sæpissime.
Joannes Climacus XVIII. 70.
Joannes Geometra, I. 21. 23. 29. 30. II. 2. 37. 69 72. 78. 79. III. 2. 4. 8. 11. IV. 6. VI. 66. 70. VII. 39. VIII. 4. 53. IX. 26. 32. 38. 39. 44. 58. 62.

X-

X. 1. 14. 41. 58. 60. XI. 3. 18. 24. 62. 73. XII. 7. XIII. 20. 21. 25. 27. 29. 42. 44. 45. XIV. 6. 12. 58. XVI. 8. 23. XVII. 18. XVIII. 61. XIX. 45. 48. XX. 18.
Irenæus XIII. 13.
Isaacus Archi Episcopus V. 27. IX. 17. 18.
Isaias Archi-Episcopus XIV. 25.
Isidorus Peluſiota I. 15. 26. II. 1. 4. 12. 50. III. 2. 37. IV. 2. 8 V. 8. 11. 23. 35. VI. 53. 54. 55. 65. 68. VII. 22. 24. VIII 2. 12. 23. IX. 15. 25. 48. X. 52. XI. 20. 57. XII. 13. XIII. 15. 16. 19. 55. XIV. 33. XVI. 48. XVII. 48. 51. XVIII. 32. 33. 85. XIX. 28. 32. 56. XX. 19. XXII. 7. 33. 55. 56. 58. 81. XXIII. 11.
Juſtinus Martyr. V. 5.
Macarius Chryſocephalus V. 4.
Macarius Ægyptius I. 34. II. 10. VIII. 30. 55. X. 2. 56. XIII. 30. XIV. 26. 37. XV. 8. 48. 59. XVII. 40. XVIII. 67. XXII. 14. 46. 49.
Marcus Archi-Epiſcopus VI. 64. IX. 13. 30. XIV. 27. XVI. 6. XVII. 13.
Marcus Eremita IX. 63.
Maximus Monachus I. 12. 17. II. 57. 58. III. 9. IV. 11. V. 17. VI. 10. 41. 42. 47. 50. 57. 62. 71. VII. 8. VIII. 21. 35. IX. 1. X. 28. 29. 49. XI. 12. 26. 29. XIII. 43. XIV. 9. XV. 35. 65. XXI. 2. XXII. 42. 67.
Simeon Metaphraſtes, infra in Simeone.
Methodius Patriarcha CPol. XI. 59.
Michaël Pſellus XIII. 22.
Nicetas VIII. 11. 18. David. VI. 58.
Nilus Monachus IV. 25. V. 18. VII. 10. IX. 66. XVIII. 12. XIX. 46. XX. 21.
Oecumenius III. 1.
Origenes I. 14. II. 42. 61. 64. 75. 76. III. 15. 19. 32. IV. 31. V. 19. 21. 22 VIII. 20. IX. 12. 19. 28. 43. XI. 32. 37.
Philo Judæus XVII. 17. XVIII. 56. 58. 62. XIX. 7. XXII. 1.
Photius XVI. 57. XXII. 54.
Phoſterius XXIII. 18. 19.
Procopius Gazæus XII. 39.
Servius (an Sergius) VII. 38.
Severus I. 22. 24. 38. III. 41. IX. 9. XI. 33. 35. XII. 10. XIII. 52. 58. XVIII. 15. XIX. 40. XXII. 24. 40. 41. Antiochenus I. 19.
Simeon I. 7. 45. VII. 14. 16. Metaphraſtes I. 13. II. 39. 60. 74. 79.

Theodoretus l. 6. 25. V. 14. 16. 21. VI. 4. VIII. 39. XVIII. 51. XX. 25. XXII. 6. 8. 88. XXIV. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16.
Theodorus Mopsvestenus XI. 60.
Theophanes II. 5. X. 5. XIII. 17. 32. XVIII. 43. XXI. 3.
Theophylactus XII. 21. 22. 23. 27. 29. 30. 33. 37. 41. 44. XXII. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. XXIII. 24. 26. 29. XIV. 1. 2. 3.
Titus Bostrensis I. 45. II. 66. III. 29. IV. 14. 28. VI. 30. VII. 1. 9. 20. 28. 37. VIII. 22. IX. 35. 51. 59. X. 8. 9. 12. 15. 17. XI. 1. 5. 9. 10. 38. 46. XV. 14. 17. 23. 24. 32. 34. 39. 41. 42. 45. 46. 51. 52. 62. 67. XVII. 15. 19. 22. 23. XVIII. 50. 59. 60. XIX. 2. 35. 41. 51. 53. XX. 16. 21. 28. XXI. 5. 7. 33. 36. XXII. 16. 34. 53.
Victor Antiochenus I. 50. VIII. 44. X. 59.
Victorius I. 40.

XV. *In Johannis Evangelium*, Anonymi Catena Græce & Latine à Balthasare Corderio vulgata est Anwerpiæ 1630. fol. *Exemplar Græcum*, inquit, *MS. quo usus sum, erat antiquissimum rotundo ac distincto Charactere in membrana eleganter accurateque conscriptum.* Hoc ex Cardinalis Cusani Bibliotheca Treviris Antwerpiam attulerat Heribertus Rosweidus & Petrus Lanselius, Corderius manu sua descripsit, & Latine vertit, atqve utraqve Lingva edidit, Estque hæc Catena judice Rich. Simone T. 3. Histor. Criticæ N. T. c. 30. p. 431. cæteris accuratior. *En Effet, cette chaine est la plus exacte de toûtes, à cause de la bonté du MS. Grec.* Proœmium multe eadem continet quæ in Andreæ presbyteri Catena in Esaiam, quam supra p. 754. retuli, nec tamen inde certo eundem licet colligere auctorem. Supereſt ut scriptores priscos, è quibus excerpta est annumerem.

Index Scriptorum in Catena ad Johannem laudatorum.

Ammonius 13. 14. 15. 17. 19. 20. 21. 22. 23. &c. frequentissime.
Amphilochius 96.
Anonymus *proœm.* & p. 59. 65. 69. 70. 74. 75. 78. 88. 93. 97. 99. 112. 148. 157. 166. 178. 183. 222. 238. 250. 252. 258. 259. 266. 318. 351. 356. 377. 394. 396. 397. 399. 406. 412. 419. 459. 463. 465.
Antiochus Ptolemaidis. 444.

Apol-

Apollinaris 32. 36. 41. 42. 70. 71. 89. 90. 96. 135. 143. 147. 168. 175. 180. 181. 192. 195. 205. 211. 226. 227. 228. 229. 230. 230. 231. 236. 243. 253. 255. 256. 263. 265. 273. 275. 278. 280. 287. 288. 289. 291. 295. 302. 305. 306. 307. 314. 318. 320. 323. 329. 331. 335. 340. 341. 342. 350. 356. 360. 362. 363. 372. 375. 380. 381. 384. 391. 392. 403. 404. 414. 417. 421. 430. 435. 437. 440. 443. 447. 453. 454. 456. 471. 473.
Apostolici 17.
Arius 13. Ariani 9. ἀνόμοιοι ita leg. pro ἄνομοι 149. Coteler. III. p. 629.
Athanasius 219.
Basilides hæreticus 13. 17.
Basilius pag. 1. 2. 13. 14. 295.
Borboriani 17.
Cerinthus hæreticus 17.
Chrysostomus *proœm.* & per totum opus frequentissime.
Concilium Ephesinum 117.
Cyrillus *proœm.* & p. 5. 14. 15. 16. 18. 20. 22. 23. &c. sæpius.
Epist. ad Eulogium *proœm.*
Didymus 94. 115. 131. 154. 156. 159. 189. 196. 265. 406. 408.
Ἑλληνικῶν λήρων fatalitas temporis 71. Ἕλληνες ἐν φιλοσοφίᾳ ζῶντες 101.
Epiphanius. 462.
Eunomius hæreticus 13.
Eusebius *proœm.* & p. 80. 448. 449. 450. 456. ad Marinum 436.
Eutychis discipuli 117.
οἱ ἔξω τοῦ λόγου τῆς ἀληθείας μεγαλοφρονοῦντες ἐπὶ σοφίᾳ κοσμικῇ 2.
Gregorius Nyssenus 444.
Gregorius Theologus 375.
Hæretici nuptias improbantes 65.
Heracleota 335. infra, Theodorus.
Irenæus *proœm.*
Isidorus 78. 151. 185. 246. 272. 290. 439. 471. 474.
Julius Episcopus 409.
Julius Episcopus.
Manichæi 13. 64. 69.
Marcellus hæreticus 14.
Marcion hæreticus 13.

Menander hæreticus 17.
Montanus & Priſcilla 365. ubi male Περισκίλλα pro Πρισκίλλης.
Nicolaus hæreticus 17.
Novatus hæreticus 14.
Origenes 6. 22. 26. 27. 34. 35. 37. 39. 42. 45. 46. 47. 48. 50. 52. 57. 60. 62. (64. ubi Manichæi, Origenejuniores, oppugnantur) 72. 74. 75. & locis innumens per totum opus.
Papiæ Εὐβιώτῳ Ἱεραπολίτῃ diſcipulo Johannes dictavit Evangelium *proœm.*
Paulus Samoſatenus hæreticus 14.
οἱ περὶ τῆς τῶν ὀνομάτων φιλοσοφήσαντες χρήσεως 8.
Photinus hæreticus 14.
Photius 123. 128.
Plato 5. 13. 17. Ejus ſententia de animabus ob peccata detruſis in corpora 246.
Priſcilla. vide Montanus.
Proclus 31.
Sabellius hæreticus 14.
Samaritani 118.
Saturninus hæreticus 17.
Severus 13. 30. 37. 52. 64. 66. 70. 71. 73. 77. 83. 94. 151. 213. 243. 247. 250. 260. 305. (Antiochenus 344.) 408. 433. 436. 437. 441. 445. 446. 451. 454. 455. 459. 461. 463. 465. 468. 474.
Simon Magus 17. ἡ μὲν Σίμωνος πρόφασις τὸν μακάριον Πέτρον τὴν ἐπὶ Ῥώμην ὁδὸν ποιήσασθαι παρεσκεύασεν. *proœm.*
Theod. Heracleota 168. 170. 171. 172. 174. 183. 190. 193. 197. 198. 200. 201. 207. 209. 210. 211. 214. 216. 226. 229. 230. 235. 238. 239. 245. 247. 251. 260. 262. 264. 265. 288. 291. 301. 302. 306. 310. 311. 313. 318. 320. 322. 330. 334. 335. 337. 339. 340. 342. 343. 354. 358. 364. 369. 370. 373. 378. 380. 385. 386. 391. 392. 430. 442. 459. 467. 469. 470. 471. 472.
Theodorus Mopſveſtenus *proœm.* & p. 8. 16. 17. 18. 19. 21. 23. 27. 31. 49. 56. 60. 61. 75. 88. 102. 121. 122. 142. 148. 164. 168. 171. 172. 174. 176. 181. 183. 186. 209. 228. 229. 237. 247. 254. 258. 260. 263. 269. 271. 277. 279. 281. 284. 286. 288. 289. 300. 304. 309. 318. 320. 336. 342.

342. 348. 349. 353. 356. 359. 366. 379. 381. 388. 392. 401. 403. 428. 437. 454. 455.

XVI. Hiſce Catenis quas tunc adhuc ineditas laudavit ſubinde in ſuis ad Evangeliſtas commentariis Johannes Maldonatus, accenſend° Commentarius *Euthymii Zigabeni in Evangelia*, de quo, quemadmodum & de ejus Commentario *in Pſalmos* dicere me memini ſupra p. 474. Sane ex pluribus collectum nec titulus diffitetur, atque licet Chryſoſtomum frequentiſſime ſequitur, unde *inſignem Chryſoſtomi defloratorem* vocat Jo. Millius prolegom. in N. T. Sect. 1073. tamen uſus eſt ſcriptis etiam aliorum, laudatque nominetenus, *Baſilium*, *Gregorium*, *Maximum*, *Origenem*, denique ipſe plura ſuo marte addidit. Titulus eſt ἑρμηνεία ϗ κατὰ Ματθαῖον, Μάρκον &c. Φιλοτόνως ἐρανισθεῖσα, μάλιστα μὲν ἀπὸ τῆς ἐξηγήσεως ϗ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Ἰωάννου ϗ χρυσοστόμου καὶ ἀπὸ διαφόρων ἄλλων Πατέρων, συνεισενεγκόντος ϗ τινὰ καὶ ϗ ταῦτα ἐρανισαμένου.

Præter Euthymium non omittendus *Theophylactus*, cujus itidem præclarus *in quatuor Evangeliſtas* non ex ſolo Chryſoſtomo, ſed ex aliis quoque antiquis Doctoribus contractus ac digeſtus Commentarius exſtat, de quo dixi Volumine ſexto ſuperiore p. 287.

XVII. Denique *Thomas Aquinas* Catenam auream * in *quatuor Evangelia*, Latina Lingua quidem at ex Græcis Latinisque Patribus condidit, dicavitque Urbano IV. Papæ. Prodiit ab A. 1474. ſæpius ſeparatim variis in locis, atque inde inter Thomæ opera junctim excuſa Tomo XV. Editiones poſt A. 1566. interpolatas eſſe à recentiore manu, notat Rich. Simon lib. 3. Hiſt. Criticæ N. T. p. 473. Scriptores Græci qui in Catena Thomæ allegantur, hi ſunt: *Anonymus*, *Athanaſius* Alex. *Baſilius*, *Chryſoſtomus*, *Cyrillus* Alex. *Damaſcenus*, *Didymus* Alex. *Dionyſius* Alex. *Dionyſius* Areopagita, *Epiphanius*, *Euſebius* Cæſareenſis, (*Euthymius* Monachus) *Gregorius Nazianz.* & *Nyſſenus*, *Iſidorus* Peluſiota, *Joſephus*, *Julius Africanus*, *Origenes*, *Severianus* Gabalenſis, *Theodoretus*, *Theophilus* Alex. *Theophylactus*, *Titus* Boſtrenſis. Latini ſunt Alcuinus, Ambroſius, Auguſtinus, Beda, Cyprianus, Damaſus, Fulgentius, Gloſſæ diverſorum, Gregorius I. Papa, Hnymo, Hieronymus, Hilarius, Iſidorus Hiſp.

* Ita inſcribitur in recentioribus editionibus. Sed in antiquioribus video *gloſſam Continuam* vocari, inde dubito jam, Thomaſne ipſe Catenæ vocabulo uſus fuerit, uti ab eo factum ſupra innui. Eſt mihi ad manus editio Anni 1476. fol. ſine loci notatione.

Hisp. Leo I. Papa, Maximus Taurinensis, Petrus Alfonsus, Rabanus Maurus, Remigius.

XVIII. In *Acta Apostolorum* Catenæ vicem exhibet *Oecumenii* incerta ætate scriptoris sed Episcopi Triccæ in Thessalia, & judicio ac perspicuitate commendabilis Commentarius qui cum ejusdem Commentariis similibus *in Epistolas septem Catholicas*, *Epistolas S. Pauli Apostoli*, & cum *Aretha in Apocalypsin* prodiit Græce Veronæ typis luculentis 1532. * fol. Ἐξηγήσεις παλαιὰς καὶ λίαν ὠφελίμους βραχυλογίαν τε καὶ σαφήνειαν λόγου ἐχούσας θαυμαστὴν, ἐκ διαφόρων τῶν ἁγίων Πατέρων ὑπομνημάτων ὑπὸ Οἰκουμένιου καὶ ἀρέθα συλλεχθεῖσας. *In Acta atque Epistolas Catholicas* latine vertit *Jo. Bernardus Felicianus*, cujus interpretatio vidit lucem Basil. 1552. & Venetis 1556. 8. inscripta Alexandro Farnesio Cardinali. Auctores è quibus collecta hæc Catena est, vel qui in ea laudantur, sunt *Acacius*, *Andreas* Cæsareensis Episcopus, *Athanasius*, *Basilius*, *Clemens*, *Cyrillus*, *Dionysius* Alex. *Epiphanii* Cypri Panarium (in Epist. Judæ.) *Eusebius*, *Gennadius*, *Gregorius Naz.* & *Nyssenus*, *Hippolytus*, *Joannes Chrysostomus* è quo plura accepta, tum *Josephus*, *Irenæus* **, *Isidorus*, *Justinus* (in 1. Petr. V.) *Methodius* de resurrect. *Oecumenius* ipse, *Origenes*, *Papias*, *Photius*, *Severianus*, *Theodoretus*, & *Titus*, adversus Manichæos. Ad caput XVII. 23. Actorum affertur inscriptio Athenienſium Θεοῖς Ἀσίας καὶ Εὐρώπης καὶ Λιβύης Θεῷ ἀγνώστῳ καὶ ξένῳ, & XVII. 28. notatur ad *Arati* Poëtæ locum à Paulo respici. Gnosticorum, Naasenorum qui & Lampetiani & Euchetæ, mentio in 2. Petri III. Heracliti item Ephesii & Empedoclis Ætnæi hoc est in monte Ætna extincti sententia de mundo igni perituro. Mentio Nestorii ad 1. Joh. 1.

Commentarium Oecumenii in Acta, † in Epistolas Catholicas & *in Epistolas Pauli* Græce cum latina versione *Johannis Hentenii* Mechlinienſis (Antwerpiæ primum A. 1545. atque eodem anno Parisiis excusa) nitide edidit Federicus Morellus Paris. 1631. fol. 2. Vol. Exstat & Oecu-

* Hæc editio ad manus mihi est, alteram vero Græcam Veronensem A. 1568. Possevino ac Labbeo memoratam nunquam vidi, atque in Caveo pro 1562. legendum 1532. arbitror.

** Irenæus adversus ψευδώνυμον γνῶσιν sive contra Hæreses in 2. Petr. 2. & Epist. Judæ. Ejusdem de Sancto & Blandina Martyribus in 1. Petr. 2.

† Quæ Jac. Billius lib. 1. Observationum sacrarum c. 21. in Henteniana versione Oecumenii ad Acta reprehendit, à Possevino inserta sunt Apparatui sacro T. 2. p. 170. seq.

Oecumenius in Epistolas Pauli ex Latina versione *Maximi Florentini*, monachi Casfinensis, Basil. 1553. 8. duobus Voluminibus. Observatum etiam est *Theoduli* Catenam, sive exegesin in *Epistolam ad Romanos* Basileæ 1537. 4. editam Latine ex *Jo. Loniceri* versione atq; in Orthodoxographis ac Bibliothecis Patrum recusam, haud diversam esse ab hac Oecumeniana.

Commentarium ejusdem *in VII. Epistolas Catholicas* Græce & Latine, cum *Jo. Hentenii* versione & notis *Bartholomæi Coppen*, Rostochiensis, & Gnomologia Oecumeniana prodiit Francof. 1610. 4. Hunc Coppenium male auctorem Latinæ versionis facit Labbeus T. 2. de Scriptoribus Ecclesiasticis p. 133.

XIX. Quanquam Sixtus Senensis tradit Oecumenium similiter cæteros Novi Test. libros & ex Veteri Test. *Octateuchum* illustrasse, nihil tamen horum in lucem hactenus editum est. Quin horum etiam ipsorum in Acta * & Epistolas commentariorum auctorem Oecumenium esse dubitavit Fronto Ducæus, quoniam in Codicibus MSS. quorum alii contractiores alii ampliores editis in Bibl. Regis Galliæ exstant, Oecumenio diserte non tribuuntur, sed tantum vocantur Ἐξηγήσεις ἐκ διαφόρων τῶν ἁγίων πατέρων. Donatus tamen Veronensis qui illos ex MS insigni ac vetusto, quod Matthæo Giberto Veronensi Episc. Johannes Lascaris donaverat, Græcæ edidit ac Clementi VII. inscripsit, & Hentenius qui Latine vertit, argumentis probabilibus ex verbis Commentar. ad c. ult. ad Colos. & ad c. 4. Ephes. contendunt Oecumenio jure adscribi, quorum argumentis assentitur Rich. Simonius lib. 3. Hist. Criticæ N. T. cap. 32. qui observat Auctorum nomina plura in MSS. annotari ex quibus illa Catena collecta est. Quamquam non meram collectionem exhibet illud opus, sed potius Commentarium literalem cum delectu ac judicio ita decerptum ex aliis non Commentariis modo sed forte etiam Catenis antiquioribus, ut auctor ipse sententiam suam quam sæpissime exposuerit: *ce n' est pas une simple compilation, celui qui a fait ce recueil, s' etant principalement appliqué à donner le sens literal du texte qu'il expliquoit, à accommodé à sa maniere les interpretations des Ecrivains qu'il a consultez, ou plutot les autres chaines qui étoient avant lui, les abregeant ou les étendant, selon qu'il le jugeoit à propos.*

Idem Simonius. 465. testatur in Bibliotheca Regia Parisiensi exstare Catenam MStam *in Acta Apostolorum* exaratam ante 600. annos sub titulo: Ἐκ Χρυσοστόμου καὶ διαφόρων, in quo alii quam in Oecumenio laudantur

* Confer Jo. Mariam Svaresium ad S. Nili opuscula p. 640.

dantur scriptores *Ammonius presbyter* quam frequentissime, tum *Didymus*, *Eusebius Emesenus*, *Severus* qui vel vicies *Episcopus* vel *Archi-Episcopus Antiochenæ* appellatur, ut Eutychianus Acephalorum auctor haud dupie innuatur: Theodorus Heracleensis, Theodorus Monachus ac Presbyter, & *Theodotus Ancyranus*. Longe præstantissimam vero Catenam MS. *in Acta & Epistolas Catholicas* servat Collegium novum Oxoniæ Codice LVIII. Jo. Ernesto Grabio præf. T. II. Spicilegii Patrum & Clariss. Collegæ meo Jo. Christophoro Wolfio laudatam, in qua exstant symbolæ *Ammonii*, *Anonymi*, *Apollinaris*, *Arsenii*, *Athanasii*, *Basilii M.* *Chrysostomi*, *Clementis* Alex. *Cyrilli*, *Didymi*, *Dionysii*, *Ephraimi* Syri, *Epiphanii*, *Evagrii*, *Eusebii* Cæsar. *Eusebii* Emeseni, *Euthalii*, *Gregorii Naz.* & *Nysseni*, *Hermæ* (cujus locum exhibet Grabius T. spicileg. p. 303.) *Hesychii* presb. *Josephi*, *Irenæi*, *Isidori* Pelus. *Maximi*, *Nicolai* presb. *Origenis*, *Papiæ* (ἐκ δὲ τῆς ἐξηγήσεως τῶν Κυριακῶν λόγων in Act. l. 21.) *Philonis*, *Severiani*, *Severi*, *Theodori* Monachi, *Theodori* Heracleensis, *Theodoreti*, *Theodori* Ancyrani, & *Theophili* Alex.

In Epistolas Pauli Catena MS. occurrit in Bibl. Bodlejana inter libros Thomæ Roë, quæ in multis quidem cum Oecumenio convenit, in aliis tamen habet plura quam Oecumenius, & auctores paullo distinctius citatos, in aliis pauciora, nusquam enim citatur Photius, & quæ ex Photio apud Oecumenium citantur, in illa Catena absunt, quod non contemnendum antiquitatis argumentum Langbænio visum est, quasi Photiana deinceps demum Oecumenio adscripserit. Vide laudati Wolfii diatribam de Catenis MSS. p. 17. & 31. ubi Prædicat, & magnam partem descripsisse se refert Catenam in Codice 208 ejusdem Bibl. Bodlejanæ MStam *in Epistolam ad Romanos*, sed desinentem in capite VIII. (posterior pars à capite IX. dicitur servari in Bibliotheca Augustana) in qua afferuntur symbolæ *Acacii*, *Anonymi*, *Apollinaris*, *Chrysostomi*, (uno tantum loco memorati) *Cyrilli*, *Didymi*, *Diodori*, *Eusebii*, *Gennadii*, *Isidori*, *Origenis*, *Photii*, *Severiani*, *Theodori*, *Theodoreti*, *Theophylacti*.

De Ἐξηγήσεως *in Epistolas Pauli*, quas è Chrysostomo collegit *Jo. Damascenus*, & in Tomo secundo hujus operum V. C. Mich. le Quien Paris. 1712. fol. edidit, nec non de Commentariis, quas in easdem Epistolas digessit ex Chrysostomo & aliis Patribus selectos *Theophylactus*, dictum à me est alibi, scripta illorum Doctorum, quæ plurima exstant, recensente.

XX. In

In Apocalypsin denicq; non omittenda *Andreæ* & *Arethæ* commentaria. Sub *Andreæ* qvidem *Cæsareæ* Cappadociæ Episcopi nomine Commentarius exstat Macario cuidam qvem fratrem suum ac συλλειτουργὸν vocat, ab auctore inscriptus, librumqve dividens in κεφάλαια LXXII. Hunc *Theodorus Peltanus* vertit, ediditq; Latine Ingolstadii, A. 1574. 4. relatum inde in Bibliothecas Patrum. Sed Græce ac Latine cum ejusdem Peltani versione legitur subjunctus Jo. Chrysostomi ad Novum Testamentum Commentariis, in editionibus Græcolatinis Commeliniana A. 1596. Parisiensi & Francofurtensi. Hic Andreas in præfat. testatur se scriptis usum *Cyrilli* Alex. *Gregorii* Theologi, *Hippolyti*, *Irenæi*, *Methodii* ac *Papiæ*. Citatur & Gregorius Theologus pag. 6. 9. 10. 20 edit. Paris. Epiphanius p. 11. Ejus λόγος εἰς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον. pag. 7. liber de gemnis 134. Irenæus pag. 11. 73. 101. 124. Ἐν τῷ πέμπτῳ λόγῳ & ἔλεγχος τῆς ψευδωνύμου γνώσεως pag. 35. Antipæ martyrium pag. 14. Antipater (Bostrensis) p. 124. Eusebius Pamphili p. 32. Josephus Hebræus p. 36. Methodius 30. Ejus symposium pag. 63. 64. 65. 66. Sermo de resurrectione 124. Papias pag. 67. Antonius eremita pag. 67. 70. Justinus Martyr. pag. 68. Hippolytus pag 70. 75. 101. Basilius Magnus pag. 84. 126. de Simone Mago mentio pag. 71. 75. Historiæ de Juliani & Arianorum persecutionibus pag 99. Non omittendum qvod in Codice MS. bombycino, qvem memorat Clariss. Montfauconus in Diario Italico p 221. Commentarius iste Andreæ Cretensi adscribitur, licet in aliis Codicibus etiam illo cujus idem p. 216. meminit, rectius tribuitur Andreæ Cæsareensi. Ἀνδρέου ἁγιωτάτου Ἀρχιεπισκόπου Καππαδοκείας, τοῦ * πρὸς τῷ Ἀργέῳ, ἑρμηνεία εἰς τὴν Ἀποκάλυψιν. Atq; Cæsareensi diserte tribuitur ab Aretha in cujus commentario ad Apocalypsin sæpius citatur, & pag. 929. dicitur Ἀνδρέας ὁ τῆς κατ' ἐμὲ ** Καισαρείας τῆς Καππαδοκίας ἀξίως τὴν ἐφορείαν λαχών. Videndum diversusne ab utroq; Cæsareensi & Cretensi sit Andreas presbyter, cujus Catenas plures supra memoravi.

Arethas qvi & ipse post Andream Cæsareæ ejusdem in Cappadocia circa A. C. 914. Archi Episcopus fuisse traditur, forte haud diversus est ab Aretha qvi adhuc presbyter Cæsareensis scripsit *de translatione Euthymii Patriarchæ CPol.* A. C. 911. defuncti: neq; improbabilis hæc mihi videtur C. V. Casimiri Oudini conjectura. Idem certe, cujus sermo de Martyribus Guria, Samona & Abibo legitur T. 3. Lipomanni, & apud Surium 15. Nov. Incipit: *Quomodo vester animus se habet, sacer grex.* Ejus in-

Libri 5ti Pars Tertia.


* πρὸς τῷ Ἀργαίῳ ὄρει. Strabo de hac urbe loqvens lib. 12. pag. 538.

** Interpres *ante me*. Sed tum dixisset ὁ πρό ἐμοῦ. Itaqve sensus *Cæsareæ meæ* i. e. in qva Arethas etiam Episcopus fuit.

insigne in Apocalypsin opus συλλογὴ ἡξηγήσεων ἐκ διαφόρων ἁγίων ἀνδρῶν εἰς τὴν Ἰωάννου, τὸ ἠγαπημένου καὶ εὐαγγελιστοῦ Ἀποκάλυψιν, primum Græce prodiit ad calcem Oecumenii, Veronæ 1532. fol. Latine vertit *Jo. Hentenius* Paris. 1547. 8. & post Hentenium *Maximus Florentinus*, Monachus Casinensis Basil. 1554. 1583. 8. & in Bibliothecis Patrum ut Lugdunensi T. IX. Atqve Græce & Latine cum Hentenii versione Fed. Morellus recudi curavit ad calcem Oecumenii Paris. 1631. fol. in Græcis sola Veronensi editione usus, neqve interpreti emendando adhibita industria, cujus nonnullas hallucinationes castigaverat Jac. Billius in observationibus sacris, qvemadmodum Græca ex MS. Bibl. Regiæ Paris. emendatiora dari posse notavit Rich. Simon lib. 3. Hist. Criticæ N. T. pag. 468. Plurima ex Andrea Arethas repetiit, & eosdem etiam citat scriptores, ac præterea Clementem Alex. pag. 911. edit. Veronens. Dionysium Areopagitam pag. 912. 922. 996. Eusebium ἐν τῷ χρονικῷ αὐτοῦ βιβλίῳ pag. 888. ἐν τῷ ὀγδόῳ κεφαλαίῳ τοῦ λόγου τῆς ἐκκλησιαστικῆς ἱστορίας pag. 920. Gregorium Naz. ἐν τῷ πρὸς τὸν λόγον pag. 907. Hippolytum de Antichristo pag. 956. Arii & Macedonii mentio p. 948. Nestorianorum & Eutychianistarum pag. 904. De Nicolaitis p. 898. De regnorum successione p. 971.

XXI. Veterum exemplo recenti ætate Viri docti Catenas hujusmodi expositionum S. Scripturæ sive ex antiqvis Ecclesiæ doctoribus, sive ex recentiorum commentariis composuere, uti ex antiqvis qvidem præter Lipomannum, Corderium, Ghisleriumqve de qvibus jam supra memoravi, *Franciscus Haræus* Ultrajectinus, Canonicus Lovanienses in Bibliis vulgatæ editionis cum scholiis sive expositionibus priscorum Patrum Antwerp. 1630. fol. atqve ante annos non ita multos *Johannes Gregorius* Archidiaconus Gloucestrienses in N. Testamento cum scholiis Græcis è Græcis scriptoribus tam Ecclesiasticis qvam externis, qvod post auctoris fata cum Variis Lect. & Locis parallelis in lucem dedit Jo. Ernestus Grabe, Oxonii 1703. fol. Ex recentibus commentariis *Augustinus Marloratus* Theologus Reformatus Gallus in expositione Ecclesiastica ad Genesin, Psalmos & Cantica utriusqve Testamenti. Esaiam & in Novum Test. qvæ plúribus voluminibus sæpius Genevæ ac Morgiis in lucem edita est in fol. Maxime vero *Matthæus Polus* Londinas, in præclara illa synopsi Criticorum aliorumqve præstantissimorum S. Scripturæ interpretum & Commentatorum in libros Canonicos utriusqve Testamenti, qvæ post primam editionem Londinensem A. 1676. qvinqve ampla volumina in folio, complexa, non Amstelodami modo semel sed Francofurti jam bis in folio & minori typorum charactere semel in qvarto recusa prodiit. Per Criticos notum est intelligi ab eo opus insigne Criticorum sacrorum sive Commentariorum selectorum in sacram scripturam, qvod *Jo. Pearsonii* Episcopi postea Cestrienses auspiciis Londini A. 1660. novem in fol. voluminibus lucem vidit, & postea non sine auctario Amstelodami, atqve hinc cum duorum Voluminum accessione Francofurti recusum est. Simili studio, licet non æqve laudato successu celebriores Romanæ Ecclesiæ commentarios congessit *Johannes de la Haye* in *Bibliis magnis* Paris. 1643. fol. (qvinq; Volum.) *maximisq;* ibid. 1660. undeviginti Voluminibus.

FINIS.




ΜΑΤΑΙΟΤΗΤΟ ΜΑΤΑΙΟΥΤΗΤΟΝ
ΚΑΙ ΤΟΥΤΟ ΜΑΤΑΙΟΥΤΗΤΟ
ΟΜΗΡΟΣ
IO. ALBERTI
FABRICII
BIBLIOTHECA
GRÆCA.

IO. ALBERTI FABRICII,
SS. THEOL. D. ET PROF. PUBL.

BIBLIOTHECÆ GRÆCÆ

VOLUMEN OCTAVUM,

SIVE

LIBRI V. PARS IV. AC PÆNULTIMA,

IN QUA

DE PHILOSOPHIS, THEMISTIO, THEONE, PAPPO, SYRIANO, PROCLO, SIMPLICIO ET ALIIS, NEC NON DE ECCLESIÆ DOCTORIBUS CELEBRATISSIMIS HÆRETICISQUE ET DE IOANNE STOBÆO ATQUE ALIIS LOCORUM COMMUNIUM SCRIPTORIBUS GRÆCIS DISSERITUR.

ACCEDUNT NUNC PRIMUM EDITA MAXIMI PHILOSOPHI, QUEM IULIANUS IMP. AUDIVIT, POEMA ΠΕΡΙ ΚΑΤΑΡΧΩΝ, EUNOMII HÆRETICI APOLOGETICUS: SYNESII DE ARTE MAGNA: PROCLI PHILOSOPHI DE PROVIDENTIA ET FATO AD THEODORUM MECHANICUM ET ALIA QUÆDAM: CHORICII SOPHISTÆ ORATIONES DUÆ, UNA IN FUNERE PROCOPII GAZÆI, ET ALTERA IN SOMMIUM DUCEM: BASILII CUBICULARII NAUMACHICA &c.

HAMBURGI,
SUMTU CHRISTIANI LIEBEZEIT,
M DCC XVII.

BIBLIOTHECA GRAECA

VOLUMEN OCTAVUM.



MAGNIFICO,
NOBILISSIMO AC IURISCONSULTISSIMO
VIRO,
DN. D. BERNHARDO MATFELD,
REIP. HAMBURGENSIS CONSULI
CUM MAXIME PRÆSIDI,

S. D.
IO. ALBERTUS FABRICIUS.



Um superiore anno post interceptum mortalitate summum Virum, & occultatum singulari sapientiæ lumine præradians sidus D. LUCAM BOSTELIUM, propitius magnis Civitatis

hujus votis DEUS *conſtituiſſet* TE, VIR MAGNIFICE, *cui tutela Salutis & cuſtodia Libertatis publicæ cum ampliſſima Dignitate demandata eſſet: præclare memini tanto & tam communi ac volupi gaudio Urbem fuiſſe completam, ut gratulatoribus lætioribus quam* TE *cui gratulabantur, ego Virtutem Tuam cogitans, ſolidius pulchriusque præmium illi ab hoc gaudio, quam ab ipſa honoris, eſſet licet maximus, amplitudine non dubitarem eſſe perſolutum. Itaque & tunc vehementer gaudebam Tua cauſſa, ac Virtutis, quam ab hominibus agnoſci & amari & ferri in oculis, omnium intereſt, ſiquidem jam publico conſenſu apparebat res plane pulcherrimas eſſe fidem, juſtitiam, induſtriam, prudentiam, conſtantiam, humanitatem, quæ in* TE *ſuſpiciebant omnes & admirabantur, & quæ vel ob illas juſtiſſimas laudes ac plauſus & hominum judicia impoſterum ſinguli qui gerere Rempublicam voluerint, cupide exemplo Tuo colent ac conſectabuntur. Nec minus lætabar Reipublicæ gratia, cujus*

Ma-

Magistratibus pariter Civibusque gaudendi causſas Consulatu Tuo ſuppeditatas eſſe maximas longeque juſtiſſimas intelligebam, quas prolixius a me exponi quidem nec neceſſe eſt hoc loco, ſunt enim notæ omnibus qui in hac Urbe non ſunt, & qui ſunt, hoſpites: neque Tibi jucundum, cui magis cordi eſſe ſolet fide ac dexteritate laudes ſupergredi, quam libenter auſcultare vel legere laudificantes, etiamſi veriſſimis encomiis, & conſcientia Tua teſte Te celebrare inſtituerint. Unam tamen cauſſam, pace Tua, non poſſum præterire quæ me ſingillatim, ac quas colo litteras, propius ſpectat, effecitque ut de Magiſtratu Tuo ſimul inaudirem, ſimul ſtudiis ominatus ſim candidam ætatem, & his qui cum Muſis ſe delectant, ſcientiasque & doctrinas utiles ac linguas in hac Urbe vel tractant vel docent, de TE Patrono ac Tutore acclamandum feliciter *eſſe duxerim. Ecquis enim vel laboribus eorum æquius ponat pretium, rectiusve æſtimet ingenia, vel quis melius poſſit decori doctrinarum conſulere, aut libentius ſtudentium favere com-*

modis quam Tu, cui ab omni ætate in ſummis deliciis fuerunt litteræ, non hæ ſeverio-res modo quæ ad Themidos ſacra pertinent, ſed & elegantes illæ quas ab humanitate ſo-lemus appellare, præſertim vero Hiſtoria, cujus amore & ſtudio quantopere ducaris, luculenter teſtatur locuples Tua Bibliotheca, omnis memoriæ omnium populorum præcla-riſſimis inſtructa monumentis, in quibus ani-mum paſcis ſi quid temporis a negotiis vaca-re ſinit Respublica cui totum Te conſecraſti. Quod itaque adhuc mecum feci tacitus, nunc in limine hujus libri, quem Tibi conſecrare auſus ſum, veluti in ara ſuſcipio votum publi-ce pro Tua incolumitate, DEUMque oro, ut per plurimos annos TE ſervet gaudium colu-menque Reip. quam geris, & quas ornas litte-rarum: Conſulatus vero Tuus proſpera feli-citate conſiliorum memorabilis etiam futuræ ætati, ſolida gaudii fundamenta transmittat ad omnem poſteritatem. Scripſi Hamburgi Id. Febr. Anni Chriſtiani cIↃ IↃcc xvII.

AD

AD LECTOREM.

NE multis te differam, LECTOR BENEVOLE, juvat oculis tuis subjicere, quæ in hoc Volumine tibi offeruntur a me pro tenui meo studio, quod ut boni facias, & si quid titubatum a me est, ut fit non modo in bello sed etiam in hisce literis, id pro æquitate tua humaniter feras in homine, iterum iterumque peto a te ac contendo. Ecce igitur:

CAPUT XVIII. De THEMISTIO Euphrada, Themistii ætas & vita p. 1.
De alio Themistio signifero Agnoëtarum p. 5.
Orationum Themistii Philosophi argumenta p. 7. & editiones p. 15.
Index scriptorum in Orationibus Themistii laudatorum pag. 17.
Themistii paraphrases in libros Aristotelis eorumque editiones & interpretes p. 28.
Index scriptorum in illis paraphrasibus citatorum p. 31.
Scripta deperdita Themistii p. 36.
Libanii ad Temistium Epistolæ XVIII. pleræque nunc primum editæ ex MSS. quorum copiam partim D. Godfri-

 do

do Oleario τῷ μακαρίτῃ, partim eruditissimo Viro M. Veisserio la Crose debeo, cum mea versione p. 37.
Locus Themistii de Empedocle illustratus p. 56.

CAPUT XIX. S. BASILII Magni ætas & vita p. 60. scriptores veteres p. 61. & recentes de S. Basilii vita & laudibus consulendi p. 62.
Alii Basilii ultra XXX. p. 63.
Editiones Operum Basilii Magni Græcæ, Latinæ & Græcolatinæ pag. 66. nova promissa C. V. *Juliani Garnerii*, jam prælis ut audio subjecta p. 69. 130.
Basilii M. scripta quæ continentur in editione utraque Græcolatina Paris cum variis observationibus p. 69.
De Epistolis Basilii p. 83. seq.
Scripta Basilii vel quæ sub ejus nomine feruntur, sed quæ in editionibus Græcolatinis non extant p. 89.
Precatio S. Basilii ab Henr. Hammondo edita p. 92. Versionem latinam ego addidi tum in hac tum in iis quæ sequuntur.
Alia e Codice Barocciano p. 93.
Precatio & exorcismus super homine vexato ab impuris spiritibus p. 95.
Quæstiones Eunonii & Apollinaris cum responsionibus S. Basilii p. 100.
Index eorum ad quos Epistolas scripsit & quorum in Epistolis meminit S. Basilius p. 103.
Index Homiliarum & Epistolarum S. Basilii, adscriptis ordine Alphabeti singularum initiis p. 115.

De BASILIO Seleucienſi p. 130. Ejus Homiliæ p. 131. contra Judæos demonstratio p. 133. Acta Theclæ p. 135.
De illis quæ in editione Basilii Seleucienſis Parisienſi desiderantur p. 135.

BA-

BASILII Cubicularii Naumachica, nunc primum Græce edita p. 136.

CAPUT XX. S. GRERORII Nyſſeni ætas & vita p. 143. de Origenianorum dogmatum veſtigiis apud eum obviis p. 144.

Scripta quæ in utraque edit. Pariſienſi Græcolatina extant, cum variis obſervationibus p. 145.

Quæ extant in Appendice Ao. 1618. p. 160.

Scripta quæ in utraque Pariſ. deſiderantur p. 161. ſeq.

Clauſula vitæ Gregorii Thaumaturgi e Codice Seguieriano pag. 163.

Scripta Nyſſeni deperdita pag. 165. Operum quæ exſtant editiones p. 165.

CAPUT XXI. De EUSTATHIO Antiocheno p. 166.

Allocutio ad Imp. Conſtantinum in Synodo Nicæna p. 168.

In Hexaëmeron p. 169.

De engaſtrimytho p. 170.

Fragmenta ex libris Euſtathii deperditis p. 170.

Alii Euſtathii ultra XX. pag. 189.

De SERAPIONE Thmuitano p. 191.

Alii Serapiones 192.

De SOPHRONIO amico S. Hieronymi, & Verſione Græca Catalogi Hieronymiani p. 195.

Alii Sophronii p. 198.

De ſcriptis Sophronii Hieroſolymitani p. 199. ſeq.

CAPUT XXII. de PAPPO Alexandrino Philoſopho & ejus Mathematica collectione p. 203.

Index ſcriptorum in Pappi Mathematica collectione laudatorum p. 206.

De Pappi commentariis Claudii in Ptolemæi magnam Syntaxin. p. 208.
Alii Pappi p. 209.
De THEONE Alexandrino pag. 210. ejus ſcripta pag. 211. ſeq.
Index ſcriptorum in Ptolemæi magna Syntaxi & Græcis ad eam commentariis laudatorum p. 213.
De HYPATIA Theonis filia pag. 219. & ejus ſcriptis p. 221.
De SYNESIO Hypatiæ diſcipulo p. 221.
Ejus ſcripta quæ in Petavii editione exſtant p. 222. ſeq. cum variis obſervationibus.
Index eorum ad quos ſcribit Syneſius p. 230.
Editiones Syneſii p. 231. ſcripta deperdita. id. Alii Syneſii p. 232.
Syneſius Philoſophus ad Dioſcorum de arte magna, nunc primum Græce editus cum verſione Dominici Pizimentii p. 232.

CAPUT XXIII. De EUNOMIO Hæretico p. 248.
Scriptores veteres de Eunomio & contra Eunomii hæreſin p. 250.
De Eunomii ſcriptis p. 251. ſeq.
Eunomii ἔκθεσις quam confutavit Gregorius Nyſſenus libro II. in Eunom. p. 253.
Apologeticus Eunomii a S. Baſilio confutatus & nunc primum editus Græce cum verſione Jacobi Fabricii, Holſati p. 262.
De Eunomii opere contra S. Baſilium deperdito p. 305.
Obſervatio ad duo loca Nyſſeni adverſus Gretſerum pag. 397.

De

De ARIO Hæretico. Duo Arii pag. 307. De Arii ſcriptis p. 309.
Notitia ſcriptorum quibus probatur Patres Ante-Nicænos cum Ario haud ſenſiſſe p. 312.
De PHOTINO Hæretico p. 314. ejus ſcripta p. 316. alii Photini id.
De AETIO Hæretico p. 317. Alii Aëtii p. 318. 330.
Ab Hæretico diverſus Aëtius Medicus p. 319. ejus editiones p. 320.
Index ſcriptorum ab Aetio Medico laudatorum p. 322.
De hæreticis Aerio p. 331. Apollinari ejusque diſcipulis p. 232. præterea de Collutho id. Hieraca p. 333. Lucio pag. 334. Macedonio & Marcello Ancyrano p. 335.
Arii fautores principio proditæ hæreſeos p. 335.

CAPUT XXIV. De aliis Sæculi IV. Scriptoribus hactenus indictis. De Acacio p. 337.
Subſcriptores expoſitionis fidei in Synodo Seleucienſi A. C. 359. id.
Syllabus Epiſcoporum Cæſareæ Palæſtinæ p. 339.
De Alexandro Alexandrino p. 340. Depoſitio Arii, Græce & Latine p. 341.
De Ambroſio Alexandrino, & aliis Ambroſiis p. 342.
De Ammone, Ammona vel Ammonio Monacho Ægyptio p. 343. Anaſtaſia Martyre pag. 344. S. ANTONIO Monacho id. Aquilio Severo p. 347.
De Baſilio Ancyrano p. 347. Creſcentio p. 348. DIADOCHO, Photices Epiſcopo id.
De DIDYMO Alexandrino ejusque ſcriptis editis p. 351. ac deperditis p. 353. De DIODORO Tarſenſi pag. 358. ESAIA Abbate pag. 363. EVAGRIO Pontico pag. 364.

Eusebio Emeseno pag. 366. Eustochio, Eudoxio, Stagirio, Pronoo & Photio Sophistis p. 366. De EUTHALIO, Sulcensi Episcopo p. 367.

De Flaviano Antiocheno p. 370. GELASIO Cæsareensi & Cyziceno aliisque Gelasiis p. 371. Georgio Alex. p. 373. Helladio Cæsar. ibid. De S. HIERONYMO cujus nonnulla Græce versa, & qui ipse plurima de Græco vertit p. 374. Hieronymi alii pag. 375. ubi pro *Christiano Dammio* lege *Daumio*.

Hieronymi Græci φιλοπονία de effectu Baptismi & notis Christiani, Græce & Latine cum versione Fed. Morelli pag. 377. Ejusdem colloquium cum Judæo, cum mea versione p. 384.

De Hosio Cordubensi pag. 399. Jacobo Nisibeno pag. 400. Joanne Hierosolymitano ibid. Julio I. & Liberio Episcopis Romanis pag. 401. De LUCIFERO Calaritano cujus scripta Græce vertit S. Athanasius pag. 402. De Marco Arethusio & Meletio Meliteno pag. 403. Alii Meletii decem pag. 404. Libanii Epistola ad Meletium hactenus inedita Græce & Latine pag. 405. De Nectario Tarsensi pag. 407. Alii Nectarii, ibid. De Nicobulo, ORESIESI, PACHOMIO, pag. 408. De Paulino Antiocheno p. 409. Alii Paulini p. 410. De Petro Alexandrino utroque pag. 411. & Petro Sebasteno pag. 412. De Theodoro Abbate & THEODORO Heracleensi ibid. De Theotimo ac TITO Bostrensi pag. 413. De Triphyllio p. 414.

CAPUT XXV. MAXIMI Philosophi, qui Julianum Imp. docuit, Carmen epicum Astrologicum περὶ ἀναφορῶν sive de electionum auspiciis, nunc primum editum ex Apographo Holsteniano Codicis Medicei, cum versione D. Johannis Rendtorfii, Hamburgensis p. 415.

CA-

CAPUT XXVI. De SYRIANO Philosopho p. 449. Scripta ejus edita ac deperdita pag. 450. Index scriptorum in Syriani Commentariis ad Aristotelis Metaphysica laudatorum pag. 451. De PROCLO Lycio, Philosopho pag. 455. Procli varii Lycio antiquiores pag. 456. juniores pag. 462. Quos præceptores, quos discipulos Proclus habuerit p. 463. De MARINO Neapolitano Philosopho pag. 463. Alii Marini p. 464.

Procli liber *de Providentia & Fato, & eo quod in nobis*, ad Theodorum Mechanicum, nunc primum editus ex versione veteri Guilelmi de Morbeca, Archi-Ep. Corinthi pag 465.

Excerpta ex Libro inedito Procli *de decem dubitationibus circa Providentiam* p. 497.

Excerpta ex libro inedito Procli *de malorum subsistentia* p. 502.

De Hymnis Procli pag. 507. Hymnus in Solem & alter in Musas cum Metaphrasi D. Godfridi Olearii Ἐμμαχάιτα p. 508. Hymni duo in Venerem cum Metaphrasi Hug. Grotii p. 512.

De scriptis Procli editis, Theologia Platonica p. 516. Institutione Theologica ibid. libris II. de motu pag. 517. Hypotyposi Astronomicarum positionum p. 518. Sphæra ibid. Paraphrasi in tetrabiblon Claudii Ptolemæi p. 519. Commentariis in Euclidis librum I. pag. 520. In Hesiodi Opera & dies p. 521. Chrestomathia Grammatica pag. Argumentis XVIII. adversus Christianos de Mundi æternitate pag. Commentariis in Platonis Timæum, pag. in Alcibiadem & Politiam pag. Index scriptorum in Commentariis Procli ad Platonem editis laudatorum pag. Characteres Epistolici p.

De

De effectibus eclipsium Solis & Lunæ p. 547. Scripta Procli inedita p. 548. Deperdita p. 553.

CAPUT XXVII. De S. CYRILLO Alexandrino pag. 553. Alii Cyrilli p. 555.

Præceptoris mei τῦ μακαρίτα Jo. Godofredi Cyrilli sive Herrichen breve elogium pag. 556.

S. Cyrilli Alex. Operum editiones p. 557. Editiones promissæ p. 558. Scripta Cyrilli quotquot in Septem Voluminibus edit. Græcolatinæ Paris. exstant, recensita cum variis observationibus pag. 559. Index Græcus scriptorum Cyrilli, positis literarum ordine singularum homiliarum aliarumque commentationum initiis pag. 572. Index eorum quæ Latine tantum exstant pag. 583. Index scriptorum quæ Cyrilli non sunt sed cum ejus lucubrationibus in editione Joh. Auberti sunt edita ibid. Scripta Cyrilli edita quæ in editione Auberti desiderantur pag. 585. Scripta quæ sub Cyrilli Alex. nomine dubia fide feruntur & in editione Græcolat. Paris. omissa sunt pag. 588. Scripta inedita Cyrilli Alex. pag. 590. Deperdita ibid. Index eorum ad quos vel contra quos scripsit Cyrillus p. 592. Index Episcoporum Alexandrinorum Chronologicus p. 594. Et Alphabeticus p. 598.

CAPUT XXVIII. De PROCLO Constantinopolitano Archi-Episcopo pag. 600. ejusque scriptis editis pag. 601. & deperditis p. 607.

De ASTERIO Amaseno pag. 607. ejusque scriptis editis id. & deperditis pag. 611. Alii Asterii plusquam viginti pag. 612.

De JOANNE CLIMACO pag. 615. De Græcis in Scalam Paradisi commentariis Joannis Raithuemasis, Eliæ Cre-

Cretenſis, Hierothei & Anonymorum p. 617. Editiones & interpretes p. 619.

CAPUT XXIX. De SIMPLICIO Philoſopho, Interprete Ariſtotelis & Epicteti pag. 620. Ejus Commentarii in libros Phyſicorum Ariſtotelis pag. 621. Index Scriptorum in illis allegatorum p. 622. Commentarii in Categorias p. 636. Index Scriptorum qui in illis laudantur pag. 637. Commentarii in libros de Cœlo pag. 643. In libros Ariſtotelis de Anima pag. 644. Et in Epicteti Enchiridion pag. 645. Index Scriptorum in triplicibus illis commentariis citatorum p. 646.

Scripta Simplicii deperdita vel certe inedita p. 664.

Alii Simplicii p. 665.

CAPUT XXX. De JOANNE STOBÆO ejusque Anthologio in quatuor libros diſtributo p. 665. Tituli capitum libri I. & II. ſive *eclogarum* quas mancas Guil. Canterus edidit. pag. 668. Tituli capitum libri III. & IV. (quos ſub *florilegii* titulo habemus cum verſione Conradi Geſneri) adnotatis numeris quadruplicium editionum diverſimode capita computantium p. 675. Editiones Græca & Græcolatinæ Florilegii pag. 685. Numeri Capitum editionis Wechelianæ cum aliis collati editionibus pag. 686. Editiones Latinæ & verſio Germanica & partes quædam ſeparatim vulgatæ pag. 689. Index ſcriptorum a Stobæo in eclogis & florilegio allegatorum pag. 695

De S. MAXIMO Confeſſore p. 728. Operum ejusdem Volumina duo a Franciſco Combefiſio edita recenſentur cum variis obſervationibus pag. 730. Capita Locorum S Maximi Communium p. 691. Index ſcriptorum qui in duobus Voluminibus Operum S. Maximi allegantur p. 741. Scripta S. Maximi quæ in editione Combefiſiana non extant pag. 758. Index ſcriptorum qui citantur in S. Ma-

)( )( )(

S. Maximi Scholiis ad Dionyſium Areopagitam p. 758. in Scholiis ad loca difficilia S. Gregorii Nazianzeni pag. 765.
Index ſcriptorum qui citantur a Joanne Scoto Erigena in libris de diviſione Naturæ p. 765.
Scripta S. Maximi Confeſſoris inedita vel deperdita p. 768. Alii Maximi p. 769.
De S. JOANNE DAMASCENO atque aliis quibusdam Damaſcenis qui cum eo confundi ſolent, pag. 772. Editiones Operum Jo. Damaſceni Græcæ, Latinæ, Græcolatinæ pag. 776. Scripta quotquot in editione præclara Lequiniana exſtant, ſingula recenſita cum variis obſervationibus pag. 778 Index ſcriptorum quos in libris de Imaginibus laudat Joh. Damaſcenus pag. 783. in tomo contra Jacobitas pag. 793. in diatriba de triſagio p. 796. de iis qui in fide dormierunt pag. 801. De Scholiis Græcis ad Odas Damaſceni ineditis pag. 803. Index ſcriptorum in S. Jo. Damaſceni parallelis ſacris ſive Locis Communibus allegatorum p. 806.
Index ſcriptorum in Actis Synodi ſeptimæ, ſive Nicænæ ſecundæ laudatorum p. 786.
De ſcriptis editis Damaſceni vel Damaſceno tributis, quæ in editione Lequiniana non exſtant p. 817.
De ANTONIO MELISSA pag. 821. Editiones ac Capita ejus Locorum Communium pag. 822. Index Scriptorum ab Antonio Meliſſa laudatorum p. 832.
De aliis quibusdam Locorum Communium ſcriptoribus Græcis editis, ineditis ac deperditis p. 838.
CAPUT XXXI. De CHORICIO Sophiſta Procopii Gazæi diſcipulo, ſcriptisque illius ineditis ac deperditis pag. 840. Ejus duæ Orationes nunc primum vulgatæ ex Apographo Holſteniano quod exſtat in Bibliotheca publica hujus Urbis Hamb. una quam habuit in funere Pro-

Procopii Gazæi Magistri sui, pag. 841. cum versione Jo. Christiani Wolfii. Altera in Summum, Ducem pag 763. cum versione Wilhelmi de Hertoge, Hamburgensis.

Hæc sunt quæ præsenti vice exhibere tibi studui, Lector Benevole, non dubitans etiam Indices scriptorum, quos hoc Volumiue passim iterum inserui, utiles acceptosque fore iis, qui hoc literarum genere ducuntur. Nam etiamsi aliquid subinde esset omissum a me in illis, peccatumque, quæ tamen non ita multa fore spero in his, tamen longe maximam partem recte adnotatam æqui & docti judices, boni certe consulent. Equidem ut quantum possem accuratos darem, operam quam potui sine superstitione ac majoris temporis dispendio impendi. Utinam vero viveret Græcantissimus ille *Georgius Fridericus Thryllitius*, cujus schediasma de Bibliotheca Scholiastarum universali adornanda, sed qualem nec animosissimus Bibliopolarum suscipere unquam, etiamsi prælo esset parata, unquam ausit, cives mei inseruere tomo secundo Miscellaneorum Lipsiensium: Vel utinam frater ejus egregius, *Valentinus Hermannus Thryllitius*, Medicus Geithaynensis, cujus Epistolam itidem Lipsienses mei vulgaverunt in fasce LVIII. Diarii, quod sub Novi Musei titulo (Neuen Bücher-Saal) Germanice quotmensibus in lucem edunt, docti fratris vestigiis ita pergat insistere, ut quæ ille molitus est, hic suo studio expolita perficiat, atque Græcarum litterarum latifundia amplificet insigni quadam nec inficianda accessione

sione. Nam hactenus nihil in illis desidero, quam quod confidentiores aliquando sunt, & inter errores computant quod apud Tzetzam ad Lycophronem pro Androcle non lego Menandrum, pro Heliodoro Apollonium: Deinde quod non plura in me reprehendunt. Quid enim ego magnopere accusandus, si non alia pluraque longe habent quæ moneant, quam in universis vægrandibus Eustathii ad Homerum commentariis loca omissa viginti circiter vel triginta: cum annotata sint & posita in indicibus quos exhibui Eustathianis loca ad vicies mille. In cæteris indicibus longe ultra tercentena locorum millia. Omnes qui unquam ab hominum memoria in lucem humana industria prodierunt indices abjicere debemus, præsertim voluminosiorum operum, si propterea statim *tantum non tædet usus*, vel *parum tuta fides* accusanda, quod non ex millenis dicam, sed ex centenis unus locus aliquando vel fugit oculos, vel perperam positus est, etiam typographi culpa, nam & illa imputatur. Tamen magnas illi habiturus sum, & haberi ab aliis velim gratias, sive Thryllitius sive alius accuratiores, quam ego potui, dabit Indices, & hunc laborem, hocque tædium post me, atque eos quorum lucubrationibus usus sum, communis utilitatis causa voluerit devorare: neque intercedam, etiamsi ad hoc maturandum vel ali ac confirmari vel compelli se patietur voluptate me reprehendendi. Vale.

BIBLIO-

BIBLIOTHECÆ GRÆCÆ

VOLUMEN OCTAVUM.

LIBRI V. PARS QUARTA.

CAPUT XVIII.

De THEMISTIO Euphrade.

Themistii Euphradæ ætas & vita. 1. *Alius Themistius, signifer Agnoëtarum.* 2. *Orationes Themistii XXXIII.* 3. *Editiones Orationum.* 4. *Index scriptorum qui in Orationibus memorantur.* 5. *Themistii quæ exstant Paraphrases in varios Aristotelis libros, earumque editiones.* 6. *Index scriptorum in Paraphrasibus ad Aristotelem laudatorum.* 7. *Scripta deperdita Themistii.* 8. *Epistolæ Libanii XVIII. ad Themistium, majorem partem nunc primum editæ Græce & Latinè.* 9.

1.

THEMISTIUS Paphlago a) ex loco ignobili, b) Eugenii c) Philosophi nobilis filius, qvem senem defunctum

a) Innuit hoc Themistius ipse Orat. 2. p. 28. edit. Harduini, qvi hoc in vita Themistii pulchre annotavit, nec non Tillemontius in Historia Imperatorum T. V. p. 816. Jonsius III. 16. de scriptoribus Hist. Philosophicæ, & ante hos G. Remus in Themistii Vita. Adde Themistii Orat. 27. p. 333.

ctum Oratione d) celebravit. Eloqventiæ laude clarissimus, ob eam cognominatus est εὐφραδής, e) non in orationibus modo suis sed in commentariis qvoqve ac paraphrasibus *disertissimus scriptor ac lucidus, & omnia ad facilitatem intelligentiæ revocans.* f) Juvenis admodum, g) cum sub egregia Patris disciplina h) atq; in Ponto Asiæ i) litteris & Philosophia esset imbutus, commentarios

b) Eustathius ad Iliad. γ. p. 306. edit. Basil. ὀδὲν ἐμποδὼν εἰς ἀνδρὸς ἀγαθοῦ γένεσιν φαυλότης πατρίδος. Καὶ τοῦτο ἔδειξε μὲν καὶ ἡ τῶν σοφῶν Θεμίσιον προενεγκαμένη, ὡς ἐκεῖνός πῳ ἴσοιεν. Cave itaqve credas Patricio, qvi Themistium Nicomediensem fuisse putavit p. 141. discussionum Peripateticarum, licet docuit ille aliqvando Nicomediæ, & Orationem XXIV. ibi habuit.

c) Photius in Bibliotheca Codice LXXIV. Πατὴρ δὲ ἦν Θεμιστίου Εὐγένιος, καὶ φιλοσοφήσας. Ad hunc Eugenium Epistola Juliani XVIII. Nescio Patremne an avum innuat per ἀρχηγέτην τῆς αὐτοῦ οἰκίας Themistius, qvem Imperatori Diocletiano charum innuit Orat. V. p. 63. Constantius qvidem Imperator in Epistola qva Themistium Senatui commendat, Parentum etiam ipsius & majorum inserit laudes. Θεμίσιος δὲ inqvit, εἰ χρὴ τἀληθὲς εἰπεῖν, οὐδὲ νῦν ἐμοὶ γέγονε γνώριμος, ἀλλὰ καὶ πάλαι καὶ ἐκ πατέρων. Καὶ τοσοῦτόν μοι γινώσκειν τὸν ἄνδρα περίεσιν, ὥστε ἔχειν καὶ παλαιοτέρας προγόνους αὐτοῦ καταλέγειν, ὧν οἱ παλαιοὶ μέμνηνται λόγοι. Alius Eugenius, qvemadmodum & Themistius alius qvi adversus Jo. Philoponum de resurrectione scripsit, teste Photio Cod. 23.

d) Est illa in Harduini editione Oratio XX. qva Patrem celebrat ut non modo Aristotelicæ, & qvam cum hac conciliandam putabat Platonicæ sed omnis Philosophiæ peritissimum, & vita ipsa ac moribus sapientiam qvam docebat exprimentem. Senem & ἐκλυόμενον ὑπὸ χρόνου obiisse testatur p. 237. Fratrum sub init. Orationis meminit.

e) Εὐφραδὴς vocatur in editionibus Aldina, H. Stephani &c. à Simplicio qvoqve in Aristot. VI. Phys. p. 226. ne alios jam memorem. *Ecphrasten* maluit dicere Hermolaus Barbarus, qvod ecphrasi perspicua Aristotelis libros enarravit. Ab eadem perspicuitate *dilucidi doctoris* cognomentum tulit à Scholasticis, notante Gesnero in Bibl. ac Michaële Neandro in Gnomologia Stobæana p. 70. *Lucidissimum* vocat Marcus Antonius Zimara in contradictionibus & solutionibus ad Themistium. Vide & Acta Erud. A. 1685. p. 461.

f) Boëthius 2. de differentiis Topicis p. 871.

g) Themistius Orat. XXIII. p. 294. Ἐμοὶ νέῳ ὄντι συγγράμματα ἄτλα πεποίηται· ἐμφανίζειν δὲ ἐπιχειρεῖ τὸν νοῦν τὸν Ἀριστοτέλους.

h) Orat. XX. p. 234. Patri defuncto gratias agit, qvod ab eo Aristotelis caliginem edoctus esset dispellere. Hinc Orat. XXIII. p. 294. ait se in Commentariis suis ad Aristotelem τὸν κλῆρον θησαυρίσαι ὃν παρὰ τῶν αὐτοῦ πατέρων διεδέξατο. De hoc parente Themistii Constantius Imp in Orat p. 23. ἓν τὸ ὄνομα εἰπόντα ἀπόχρη δεῖξαι τὴν ἀκροτάτην φιλοσοφίαν καὶ ὅτε χώρᾳ ὅτε ἤθει ὅτε πόλει εὐδαιμίᾳ τῆς Εὐγενίου δέξης ἀνήκοος. &c.

i) Orat. XXVII. p. 332, seq.

tarios in Aristotelem composuit, statim simulac auctore invito in manus hominum venirent, probatos eximiis etiam Philosophis k) atqve diligenter deinde lectos ac laudatos ab iis qvi Philosopho vel intelligendo vel illustrando dederunt operam.

Nicomediæ XX. annos Philosophiæ discendæ impendisse, doctissimus Jonsius scribit pag. 294. de Scriptoribus Historiæ Philosoph. Sed verius est, tot eum annos docuisse CPoli, l) antequam Romam petiit, unde lautissimis licet conditionibus ut ibi doceret, Imperatoris etiam implorata auctoritate invitatus, brevi tamen pòst, CPolin iterum rediit, ibiqve commoratus est, ubi uxorem duxerat, & liberos * procreaverat. Atqve Antiochiæ etiam in Syria, & in Galatia Græca regione m) & Nicomediæ n) versatum se innuit. Qvamvis vero Aristotelis dogmata præcipue profiteretur, unde hunc Philosophum *προστάξασθαι βίστε καὶ τῆς σοφίας in vita ac doctrina sapientiæ ducem sibi constituisse* affirmat Orat. 2. pag. 26. tamen ut Platonicæ dictionis studiosum se ostendit, ita & Pyrhagoræ templa non minus ac Platonis, qvam Aristotelis delubra auditoribus suis aperuisse se testatur Orat. 23. pag. 298. *Ἀφροδίτην ἀεὶ συμπλέκων ταῖς Μούσαις, Venerem & Gratias perpetuo cum Musis conjungere conatus.* Orat. 24. p. 303. *ἀλλ' ἐπικέχυται Ἀφροδίτη, καὶ χάριτες ἐπανθοῦσι & ἐφολκὸν εἶναι*, ut idem loqvitur Orat. 26. pag. 319. *affusa Venus est, ac Gratiæ refulgent, quo velut illecebris hominum animos attrahant.* *Πλάτωνι συνὼν τῷ θειοτέσιῳ, καὶ Ἀριστοτέλει συνδιατρίβων, Ὁμήρου δ' ἔχων δυσαποπαλάκτως, cum divino Platone versor, cum Aristotele habito, ab Homero vix divellor.* Orat. 33. p. 366. Philosophiæ qvidem Platonicæ æqve ac Peripateticæ peritum se demonstravit commentariis ad Platonem, qvorum Photius o) non *τῶν ἔξω* modo, ut Libanii, cujus plu-

k) Orat. XXIII. p. 295. sq. narrat Philosopum Sicyonium (Celsum) senis Chalcidensis, (Jamblichi) discipulum *τὸν ἀτρεκέστατά τε καὶ ἀδολώτατα τῶν ἐπ' αὐτῇ Ἑλλήνων ἀντειληφθέντα φιλοσοφίας*, lectis Themistii commentariis ad ipsum una cum discipulis suis CPolin advolasse, atqve dubiam horum sententiam oraculo Apollinis fuisse confirmatam.

l) Ita rectius locum Orat. XXIII. p. 298. intellexit Harduinus.

* Constantius Epistola ad Senatum p. 22. Cui adde qvod Themistium de obitu filii cognominis solatur Libanius in Epist.

m) Ibid. p. 299. n) Orat. XXIV.

o) Photius Cod. LXXIV. *Εἰσὶ δὲ καὶ εἰς τὰ Πλατωνικὰ αὐτῷ ἐξηγητικοὶ πόνοι.* Ex his suspicor esse qvædam Themistii, laudata Stobæo in florilegio.

res ad eum Epistolæ exstant, sed Christianorum qvoqve ut Gregorii Nazianzeni, cujus est ad eum Epistola CXXXIX. & CXL. qva posteriore eum *βασιλέα λόγων* appellat. Nec minus apud Imperatores gratiosus fuit, *Constantium* qvidem, à qvo florens annis p) in Senatum A. C. 355. cooptatus, atqve iteratis literis A. 361. ad majores honores q) commendatus & ob panegyricum Imperatori dictum statua ærea r) donatus est, atqve Philosophia ejus *ὁ κόσμος τῆς ἑαυτῦ βασιλείας imperii sui ornamentum* † appellata. Apud *Julianum*, cujus ad eum exstant Epistolæ, & à qvo A. C. 362. ornatus est præfectura Urbis CPol. s) apud *Jovianum* & *Valentem*, *Valentinianum*, *Gratianumque*, qvi eum dicentem libenter audierunt, atqve aliqvando in re maximi momenti, ut Valens qvem faventem

p) Idem Photius: Ἐπὶ δὲ Κωνσαντίε ἔτι νέος ἦν, ὑφ' ᾧ καὶ ἐνεταύγη τῇ τῶν Ῥωμαίων γερυσίᾳ ὡς καὶ ἡ πρὸς αὐτὴν τὴν ἐν Ῥώμῃ γερυσίαν ὑπὲρ αὐτῦ παρὰ τῦ Βασιλέως ἀποσαλεῖσα Ἐπιστολὴ δηλοῖ. *Allata est illa Constantii Epistola pro Themistio clarissimo Philosopho, lectaque in Senatu, Kal. Septembr. COSS. Arbetione & Lolliano, legit autem Justinus Clarissimus Proconsul.* Exstat plena magnificarum laudum Themistii Græce & Latine in editione Orationum illius Harduiniana pag. 18-23. Confer Jac. Gothofredum ad Codicem Theodosianum T. 2. pag. 47. seq. & Harduinum ad Orationem Themistii 2 qva Constantio gratias, agit.

q) Lege 12. de prætoribus, in Codice Theodosiano lib. 6. tit. 4. *Themistius quoque Philosophus, cujus auget scientia dignitatem.*

r) Themistius Orat. IV. p. 54.

† Orat. XXXI. p. 354. qvi locus insignis non est prætereundus, cum Themistii qvanta etiam apud insecutos Imperatores fuerit auctoritas, insigniter demonstret: ἀρκεῖ μοι ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΟΣ, (ita pro Κωνσαντῖνος legendum) ὁ κόσμον τῆς ἑαυτῦ βασιλείας τὴν ἐμὴν Φιλοσοφίαν εἰπὼν πολλάκις. ἀρκεῖ βιαθεὶς Ἰκλιανὸς τῆς οἰκημένης καλέσαι πρεσβευτὴν ἄξιον, ὃ μόνον τῆς Καλλιπόλεως, καὶ τὰ πρῶτα φέρεθαι Φιλοσοφίας ἐν γράμμασιν ὁμολογήσας. ἀρκεῖ Οὐαλης ἠτιμθεὶς ὑπὸ τῶν ἐμῶν λόγων πολλάκις. Ἱκανός μοι Γρατιανὸς, σεμνυνόμενος πρὸς Ῥωμαίυς, ὡς αὐτὸς αὐτοῖς γεγονὼς τῆς ἐμῆς ἐπιδημίας. Ἀντὶ τῶν ὑψηλοτάτων θρόνων ποιῆσαι τὰς τῦ Θεοειδεσάτυ Θεοδοσίε φωνὰς τὰς πρώην ὑμῖν ἀναγνωσθείσας.

s) Svidas in Θεμίσιος, cui addendum tetrastichon præmissum editioni Aldinæ operum Themistii: Θεμισίε σίχοι εἰς ἑαυτὸν, ὅτε ὕπαρχον αὐτὸν ἐποίησεν ὁ Βασιλεὺς Ἰκλιανός.

Ἀντυγος αἰθερίης ὑπερήμενος εἰς πόθον ἦλθες
Ἀντυγος ἀργυρέης ἆσχος ἀπειρέσιον.
Ἤθα κάτω κρείσσων. ἀναβὰς δ' ἐγένυ μέγα χείρων.
Δεῦρ' ἀνάβηθι κάτω, νῦν γὰρ ἄνω κατέβης.

tem Ariano dogmati à perſeqvendis t) Catholicis dehortatus eſt, illi ſunt obſecuti: maxime vero apud *Theodoſium* M. qvi munificum ipſi ſe præbuit u) & Præfecti Urbis CPol. dignitatem iterum obtulit Kalendis Sept. A. C. 384. x) atqve in Occidentem profecturus Arcadium Filium y) ipſi commiſit informandum. Theodoſii γραμματεὺς dicitur Themiſtius à Joanne Tzetze Chiliade VI. verſu 329. Ipſe qvidem Orat. XXI. ad Senatum CPol. pag. 352. teſtatur per qvadraginta fere annos operam ſuam collocaſſe gerendæ Reip. atq; obeundis legationibus, qvi ſi ab anno 347. qvo Imp. Conſtantium primum affatus eſt, computentur, adhuc in vivis fuit A. C. 387. Ac ſenem ſe atqve ætate confectum jam ſæpius deponendo qvod geſſit numere cogitaſſe ſcribit Oratione XVI. qvum A. 383. habuit, ſub init. Πολλάκις ἐβουλευσάμην κατ' ἐμαυτὸν, ὅτι μοι καὶ τὸ σῶμα πεπονηκὸς, καὶ τὸ γῆρας ἐπιδιδὸν, καταθετέον ἤδη τὴν πινακίδα, καὶ ἀφεκτέον τὸ διοχλεῖν ἐπὶ τὰς βασιλέως ἀκοὰς ἐπὶ τοῖς λόγοις.

II. Alius Themiſtius, ſignifer Agnoëtarum.

Cum hoc Themiſtio confundendi plurimis recentioribus auctor fuit Nicephorus XVIII. 50. Themiſtium alterum longe juniorem, neqve ut ille à Chriſti ſacris alienum, * ſed Diaconum Alexandri-

 num,

Hoc ita Latine Juſtus Lipſius ad Senecæ Epiſt. LXVIII.

Ætherea in ſella poſitum te cura ſubivit
Sellæ argentatæ. Proh pudor & macula!
Major eras humilis; minor es nunc, ſublimatus.
Deſcende, ut poſſis ſcandere nunc iterum.

In Planudæ Anthologia Epigrammatum Græcorum lib. 2 p. 274. hi verſus non tribuuntur Themiſtio ipſi, ſed Palladæ: nec ſub Juliano ſed ſub Valentiniano ac Valente præfectus CPolis Themiſtius fuiſſe traditur, Παλλαδᾶ εἰς Θεμίςιον τὸν φιλόσοφον, γενόμενον Κωνσταντινουπόλεως ὕπαρχον ἐπὶ Οὐαλεντινιανοῦ καὶ Οὐάλεντος. Sed Aldinæ inſcriptioni Svidas, ut dixi, teſtimonio ſuo ſuffragatur.

t) Socrates IV. 32. Sozomenus VI. 36. Tripartita VIII. 12. Nicephorus XI. 46. Hiſt.

u) Themiſtius Orat. XXIII. p. 292.

x) Vide Harduini notas ad Orationem XVII. qva Imperatori gratias agit Themiſtius.

y) Themiſtius Orat. XVIII. p. 224. licet hoc incredibile videtur Tillemontio in vita Theodoſii c. 13 & nota 14. T. 5. Hiſtoriæ Imperator. p. 493. 948

* Hallenſes Obſervatt. ſelect. Tom 1 Obſ. 15. Nicephori ſententiam audacter defendunt, diſputantqve Themiſtium Philoſophum, fuiſſe utiqve Chriſtianum, atqve

enn-

num, z) qvi auctor fuit sectæ, qvam à dogmate qvo CHristum Λόγον multa ignorare contendebant, Agnoëtas alii a) appellant, Damascenus hæresi LXXXV. *Themistianos.* Theodori Monachi Alex. ἔλεγχον adversus hunc Themistium, & Themistii qvi & Καλώνυμον se appellavit (Καλωνύμε ἔ κὰ Θεμιςίε) ἀπολογίαν ὑπὲρ ἔ ἐν ἁγίοις Θεοφοβίε, & μονόβιβλον *adversus Theodorum*, qvem Theodorus tribus aliis libris confutavit, memorat Photius Cod. CVIII. Idem Cod. XXIII. testatur Themistium *pro resurrectione* mortuorum scripsisse *adversus Johannem Philoponum.* De Themistii hujus opere *adversus Coluthum*, & *antirrheticis adversus Theodosianos*, memoratis in Actis Synodi VI. & in Concilio Lateranensi, atqve à S. Maximo in tomo dogmatico adversus Heraclii ecthesin, vide Cotelerii notas ad T. 3. monumentor. Ecclesiæ Græcæ pag. 641. seq.

III. Oraeundem Agnoëtarum promachum, deinde vero alium juniorem ejusdem nominis extitisse, qvi hæresim illam resuscitaverit, atqve de hoc loqvi Liberatum in breviario, Sophronium Patriarcham Hierosol. in Epistola Synodica, aliosqve. Sed non possum mihi persuadere qvenqvam qvi Themistii Philosophi scripta evolvit, vel juniorum Ethnicorum scriptorum eum laudentium loca considerat, serio posse affirmare, eum CHristi sacris addictum fuisse. Argumenta vero qvæ pro isto paradoxo afferuntur, levia sunt. Nam si ob Nazianzenii ad Themistium Epistolas Christianus erit Themistius, qvidni & Libanium Christianis adscribemus, cui ita familiariter scripsit non Nazianzenus modo sed & Nyssenus, Basilius, Chrysostomus. Omitto cætera neutiqvam fortiora, tantum noto pag. 184. Hallenses bis calami errore pro Socrate Eusebii nomen posuisse.

z) Liberatus breviario c. 19. *Timotheus Episcopus Alex. magis sententiam Severi* (Eutychiani) *secutus est. Cui cum diceret Themistius Diaconus ejus, si corpus CHristi corruptibile est, debemus eum dicere & aliqua ignorasse, sicut de Lazaro.* Respicit verba Joh. XI. 34. *ubi posuistis eum*, de qvibus conferendus Suicerus T. 2. thesauri p. 208. & Mich. le Qvien ad Damascenum de hæresibus T. 1. pag. 107. Cæterum Timotheus iste jam A. C. 535. diem obiit, unde fallitur præstantissimus Caveus, qvi Themistium ejus Diaconum refert ad A. C. 605. Rectius Harduinus ad A. C. 519.

a) De Agnoëtis præter Damascenum qvi singulari etiam scripto illos oppugnavit, aliosqve jam laudatos consulendi Eulogius apud Photium Cod. 230. pag. 464. seq. Leontius de sectis πράξει qvinta p. 474. & Gregorius M. lib. VIII. Epistola 42. ad Eulogium. E recentioribus B. D. Justus Fewerbornius de Agnoëtismo veteri ac recenti T. VIII. dispp. Giessensium Jo. G. Dorscheus Theol. Zachariana parte 1. §. 237. seq. Jo. Forbesius instruction. Historico Theol. III. 19. Petavius dogm. Theol. de Trinitate pag. 113. & de incarnatione p. 79. edit. Paris. & lib. XI. cap. 1. Breviter Honorius Augustodunensis: *Agnoita ab ignorantia dicti. Hi dicunt quod CHristi Divinitas ignoret futura de die novissimo.* Similia Isidorus Hisp. VIII. 5. Originum, Victor Tununensis pag. 8. seq. Chronici, Rabanus Maurus lib. 2. de institutis Clericorum c. 58. &c.

III. Orationes Themistii Philosophi, qvotqvot exstant in editione locupletissima Harduiniana.

1. Περὶ φιλανθρωπίας, ἢ Κωνσάντιος. De humanitate & clementia *Imp. Constantii*, qvem primum allocutus est Ancyræ in Galatia, A. C. 347. adhuc juvenis, διόπερ, ut in præmisso scholio annotatum est, οὐδὲ πάνυ κρατεῖ τῆς ἰδέας. *Ideo dicendi characterem non prorsus obtinet.* Incipit: νῦν σοι πρῶτον εἰσέρχεται λόγος, ὦ Βασιλεῦ. Edita primum ab Harduino, ex apographo *Dionysii Petavii*, cum ejusdem versione Latina, pag. 1.

CONSTANTII Imp. Epistola ad Senatum Romanum missa A. C. 355. qva illis Themistium commendat. pag. 18. Hanc primus cum versione sua ediderat atqve orationibus qvibusdam Themistianis præmiserat *Petrus Pantinus* Lugd. Bat. 1614. 8. recensuere versionem *Petavius* ac *Gabriel Cossartius*.

2. Εὐχαριστήριος sive Gratiarum actio ad Imperatorem à qvo commendatus fuerat, dicta in Senatu, eodem Anno 355. Incipit: ἀρ' ἂν ὑμῖν, ὦ ἄνδρες, δοκοίην χρέως ἀποστερῶν. pag. 24. Eam primus Græce vulgavit *Henricus Stephanus* inter Themistii orationes decimo qvarto loco. Græce & Latine *Georgius Remus* Augustanus primam inter Orationes sex Augustales, Ambergæ in Palatinatu Ao. 1605. 4. Cum nova versione sua dedit *Petavius* in utraqve editione, Flexiæ 1613. 8. & Paris. 1618. 4. decimo qvarto loco. Fallitur autem in notis idem Remus, atqve ante eum Jacobus Cujacius lib. XVI. Observatt. cap. 15. qvum putant hac Oratione gratias egisse Themistium Constantio pro commendatione qvæ exstat in Codice Theodosiano lib. 6. tit. 4. de prætoribus lege 12. qva Imperator vult Themistium adesse in designandis ex S. C. Prætoribus, & jus habere suffragii. Sed illud rescriptum multis annis post datum est A. C. 361. ut Jac. Gothofredus pridem monuit.

3. Πρεσβευτικὸς, Oratio in Legatione ad Constantium Imp. pro Urbe CPol. A. C. 357. habenda Romæ, sed transmissa tantum, Themistio CPoli ob hiemis asperitatem subsistente. Incipit: Ἐγὼ μὲν δὴ ἄλλῃ πόλει δυνατόν, pag. 40. Hæc est corona qvam se Imperatori texuisse dicit Themistius Orat. 4. pag. 54. ænea statua ideo ab eo honoratus. Primus ex apographo Petaviano edidit Harduinus cum *Petavii* versione. Hanc ni fallor orationem respicit laudat-

datqve Libanius Epistola ad Themistium qvinta ex illis centum qvas honoratissimus Collega meus J. C. Wolfius vulgavit.

4. Εἰς τὸν αὐτοκράτορα Κωνσταντιον. De eodem Constantio, qvi illo anno 357. Romæ triumphavit, Oratio dicta CPoli in Senatu. Incipit: Αἰγύπτιοι τὴν Ἀθηνᾶν. p. 49. Primus ediderat Græce *H. Stephanus*, tertiam decimam ordine: deinde *G. Remus* secundam inter sex Augustales cum sua versione, deinde cum nova interpretatione *Petavius* itidem decimam tertiam in editione utraqve.

5. Ὑπατικὸς, Consularis ad Jovianum Imp. A. C. 364. dicta primum Dadastanis coram Imperatore, cui eo cum aliis senatoribus obviam progressus fuit: deinde iterum audiente populo CPoli, ut narrat Socrates III. 26. Hist. Incipit: Βασιλεῦ, τὸ μὲν ἐπαινεῖν σε. pag. 63. Etiam hanc primus H. Stephanus vulgaverat Græce, ordine duodecimam: G. Remus cum versione sua tertiam, Petavius in utraqve editione cum nova sua versione duodecimam. In hac Oratione pag. 67. seq. exstat celebris locus de hominibus per vim atqve leges ad certam religionis formulam non cogendis, qvem allegat Socrates III. 25. Nicephorus X. 42.

6. Φιλάδελφοι, ἢ περὶ φιλανθρωπίας, de fratrum Valentiniani senioris ac Valentis concordia & laudibus Oratio, post Joviniani mortem dicta mense Decembri A. C. 364. Incipit: ἐδεπώποτε, ὦ βασιλεῖς. p. 71. Primus Græce è Bibl. Regis Christianissimi cum versione sua, sed sub falso *Synesii* nomine & minus emendate *Federicus Morellus edidit* Paris. 1604. 8. Hinc cum nova sua *Petrus Pantinus* pag 81. deinde cum Fed. Morelli versione Petavius in editione Flexiensi qvintam decimam, in Parisiensi decimam sextam cum versione Pantini, qvam prætulit etiam Harduinus.

7. Περὶ τῶν ἠτυχηκότων, ad Valentem Imp. Procopii tyranni victorem, pro his qvi per illos tumultus in calamitatem inciderant. Incipit: Θοιμαί σε θαυμάζειν. p. 84. Dicta A. C. 367. totaqve eo comparata, ut à crudeli vindicta Imperatorem retraheret. Locum Salomonis Proverb. XXI. 1. laudat hoc pacto pag. 89: Ἀλλ' ἐγώ ποτε ὑπηθύμην καὶ τῶν Ἀσσυρίων γραμμάτων * ταυτὸ τοῦτο κομιζομένων, ὡς ἄρα ὁ νοῦς τοῦ Βασιλέως ἐν τῇ τοῦ θεοῦ παλάμῃ δορυφορεῖται. Καὶ

* Non puto esse dubitandum qvin per Ἀσσύρια γράμματα sacri Scriptores Hebræi intelligantur, licet in alia omnia abeat Harduinus.

καὶ δεῖ τὸν κίνδυνον ὁρᾶν, πηλίκῳ αὐτῷ πρὸς ἀλλοτρίαν τοῦ θεοῦ πρᾶξιν ὁρμήσαντι ἐκπεσεῖν τῆς χειρὸς τῆς φυλαττούσης. *Ego vero quam eleganter hoc ipsum Assyriorum literis proditum animadverti*, Regis animum in manu DEI custodiri. *Unde ei quantum immineat periculi providendum, ne si ad agendum aliquid, quod à DEo sit alienum, feratur, custodiente se DEI manu excidat.* Hanc orationem primus Græce vulgavit H. Stephanus: Græce & Latine cum versione sua G. Remus qvartam inter Themistii Augustales, Petavius septimam in utraqve sua editione, cum nova interpretatione.

8. Πενταετηρικὸς Qvinqvennalis, qvinto anno Imperii Valentis, sive A. C. 368. Incipit: περὶ φύσεως βασιλικῆς. pag. 101. Primus cum versione sua vulgaverat *Petrus Pantinus* pag. 11. & cum eadem versione Petavius in Parisiensi editione Anni 1618. numero decimam septimam. Sed Harduinus exhibet emendatam, auctamqve è Codice MS. per *Gabrielem Cossartium.* Sub initium hujus Orationis Themistius laudat Philosophiam, seqve defendit, τὸ διαβεβλῆσθαι ἀπωθύμενος τῶν σοφιστῶν, ut loqvitur pag. 103. Cætera laudibus Imperatoris virtutis ac clementiæ dicata sunt.

9. Προτρεπτικὸς Οὐαλεντινιανῷ νέῳ. Adhortatoria ad Valentinianum juniorem, trium vel quatuor annorum puerum, dicta A. C. 369. Incipit: ὦ παῖ δυοῖν ἀηττήτων πατέρων. pag 120. Primus ediderat H. Stephanus Græce, undecimam ordine: hinc utraqve lingua G. Remus sextam, Petavius cum nova versione, in utraqve editione sua undecimam. Themistio institutionem hujus Principis commissam patet ex pag. 124. συμπαιδαγωγήσασι δέ σε ἐμοὶ Πλάτων ὁ κλεινὸς καὶ ὁ θειότατος Ἀριστοτέλης, οἳ καὶ τὸν μέγαν Ἀλέξανδρον, ἐπαιδαγώγησαν.

10. Ἐπὶ τῇ εἰρήνῃ, de pace Gothis data, ad Valentem Imp. A. C. 370. Incipit: ᾠμην ἐγώ σοι κατακορὴς. pag. 129. Hanc qvoqve orationem, in cujus exordio ait Imperatorem à se velut annuum tributum, anniversariarum orationum pensationem flagitare, primus ediderat Græce H. Stephanus ordine decimam: Græce & Latine qvintam inter Augustales G. Remus, Petavius in utraqve editione cum nova versione sua decimam. Meminit Themistius pag. 133. suorum περὶ φιλανθρωπίας λόγων, qvibus Imperatori difficulter qvidem, at persuaserit tamen ut pacem præferret bello.

11. Δεκετηρικὸς, Decennalis, qvinto anno Imperii Valentis, A. C. 373. περὶ τῶν πρεπόντων λόγων τῷ Βασιλεῖ. Incipit: ἆρα ὥσπερ σέφανοι. pag. 141. Primus edidit Harduinus ex apographo & cum versione Petavii. In hac qvoqve Orat. pag. 147. locum Proverb. XXI. 1. laudat his verbis: ἄλλα τε ἡγάσθην πολλάκις τῶν Ἀσυρίων γραμμάτων. Ἀτὰρ ἦν καὶ τοῦτο θαυμαστῶς ἄγαμαι καὶ ἐπαινῶ. λέγει γάρ πῃ ἐκεῖνα τὰ γράμματα, τὴν τοῦ βασιλέως καρδίαν τῇ τοῦ Θεοῦ παλάμῃ δορυφορεῖσθαι.

12. *De religionibus*, ad Valentem Imp. Oratio dicta non ut Harduino videtur A. C. 374. sed potius 364. vel 365. hauddiu postqvam habenas Imperii Valens suscepisset, ut colligas ex p. 155. C. Prodiit Latine ex versione *Andreæ Dudithii* ad calcem sex orationum Augustalium à G. Remo illustratarum, qvi Græca reperire se potuisse negat. Neqve Petavius postea reperit, * nec Harduinus: Petavius vero edit. priore num. XVII. posteriore num. XX. ex ingenio suo Græcam tantisper versionem suam substituit, insertis passim qvæ in Orat. V. sive Consulari ad Jovianum, iisdem verbis Themistius dixerat, laudans Imperatoris edictum qvo liberum reliqvit suo qvemqve judicio in colenda religione uti. At ab hac sententia longe postea Valens discessit, Arianorum ita fautor ac Patronus, ut Catholicos graviter etiam persеqveretur. Alter vero Themistii λόγος προτρεπτικὸς, qvo ab illa etiam persecutione Socrates IV 32. & Sozomenus VI. 36. ** Valentem scribunt revocatum esse, intercidit, ut recte Baronius ad A. C. 374. num. IX. falli-

* In Hallensium nova Bibliotheca Germanice edita sect. XXXIX. pag. 733. emendandum, 1) qvod Andream Guditorium appellat, qvi est Andreas Dudithius. 2) qvod Harduinus Orationem illam in Themistio suo omiserit & Plinio suo inseruerit. 3) qvod editionem silentio Harduinus obliteraverit.

** Ut de argumento illius Orationis constet, verba Sozomeni ut à Cassiodoro in Hist tripartita VIII. 12. sunt Latine expressa, adscribam: *Interea Valens in Antiochia Syriadegens, Consubstantialitatis cultores vehementer fuisset persequutus, nisi eum liber (λόγος) Themistii Philosophi revocasset, in quo peroraverat eum esse non oportere crudelem propter discordiam Ecclesiasticorum dogmatum: quando etiam apud Paganos plus quam trecentarum sectarum differentia videretur, & unusquisque pro dogmate proprio in sententia diversa consisteret. Et forte hoc DEo gratum magis esset, dum non facile cognoscitur, & diverso modo glorificatur, ut unusquisque amplius timeat, dum integritatem ejus scientiæ, vel quomodo aut qualis quantusque sit, magis ignorat. His ergo Themistii ratiocinationibus aliquanto mitior factus est Imperator.*

falliturqve Pagius qvi hanc à Dudithio versam à Socrate innui putavit. Fallitur etiam in eo, qvod illam post Baronii mortem demum à Dudithio editam affirmat. Multis enim ante Baronium annis diem Dudithius obiit.

13. Ερωτικὸς ἢ περὶ καλλους βασιλικοῦ, Amatoria, sive de pulchritudine Imp. Gratiani, dicta Romæ A. C. 377. Hanc primus edidit Harduinus ex apographo Petavii, cum ejusdem & (qvoad extremam partem) Gabr. Cossartii versione. Incipit: Σωκράτης ὁ Σωφρονίσκου. pag. 161.

14. Πρεσβευτικὸς dictus in Legatione ad Theodosium, Imperii Collegam à Gratiano adscitum. A. C. 379. Incipit: Ἕως μὲν ὦ θεοσεβέστατε. pag. 180. Primus ediderat Petrus Pantinus pag. 104. cum versione sua, qvam Gabriel Cossartius emendavit. Exstat & in editione Petaviana utraqve, numero XVIII.

15. Τίς ἡ βασιλικωτάτη τῶν ἀρετῶν, Ad Theodosium de justitia & beneficentia, dignissima Principe virtute. Incipit: ἆρα ἔστι τις Ὁμήρῳ τῷ γενναίῳ. pag. 184. dicta A. C. 381. tertio Theodosii anno, ut diserte meminit pag. 391. Primus edidit Harduinus ex apographo Petaviano, cum ejusdem versione.

16. Χαριστήριος τῷ Αὐτοκράτορι ὑπὲρ τῆς εἰρήνης, καὶ τῆς ὑπατείας τοῦ στρατηγοῦ Σατορνίνου. Gratiarum actio ad Theodosium M. de pace A. C. 382. cum Athanarico Gothorum Rege, & de Consulatu qvem in annum proximum 383. qvo Qvinqvennalia Theodosius celebravit, contulit in Magistrum militum Saturninum. Incipit: Πολλάκις ἐβουλευσάμην κατ' ἐμαυτόν. pag. 199. Etiam hanc primus ex Petavii apographo una cum ejus versione vulgavit Harduinus. Exstat & MS. in Bibl. Cæsarea, ex qvo Codice eam publicare constituerat Lambecius in supplemento Corporis Historiæ Byzantinæ. Vide illum lib. V. de Bibl. Vindob. pag. 14. Laudavit etiam Valesius ad Sozomenum VII. 6.

17. Ἐπὶ τῇ Χειροτονίᾳ τῆς πολιαρχίας. Ad Theodosium, cum *præfectus Urbis* CPol. ab eo creatus est Kal. Sept. A. 384. Incipit: Ἐπανήγαγεν αὖθις διὰ μακροῦ χρόνου τὴν φιλοσοφίαν. pag. 213. Primus & hanc Harduinus è Petavii apographo edidit, addita Latina *Gabrielis Cossartii* versione.

18. Περὶ τῆς φιλησυχίας τοῦ βασιλέως. De Imp. Theodosii (à qvo ad dicendum invitatus fuerat) audiendi cupiditate, cæterisq;

virtutibus. Incipit : ἆρα ὅσις εὐδόκιμος εἶναι ἐπιθυμεῖ. pag. 216. Habita anno imperii Theodosiani sexto, hoc est A. C. 384. ut diserte tradit pag. 217. D. Primus ediderat Græce *Aldus* inter Orationes octo *Themistii* sextam, una cum commentariis ejus in Aristotelem. Venet. 1534. fol. Latine vertit illas octo orationes *Hieron. Donzellinus*, Basil. 1559. Est etiam sexta in Græca H. Stephani & utraqve Græcolatina Petavii editione, qvi novam versionem suam adjunxit, ab Harduino qvoqve servatam.

19. Ἐπὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ αὐτοκράτορος Θεοδοσίου. De Clementia Imp. Theodosii Oratio dicta in Senatu. Incipit: Λυκοῦργον τὸν Σπαρτιάτην. p. 225. Est hæc qvinta in Græcis Aldi & H. Stephani, Latina Donzellini, & Græcolatinis Petavii editionibus, qvi post Donzellinum melius vertit. Baronius eam refert ad A. C. 388. atqve ad veniam qvam Theodosius dedit illo tempore Antiochenis tumultuantibus. Petavius & Harduinus ad A 385. qvorum notas, si placet, consule. Etiam in hac Oratione p. 229. laudat Themistius dictum Proverb. XXI. 1 πεπίστευκε γὰρ εὖ ποιῶν (ὁ Θεοδόσιος) τῷ λόγῳ τῷ Ἀσσυρίῳ, ὃς τὴν καρδίαν τοῦ βασιλέως λέγει, εὖ λέγων, ὅτι τῇ τοῦ Θεοῦ παλάμῃ δορυφορεῖσθαι.

20. Εἰς τὸν αὐτοῦ Πατέρα, in Patris sui Eugenii obitum. Incipit: Θρήνους μὲν δὴ ᾄδειν καὶ ὀδυρμούς. pag. 233. Hæc secunda est in Aldi & Henrici Stephani Græcis editionibus, atqve in Latina Donzellini, & in Petavii qvi nova versione donavit Græcolatinis.

21. Βασανιστὴς * ἢ Φιλόσοφος. Explorator sive Philosophus, Apologiam pro se studiisqve suis continens, qvod Philosophi partes non Sophistæ impleverit. Incipit: ἄνδρες ὅσοι συνελέγητε. Hæc in Aldi cæterisqve editionibus, qvas jam memoravi, prima est ac familiam ducit, latineqve versa est post Donzellinum à Petavio.

22. Περὶ

* Ludovicus Cresollius in theatro Rhetorum parte 1. c 3. putat Themistium in animo habuisse, atqve titulo Orationis hujus expressisse locum Clementis Alex. 1. Strom. pag. 291. ὁ δὲ πρὸς τὸν βίον ἀναφέρων ἕκαστα τὸν ὀρθὸν, ἔκ τε τῶν Ἑλληνικῶν καὶ τῶν Βαρβαρικῶν, ὑποδείγματα κομίζων, πολύπειρος ὢν τῆς ἀληθείας ἰχνευτὴς, καὶ τῷ ὄντι πολυμήτις δίκην τῆς ΒΑΣΑΝΟΥ λίθου. Ἡ δ' ἐστὶ Λυδὴ, διακρίνειν πεπιστευμένη τὸ νόθον ἀπὸ τοῦ ἰθαγενοῦς χρυσίου, καὶ ἱκανὸς ὢν χωρίζειν ὁ πολυίδρις ἡμῶν καὶ γνωστικὸς, ΣΟΦΙΣΤΙΚΗΝ μὲν ΦΙΛΟΣΟΦΟΥ, κομμωτικὴν δὲ γυμναστικῆς &c. Res pulchre convenit, licet non sit ita Clementi singularis, ut ad ejus verba respexisse Themistium vel necesse sit vel verisimile.

22. Περὶ φιλίας, insignis Oratio de Amicitia sive amico deligendo colendoqve, & ab adulatore distinguendo. Incipit: τί δήποτε ὦ μακαρίοι. pag. 264. Hæc in Aldi, H. Stephani, Donzellini, & qvi post hunc transtulit Petavii editionibus tertium locum occupat, sed in calce mutila est. Exstat MSta (nescio an integrior) Venetiis in Bibl. S. Marci, teste Clariss. Montfaucono in Diario Italico pag. 24.

23. Σοφιστής, Apologia qva Sophistæ characteribus, qvales in Sophista describit Plato, à se remotis, Sophistam se esse negat, atqve genuinorum vestigia Philosophorum studiose ac diligenter sectatum se demonstrat. Incipit: ἆρα οἴεσθέ μοι, ὦ ἄνδρες. p. 282. Hæc qvarta est in editionibus Aldina, Stephani, Donzellini & qvi post Donzellinum vertit Petavii.

24. Προτρεπτικὸς Νικομηδεῦσιν εἰς φιλοσοφίαν, Adhortatoria ad Philosophiam cum eloqventia conjungendam, Nicomediæ habita. Incipit: ἀλλὰ καὶ Πρόδικός ποτε καὶ Γοργίας. pag. 300. In Aldina nec non H. Stephani, Donzellini, & qvi post eum latine interpretatus est Petavii editionibus septimum locum occupat.

25. Πρὸς τὸν ἀξιώσαντα λέγειν ἐκ τοῦ παραχρῆμα. Ad eum, à qvo erat, ut extempore diceret, rogatus. Incipit: ἀλλ' εἰ καὶ σφόδρα ἦν σοφὸς ὁ Φειδίας. pag. 309. Hæc ultima est ex illis qvas Aldus Græce edidit, octava etiam in Græca H. Stephani, Donzellini Latina, & Græcolatina utraqve Petavii, qvi post Donzellinum Latine vertit.

26. Ὑπὲρ τοῦ λέγειν, ἢ πῶς τῷ φιλοσόφῳ λεκτέον. Qvomodo dicere debeat Philosophus, vel: non solum Sophistis sed Philosopho etiam publice in Auditorum corona verba facere licere. Incipit: Οὐ δήπου με τὰ θέατρα ἔτως ἀγαπᾶν ἡγεῖσθε, pag. 312. Primus edidit una cum προθεωρίᾳ, vertitqve Petavius decimam sextam in editione Flexiensi Ao 1013. 8. deinde cum nova versione sua Petrus Pantinus, Lugd Bat. 1614. 8. pag. 45. Habes & in altera Petaviana editione, decimam qvintam. Petavii, non Pantini versionem Harduinus prætulit.

27. Περὶ τοῦ μηδὲν τοῖς τόποις, ἀλλὰ τοῖς ἀνδράσι προσέχειν. Non loca sed homines debere attendi. Incipit: τί ποτε ἆρα τὰς μὲν ἄλλας τέχνας. pag. 331. Primus ediderat insignem hanc orationem cum versione sua Pantinus pag. 11. Hinc in posteriore editione

Petavius undevigesimam, servata Pantini interpretatione qvæ ab Harduino qvoqve recudenda data est, expressit.

28. Ἡ ὅτι τῷ λόγῳ διάλεξις. Dissertatio de oratione Rhetoris ac Philosophi, adversus qvorundam austerorum Philosophorum nimiam in laudando parsimoniam. Incipit: πίκτυζι ὃ ἐχ οἱ φιλόσοφοι μόνον. pag. 341. Primus hanc cum Petavii versione ex ejusdem Apographo vulgavit Harduinus. Themistii διαλέξεις Svidas memorat.

29. Πρὸς τὰς ἐκ ὀρθῶς ἐξηγημένας τὸν σοφιστήν. Ad eos qvi orationem XXIII. male interpretati erant, ac sinistre acceperant. Incipit: ὡς ὀχετλία γε καὶ ἀτοπος. pag. 342. Etiam hanc Petavius è MS. Codice descripsit & latine vertit, Harduinus primus edidit.

30. Θέσις, εἰ γεωργητέον. Thesis, utrum agriculturæ danda sit opera, sive Agriculturæ Laus. Incipit: Ἡσίοδος ὁ Ἀσκραῖος. pag. 348. Hanc qvoqve cum Petavii versione primus Harduinus vulgavit.

31. Περὶ προεδρίας εἰς τὸ σύγκλητον, de sedis prærogativa in Senatu, qvam sapientiæ deberi non dubitat. Incipit: πολλάκις ὑμῖν, ὦ πατέρες ζυγγεγραμμένοι. pag 352. Dicta CPoli in Senatu circa A. C. 387. ut colligo exeo, qvod sub initium statim ait se qvadraginta fere annos exegisse legationibus atqve aliis pro Rep. functionibus. Nam ut supra notatum est, A. 347. primum affatus est Imperatorem Constantium. Etiam hanc antea ineditam ex apographo Petavii cum ejusdem versione publicavit Harduinus.

32. Μετριοπαθὴς ἢ φιλότεκνος. Moderate affectus sive liberorum amans. Incipit: ὠδῖνες καὶ πόκοι ἀνθρώπων. p. 355. Hanc qvoqve, ad editionem paraverat Petavius & Latine verterat. Harduinus primus in lucem produxit, monumentum insigne ad explodendam rigidam atqve austeram ἀπάθειαν Stoicorum. Allegatur à Stobæo in florilegio serm. 1. 12. 44. 81.

33. Περὶ τῶν ὀνομάτων τοῦ βασιλέως καὶ τοῦ ὑπάτου. De nominibus Imperatoris & Consulis, qvinam digni illis sint. Incipit: Ἀρισόξενος ὁ μουσικός. pag. 364-367. Hujus orationis tantum exordium ætatem tulit, qvod ex Petavii Apographo primus Harduinus non modo vulgavit sed etiam latine interpretatus est.

IV. Edi-

IV. Editiones Orationum Themistii.

Victor Trincavellus Medicus ex officina hæredum Aldi Manutii *Orationes octo* Themistii vulgavit *Græce* Venet. 1534. fol. una cum ejus Commentariis in Aristotelem, & qvibusdam Alex. Aphrodisei, * *quem*, inqvit, *ille sæpissime sectatur & imitatur.* Orationes illæ sunt in editione Harduini XXI. XX. XXII. XXIII. XIX. XVIII. XXIV. XXV. Opus dicatum Caspari Contareno, Senatori Veneto.

Latine has *octo Orationes* vertit & Huldrico Fuggero, Kirchbergæ & Weissenhorni Comiti dedicavit *Hieron. Donzellinus*, Philosophus ac Medicus Brixianus Basil. 1559. 8. præmissis ante singulas argumentis.

Henricus Stephanus ejusdem Fuggeri typographus præter illas octo orationes, emendatius excusas, alias etiam *Græce sex* ante non excusas vulgavit Paris. 1562. 8. suntqve illæ in editione Harduini VII. X. IX. V. IV. II.

Easdem sex Orationes ** *Georgius Remus* cum *latina* versione sua & notis iterum prælo subjecit Ambergæ in Palatinatu, 1605. 4. inscripsitqve Augustales, qvoniam habitæ sunt ad Augustos sive Imperatores Constantium, Jovianum, Valentem & Valentinianum. Adjunxit qvoqve Latine ex *Andreæ Dudithii* versione Orationem ad Valentem, qvæ in Harduini editione est XII. & Græce à Themistio scripta reperiri ab eo tempore non potuit, licet Petavius eam ex latino Græce iterum convertit. Eædem sub titulo dissertationum Themistii Euphradæ politicarum recusæ Francof. 1614. 4.

Dionysius Petavius S. I. Flexiæ 1613. 8. Græce cum versione sua notisqve, præter qvindecim hactenus memoratas orationes, publi-

* Aphrodisei scripta Themistio addita sunt: *de anima libri duo & unus de fato*, de qvibus dixi libri IV. c. 25. Antonius vero Zimara perperam putavit Themistium in sua Aristotelis paraphrasi abbreviatorem Aphrodisei agere, nam ab eo sæpius dissentit, ut à Themistio etiam nominatim appellato Averroës. Porro fallitur Petrus Bælius, qvi in Novellis Reip. literariæ Decembr. Ao. 1684 pag. 443 scribit H. Stephanum primum fuisse qvi Orationes aliqvas Themistii publicaverit.

** Cæteras qvoqve Themistii Orationes, à se illustratas editurum se scripsit *Remus* in Epistola ad Jo. Kirchmannum, data Norimb. 3. Non. Sept. 1605 post Gudianas pag. 212. *Thomas* qvoqve *Segetus* teste Laur. Pignorio in Symbolis Epistolicis pag. 77. cœperat interpretem agere Orationum Themistii, qvas contubernalis Segeti Jo. Vincentius Pinellus manuscriptas in vetere Codice apud se habebat, & illas qvidem plures qvam Donzellinus vertisset. Nonnullæ Themistii Orationes ex editis exstant etiam MSS. in Bibl. Segvieriana sive Coisliniana. Vide Catalogum Clariss. Montfauconi p. 445.

blicavit alias duas, qvæ in Harduini editione sunt VI. & XXVI. Ex his priorem jam antea, sed Synesio pe. peram tributam *Fed. Morellius* Græce & Latine Paris. 1604. 8. ediderat.

Anno proximo 1614. Lugduni Batavorum 8. vir qvidam eruditus (*Daniel Heinsius* ut suspicor) cum notis suis & *Petri Pantini* versione in lucem extulit præter Constantini Imp. Epistolam qva Themistium commendat, Themistii Orationes qvinqve, qvæ nempe in Harduini editione sunt VIII XXVI. VI. XIV. & XXVII. Ex his tertiam Morellus jam & Petavius, secundam Petavius sed minus integram ediderat.

Ab eo tempore idem *Petavius* Paris. 1618. * 4. alteram suam editionem Orationum Themistii viginti emisit, versione & notis amplioribus doctissimisqve illustratam, in qva superiores omnes continentur, novæ nullæ accessere. Dicatum Opus Ludovico XIII. Galliæ Regi Christianissimo.

Deniqve *Johannes Harduinus* S. I. Paris. 1684. fol. impellente Jo. Garnerio luculentam illam & lucupletissimam dedit qvam supra recensui editionem Orationum Themistii XXXIII., in qva Petaviana posterior integra (exceptis paucis Petavii ** notis) exhibetur, & præterea accedunt à Petavio ad editionem destinatæ Orationes antea ineditæ XIII. undecim qvidem cum Petavii, unica vero cum Gabr. Cossartii & postrema cum Harduini versione, universæ autem cum præclaris ejusdem Harduini editoris notis. Tredecim illæ orationes recens additæ sunt I. III. XI. XIII. XV. XVI. XVII. XXVIII. XXIX. XXX. XXXI. XXXII. XXXIII. Opus pulcherrimum Harduinus dicavit Carolo Sancta-Mauro Duci Montauserio. Laudant Græv. ius ad Ciceronis Lælium cap. 15. & Rich. Simon lib. 1, novæ Bibl. selectæ cap. XI.

IV. Index

* Male 1628. excusum in Actis Erud. A. 1685. p. 462.

** *Petavianas*, inqvit Harduinus in præf. *primum suo quasque loco reposuimus, & intactas illas quidem, si paucas exceperis, quæ nihil aliud præter conjecturas continerent Variarum Lectionum, quas deinde animadvertimus ex Codd. MSS. in ipso contextu ab eodem Petavio fuisse jam emendatas.* Vitio tamen datum Harduino est, qvod omiserit insignem emendationem loci Pliniani lib XI. Hist. sectione 16. *ut pars cera videatur* pro *pascere videatur*, quæ exstat in editione Themistii Flexiensi, atqve emendationem illam sibi in Plinio tribuerit. Sed Harduinus in notis ad Plinium T. 2. pag. 614. locum illum ex Aristotelis V. 19. de animalibus qvem Plinius ante oculos habuit confirmat, & in curis secundis pag. 656. non diffitetur Petavio eam prius in mentem venisse. *Exstat*, inqvit, *hæc Petavii animadversio in altera Themistianarum orationum editione, eademque casu nescio quo excidit in postrema, qua superiore anno accurantibus nobis in lucem prodiit.*

V. Index Scriptorum & aliorum virorum celebrium in Orationibus Themistii laudatorum

ad paginas editionis Harduinianæ.

Æ Aci preces pro pluvia pag. 212.

Ægyptius adolescens componendæ tragœdiæ vel Epici carminis aut dithyrambici peritus 347. lacunam ibi Cotelerius III. monument. p. 580. ita supplet : ὅπι τῷ λόγῳ ἔ ἅσω κάππει, καὶ ὁλοκλήρε ἐκ ἐξικνεῖται. *De illa oratione in quam devenit, & integram non permeat.*

Æschylus 52. ὑπὲρ Αἰσχύλε πυνθάνῃ ἢ πία νῆσ Σιμωνίδε ἔ μελοποιέ. 259. in tragœdia invenit τὸν τρίτον ὑποκριτὴν καὶ ἐκβαίνοντας, *tertium actorem & pulpitum*. 316.

Æsopus μυθοποιὸς 208. ejus ἄμιλλα πειθῆς καὶ βίας. Ibid. asinus leonina pelle indutus 245. duæ manticæ 262. vulpecula 174. 278. Indus dealbandus 359. lutum ex qvo hominem finxit Prometheus, maceratum lacrymis. Ibid.

Agathonis Ἐπινίκια. 161.

Alcibiades Socratis discipulus. 348.

Alexandri M. dictum, in amicis thesauros se habere. 203.

Aminocles navium apud Corinthios fabricator. 316.

Amorphus Siculus, Comœdiæ cum Epicharmo repertor. 337.

Amphilytus vates. δριδηλότερον τὰ γράμματα ἐξηγέμεν Βάκιδός τε καὶ Ἀμφιλύκε (leg. Ἀμφιλύτε) 26. ἢ Βάκιδ ἢ μαντεῖα δεῖσθαι καὶ Ἀμφιλύτε. 46. 235.

Amphionis Musica. 137.

Anacharsis Scytha. 334.

Anacreon. 170.

δικαιότερ Ἀναξαγόρε. 30. Anaxagoras Clazomenius νῦν καὶ θεὸν πρῶτ ἐπαγαγόμεν τῇ κοσμοποιΐᾳ καὶ ἅ πάντα ἀνάψας τῆς φύσεως τῶν σωμάτων. 317. Anaxagoræ ἀδολεσχία. 329. Periclem & Aspasiam docuit. 329.

Anaximander Praxiadis F. 317. πρῶτ ὧν ἴσμεν Ἑλλήνων λόγον ἐξένεγκε περὶ φύσεως συγγεγραμμένον. Ibid.

Antimœrus Myndæus, Protagoræ discipulus. 347.
Antiochus Philosophus. 195.
Antipater (Stoicus) 31.
Antiphon Rhetor. 329.
Anytus 326. Socratis calumniator ab Heracleotis lapidibus obrutus. 239.
Apelles pictor. 316.
Apollonium Tyanensem ὁ ἀδελφοκτόνος (Domitianus) εἶρξε, carcere inclusit. 72.
Archelaus Socratis Magister. 162. 316.
Archytas Tarentinus remp. gessit. 215.
Ἀρεοπαγίτης ζωοτηλότερος. 263.
Ἀργανθωνίς * μακροβιώτερος. 38.
Aristidis ἔγγονοι, 330. intelligit Aristidem Rhetorem ejusqve ἐγγόνης notat Sophistas, cui Philosophos Platonis ἐγγόνους opponit.
Aristippus Cyrenaicus 293.
Aristippus μητροδίδακτος. 244. Aristippi Socratici, ἓξ πάνυ, θυγατριδοῦς. 244.
Aristo Philosophus 195. Stoicus unus Cleanthis discipulus, alter è Lyceo. 255.
Aristonis F. 62. Plato. 353.
Aristoteles 60. 84. 93. 106. 107. 124. 126. 130. 153. 185. 225. 232. 255 258. 259. 286. 291. 293. 298. 316. 319. 320. 325. 353. 354. 358. seq. ubi dogmatum ejus laus.
Nicomachi F. 31. ejus obscura pater Eugenius Themistio exposuit, docuitqve cum Platone facile Aristotelem conciliari. 235. 236. ῥῆσις ὑπὸ Σταγείρων. 31. 337.
φάσφανον ὃν ἐγὼ ἐπλεξάμην ἄνθη ἀκήρατα συλλεξάμενος ἐκ τῶν Πλάτωνος καὶ Ἀριστοτέλους λειμώνων. 54. ὃν παρεπλεξάμην βίῳ τε καὶ σοφίᾳ. 26.
Aristotelis Dialogus Corinthius de agricola Corinthio, qvi post lectum Platonis Gorgiam se Platoni in disciplinam dedit. 295.
Alexandri encomium ab Aristotele compositum. 45.
Aristotelis dialectica. 247. Organum 320. In-

* De hoc Arganthonio Tartessiorum Rege Lindenbrogius ad Censorin pag. 120. Ac fallitur Taffinus qvi (T. 8. thesauri antiqvitatt. Rom. Græviani p. 475.) negat Herodotum Arganthonii meminisse. Vide eum lib. 1. c. 163.

Insectatores Aristotelis, Cephisodorus, Eubulides, Timæus, Dicæarchus. 285.
ὁ Ἀριστέλης προσποιούμενος εἶναι προφήτης. 290.
Aristoxenus Musicus θηλυνομένην ἤδη τὴν μουσικὴν ἐπιεχέτο ἀναῤῥωννύναι 364. vulgi judicium contemsit. ibid.
Arrianus à libris ad Remp. gerendam excitatus per Hadrianum & Antoninos 215.
Arius Philosophus apud Augustum Imp. gratiosus. 63. 108. 130. 145. 173
Aspasia. 329.
Ἀσυρίων γράμματα (locus Salomonis Prov. XXI. 1. *Cor Regis in manu DEI.*) 89. 147. 229.
Ἀσύριον καὶ ἐκ Λιβάνου. 301.
Avtolyci furta τὰ φῶρα (qvi Homeri poësin compilavit) 251.
Axiothea mulier Philosopha 295. Platonem audivit. Ibid.
Bacis, vates, supra in Amphilyto.
Bias philosophus remp. gessit 215.
Bibulus (Βίβος Græcus Cod.) Philosophus & Senator. 215.
Brachmanes ὁ προσήσοντάι σε ἄνω πρὸς ἑαυτὸς, ἀλλὰ καταφράψουσι καὶ καταβροντήσουσιν. 337. Confer Philostratum in vita Apollonii lib. 2. c. 33. & lib. 3. c. 13. & qvæ notavi in Bibliographia Antiqvaria c. 21. §. 12. de pulvere nitrato veteribus haud ignoto.
Callias. 347. 294.
Κατὰ τὸν Καλλικλέους ὀνειδισμὸν. 265. (apud Platonem in Gorgia) mentio ejusdem 328.
Callisthenes philosophus. Alexandri adversus eum crudelitas. 94. 129. seq. 176.
Carneadis dictum. 330.
Cato, infra, in Scipione.
Celsus Sicyonius ὃν ἐγὼ φαίην ἂν ἀτρεκέστατά τε καὶ ἀδολώτατα τῶν γε ἐπ' ἐμὲ Ἑλλήνων ἀντιλῆφθαι φιλοσοφίας. 295. infra, Chalcidensis.
Cephisodorus, Aristotelis insectator. 285.
Chalcidensis senis auditor Celsus Sicyonius 295. Jamblichi.
Charondas Thurius. 31.
Chiron sapiens, 257.
οἱ Χίωνος νόμοι καὶ οἱ Καμβύσου μόγις τοῖς θεμένοις αὐτὸς συνδιήρκεσαν. 68.
Chrysippus 27. 31. 60.

reprehensum Chrysippi dictum, ταυτὸν δύναθαι ἀνδρὶ ἀπεδαίῳ μίαν ἡμέραν, μᾶλλον ἢ μίαν ὥραν πολλοῖς ἐνιαυτοῖς. 101. 102.
Cineas. 140.
Cleanthes. 27. 60. 255. 358.
Clisthenis leges. 287.
Cleobulus Philosophus remp. gessit. 215.
Cliniæ F. 175. Alcibiades.
Comici dictum qvo Agoracriti alicujus vel Hyperboli aut Demadis insolentiam pulsavit: ὁ χθὲς μὲν ἐδεὶς, ἄυριον δ' ὑπέρμεγας. 206
μάγειρος ὁ Κωμῳδικὸς Καρίων. καὶ λέγει τις ὀρθῶς τῶν τὸ γέλωτος ποιητῶν, ὅτι μηδέν ἐστιν ἀγαθὸν ἐν τῷ βίῳ φυόμενον, ὥσπερ δένδρον, ἐκ ῥίζης μιᾶς, ἀεὶ ἢ αὐτῷ προσπέφυκε καὶ κακόν. 267.
Comœdia inventa â Siculis, ab Atticis exculta. 337. ἔστιος ἐκ τῆς Κωμῳδίας. ἔτις μακάριος ἐν ἀγορᾷ νομίζεται, ὅταν δ' ἀνοίξῃ (ἐχὶ τὴν θύραν ἀλλὰ τὴν ψυχὴν) τρισάθλιος. 357.
Corax, Rhetor. 328.
Corinna Bœotia. 334.
Crantor à Cratete arcessitus. 255.
Critias. 328.
Crito. 288.
Dædali opera. 296. 316. 342.
Demosthenis δίκαι. 229. Δημοσθένειος τόνος. 336. ῥήτωρ ὁ παιανιεὺς 60. alius Demosthenes Alciphronis F. 138.
Dio Hipparini F. 175. ἑταῖρος ὢν Πλάτωνος καὶ ἀκούσης. 37.
Dio χρυζὸς τὴν γλῶτταν, charus Trajano Imp. 63. 145. Bithynus. 173.
Diocles Medicus. 238. alius Diocles grassator ὁ λωποδύτης. 330.
Diodorus Cronus. infra, in Philone.
Diogenes Sinopensis. 30.
Qvibus injuriis & per qvos afficiatur Magister meus, communisqve amicus noster Cleobulus, ipse literis suis te docuit. Non magna is qvidem cum fiducia scripsit, sed nescio qvid ejus retardavit animum, ut sæpius à scribendo iterum manum retraxerit: & percontanti mihi qvæ causa hujus rei esset, veteremqve ei consuetudinem & justa illa in memoriam revocanti, dixit pulchre se illa nosse, sed cum tu præsens fuisses negligentius te ab ipso habitum, indeqve existimare languidiorem esse qvam prius affectum in se tuum, itaq; & se pigriorem esse in rogando. Ego itaq; hunc ejus timorem risi, & qvod usq; adeo à mente tua aberrarit, qvi per tantum temporis tecum fuit, ut existimet ægre id ferre te, si Cleobulus non potuit suis neglectis occupationibus à Te pendere: Neqve enim nos ei irascimur, licet vicinus noster eum magis delectat qvam ut nobiscum versari malit. Sed habeturilli hic honor, ut nemo negligentiam ejus reprehendat. Eodem honore & Palamedem afficimus,

* Θεμιστίῳ.

Ἃ μὲν ἀδικεῖται κὴ ὑπό τινων ὁ ἐμὸς μὲν διδάσκαλος, σὸς δὲ κὴ ἐμὸς φίλος Κλεόβουλος, αὐτὰ a) ἐν οἷς ἔγραψεν ἐδίδαξεν. ἔγραψε b) δὲ οὐ μάλα θαῤῥῶν. ἀλλά τις ὄκνος εἰσήει τὴν γνώμην. κὴ πολλάκις ἀφίστατο τῆς βιβλίου. ζητοῦντος δέ μου πόθεν τοῦτ' τὸ πάθος; κὴ τῆς ἀρχαίας ἀναμιμνήσκοντος συνηθείας, κὴ τὰ δικαίων ἐκείνων, τὰ μὲν ἔφασκεν εἰδέναι καλῶς, γενέσθαι δέ πνα αὐτῷ περὶ τὴν σὴν ὑπόνοιαν, ῥαθυμίαν, ὑφ' ἧς c) νομίζειν ἀμβλύτερα τὰ πρὸς τὸ γεγονέναι. διόπερ ὀκνεῖν. ἐγὼ οὖν ἐγέλων πρὸς τὴν δειλίαν, κὴ εἰ σου τοσοῦτον ἡμάρτηκε, τοσοῦτόν σοι χρόνον συγγεγονώς, ὡς οἴεσθαί σε χαλεπαίνειν, εἰ μὴ Κλεόβουλος ὁιός τε ἐγένετο τὰς αὐτοῦ φυγὰς ἀσχολίας, ἐξῃφθαί σου. οὐδὲ γὰρ ἡμεῖς ὀργῇ d) χρώμεθα πρὸς αὐτὸν, εἰ πλησίον ἢ ἡμῶν οἰκῶν αὐτὸν τέρπει μᾶλλον ἢ ἡμῖν σύνεστι. δέδοται γὰρ αὐτῷ γέρας τι τοῦτο, μηδένα αὐτοῦ τῆς ῥαστώνης κατηγορεῖν. τῷ δὲ αὐτῷ κὴ

* Hæc Epistola inscripta est Ἀνεπίγραφος in editione Morelli, nec in Manuscripto Spanheimiano nomen ullum præfixum habet: sed in codice Regio, ubi prima omnium legitur, Themistii nomen adscribitur, cui hanc Epistolam missam fuisse, ex ipsa lectione manifestum est. *M.V. la Croze.*

a) Cod. Spanh. & Cod. Regius αὐτὸς. b) Cod. Reg. ἔγραφε. c) ἀφ' ἧς ibid.
d) Cod. Spanh. φυγῇ.

καὶ τὸν Παλαιήθην δήπου e) πιμῶμεν τῷ τἀκείνου f) πιμῶντ@ Φειδόμενοι. καὶ σὺ γοῦν γελάσας, καὶ τὸν ἔλκοντα Κλεόβυλον εἰς Φρουτίδας, καὶ αὐτῷ νομίσας ἐχθρὸν τὸν κατάρατον Σευῆρον, g) πεῖσον αὐτὸν ὡς πορρω καθήμενοι δυναμεθα ἐγγύθεν ἀμύνεσθαι. καὶ γὰ εἰ πολλῶν ἐπιμελῆ πραγμάτων, πολλὰ γὰ τὰ τῆς πόλεως, σὺ ἦ ἐκείνης ὁ φύλαξ, ἐ τοῦτο νόμισον τ ἐκείνῃ συμφερόντων, καὶ τὰς πονηρὰς κωλύεσθαι χρῆναι τῇ φύσει.

dum honoranti illum parcimus. Et tu itaq; ridendo & detestandum Severum qvi Cleobulum curis implicat tibi qvoqve esse exosum demonstrando, persuade ipsi qvod etiam procul sedentes possimus propius ulcisci. Nã tametsi multa negotia tibi curæsunt, multa enim Urbs suppeditat, tu qve custos ipsi es præpositus, tamen & hoc putabis ex usu illius esse, qvod mali homines ingenii, prohiberi à malitia sua oportet.

Θεμιστῷ.

IX.

Ὑπὲρ μὲν τῶν ἄλλων σε ὡδὲ καλῶν ἐκείνοις ὤμην δίδοιαι χάριν. Ὀλυμπίῳ ἦ εἴ τι πράξεις κεχαρισμένον, λήψεσθαί σε μᾶλλον ἢ δώσειν ἡγοῦμαι χάριν. οὕτω γὰρ ἐστιν ὁ τὸν μὲν Μακεδονίαν εὐδαίμονα ποιήσας ἄρτι παίδων ἐξελθών, τὸ ἦ ἄρχειν μὴ ταῦτα πολὺ φυγὼν ἢ ἐζήτησαν ἕτεροι, τῷ δικαίῳ ἦ οὕτως αὐτὸν a) δέδωκεν, ὡς ἀδικούμενοι μὲν ἐπὶ τοῦτον καταφεύγει, τοὺς νόμους ἦ ἐκβαίνων τοῦτον δέδοικε. τοῖς ἦ ἄρχουσιν ἡμῶν μία σπουδὴ τὸν ὡδὲ τοῦδε ψῆφον λαβεῖν. ἐγὼ ἦ καὶ αὐτὸς πατρικὴν διαδεξάμενος

Pro aliis qvando te rogãvi, existimavi me illis tribuere beneficium. At Olympio si qvid grati feceris, accepturum te magis qvam daturum beneficium existimo. Hic enim est, qvi, cum vix ex ephebis excessisset, Macedoniæ felicitatis autor fuit. Ab eo tempore diligentius fugit imperia qvam alii ambierunt. Justitiæ autem ita se dedidit, ut injuriam passi ad eum confugiant, metuant qvi leges violaverunt. Magistratibus nostris unicum studium, ipsum suffragantem habere. Egomet in patris ejus succedens amicitiam, cum ille tantos pro me labores susceperit, laudes promtæ ala-

e) Hæ voces non exstant in MSto Spanh. f) Mſ. Spanh. τοῦτ' ἐκείνῳ. g) Σεβῆρον.

a) Mſ. Spanh. οὕτως αὐτὸν δέδωκεν. sed Mſ. Reg. ut supra & Morell.

alacritati ejus rependo, paria referre non possum. Tu itaq; viro vicem reddes, vel parva potius pro magnis retribues mea caussa. Hic in nostrum cooptatus senatum à majore Senatu est. Condonabis enim mihi, qvod majorem voco Senatum Romanum, cujus Tu membrum es. Contingat itaq; apud vos illi, qvod apud nos contigit. Qvid enim his suffecit ut nomen ejus suis adscriberent. Aut potius neqve hoc ei date, neq; augmentum potestatis qværite. Nam qvoqve si optimi viri inqvirantur, primus in his Olympius: nec omnium postremus ubi conferre aliqvid oportet: & facile tibi fuerit facultatum ejus modum nosse ex iis qvi huic negotio sunt impositi. Oportet tamen cavere, qvando pecunias pendere oportebit, ne injuriam ei faciatis. Atqve initio maxime, qvando Senatores vocatis, ne ex illa re qvicqvam moveatis, (est enim apud eum spirans adhuc Mater, & ex hoc ipso ducens spiritum, qvod filium videre coram licet) nec de profectione faciatis mentionem, tota enim res, si tale qvid fiat, perierit. Neq; hæc tu male curanda in te suscipies, sed

b) Φιλίαν, ὁ μὲν ταῦτα ὑπὲρ ἐμοῦ πονεῖ, παρ' ἐμοῦ δὲ ἔπαινον εἰς τὴν προθυμίαν, πρᾶξαι δὲ οὐδὲν ἂν δυναίμην ἴσον. c) ἀλλὰ σύγε τὸν ἄνδρα ἀμείβου. μᾶλλον δὲ μικρὰ ἀντὶ μεγάλων ὑπὲρ ἡμῶν ἀντίδοτον, ἢ εἰς τὴν ἡμετέραν μετάσχῃ βουλὴν ἀπὸ τῆς μείζονος. συγγνώσῃ δὲ εἰ μείζω καλῶ τὴν Ῥωμαίων, d) σὲ τῆσδε ἐχούσης. γενέσθω τοίνυν αὐτῷ παρ' ὑμῶν ἃ παρ' ἐκείνων. τί οὖν ἐκείνοις e) ἦρκει τὸ ὄνομα αὐτὸ παρ' αὐτοῖς ἐγγεγράφθαι; μᾶλλον δὲ μήτε τοῦτο δῶτε. μήτε μείζω τῆς δυνάμεως ζητῆτε. ἐν μὲν γὰρ ἐξετάσει τῶν ἀρίστων, πρῶτος Ολύμπιος. οὐδὲ εἰσενεγκεῖν δεῖ πάντων ὕστατος γνῶναι δέ σοι ῥᾴδιον τῆς οὐσίας τὸ μέτρον πρὸς τὸ ὀφλὶ τούτῳ τεταγμένον. δεῖ δή σε προσέχειν νίκα αὖ δέῃ χρήματα φέρειν, ὅπως μὴ ἀδικήσητε, καὶ ἔτι γε f) πρότερον νίκα ἂν καλῆτε τοὺς βουλευτάς, ὅπως ἐνθένδε μὴ κινήσητε. μήτηρτε γὰρ αὐτῷ ζῶσα ἐν ταῖς τοῦδε χερσὶ. καὶ ζῶσά γε διὰ τοῦτο, ὅτι ἔξεσιν αὐτὸν ὁρᾶν. τὸ οὖν μὰ δὲ οὐκ ἂν ἀποδημίας ἐνέγκαι, καὶ τὰ πράγματα. εἴ τι γένηται

b) Cod. Reg. διαδεξάμενοι ita & cod. Spanh. c) Mſ. Spanh. ἶσον.

d) Mſ. Spanh. Ῥωμαίαν. e) Cod. R. τί οὖν ἐκείνων; f) Mſ. Spanh. εἰ γε.

γένηται g) τοιῦτον, ἰσχήσεται. ταῦτα ἢ οὐκ ἂν σὺ διαφθαρῆναι h) δέξαιο. πείσας i) ἢ σαυτὸν ὡς ἡμῖν τε ἐκ τ αὐτῶν βοηθήσεις, ἐ τῇ φιλοσοφίᾳ πεσοήκοντα πράξεις, καθαρὰν ἡμῖν παρασκευάζων τὴν ἄδειαν.

habebis persuasum simul & mihi te opitulaturum, & rem dignam facturum Philosophia, si plane securos eo nos nomine præstiteris.

Θεμιστίῳ.

X.

Ἀνδρόνικος ὁ ποιητὴς οὕτω διέθηκε πρὸς αὑτὸν τὰς μέχρις Αἰθιόπων πόλεις, ὡς εἰκὸς ἦν Ἀνδρόνικον τοιοῦτον ἀφιέντα μέλι. καί τοι τὸ τῆς μητρὸς αὐτὸν καὶ τὸ τῆς πόλεως πάθος διεκώλυσε μὴ πάντα δεῖξαι τὰ ἀγάλματα τῆς ψυχῆς. ἀλλ' ὅμως, οἷς ἠδυνήθη δεῖξαι, δέδωκε τοῖς ἀνθρώποις εἰκάζειν πρὸς τ οὐ φανέντων. ἐχαρίζετο ἢ ἡμῖν οὐ μᾶλλον ἀφ' ἡδονῆς τ ἐπῶν, ἢ τ ἐπαίνων οἷς ἐχρῆτο κατὰ σοῦ, λέγων τὸν μὲν βασιλέα τιμᾷν σε πᾶσιν οἷς εἶχεν, εὑρῆσθαι δὲ ἢ οὐδὲν ὑδέπω τῆς σῆς ἀξίας ἐγγύς. ἐμοῦ δὲ αὐτῷ παραινοῦντος μὴ διωθεῖσθαι τὰς διδομένας ἀρχάς, ὡς ἐνὸν ἄρχειν τε ὁμοῦ καὶ ᾄδειν. ἀλλ' ἐγώ, φησιν, εἶμι δώσων ἐμαυτὸν Θεμιστίῳ μαθητήν. κάλλιον ἡγούμενος τοῦ πολλῶν ἄρχειν.

Andronicus Poëta ita omnibus ad Æthiopas usqve civitatibus se commendavit, ut consentaneum fuit fieri ab Andronico tam melleum carmen edente, licet Matris casus & Urbis prohibuit eum omnes animi imagines pandere. Sed iis tamen qvas licuit ei demonstrare, dedit hominibus conjiciendas illas qvæ non conspiciuntur. Nobis autem non carmine magis jucundus fuit qvam qvibus te prosequitur laudibus. Ait enim ab Imperatore omnibus te qvibus posset ornatum honoribus nihiltamen repertum qvod ad merita tua accederet. Cumqve ego eum hortarer ut oblatos Magistratus amplecteretur, licere enim simul & Remp. gerere & poëmata condere, at ego, inqvit, Themistio me in disciplinam dabo, qvod duco qvam multis imperare, pulchrius.

g) C. R. γένοιτο.

h) Hæc vox non exstat in Msto Spanhemiano.

i) πεῖσον. ibid.

XI.

Non itaq; ſtudio ſolum ac labore curiam reples ſenatoribus, ſed & dormienti tibi ſagena. Celſus noſtrorum hominum optimus, & idem inter veſtros audire dignus, jam per ſe ad bonorum Virorum Synedrium bonus aptusqve. Qvamvis omnia moviſſemus ut hic Vir noſtræ Reip. præficeretur, dixit tamen ipſe ſe ad illam regionem proficiſci qvam Themiſtius ſibi laudaſſet. Nec callidum commentum ignoro. Alii enim illuc currunt *piſcoſi Boſpori amore.* Huic autem minime cordi eſt magiſtratum gerere, ſed ſperat ſi civis veſter fiat, tecum victurum, qvod eſt in Philoſophia vivere. In qva cum non parum Sicyone profecerit, maximos apud te progreſſus confidit ſe facturum. Meæ qvidem res deterius habebunt abſente ſodali qvi opem ferebat, & in qvem triſtia exonerans ſublevabar. Hujus præſentia deſtitutus dolebo. Sed modo Celſo bene ſit, meæ res utcunqve ſe habeant, omnino ex ejus fortuna meam ſolabor. Nunc qvidem ipſum Mater & ego multiqve urgebamus ut ſi poſſet ante hiemem nobis gratificaretur & ad vos tenderet. Sed reſcriptum de eo, profecturum prævertit. In

Θεμιστίῳ.

Οὐκ ἄρα διὰ πενίης μόνον πληροῖς τὸ βουλευτήριον βουλευτῶν, ἀλλ' ἤδη καὶ εὐδοντι κύρτος. Κέλσος γὰρ ὁ σὸς μὲν παρ' ἡμῖν ἄρχων ἐστὶ δὲ ἐκεῖ μετά σε τοῦτο ἀκοῦσαι πρέπων, αὐτόματος ἐπ' ἀγαθῶν συνέδριον ἀγαθός. καίτοι πάντα ἡμῖν κεκίνηται, τοῦτον ἄνδρα τῶν παρ' ἡμῖν πραγμάτων. ὁ δ' ἔφασκε χώραν διώκειν ἣν ἐπήνεσε Θεμίστιος. καὶ τὸ σόφισμα οὐκ ἀγνοῶ. οἱ μὲν γὰρ ἄλλοι βόσπορον ἰχθυόεντα ποθοῦντες, ἐκεῖσε τρέχουσι. τῷ δὲ τῆς μὲν ἀρχῆς οὐ μέλει. νομίζει δ', εἰ πολίτης ὑμέτερος γένοιτο, μετὰ σοῦ βιώσεσθαι. τοῦτο δέ ἐστιν ἐν φιλοσοφίᾳ βιῶναι. Ἧς οὐκ ὀλίγου ἐν Σικυωνίᾳ μεταλαχὼν, μάλιστα προσδοκᾷ μεταλήψεσθαι παρὰ σοί. Ἐμοὶ μὲν οὖν ἔξει τὸ μὲν ὑπολύπημα χεῖρον, τοῦ προβοηθοῦντος ἀπόντος, καὶ πρὸς ὃν ἐκφέρων τὰ λυποῦντα ῥᾷων ἐγιγνόμην, τοῦτον ἐγγὺς οὐκ ἔχω, ἀνιάσομαι. γιγνέσθω δὲ ἀγαθόν τι Κέλσῳ, καὶ ταμὰ ὅποι βούλεται χωρείτω. πάντως ἐκ τοῦδε προμυθία τοῖς ἐμοῖς. νῦν μὲν οὖν ἥ τε Μήτηρ κἀγὼ πολλοὶ κατέχομεν τοῦτον, ὡς ἐνὸν ἡμῖν πρὸ τοῦ χειμῶνος χαρίσασθαι καὶ παρ'

καὶ παρ' ὑμᾶς ἐλθεῖν. ἔφθη ᾗ αὐτὸν ἡ πρὸς αὐτὸ δέλτος. ἐφ' ᾗ τὰ εἰωθότα πράξεις πρὸς τηρᾶν ὅπως μέτεστον ἔσαι τὸ ἀνάλωμα. ἐδόκει γὰρ ἡμῖν, εἶναι χαριέστερον, ἤδη πολίτην αὐτὸν γεγενημένον, ἢ γενησόμενον ἐνταῦθα.

Θεμιστίῳ.

Ὁμολογῶ μὴ πυκνὰ γράφειν. ὥστε καὶ νῦν ὅτι γέγραφα θαυμάζω. τί δ' ἂν ἀδικοῦντες ἠναγκάσατε μὴ σιγᾶν, ἢν ἂν ὀλιγωρίαν λάβητε, τοῖς ἐνταῦθα εὐθὺς ἔγνωσαι. καὶ προδιδόντες τὸν Φίλιον, ἐν τῷ Καρὶ κινδυνεύειν ὀιεσθε. εἶθ' ὑμεῖς μὲν ἐπ' ἀγορᾶς δείκνυτε τὰ γράμματα. πνεῦμα δ' ἐκεῖθεν ἀρθὲν καὶ δεῦρο ἐμπεσὸν, κύματα ἡμῖν ἐγείρει. καὶ ποιεῖ ταῦτα ἃ Μακεδόνι ἴσως εἴ τις ἔροιτο διδάξει. τὴν μὲν δὴ πληγὴν ἐκείνην ἴσως ἂν ἰάσαιτό τις. δέομαι δ' ὑμῶν μὴ προσθεῖναι δευτέραν. ὅταν δ' ἐμοὶ παραινῇς μὴ τῷ πράττειν εὖ τὸν φίλων ἀμνημονεῖν. αὐτὸς ἐπιλελῆσθαι φαίνῃ τῶν φίλων. ἐμὲ γὰρ ὅτι τούτων δὴ τῶν τοῖς πολλοῖς δοκούντων ἀγαθῶν ὀλίγον ὀλιγώποτε ἐπῆρε, πάλαι μὲν ἴσθεις, νῦν δ' ἐ βέλει. Καίτοι μοι πολλάκις ἐπιτιμῶν ὅτι τὰς τῶν ἀρχόντων δυνάμεις ἐκ ἠξίουν θεραπεύειν. ὁ τοσούτων νῦν πλέον φυλάττεται, ὅσῳ

qvo facies ut ſoles, atqve ut mediocris ſit ſumtus, cavebis. Viſum enim nobis eſt pulchrius, civem illum jam factum qvam demum futurum ad vos commeare.

XII.

Profiteor me non crebro ad vos ſcripturum, & nunc etiam qvod ſcribo miror, & qvod injuria me ad ſilentium rumpendum coëgiſtis. Nacti à me Epiſtolam ſtatim omnibus, qvi illic ſunt, notam facitis atqve ita DEum amicitiæ præſidem cum prodatis, in vili Caris capite putatis vos periculum facere. Sic vos qvidem in foro litteras publicaſtis, at turbo inde ſublatus huc irruit & fluctus nobis excitavit, effecitqve ea qvæ Macedonius novit & deſiderantibus vobis exponet. Hanc qvidem plagam non facile aliqvis ſanaverit, interim rogo vos ne alteram illi adjungatis. Qvod vero mones me ne rebus proſpere fluentibus amicorum immemor ſim, ipſemet potius amicorum dememini ſſe videris. Pridem enim conſtat tibi qvod horum qvæ vulgus putant bona nihil effert animum meum. Nunc autem non vis hoc tibi perſuadere, licet ſæpe me reprehenderis qvod eorum qvi in imperio

sunt potentiam adulari noluerim, qvod nunc tanto magis à me cavetur, qvo magis confidere jubet Patriæ fiducia. Ac licet vel maxime illud in felicitatis parte duxissem, alii jam potentia valent, illi nempe qvi & nos potentia exuerunt. Vide igitur qvis tibi nunc reconciliatorem se præbiturus sit iterum, ego enim rem in me suscipere eiq; medelam afferre vereor.

πεισθήσιν εἰς τὸ θαρρεῖν ἡ πατρίς. καὶ μὴν εἰ καὶ σφόδρα ἔτως εἶχον ὡς τὰ ἐυτυχίαν ἄγειν, ἑτέρων τὸ δύνασθαι νῦν, τ̃ ἐμ̃ ἡμᾶς ἀφῃρημένων δύνασθαι. ζήτει ἓν ὅστις σοι πράξει τὰς διαλλαγάς. ὡς ἔγωγε δέδοικα μὴ ξ̃ πράγματ@ ἁπτόμεν@, ἀκεσίας γένωμαι.

XIII.

En qvam pridem texere cœpisti telam ad finem nunc perductam. Lingua Harpocrationis erepta nobis à te est & tributa nihil eâdem indigentibus, nodusq; Gordio ad solvendum difficilior solutus, vel potius illius exemplo qvi solvere non poterat dissectus. Eqvidem, si persuasisses atqve ita tibi habuisses, dicerem te soluisse, nunc cum coëgeris, dissecuisse affirmo. Tu vero subrides credo, & potentiâ tua efferens te, qvicqvid vis rapis. At præses ille tuus Jupiter à qvo descendisti & ad qvem abiturus es, cum facile illi esset terram attrahere & mare, attractaq; in sublimi relinqvere, minatus dantaxat hoc * non executus est: Tu vero

Θεμιστίῳ.

Ἰδού σοι τὸ πάλαι ῥαπτόμενον ἤδη τέλ@ ἦκει. Τὴν Ἁρποκρατίων@ ἡμῖν ἀφελόμεν@ γλῶτταν ἔδωκας τοῖς ἐδὲν δεομένοις, καὶ δεσμὸν χαλεπώτερον εἰς λύσιν ξ̃ Γορδίᾳ λέλυκας, μᾶλλον ἢ ἔτεμες, κατ' ἐκεῖνον τὸν ὑ δυνηθέντα λῦσαι. Εἰ γὰ πείσας εἶχες, εἶπον ἄν σε λελυκέναι, νῦν ἢ, ἐβιάσω γὰ, φημί σε τεμεῖν. Καὶ μειδιᾷς δὴ, μέγα φρονῶν ἤδη μεγάλῃ τῇ δυνάμει, καὶ πᾶν ὅ, τι ἂν θέλοις, ἕλκεις. Ὁ Ζεὺς ἢ ἐκεῖν@, ὁ σὸς προφήτης, καὶ παρ' ὃ κατέβης, καὶ πρὸς ὃν ἄπει, πρόχειρον ὂν γῆν καὶ θάλατταν ἀναπάσας, καὶ κρεμάσαντα ἀφεῖναι μετεώρως, ἠπείλησε μὲν, οὐκ

* Iliad. Θ. 24. Jupiter: αὐτῇ κεν γαίῃ ἐρύσαμι αὐτῇ τε θαλάσσῃ.
Σειρὴν μέν κεν ἔπειτα περὶ ῥίον Ὀλυμπόιο
Δησάμην, τὰ δέ κ' ἄντε μετήορα πάντα γένοιτο.

οὐκ ἔδρασε δέ. σὺ δ' ἄνευ σειρᾶς ὑπὸ νεύματος ἐν χερσὶν ἔχεις, ὅ, τι ἂν δόξῃ. Τὴν μὲν δὴ σεαυτῆ φιλῶν φήσεις οὐκ ἀδικεῖν. Σῶμα δ' Αἰγύπτιον παραδιδὰς Θρᾳκίοις πνεύμασιν, ὅρα τί δράσεις. Λόγον δέ σε λαβὼν, ὃς, ὅσον τῇ πρεσβείᾳ τὴν πόλιν ὤνησας, ἔδειξεν, εἶτα γνὺς ὡς μεταπέμποιο σοφιστὰς, Μαθητὰς, ἔφην, ὁ καλὸς ζητεῖ Θεμίστιος. Τίς γὰρ ἔπ' ῥητῶρ σε τοιαῦτα δημιουργοῦντος; οὐχ ὕτως ὁ Τηλέμαχος ἐῴκει τῷ πατρὶ τὴν μορφὴν, ὡς σὺ τῷ Δημοσθένει τὰς λόγους. ἐς πάλαι κεκτημένος ὀψέ ποτε ἐξήνεγκας. τῇ τε ἄλλῃ δεῖ τὴν πρεσβείαν ἐπαινεῖν, καὶ ὅτι τούτοις ἔδωκεν ἀφορμὴν εἰς μέσον ἐλθεῖν. ποίει δὴ πολλὰ τὰ κακὰ, καὶ πέμπε τὰς λόγους. μὴ τοῖς ἄρχουσι μόνον, ἀλλὰ καὶ οἷς ἄρχειν μὲν οὐκ ἔστιν, ὦτα δ' ἴσως.

etiam catena (Jovis) destitutus solo nutu qvicqvid placet tenes. Dices qvidem non injuste te facere, qvod amori (Urbis) tuæ hoc tribuis. At dum hominem Ægyptium Thraciis committis ventis, qvid facias vide. Cæterum nactus ego Orationem tuam * demonstrantem qvantum Urbi per legationem tuam profueris, deinde edoctus qvod Sophistas ad te arcessis; bonus, inqvam, Themistius discipulos captat. Qvis enim alius adhuc Rhetor superfuturus est te talia operante? Neqve sane Telemachus ita exscripsit formæ similitudine Patrem, ut tu orationibus tuis Demosthenem refers, qvas cum pridem in scriniis haberes, tandem aliqvando in lucem protulisti. Cum igitur legationem tuam & aliis fas sit laudare nominibus, tum eo imprimis, qvod illas proferendi ansam dederit. Igitur perge porro multa mala facere, ** modo tuas orationes mittito non ad imperantes solum sed etiam ad eos, qvibus imperia qvidem, at aures fortasse non desunt.

Θεμιστίῳ.

Κατὰ μὲν τὰς λόγους ἡμῖν ἔοικεν ὁ χρηστὸς Ἐλπίδιος. βίᾳ δ' ὁδὸν

XIV.

Dicendi facultate par nobis præclarus Elpidius, vitæ semita longe præstat. Erat illi cathedra & pal-

* Themistii Orat. 3. in edit. Harduini.

** Sophistas scilicet, ut Harpocrationem, avocando.

& pallium cum cæteris in qvibus adhuc ſumus omnibus. At cum videret hos qvi inſtituendo ætatem terunt, larvis tenuiores eſſe, (te Socratem excipio, tu enim bene vales, cæteri umbræ) * hoc inqvam videns, cicadarum rebus relictis ad milites ſe contulit, multosqve qvi aliis injuſte facerent, vulneribus affecit, injuriis afflictos liberavit, honeſtumqve potius qvam numos multos curare à Maximatibus creditur, cujus rei & præſentia tibi fidem poſſunt facere, & ſplendidioris habitus, qvæ propoſita ipſi ſpes eſt. Pulcherrimum in eo, qvod juvenes nauſeantes fugit, at facultatem qvam poſſidet eloqventiæ ſibi ſervat, cujus periculum & audienti & dicenti tibi licet facere. Nam & commovere auditorem & permoveri pulchra oratione poteſt. Cum in omnibus probandus ſit, in uno peccat, qvod tamen tu ipſi fortaſſe condonabis, multo me amat amore, atqve hoc ipſo in nimias mei laudes effunditur.

κατὰ πολὺ βελτίων. Ἦν μὲν γὰρ αὐτῷ θρόνος καὶ τρίβων, καὶ τἄλλα δὴ πάντα, ἐν οἷς ἡμεῖς ἔτι. τὸς δ' ἐν τῷ παιδεύειν διατρίβοντας ὁρῶν εἰδώλων ἀσθενεστέρους, Σωκρατίνην ἢ ἐξαίρω ἔγωγε λόγῳ. σὺ μὲν γὰρ ἰσχύεις. ἀλλὰ τά γε τ' ἄλλων σκιά. Ταῦτ' ἔν ἰδὼν, ἀφεὶς τὰ τ' τετριγότα, γίνεται τῶν ὁπλιτῶν. καὶ πολλὰς ἤδη καὶ ἔτρωσεν ἀδικοῦντας, καὶ ἔσωσεν ἀδικουμένους. βλέπων ἢ πρὸς τὸ καλὸν μᾶλλον ἢ πρὸς ὀργυρίου πληθος, ὑπό γε τῶν δυνατῶν πιστεύεται. τὰ παρόντα δέ σε πειθέτω. καὶ σχῆμα λαμπρὸν ἐν ἐλπίσι. κάλλιον ἢ αὐτῇ, τὸ μὲν τὸς ναυτιῶντας νέους φεύγειν, τὸ κτῆμα ἢ φυλάττειν τῶν λόγων. Ἔξεστι δέ σοι πεῖραν λαβεῖν καὶ ἀκούσαντι καὶ λέγοντι. σεῖσαί τε γὰρ δεινὸς ἀκροώμενον, καὶ ταυτὸ παθεῖν ὑπὸ κάλλους λόγων. παντάχῃ ἢ ὢν ἀγαθὸς, ἐν ἀδικεῖ, συγγνώμης τύχοι, πολλῷ τῷ φίλτρῳ κέχρηται πρὸς ἐμέ, καὶ τοῦτ' αὐτὸν εἰς ἐπαίνων ὑπερβολὰς ἐκφέρει.

XV. *Ex*

* In Joh. Sommerfeldii verſione hoc loco adſuta ſunt ex alia Themiſtii Epiſtola hæc verba: *Hac itaque proſpiciens, eumque laboribus gaudere, proverbium cano*: plantas ſtatim oſtendere, cujusmodi fructus prolaturæ ſunt. *Plura ſcriberem, niſi compertum haberem, laudatum amatorem etiam qua veriſſima ſunt non credere.*

Ex Johannis Sommerfeldii verſione.

XV.

Ut ad te, qvodpromiſeram, non venerim, cauſa honeſtiſſima fuit. Neqve enim potui Juliano me ipſum negare : cui plusqvam mihi ipſi debeo. Tu cur non ſcripſeris, divinare non poſſum.

XVI.

Gratiſſima mihi fuit proxima epiſtola tua: qvandoqvidem ejus deſiderium diuturnum mihi fuerat. Neqve vero ſum is, qvi velim te arbitrari mendacem. Qvanqvam enim difficile alio ſcribente crediturus fueram, ex multis epiſtolis à te ſcriptis & ad me miſſis ne una qvidem accepta, poſſe te diligentem in ſcribendo videri : tamen qvia ipſe ſcribis, non poſſum tibi non habere fidem. Sed male perdantur qvi tuarum litterarum tabellariis inſidiantur: arbitrati qvod ego certiſſime credo, argentum atqve aurum ſe furaturos, ſi epiſtolas tuas acceperint: aurea namqve verba ſcribis. Sed qvid ego alios accuſem : qvum tabellarii ipſi (qvod veriſimilius eſſe poteſt) reddere nolunt ut jubes litteras tuas ? Itaqve qvod unum remedium eſt, illud non tacebo. Si cupis mihi reddi epiſtolas tuas, da eas hominibus qvi ingenium tuum ignorent : & litterarum expertes ſint. Nam & iſtic major tibi hujuſcemodi hominum copia qvam doctorum eſt.

XVII.

Tandem longum ſilentium rupimus : ſed in me, dormientem canem excitavi. Qvum enim joco ſcripſiſſem ſuſpicari me ne litteras tuas aureas arbitrati nonnulli tabellarii ſuſtuliſſent : epiſtolam conviciis plenam ad me dediſti. qvanqvam pro meo erga te amore verbera nedum maledicta æqvo animo ex te pati poſſum. Aureas ego certe tuas exiſtimo litteras : cujus argumentum apertiſſimum eſſe poteſt : qvod eas qvam ſæpiſſime efflagitavi. Verum ne multis verbis epiſtola tibi moleſta ſit, brevi tibi perſuadeas, malle me abs te plenas furore accipere litteras, qvam nullas. Itaqve ſi aliter ad ſcribendum impelli non potes : qvotidianis litteris mihi maledicas. Nam ego ex eloqventia tua tantam capio voluptatem, ut maledicta facile contemnam.

XVIII.

Dianio & mater & patria eſt, qvam tenes. Non potuit igitur matri ſe vocanti non morem gerere: patria vero ei dulcis eſt, qvia patria

patria est. Horridum vero est ei, qvod in paupertate ministrorum necessitates expectat. Qvum itaqve & matri eum gratificari vellem, & eum non malum habere fas sit: visum est mihi, ut primum ad te proficisceretur. Inde Palladis opem accipiens omnia aggredietur: hujus enim deæ præsidio vel stragem effugere possit. Operæ pretium non fuerit huic porrigere manum: primum qvidem qvod maximam abs te petentibus opem tulisti: qvi nullo beneficio te demeriti essent: nihilqve rogatu amplius feciſſent. Deinde qvoniam meos familiares non potes dicere non esse tuos. Tertio qvod si velis primo loco ponendum est: qvoniam affinis Aristæneti hic est. Unde fit ut qvum ei gratificeris qvod me amas, ad hoc ipsum tua qvoqve erga eum benivolentia adducaris. Verum ut alia omittam: bene mereberis de viro, apud qvem multos de te sermones inveneris: non in labris sed in memoria & in animo sitos: aliosqve per qvos significasti te factum esse oratorem. Hunc autem sermonem Clementius ad nos tulit qvasi nihil scriberes, nos autem scientes repperit non minus qvam se. Dicerem vero hunc ipsum esse mihi filium meorum multis ex causis. Cæterum vera & minime obscura Themistio loqvar.

X. *Themistii locus de Empedocle.*

Apud Themistium hæc verba occurrunt Oratione duodecima, qva Jovinianum Imp. Christianum ob sancitam lege Religionis libertatem celebrat: Ἀγαθῷ μὲν ἂν καὶ τὰς ἄλλας ἅπασι νόμῳ προσήκει τὸν θειότατον Αὐτοκράτορα, μάλιστα δ' οἷς οὐκ ἐφίητι μόνον τὴν ἐλευθερίαν, ἀλλὰ καὶ τὰς θεσμὰς ἐξηγεῖται, ὁ Φαυλότερον Ἐμπεδοκλέους, ὦ, μὰ Δία, ἐκεῖνε καὶ παλαιέ, οἶδε γὰρ ἀκριβῶς, ὅτι τῶν ἀνθρωπίνων ἀγαθῶν ἑκάστῳ ἀπάτη καὶ φενακισμὸς προσπέπηγε, καὶ ὑποδύεται μεγαλοπρέπειαν μαγγάνεια, καὶ εὐσέβειαν ἀγυρτεία. καὶ διὰ τοῦτο τὰς μὲν προάγει, τὰς δὲ κωλύει &c. Qvibus verbis videtur Themistius innuere Empedoclem qvendam juniorem, eumqve conferre cum illo veteri, inter Pythagoricos Philosophos longe celebratissimo.

Ecqvis vero ab Oratore novi Empedoclis nomine tangatur, eruditi viri non indignum putaverunt inqvisitione. Itaqve Petavius interpres Themistii, obscuritatem loci præfatus hanc suam conjecturam in notis ad illam orationem lectori proposuit. *Empedoclem opinor Christum Dominum Gentilis homo atque impius vocat, quasi se ille perinde*

ut

ut Empedocles Deum haberi voluerit, eodemque ipso suo conatu mortem sibi arcessiverit. Sed aperte de Christo dicere non ausus est, ne pium & Christianum Principem offenderet. Atque utinam hæc ille quæ dicit aliam sententiam pati possent. Magno quippe redemtum velim, ut ne tam conscleratum dictum elegantissimis hisce scriptis illigatum fuerit. Petrus vero Petitus libro 2. Miscellanearum observationum cap. 13. testatus est sibi Petavianam illam suspicionem improbari, nec probavit se illa cuiqvam ex doctis qvod sciam. Idem porro gaudet se in feliciorem, atqve ut illi videtur certissimam Themistianæ sententiæ interpretationem incidisse. *Nempe Empedocles est Peregrinus Philosophus iste Cynicus, de quo Gellius, & Lucianus, qui patria profugus in Palæstina Christianæ militiæ nomen dedit, & doctrina ita eminens super alios Christianos factus, ut sacros libros enarraret, & Christianis Magister, Propheta, omnia esset: qui denique Christianismum ejuravit, ad Cynicam sectam se contulit, & demum insano gloriæ amore furens, pyra exstante, Olympiæ in totius Græciæ conventu se sponte flammis absumendum dedit exemplo Empedoclis.* Sed ecce tibi præstantissimum atqve eruditissimum Leidensium Theologum, Stephanum Lemonium in prolegomenis ad Varia sacra, Petiti qvoqve sententiæ renuncian-tem, eaqve verius aliqvid & oratoris menti accomodatius promittentem. *Themistius reputans Empedoclis doctrinam, famam, honores, facinus, committensque cum animo, doctrina, fama, laudibus, fortitudine Polycarpi Martyris, facile & pro sua innata & oratoria dicendi facultate potuit Polycarpum vocare juniorem & alterum Empedoclem, cujus doctrinam, sapientiam, merita æquaret Jovianus Imperator, orationis Themistianæ ingens & maximum argumentum. Qui variis legibus & edictis Imperio se commendaverat, sicut Polycarpus apud Christianos variis scriptis ac Epistolis olim inclaruerat.* Eqvidem fateor mihi etiam lectis iis, qvæ ad refellendam Petiti sententiam à Lemonio scripta sunt, nihilominus eam non desiisse verisimiliorem videri Lemoniana, siqvidem juniorem aliqvem Empedoclem à Themistio perstringi ponamus, uti Petito suffragari etiam non dubitat Cl. Menagius p. 382. ad Laërtium, edit. Wetstenianæ. Qvo diligentius autem Themistii verba perpendo, nullum in illis deprehendo novum Empedoclem, sed de antiqvo solum sermonem esse contendo. Nam vocula ὁ non connectenda est cum verbis ἐκεῖνος ὁ παλαιός, sed respicit ad id qvod præcesserat: atqve idem est ac si dixisset Themistius, ὁ Φαυλότερον, μὰ Δία, ἐκεῖνος

ἑκάτερ ἔ παλαιᾶ. Itaqve ſimpliciſſima & veriſſima verborum Themiſtii expoſitio eſſe videtur, qvam reperi in Merici Caſauboni, digni tanto parente filii notis ad Marcum Antoninum pag. 87. ſeq. Unde patebit cum veteri Empedocle conferri Jovianum Imperatorem. Caſauboni verba hæc ſunt: *Nullum in rebus humanis ſincerum bonum eſſe, cui malum vel apertum & manifeſtum, vel ſpecie boni fallens annexum non ſit, ex adverſo (τὴν τῶν πραγμάτων ἀντιστοιχίαν eleganter vocat Plutarchus ad illam de qua diximus elementorum contrarietatem fortaſſe alludens) oppoſitum, eamque vetuſtiſſimam, fati ſeu providentiæ legem eſſe, tot ex antiquis ſunt qui obſervant, ut qui dixerit quam qui non dixerit, invenire difficilius ſit. Ult igitur Platonem, Theophraſtum, Dioniſium Halicarnaſſeum, Diodorum Siculum, Dionem Chryſoſtomum, Longinum & Ethnicos alios Græcos, ut Procopium Chriſtianum aut ſemi Chriſtianum potius, ut Græcos Patres, aut Latinos Patres, alios ve cujuscunque generis omnes omittam. Themiſtius ipſe jam ſupra Orat. 3. aliis verbis eandem ſententiam complexus erat, ubi ait:* Sane unumqvodqve eorum qvæ in hominum vita ſunt bonorum, periculo ſemper aliqvo tectum & obvolutum videtur, nullumqve eſt contrarii penitus expers ac ſincerum: Nec abſurde qvidam ſcenicus Poëta dixit nullum in vita bonum eſſe, qvod radice ab una, qvalis arbor, prodeat, ſed ſemper illi, qvod malum eſt, adnaſcitur. *Laudat igitur Themiſtius Imperatoris edictum, non eo ſolum nomine, quod religionis optionem liberam reliquerit, ſed quod eadem lege qua id permittebat, grande iſtud arcanum (θεσμὸς ipſe vocat appoſitiſſimo vocabulo) ab Empedocle veteri Philoſopho primum animadverſum & literis proditum, de boni malique conſilio & indiſſolubili nexu diſertis verbis executus ſit: aut ſi non diſertis ille verbis, at ipſo tamen effectu propoſitoque legis, (ſaltem ut Themiſtius propoſito ſuo inſerviens interpretatur) inſinuaverit. De Empedocle Plutarchus περὶ εὐθυμίας teſtis.* Παλίντροπος, *inquit,* ἁρμονίη κόσμος, ὥσπερ λύρης καὶ τόξου, καὶ τῶν ἀνθρωπίνων καθαρὸν οὐδὲν οὐδὲ ἁμιγές. *Et mox poſt laudatum Euripidis eundem quem laudat & Theophraſtus in eam rem locum, pergit:* ὃ δ' (ὡς ὁ Μένανδρος φησιν) ἅπαντι δαίμων ἀνδρὶ συμπαραστατεῖ, εὐθὺς γενομένῳ μυσταγωγὸς ἕ βίου ἀγαθός: ἀλλὰ μᾶλλον (ὡς Ἐμπεδοκλῆς) δίττ' ἄττα τίνες ἕκαστον ἡμῶν γενόμενον παραλαμβάνουσιν καὶ κατέχοντα μοῖραι καὶ δαίμονες. *Et poſt prolatos Empedoclis verſus (verbis ut pleraque ſunt Empedoclis non uſitatis quidem, ſed id tamen ipſum quod Themiſtius hic, non obſcure ſi quis attendat, innuentibus) ita pergit:* ὥστε τούτων ἑκάστου σπέρματα τῶν παθῶν διακεκραμένα δεδεγμένης ἡμῶν τῆς γενέ-

γενέσεως, καὶ Διὰ ξυ πολλὴν ἀνωμαλίαν ἐχύτης. *Cætera apud ipsum legantur. Themistii sententia sic exposita & extra controversiam posita, de verbis videamus, quæ etsi longe aliter accipienda quam voluit interpres, minima tamen & fere nulla mutatione sic scribenda censeo:* ἀγαθῷ μὲν ἦν καὶ τῶν ἄλλων (*ita malo quam* τὰς ἄλλας, *quod tamen ferri potest, nec sententiæ quam volumus incommodat*) ξ νόμος προσήκει τὸν θειότατον ἀποκρίνεσθαι, μάλιστα ὃ ἦς (*id est* τούτων *vel* ἐκείνων ὅις) ἐκ ἐφίησι μόνον &c. Dignus, *inquit* Imperator, qvem venerantes admiremur, tum ob alia qvæ lege illa continentur, tum præcipue, qvod non solum religionis libertatem indulgeat, sed & æternas illas leges à Deo latas non minus perite, non ille (*Imperator scilicet*) per Jovem, (*elegans hæc ἀναδίπλωσις, seu ἐπιζευξις est dicenda, non intellecta præcipue decepit interpretem*) qvam vetus ille Empedocles explicet. Hactenus Mericus Casaubonus. Sane hæc mihi verisimiliora etiam visa verborum Themistii expositio, qvam qvæ novissime ad illum locum allata à doctissimo editore his verbis: *Quovis ego pignore contenderim voces eas quæ proxime has* ἑ Φαυλότερον Ἐμπεδοκλέους *sequuntur,* ἑ, μὰ Δία, ἐκεῖνα ξ παλαιᾶ, *inutile quodpiam glossema esse, qualia sane multa in Themistii textu irrepsisse animadvertimus, nam neque ullo modo cohærent cum oratione reliqua, & iis expunctis nihil admodum hîc supereſt difficultatis aut salebrarum, unde se quisque expedire nullo negotio non possit. Gratulandum enim Imperatori ait ob sancitam in Religione tuenda libertatem, sed ab iis maxime, quorum jura ritusque dijudicat & explanat, nihilo deterius quam Empedocles olim fecisse perhibetur, quem ajunt ut refert Suidas consuetudine Deorum usum didicisse ex iis* ὅπη τοῖς ἀνθρώποις χαίρουσι καὶ ὅπη ἄχθονται, *cum cæteri mortales in explicanda Deorum natura & cultu conjectura solummodo & opinione, aut omnino errore ducantur. Ad hunc enim morem Jovianus Augustus, cum intelligat ad veneficia à sacrificiis (Ethnicorum scilicet, quorum ritibus addictum fuisse Themistium certum est) & à religione ad superstitionem facilem prolapsionem esse, sic paganorum ritus secernit à cæteris, ut istos eis condonet, illis interdicat: quod cum sapienter admodum sancitum sit, hos ipsos quorum in rem ea maxime cedunt, gratulari Imperatori oportet.*

CAPUT XIX.

De BASILIO Magno & Seleucienſi.

S. Baſilii Magni ætas & vita. 1. *Scriptores de illo veteres.* 2. *Recentes.* 3. *Alii Baſilii ultra triginta.* 4. *Editiones Baſilii Magni operum Latinæ, Græcæ & Græcolatinæ.* 5. *Scripta ſingula in editionibus Græcolatinis comprehenſa, cum variis obſervationibus.* 6. *Scripta Baſilii vel quæ ſub ejus nomine feruntur, & quæ in editionibus Græcolatinis non exſtant.* 7. *Precatio ab H. Hammondo edita. Ibid. Index eorum ad quos ſcripſit & quorum in Epiſtolis meminit S. Baſilius.* 8. *Index Homiliarum & Epiſtolarum S. Baſilii, adſcriptis ordine Alphabetico ſingularum initiis.* 9. *De Baſilio Seleucienſi ejusque ſcriptis.* 10.

BASILIUS, *magnus* ille Veritatis doctor a) atqve Doctrinæ inprimis de Spiritu S. catholicæ Vindex & aſſertor præcipuus, natus Neocæſareæ, qvæ ante Mazaca, in Pontica Cappadociæ regione circa A. C. 316. b) parentibus *Baſilio*, communi tum in illis locis virtutis Magiſtro c) & *Emmelia*: ne de avia *Macrina* dicam, cujus memoria inter ſanctos 14. Januar. d) recolitur, qvemadmodum parentum 30. Maji. e) Frater fuit *Gregorii Nyſſeni*, major natu: & *Naucratii* Monachi, *Petrique* Epiſcopi Sebaſteni, & *Macrinæ* † ſororis. Eloqventiæ & artium Magiſtros præclaros habuit Antiochiæ & CPoli *Libanium*, Athenis ubi Juliano †† com

a) ὁ μέγας τῆς ἀληθείας διδάσκαλος. Zachariæ Mytilenæo pag. 224. edit. Barthii, & κάυχημα τῆς Ἐκκλησίας, S. Athanaſio Epiſt. ad Palladium Presb. T. 1. p. 734. ὁ ἔνθεος τῆς οἰκουμένης φωστήρ, Gennadio Epiſtola de prædeſtinat.

b) Vide Acta Sanctor. T. 7. Maji p. 658.

c) ὃν κοινὸν παιδευτὴν ἀρετῆς ὁ Πόντος τηνικαῦτα περιβάλλετο. Nazianzenus Orat. 20. p. 324. Palladia qvam matrem memorat Baſilius Epiſt. 366. non fuit mater ſed cognata qvam matris loco veneratus eſt.

d) Bollandus in Actis Sanctor. T. 1. Januarii p. 952. ſeq. Meminit aviæ hujus ſuæ Baſilius Epiſt. 79 p. 895.

e) Papebrochius T. 7. Act. Sanctor. Maji pag. 242. ſeq.

†) Vide Nicephorum X. 19. & Nyſſenum in elogio Macrinæ.

†† commilitone in ſtudio bonarum litterarum uſus eſt, *Himerium*, *Proæreſiumque*. Hinc cum in Eccleſia Cæſareenſi Lectoris, Diaconi & Presbyteri muneribus functus eſſet, Monaſticam vitam prætulit, ſimultate ipſi cum Epiſcopo ſuo Euſebio intercedente. f) In Ponti igitur ſolitudines ſeceſſit, atqve ibi *Gregorii Nazianzeni* ſuaviſſima conſuetudine eſt uſus. Reconciliatus inde Epiſcopo ſuo, g) adhuc ſuperſtiti adjunctus, & A. C. 370. defuncto ſucceſſit Eccleſiæqve Cæſareenſis Epiſcopus ordinatus die 14. Junii, * cum per annos octo h) illud ſacrum munus geſſiſſet, diem obiit ſupremum i) A. C. 379. Calendis Januarii.

II. Scriptores veteres, de S Baſilii vita & laudibus conſulendi.

Greg. Nazianzeni Oratio XX. qvæ dicta eſt in S. Baſilii funere. Ejusdem Epigrammata XII. in Baſilium cum anonymi Græca proſaria expoſitione, edita à Lambecio VIII. p. 366-371. Epitaphium carmen qvod eſt qvartum decimum ordine T. 2. Opp. Vindendus etiam Epiſt. 38. &c.

Gregorii Nyſſeni Oratio in laudem Baſilii fratris, ἐπιτάφιος. Tom. 2. pag. 911.

Ephræmi Syri, elogium S. Baſilii, ipſo ſuperſtite adhuc ſcriptum, ut notavi lib. V. cap. 2. pag. 324. adde Combefiſii Bibliothecam Concionatoriam Tom. 7. pag. 9. ſeq.

†† Baſilius Epiſt. 208. ad Julianum Imp.

f) Baërtius Act. Sanctor. T. 2. Junii p. 833. Sozomenus VI. 15. Gregorius presbyter in vita Nazianzeni p. 13. &c. In eremo delectatum eſſe Philoromi amicitia Baſilium narrat Palladius in Lauſiaca p. 121. Vide & qvæ ipſe de vita ſua Monaſtica Baſilius Epiſt. 79. ubi fratrem Gregorium (Nyſſenum) ſecum vixiſſe in monaſterio ad fluvium Iridem teſtatur. De Gregorio Nazianzeno autem intelligendus Epiſt. 141. qvem σκεῦος ἐκλογῆς καὶ φρέαρ βαθὺ, τὸ τὸ χρυσὸ σόμα, appellat. Multa de illius & Baſilii amicitia Gregorius presbyter in Nazianzeni vita.

g) Idem Baërtius pag. 839.

* Hinc Martyrologia Baſilii memoriam 14. Junii celebrant, ut Menologia Calendis Januarii.

h) Nazianzenus de Baſilio: ὀκταετῆ λαοῦ θεόφορος ἡνία τείνας, apud Lambecium VIII. p. 368.

i) Baërtius loco laudato p. 813.

Pseudo Amphilochius (sæculi IX. scriptor ut videtur) de vita & miraculis S. Basilii. Dixi de illo lib. V. cap. 12. pag. 505. sed jam addo partem ejus extremam qvæ in Combefisii editione non exstat, vulgatam ex Codice Vindobonensi à Lambecio VIII. pag. 366. adde pag. 382.

Joannes Damascenus Orat 1. de imaginibus T. 1. edit. præclaræ Leqvinianæ p. 327. laudat *βίον Βασιλείε τ μάκαρ@ δ' Ἑλλαδίε τ αὐτ μαθητ κ) διαδόχε τ ἱεραρχίας Vitam, B. Basilii scriptam ab* Helladio *discipulo ejus & successore.* Sed illa jam pridem intercidit, licet partem ejus ex Anastasii Bibliothecarii versione legisse se MS. testatur Baronius ad Martyrolog. Rom. ad Calendas Januarii.

Simeon Metaphrastes de S. Basilio, (qvem Græce MS. testatus est se habere Heribertus Rosvveidus,) & *Græcorum Menæa* 1. Januar.

Gregorius presbyter in vita Greg. Nazianzeni.

Johannes Euchaitensis, *Philotheus* CPol. *Nicolaus Cabasilas*, *Theodorus Metochita*, *Matthæus Camariota* in tres Hierarchas qvi sunt Basilius, Nazianzenus & Chrysostomus, & qvorum memoriam junctim celebrant Græci 30. Januarii. Ex his solus *Philotheus* editus est, cæteri MSti adhuc feruntur, ut dixi lib. 5. c. 15. p. 558.

Philostorgius VIII. 11. 12. 13. *Socrates* IV. 26. *Sozomenus* VI. 15. *Tripartita* VII. 36. *Nicephorus* X. 17. seq. &c.

Photius Cod. CXLI. seq. Bibliothecæ.

Hieronymi c. 116. *S. E. Theodoreti* IV. 19. & præf. in Canticum *Augustini* 1. contra Julian. Pelagianum, *Suidæ*, *Gaudentii* Brix. *Vincentii* Lerinensis & *Theodori Prodromi* loca S. Basilii operibus à Parisiensibus præmissa sunt.

III. Scriptores recentiores.

Jo. Baptistæ Mantuani de vita S. Basilii libri II. carmine Heroico.

Erasmus lib. XXVIII. edit Londinensis, Epistola 7. ad Jac Sadoletum qvæ loco præfationis præmittitur editioni Græcæ Basilii A. 1532. Vide etiam lib. XXIX. Epist. 90. seq.

Oratio de S. Basilio inserta T. 3. declamationum Witebergensium pag. 716. seq.

Godfridus Hermantius (Tillemontii memoriis tunc adhuc ineditis usus) in vita Basilii & Nazianzeni Gallice scripta, Paris. 1674. 4. duobus Voluminibus. Laudat Baërtius eaqve usum se profitetur T. 2. Act. Sanctor. Junii p. 810.

Tille-

Tillemontius tomo IX. memoriarum Historiæ Ecclesiasticæ, edito Paris 1703. 4.

Franciscus Baërtius in vita Basilii T. 2. Act. Sanctor. Junii p. 807. seqq.

Matthæus Raderus in viridario Sanctorum p. 24. seq.

Omitto velut notiss. Centurias Magdeburgenses Centuria IV. Baroniumqve & alios Annalium & Historiæ Ecclesiasticæ scriptores, atqve Eliam du Pin Tomo secundo Bibliothecæ suæ & cæteros qvi de Scriptoribus Ecclesiasticis egere. Antonius Possevinus in Apparatu sacro etiam de Codicibus scriptorum Basilii manu exaratis qvi in Bibl. Augustana, Messanensi & Monachiensi exstant, monet, atqve in versiones varias scriptorum Basilianorum observationes complures cum Lectore communicat.

Abrahamus Scultetus parte IV. Medullæ Patrum.

Guil. Caveus in vitis primitivorum Patrum Ecclesiæ, Anglice scriptis, & deinde translatis in linguas Belgicam atqve Germanicam T. 2. edit. Germanicæ p 504--598. Brem. 1704 4.

D. Theophilus Spizelius in vetere Academia JEsu CHristi p. 73. seq.

IV. Alii Basilii ultra XXX.

Basilius *Abbas* S. Lauræ prope Hierosolyma. Vide infra, Maleinus.

Basilus *Achridenus*, vide infra, Thessalonicensis.

Basilius *Amasenus* in Cappadocia Episcopus & Martyr Nicomediæ A. C. 322. de qvo Henschenius in Actis Sanctor. T. 3. April. 26. pag. 416. seq. Acta illa fabulosa videntur Valesio pag. 208. ad Euseb.

Basilas sive Basilius arcis Mechææ * atqve inde ab A. C. 336. qvo Marcellum in Synodo CPol. depositum constat, *Ancyranus* Episcopus de qvo Hieron. de scriptor. Eccles. c. 89. Plura de eo Tillemontius T. 7. memor. Ecclesiastic. Cum Arianis non fecisse probat D. Ittigius ὁ μανιάρης appendice ad lib. de hæresiarchis Seculi I. & II. p. 453. seq.

Basilius *Ancyranus* Episcopus junior qvi in Synodo Nicæna II. A. C. 787. Confessionem obtulit qvæ exstat T. 3. Concilior. edit. Binianæ pag. 481.

Basilius *Antiochenus* Episcopus A. C. 456. & 457. cujus meminit Nicephorus XV. 19. Simeonis Eremitæ ad eum Epistola apud Evagrium

* Non *artis Medicinæ* ut in libro Hieronymi A. 1700. Helmstadii excuso legas.

grium lib. II. cap. 10. Ad eundem Basilium scripsit Leo Imp. & Leo 1. Episcopus Rom. & Baradatus teste Ephraimo apud Photium Cod. 229. sub fin.

Basilius *Aquarum Sextiarum* Episcopus, cujus meminit Honoratus in vita Hilarii Arelat. c. 22.

Basilius junior *Asceta*, cujus vitam scripsit Gregorius ejus discipulus clarus temporibus Leonis sapientis Imp. Exstat in Actis Sanctor. T. 3. April. 26. adde Lambecium VIII. p. 359.

Basilius *Bicantiorum* presbyter, de qvo Moschus in prato spiritali cap. 40.

Basilius *Bulgaroctonus* * Imperator ab A. C. 976. ad 1025. de cujus Novellis Constitutionibus dicam libro VI.

Basilius *Cæsareensis* ** junior cujus inediti commentarii ad Orationes Nazianzeni, Constantino Porphyrogeneto dicati exstant in variis Bibliothecis, ut Coisliniana p. 296. & in tribus Codicibus pag. 298. seq.

Basilius *Chrysostomi* qvi eilibros de Sacerdotio dicavit, familiaris, jam Episcopus circa A. C. 372. adeoq; à Seleucienſi qvi annis sexaginta amplius post floruit, haud dubie diversus, licet aliud visum sit viris qvibusdam doctis, secutis Photium Cod. 168. Confer Tillemontium T. 15. memor. Hist. Eccles. p. 340. Et qvæ infra in Basilio Raphanensi.

Basilius Irenopolitanus in *Cilicia* Episcopus, à qvo Nestoriani dicti Βασιλειανοὶ ut notavit Mich. le Qvien ad Jo. Damascenum T. 1. pag. 100. De ejus Historiæ Ecclesiasticæ libris tribus, Photius Cod. 42. Vide qvæ dixi lib. V. cap. 4. pag. 114. Ejus opus contra Archelaum Coloniæ in Armenia presbyterum memorat Svidas: contra Joannem Scythopolitam Photius Cod. 107.

Basilius *Confessor*, Episcopus *Cretensis* & dein Thessalonicensis, de qvo Bollandus ad Calend. Februar. Tom. 1. p. 242. sq.

Consules Cæcina Decius Basilius *** A. C. 463. & Cæcina Decius Basilius junior Ao. 529. tum Flavius Basilius Ao. 480. & Flavius

* Vide Allatium p. 230. ad Georg. Accropolitam.

** Vide qvæ de illo lib. V. c. 13. p. 540. Caveus hunc refert ad A. C. 675. sed junior est Constantini Porphyrogeniti ætate scripsit. A Sambuco vocatur Thessalonicensis, sed ipse se Basilii Cæsarensis κοινωνὸν καὶ ὀνόματος καὶ θρόνου appellat.

*** Ad hunc scribit Sidonius.

vius Basilius junior A. 541. ultimus privatorum qvi consulatum ordinarium gesserit, nomenqve anno dederit. Vide Victorii Canonem Paschalem. p. 69.

Basilius *Ephesi* Episcopus A.C. 434-444.

Basilius *Hierosolymitanus* Patriarcha, cujus Epistola Synodica ad Imp. Theophilum qvi ab A.C. 829. ad 841. rebus præfuit, exstat in Combefisii manipulo Orig. CPol. p. 110.-145. Paris. 1664. 4.

Basilius *Irenopolitanus*, perperam à Cilice distinguitur in Chartophylace clarissimi Cavei (qvi id recte deinde emendavit) & in pandectis Hendreichii Brandenburgicis.

Basilius *Isauriæ* Episcopus, idem cum Seleuciensi.

Basilius *Larissæ* in Thessalia Metropolitanus Baluz. pag. 886. novæ collect. Concil.

Basilius *Macedo* Imp. ab A.C. 866. ad 889. de cujus κεφαλαίοις παραινετικοῖς dixi lib. V. c. 5. p. 572. seq. De ejus variis Constitutionibus & Legibus, aliisqve scriptis ad Jura spectantibus differendi locus erit libro VI. qvemadmodum & de Novellis Basilii *Porphyrogeniti* Imp.

Basilius *Magnesiæ* Episcopus interfuit Concilio Nicæno II. T. 3. Binii pag. 516.

Basilius *Magus*, de qvo Gregorius Magnus lib. 1. dialogor. p. 1331. seq. T. 1. Opp. & Cassiodorus IV. 2. Var.

Basilius *Maleinus* S. Lauræ prope Hierosolyma archipresbyter & Abbas cujus ἀσκητικὴ ὑποτύπωσις, * & libellus qvo probat *Asceta* non esse captanda honoraria nec honores ambiendos, MS. Græce in Bodlejana Bibl.

Basilius *Asceta*, *Marciani* discipulus, à qvo conditum Monasterium in Seleucobelo civitate Syriæ narrat Theodoritus Histor. religios. cap. 3. inter discipulos ejus *Sabinum*, miramqve & hujus abstinentiam prædicans. Eundem cum Basilio Seleuciensi illum facit Baronius ad A.C. 382. n. 68. sed rectius, distinguendum esse monet Tillemontius T. 15. memor. p. 341.

Basilius *Megalomites*, cujus ænigmata Græce exstant MS. in Bibl. Bodlej.

Basilius *Monachus* Cappadox cujus fertur responsum sive ἀναφορὰ ad Nicetam Metropolitam Thessalonicensem circa A.C. 1200.

* ὑποτύπωσις illa sive descriptio Vitæ Monasticæ Latine exstat in Bibliothecis Patrum, interprete Jac. Pontano.

Basilius *Nicomedienſis* Martyr. Supra in Amaſeno. De aliis Baſiliis *Martyribus* octo vel novem, Baronius ad Martyrolog. Romanum.

Basilius *Patricius & præfectus Cubiculi*, cujus Naumachica hactenus inedita dabo Græce infra.

Basilius *Pegoriota* qvi inter Melodos Græcæ Eccleſiæ laudatur à Leone Allatio, & qvi plura de eo dicet, Rev. Urbano Gotfrido Sibero.

Basilius *Philippenſis* cujus homilia in præſentationem B. Virginis in templo, MS. Græce in Bibl. Bodlei.

Basilius *Piſidiæ* Epiſcopus, Iconomachus, in qvem invehuntur Patres Synodi VII. actione 1. T. 1. Binianæ edit. A. 1618. p. 482.

Basilius *presbyter*, cujus vita auctore incerto in T. 3. Act. Sanctor. Martii 22. pag. 380. Latine, & Græce ad Voluminis calcem.

Basilius patricius & *præfectus Prætorio* ſub Rege Odoacro. Vide Baronium ad A. C. 483. n 10. ſeq.

Basilius *Raphanenſis* in Syria Epiſcopus qvi A. C. 381. Synodo CPol. ſubſcripſit. Hunc Baſnagius ad A. C. 382. 6. putat eſſe illum cui Chryſoſtomus libros de Sacerdotio inſcripſit.

Basilius *Ruſſiæ* Imperator cujus Epiſtolam de translatione reliqviarum ſuæ Matris allegat Allatius contra Hottingerum p. 177. ſeq

Basilius *S. Sabæ* Archimandrita Romæ, ad qvem Theodori Studitæ Epiſtola 35. libri I.

Basilius *Seleucienſis* de qvo infra hoc capite.

Basilius Epiſcopus *Sycomazanus* (al. *Sycaminanus*) qvi interfuit Synodo CPol. ſub Menna A. C. 536.

Basilius *Sylei* Epiſcopus, qvi interfuit Synodo ſeptimæ ſive Nicænæ II. A. C. 787. celebratæ. Vide T. 3. Binianæ edit. p. 515.

Basilius Achridenus, ArchiEſpiſcopus *Theſſalonicenſis* cujus reſponſio ad Epiſtolam Hadriani IV. Papæ in jure Græco Rom. p. 307. & apud Allatium de conſenſu p. 658. & poſt Jo. Zonaram in Canones Concilior. 783. Ejusdem Baſilii ad qvæſtionem de conjugio duorum fratrum cum amita conſobrini à magno Dyrrachii Sacellario propoſitam exſtat in jure Græco Rom. p. 309. & 408.

Basilius *Trajanopolitanus* in Thracia, qvi interfuit Concilio Chalcedonenſi.

V. Editiones Operum Baſilii Magni.

GRÆCÆ.

Baſil. 1532. fol. cum præf. Eraſmi, apud Froben. In hac editione ſunt

sunt Homiliæ in Hexaëmeron, in Psalmos, & aliæ variæ homiliæ XXIX. Liber de Spiritu S. & Epistolæ.

Venet. 1535. fol. apud Steph. Sabium, in qvo volumine sunt Ascetica Ethicaqve & de Virginitate & contra Eunomium libri qvinqve.

Basil. 1551. fol. cum præfatione Græca Jani Cornarii ad Julium Numburgensem Episcopum. In hac editione continentur: In Hexaëmeron homiliæ undecim. In Psalmos homiliæ XVII. Variæ homiliæ XXIX. Liber de Spiritu S. Epistolæ Basilii & Nazianzeni CLXXX. Ἀσκητικῶν λόγοι septem. De judicio DEI. De fide. ἠθικῶν ὅροι LXXX. Ἐρωτημάτων ἀσκητικῶν κατὰ πλάτος ὅροι LV. ἐρωτημάτων ἀσκητικῶν κατ' ἐπιτομὴν ὅροι CCCXIII. Ἐπιτίμια διάφορα sive pœnæ variæ Ecclesiasticæ delinqventibus Monachis & κανονικαὶς constitutæ. Constitutiones Ascetica XXXIV. Epistola ad Chilonem. Alia ad Monachum prævaricatorem. De baptismo libri II. Liber περὶ ἐξουσίας, de libero arbitrio. Alius de virginitate. De paradiso liber & libri V. adversus Eunomium.

LATINÆ.

Paris. 1520. fol. apud Ascensium.

Coloniæ 1531. fol. apud Cervicornum, qvam editionem persequitur Gesnerus in Bibl.

Basil. 1540. fol. apud Hervagium cum præfat. Wolfgangi Musculi. Hanc editionem præter Gesnerum recensent Bellarminus de S. E. & B. Gerhardus in Patrologia.

Basil. 1552. fol. edente Jano Cornario.

Basil. 1565. fol. apud Jo. Oporinum, cum eadem Musculi præfatione, qvi in hac editione scholia in Psalmos, & enarrationem in sedecim capita Esaiæ, & Epistolas qvasdam adjunxit.

Parisiensis Godfridi Tilmanni 1566. fol. qvæ recusa est

Antwerp. 1568. fol. apud Philippum Nutium. Hanc editionem recenset Possevinus in Apparatu Sacro.

Paris. 1571. fol. apud Sebast. Nivellium: prioribus nitidior, pleniorqve & castigatior, qvam secuta Parisiensis apud Sonnium A. 1603. fol.

Postrema Antvverpiensis 1616. curante Andrea Schotto fol. repetita Coloniæ 1618. fol.

Denique Franciſcus Combefiſius tum in Eccleſiaſte Græco Pariſ. 1674. 4. tum in Bibliotheca Concionatoria ibid. 1662. fol. varias Baſilii Homilias Latine à ſe vel recenſitas vel de integro verſas Latine edidit.

Germanica.

Ingolſtad. 1591. fol. Schvveikhardo Comite Helfenſteinienſi interprete.

GRÆCOLATINÆ.

A. 1618. *Pariſ.* fol. 2. Vol. ex officina Nivelliana. Hæc inſignis & nitida, emendataqve editio recenſetur à Philippo Labbeo T. 1. de ſcriptor. Eccleſ. p. 177. ſeq. & ab Hendreichio in pandectis Brandenburgicis, ſed qvi multa confuſe ac falſo de editionibus Baſilii ſcriptorum tradit. Qvi hanc Pariſienſem editionem curarunt Fronto Ducæus & Fed. Morellus, teſtantur ſe uſos editione Græca Anni 1551. collata cum MSS. à Richardo Montacutio. Ducæi notæ, qvibus verſiones paſſim caſtigantur, implent in Appendice Tomi II. paginas 118. hinc ſuccedunt exiguæ Federici Morelli pag. 119-126.

1638. *Pariſ.* fol. 3. Vol. minus nitida, minusqve emendata, neqve ulla re alia auctior. Hanc recenſet Caſimirus Oudinus in ſupplemento de Scriptoribus Eccleſ. p. 42. ſeq. qvi etiam novam ſciagraphiam ſubjicit ordinis qvo ipſe optet opera S. Baſilii recudi, ut primo tomo Homiliæ, altero libri & tractationes, tertio Epiſtolæ, Liturgia & alia qvædam in prioribus non obvia exhibeantur.

Novam Baſilii operum editionem molitus pridem fuit *Franciſcus Combefis*, cumqve edendi ipſius vaſti operis occaſio deeſſet, caſtigationes ſaltim ſuas ex variis Codicibus MSS. & obſervationes varias ad paginas editionis Pariſ. 1618. vulgare inſtituit, variaqve inedita S. Baſilii monumenta paſſim inſeruit. Sed A. 1679. 23. Jun. ætat. 74. operi immortuo Combefiſio obſervationes illæ eodem adhuc anno publicatæ, & ArchiEp. Pariſienſi Franciſco Harlæo inſcriptæ ſunt à Paulo de Golefer, Ord. Prædicatorum. Titulus Operis eſt: *Baſilius Magnus ex integro recenſitus, textus fide optimorum Codicum ubique caſtigatus, auctus, illuſtratus, emendatus, verſiones recognitæ* &c. Pariſ. 1679. 8. duobus Vol.

Me-

Memini & *Wilhelmum Erneſtum Tentzelium* τὸν μακαρίτην, multis annis, & beatiſſimum deſideratiſſimumq; *Godfr. Olearium* noſtrum aliqvando de nova Baſilii editione concinnanda cogitaſſe, & in eam rem varia collegiſſe ſubſidia, ſed utriusqve doctos conatus properans fatum antevertit.

Novam nunc S. Baſilii editionem eruditi Monachi Benedictini, qvibus tot præclariſſima monumenta Eccleſiaſtica debemus, jubent exſpectare ab inſigni ſodali ſuo *Juliano Garnierio*, poſtqvam alter qvi ex eodem ordine ornandæ huic ſpartæ præfectus antea fuerat, *Jacobus Lopinus*, jam A. 1693. 29. Dec. fatis conceſſit.

VI. Baſilii Magni ſcripta quæ exſtant, in utraque edit. Græcolatina Pariſ.

I. Εἰς τὴν ἑξαήμερον, *in Hexaëmeron Homiliæ IX.* Ex his pleraqve ad verbum expreſſit *S. Ambroſius* libris VI. a) in Hexaëmeron, qvi etiamnum ſuperſunt. *Easdem* Euſtathius *ſive* Euſtachius (Afer) *vir diſertiſſimus ita transtulit in Latinum, ut ingenium doctiſſimi viri* (Baſilii) *facundiæ ſuæ viribus æquiparaſſe videatur, qui usque ad hominis conditionem novem libros tetendit*, ut notat Caſſidorus cap. 1. divinar. Lect. Qvæ verſio ſorori *Syncleticæ* Diaconiſſæ b) ab Euſtathio dicata & memorata etiam Sigeberto Gemblacenſi c 21. de S. E. & Bedæ ſive Junilio præf. in Geneſin, prodiit Nicolao Fabro curante, exſtatqve in Bibliotheca Patrum Pariſ. 1654. Tomo I. atqve in Latinis S. Baſilii editionibus noviſſimis.

Dionyſii qvoqve *Exigui* verſionem Clariſſ. Caveus & ante eum Poſſevinus & Elias du Pin memorat. Sed vereor ne Greg. Nyſſenus qvem a Dionyſio latine redditum conſtat, memoriæ, eorum obſervatus; vel, ut B. Doctori meo Tho. Ittigio obſervatum, ver-

a) Homilia *prima* Baſilii reſpondet primis ſex libri primi Ambroſii capitibus, *ſecunda* capitibus reliqvis qvatuor ejusdem libri. *Tertia* libro integro ſecundo. *Quarta* capitibus primoribus qvinqve & *Quinta* cæteris duodecim tertii libri. *Sexta* libro qvarto. *Septima* libri qvinti capitibus prioribus undecim. *Octava* poſterioribus. *Nona* deniqve libro ſexto.

b) Hæc Syncletice, cujus ut æqvalis ſuæ Sedulius in præf. Operis Paſchalis meminit, non confundenda cum S. Syncletice antiqviore, de cujus vita dixi inter ſcripta S. Athanaſio ſuppoſita lib. 5. cap. 2. n 84.

ba Tilmanni non recte intellecta illos induxerint, ut Basilium qvoqve ab eo versum affirmarent. Inter recentiores primus Basilium interpretatus est Latine *Johannes Argyropylus*, cujus versio in operibus Basilii A. 1565. fol. Latine Basileæ vulgatis, & à *Godfrido Tilmanno* recognita cæteris Latinis in Græcolatinis Basilii editionibus occurrit.

Hinc *Joachimus Perionius* Paris. 1552. in cujus interpretatione plura notat ac reprehendit Possevinus Tom. 1. Apparatus sacri pag. 184. seq.

Jani Cornarii versionem invenies in editione operum Basilii Latina Basil. 1552. fol. Eamqve passim præfert *Fronto Ducæus* in notis ad hoc Basilii opus.

Victorini Strigelii interpretatio separatim lucem vidit Lipsiæ 1566. 8. Laudant Basilium in Hexaëmeron certatim veteres, Nazianzenus, c) Nyssenus, d) Hieronymus, e) Photius, f) Svidas, g) aliiqve. Ante Basilium in Hexaëmeron qvi scripsere, temporis injuria interciderunt omnes præter Philonem Judæum, ut Rhodon Tatiani discipulus, Hippolytus & Origenes Hieronymo laudati, Justinusqve Martyr & alii complures qvos Anastasius Sinaita h) commemorat. Post Basilium scriptores hujus argumenti tulere ætatem Græci scriptores Nyssenus, Eustathius, Anastasius, Johannes Philoponus.

Homilia X. & XI. de opificio hominis, qvæ velut Basilii in Græcis editionibus pluribusqve MSS. ut in Cæsareo apud Lambec. III. p. 122 & in versionibus Cornarii, Perionii, Strigelii, atqve in latinis Basilii editionibus plerisqve è Wolfg. Musculi Argyropulum supplere studentis interpretatione subjiciuntur, in Græcolatinis omissæ sunt, qvoniam multi veterum testantur Basilium non ulte-

c) Nazianzenus Orat. 20. in S. Basilium : ὅταν τὴν ἑξαήμερον αὐτῦ μεταχειρίζωμαι, μετὰ τῦ κτίσῦ γίνομαι.

d) Nyssenus in Hexaëm. T. 1. pag. 5. cum dixisset se neutiqvam velle ἀντιδογματίζειν τῷ ἁγίῳ Βασιλείῳ περὶ τῶν κατὰ τὴν κοσμογονίαν αὐτῷ φιλοσοφηθέντων, subjungit : ἀλλ' ἐκεῖνα μὲν κεκρατήσθω, καὶ μόνης τῆς θεοπνεύστε διαθήκης τὰ δευτερεῖα φερέσθω.

e) Hieron. Catalogo c. 116. & Epist. 55. f) Photius Cod. 141. g) Svidas in Βασίλειος. Vide & Socratem IV. 26.

h) Anastasius 7. in Hexaëm. cujus verba Græce produxit V. C. Michaël le Qvien ad Damascenum T. 1. pag. 174. Alium ex libro 1. Fronto Ducæus in limine notarium ad Basilium.

ulterius progressum, nec de hominis structura tractasse. Tamen illas post longum morbum à Basilio revera additas, eiqve adeo vindicandas esse contendit *Franciscus Combefisius*, qvi eas è MSS. emendavit & supplevit, & cum argumentis qvæ in Codice Regio præfiguntur in capita distinctas addita nova versione sua notisqve dedit T. 1. Basilii recensiti, pag. 418 seq. subjuncta etiam pag. 524. homilia de paradiso, qvæ inter diversas est trigesima & T. 1. pag. 625. edit. Græcolat. A. 1618. legitur. Certe Homiliam X. & XI. à Greg. Nysseno adjunctas Basilii operi non esse, docet luculentus qvem ab eo supplementi Basiliani loco habemus liber de opificio hominis, & inter cujus opera illæ duæ Homiliæ T. 1. pag 139. 153. seguntur cum versione *Petri Francisci Zini*.

II. Ὁμιλίαι *Homiliæ XVII. in Psalmos.* Hoc est præter unam proœmii loco præmissam, singulæ in Psalmum VII. XXIX. * XXXII. XXXIII. XXXVII. XLIV. XLV. XLVIII. LIX. LXI. & binæ in Psalmum XIV. XXVIII. CXIV. Illa qvam proœmii loco præmissam dixi, ex *Rufini* versione solet præfigi Latine *S. Augustini* Enarrationi Psalmorum, etiam in noviſſima editione ab eruditis Monachis Benedictinis curata, Tomo IV. Homilias universas septendecim Latine vertit *Godfridus Tilmannus*, cum cujus interpretatione exstant in Græcolatinis & postremis Latinis Basilii editionibus. Ante Tilmannum easdem transtulerant *Raphaël Volateranus* cujus versio legitur in latinis qvibusdam editionibus ut Basileensi 1565. fol. & *Janus Cornarius*, qvæ occurrit in editione Latina Anni 1552. Plura ex his homiliis afferuntur in Catena Græcorum Patrum ad Psalmos Corderiana, nonnulla etiam præterito Basilii nomine.

III. Homiliæ diversi argumenti XXXI.

1. Περὶ νηστείας *de jejunio.* Incipit: σαλπίσατε, φησιν, ἐν νεομηνείᾳ. Vertit *Erasmus.* ** Solita hæc homilia in Græcorum Ecclesiis legi

* secundum Hebraicam editionem in Psal. 7. 15. 29. 30. 33. 34. 38. 45. 46. 49. 60. 62. & 116.

** Fallitur Labbeus qvi T. 1. de Scriptor Eccles. p. 177. homilias XXXI Erasmo interprete exhiberi scribit, cum duas tantum primores Erasmus verterit. Erasmi versionem, non Galesinii servarunt editiones Latinæ & Græcolatinæ operum Basilii. Homiliæ octo Basilii ex versione *Antonelli Arcimboldi* prodierunt Latine Mediolani 1569. 4. sed illæ jam mihi non sunt ad manus, uti nec Gallica *S. Sulpicii* (Paris 1580. 8.) nec Italica *Galeazzi Sessa* interpretatio.

legi Dominica Qvadrageſimæ ſive in εἰσβάσει τῶν νηστειῶν. Separatim prodiit Græce Helmſtad. 1666. 4.

2. Περὶ νηστείας *de jejunio, ſecunda.* Incipit: Παρακαλῶ, φησὶν, ἱερεῖς τὸν λαόν. Vertit idem *Eraſmus.* Lecta hæc homilia in Græcis Eccleſiis * τῇ παρασκευῇ τῆς τυρινῆς ſive feria ſexta poſt Cineres. (al. pridie diei Cinerum.) Prodiit Græce cum priore Lovan. 1563. 4. Pariſ. 1579. 8. & ex interpretatim *Eraſmi* Friburg. 1532. & ex *Petri Galeſinii* verſione Rom. 1587. 4. & Monachii 1613. 12.

3. Εἰς τὸ. πρόσεχε σεαυτῷ. *In illud*: Deut. XV. 9. *attende tibi ipſi.* Incipit: Ὁ λόγος τοῦ χρῆσιν δέδωκεν ἡμῖν ὁ κτίσας ἡμᾶς ὁ Θεός. Vertit præter *Franciſcum Craneveldium* Lovan. 1534 8. *Godfridus Tilmannus*: atqve in Eccleſiaſte ſuo Græco *Franciſcus Combefiſius.* Allegat S. Maximus ad Dionyſium Areopag. T. 1. p. 29.

4. Περὶ εὐχαριστίας *de gratiis DEO agendis.* Incipit: ἠκούσατε τῶν ῥημάτων Ἀποστόλου. Vertit *Godfridus Tilmannus.*

5. Εἰς τὴν μάρτυρα Ἰουλίττην, *in Julittam* qvæ martyrium Cæſareæ ſubiit. Incipit: ἡ μὲν ὑποθεσις τῆς Ἐκκλησίας. Meminit Martyrologium Romanum 30. Jul. & Svidas in Βασίλειος. Vertit *Godfridus Tilmannus* & ante Tilmannum *Janus Cornarius.* Occurrit & in Eccleſiaſte Græco Combefiſii.

6. Περὶ πλεονεξίας *in illud Lucæ XII.* 18. Deſtruam horrea mea &c. *De avaritia.* Incipit: διπλοῦν τὸ εἶδος τῶν πειρασμῶν. Ante *Cornarium* vertit *Raphael Volaterranus*, cujus interpretatio in Græcolatinis editionibus hinc inde emendata à Frontone Ducæo. Volaterrani verſio Homiliarum Baſilii lucem vidit apud Aſcenſium Pariſ. 1520. fol. Colon. 1531. fol.

7. Πρὸς τοὺς πλουτοῦντας ſive κατὰ πλουτούντων *in divites* ad Luc. XVIII. 22. Incipit: Εἰρηται καὶ πρώην ἡμῖν. Vertit *Volaterranus*, & *Cornarius.*

8 Ἐν λιμῷ καὶ ἀνυδρίᾳ *tempore famis & ſiccitatis* dicta homilia *in divites avaros.* Incipit: λέων ἐρεύξεται. Vertit *Volaterranus* & *Cornarius.*

9. Ὅτι οὐκ ἔστιν αἴτιος τῶν κακῶν ὁ Θεός. *Quod DEUS non eſt auctor malorum.* Incipit: πολλοὶ τῆς διδασκαλίας οἱ τρόποι. Verterunt *Volaterranus* & *Cornarius.* Vidi & Gallicam verſionem excuſam Rothomag. 1584. 8.

16. Κατὰ

* Vide Combefiſii Baſilium recenſitum T. 1. p. 85. 91. τυρινὴ Græcis, qvæ Latinis Dominica Qvinqvageſimæ, ut Allatio, Cangioqve notatum.

10. Κατὰ ὀργιζομένων, *de ira* ſive *adverſus iraſcentes.* Incipit : ὥσπερ ὅπη τῶν ἰατρικῶν φαρμακευμάτων. Verterunt iidem *Volaterranus & Cornarius.* Prodiit & ſeparatim Græce & Lat. Pariſ. 1587. cum interpretatione *Gentiani Herveti.*

11. Περὶ φθόνου *de invidia.* Incipit: ἀγαθὸς ὁ Θεός. Verterunt *Volaterranus & Cornarius*, & *Franciſcus Craneveldius*, Lovan. 1535. 8. *Gentianus* item *Hervetus.*

12. Εἰς τὴν ἀρχὴν τῶν παροιμιῶν. *In principium Proverbiorum.* Incipit: ἀγαθὸς ὁ τῆς εὐπειθείας μισθός. Verterunt *Volaterranus & Cornarius.*

13. προτρεπτικὴ εἰς τὸ ἅγιον βάπτισμα. *Exhortatio ad baptiſmum & pœnitentiam.* Incipit: ὁ μὲν σοφὸς Σολομών. Vertit *Volaterranus.*

14. Κατὰ μεθυόντων, *in ebrietatem & luxum.* Incipit : κινεῖ μέν με πρὸς τὸν λόγον. Vertit *Volaterranus*, cum cujus interpretatione ſeparatim etiam prodiit hæc Homilia, Kiloniæ 1675. 4. adjunctis aliis ebrietatis deſcriptionibus & accuſationibus, variorum ſcriptorum Græcorum, Latinorumqve. Interpretatus præter *Cornarium* etiam eſt *Franciſcus Craneveldius* Lovan. 1538. 8. & *Simon Stenius* Heidelberg. 1594. 8.

15. Περὶ πίστεως, *de fide* ſive de Trinitate. Incipit : Θεὸν μεμνῆσθαι μὲν διηνεκῶς. Verterunt *Volaterranus & Cornarius.*

16. Εἰς τὴν ἀρχὴν ἣν κατὰ Ἰωάννην Εὐαγγελίου. *In primaverba Evangelii Johannis.* Incipit: πᾶσι μὲν ἡ τῶν Εὐαγγελίων φωνή. Verterunt iidem. Allegatur à Pachymere procem. ad Dionyſium Areop.

17. Εἰς τὸ ἅγιον βάπτισμα, *in Sanctum Baptiſma*, ſive ut rectius etiam in MS. Segvierianæ ſive Coislimianæ * Bibl. inſcribitur : περὶ ἁγίου Πνεύματος, *de Spiritu S.* Incipit : ὁ βαπτιζόμενος εἰς Τριάδα βαπτίζεται. Verterunt *Volaterranus & Cornarius.* Prodiit ſeparatim Helmſtadii A. 1613. 8. Græce & Latine edente Joanne à Fucht.

18. Εἰς Βαρλαὰμ μάρτυρα. *In Barlaamum* Antiochenum *martyrem.* Incipit: πρότερον μὲν τῶν ἁγίων οἱ θάνατοι. Meminit Martyrologium Romanum 19. Nov. & Svidas in Βασίλειος. Verterunt *Volaterranus & Cornarius.* Ex Volaterrani verſione legitur etiam apud Surium ad 19. Novemb. Qvod vero Combefiſius Tom. 1.

* Vide Cl. Montfauconi Catalogum MSS. p. 117.

Basilii restituti pag. 182. ait Chrysostomi in Barlaamum nusqvam comparere, fefellit eum memoria, exstat enim T. 1. Operum Chrysostomi edit. Ducæi p. 783. & T. 5. Savil. p. 493. atqve incipit: *συνεκάλεσεν ἡμᾶς εἰς τὴν ἱερὰν ταύτην ἑορτὴν καὶ παννύχιον ὁ μακάριος Βαρλαάμ.*

19. Εἰς μάρτυρα Γόρδιον, *in Gordium Martyrem*, militem Cæsarienſem. Incipit: νόμος ἐστὶ φύσεως ταῖς μελίσσαις. Verterunt *Volaterranus* & *Cornarius*. Meminit Martyrologium Romanum 3. Jan. Damascenus in parallelis & Svidas in Βασίλειος. Exstat etiam Latine apud Bollandum & Surium ad 3. Januar. ex Volaterrani versione.

20. Εἰς τοὺς ἁγίους πεντηκοντα μάρτυρας, *in XL. sanctos Martyres*. Incipit: Μαρτύρων μνήμης τίς ἂν γένοιτο κόρος τῷ Φιλομάρτυρι. Meminit Martyrologium Rom. 9. Martii, Damascenus in parallel. & Svidas in Βασίλειος. Græce cum nova versione sua & notis edidit *Gerhardus Vossius* ad Gregorii Thavmaturgi calcem pag. 75. Moguntiæ 1604. 4. & *Simon Stenius*, Heidelberg. 1614. 8. Vertit & *Petrus Morinus*, inter cujus opuscula Latine vidit lucem Paris. 1675. 12. pag. 226. Ante Morinum, Vossium, Steniumqve verterunt *Cornarius*, & cujus versio apud Surium ad 9. Martii, & in Græcolatinis Basilii editionibus exstat; *Volaterranus*. Vossii versionem exhibent Acta Sanctor. T. 2. Martii p. 25.

21. ῥηθεῖσα ἐν Λαοδίκῃ, Homilia *dicta in Laodicia*, in aliqvot Scripturæ loca & de personis non acceptandis, fugiendaqve ira, invidia & avaritia. Incipit: ἀνταγωνίζεταί ὁ ἐχθρός. Verterunt *Volaterranus* & *Cornarius*. Citat aliqvoties Damascenus in parallelis.

22. Περὶ ταπεινοφροσύνης, *de humilitate*. Incipit: ὤφελεν ἄνθρωπος ἐν τῇ πρὸς θεὸν δόξῃ μεμενηκέναι. Verterunt iidem.

23. Περὶ δὲ μὴ προσηλῶσθαι τοῖς βιωτικοῖς, *non adhærendum esse rebus sæcularibus, & de incendio extra Ecclesiam orto*. Incipit: ἐγὼ μὲν ᾤμην. Verterunt iidem, *Volaterranus* & *Cornarius*.

24. Πρὸς τοὺς νέους, ὅπως ἂν ἐξ ἑλληνικῶν ὠφελοῖντο λόγων. *Ad adolescentes* (consobrinos) *de gentilium libris cum fructu legendis*. Incipit: πολλά με τὰ προκαλοῦντά ἐστι. Eximiam hanc dissertationem præter *Volaterranum*, *Cornariumque* verterunt 1.) *Leonhardus Aretinus*, cujus interpretatio Colutio Salutato dicata, sine loci anniqve nota ante duo circiter sæcula prodiit in 4. & Argen-

gentorati 1507. 4. nec non Græcis additis curante *Hieron. Brunello*, S. I. Romæ 1594. 12. 2.) *Justinus Goblerus* qvi cum aliis opusculis consimilis argumenti edidit utraqve lingva, notasqve addidit Basil. 1537. 8. 3.) *Franciscus Craneveldius*, qvi Latine edidit cum homilia Basilii de invidia & in illud attende tibi ipsi. Lovan. 1534. 8. 4.) *Martinus Hayneccius* qvi Lipsiæ 1600. 8. illam Græce & Latine vulgavit in Enchiridio Ethico, in qvo præterea continentur Basilii brevis hortatiuncula ad virtutes Christianas, Plutarchi de puerorum institutione & de legendis Poëtis libelli, Herculis bivium à Prodico descriptum qvale in Xenophontis libro secundo ἀπομνημονευμάτων Socratis traditur: Isocratis tres orationes Morales, & Agapeti scheda regia. Deniq; 5.) *HugoGrotius* cum nova versione sua hanc BasiliiOrationem castigatam aliqvot locis & Plutarchi librum de legendis poëtis præmisit excerptis è Stobæo Paris. 1623. 4. Cum eadem versione & librum Plutarchi & Orationem Basilii recudi curavit *Johannes Potterus*, Oxonienses hodie Episcopus, additis ad calcem voluminis variis lectionibus, brevibusqve notis Oxon. 1694. 8. Potteriana editio una cum novis atqve eruditis V. C. *Jo. Henrici Maji*, filii notis recusa Francof. 1714. 4. ad cujus calcem occurrit etiam diserta & elegans Aretini interpretatio. Notis addi potuissent qvæ Ducæus in notis ad Basilium pag. 53. sqq. & Combefisius in Basilio restituto T. 1, pag. 208. seq. monuere. Laudat hanc Basilii diatribam aliqvoties Jo Damascenus in parallelis, qvæ exstat qvoqve Latine ad calcem statuæ Mercurialis, editæ ab Henrico Julio Scheurl, Helmst. 1636. 8. Gallice olim convertit *Claudius de Pontux*. Paris. 1561. 8. Vide & Ludovici Thomassini methodum utendi Poëtis, Gallice editam lib. 1. cap. 2.

25. Εἰς τὴν ἁγίαν & χριστὸ γέννησιν. *In Natalem Christi.* Incipit: χριστοῦ γέννησις. Hæc homilia freqventi usu Ecclesiæ Græcæ trita, & in libris Græcorum Ecclesiasticis obvia est, unde diversis lectionibus eam abundare notat Combefisius. Græce prodiit una cum aliis Lovan. 1537. atqve ex recensione *Dav. Hæschelii* Augustæ Vindelicor. 1587. 8. & curante Mich. Prosselio Scholæ Northusanæ Rectore 1633. 8.

Latine verterunt præter *Volaterranum* & *Cornarium*, ac fortassis alios, *Georgius Langewithus*, Lipsiæ 1575. 8. cum cujus versione

eam recudi curavit *Chriſtianus Daumius* ὁ μακαρίτης in Homiliis Patrum in feſtum Nativitatis Chriſti, Cygneæ 1670. 8. Prodiit & cum verſione & notis *Chriſtiani Wilhelmi Caleni* Helmſtad. 1669. 4. Alias item binas editiones Helmſtadienſes hujus Orationis A. 1600. & 1645. 4. Daumius memorat, qvas non vidi. Argumenta qvibus hanc Homiliam Baſilio abjudicat celeberrimus Caveus, non videntur mihi tam explorata, ut illis aſſentiri Lector debeat.

26. Εἰς τὸν ἅγιον μάρτυρα Μάμαντα. In S. Martyrem Mamantem. Incipit: ἐκ ἀγνοῶ τὸ μέγεθος. Meminit martyrologium Romanum 17. Auguſti, & in Parallelis Jo. Damaſcenus. Verterunt *Volaterranus* & *Cornarius*.

27. Κατὰ Σαβελλιανῶν καὶ Ἀρείου καὶ τῶν Ἀνομοίων. *Contra Sabellianos, Arium & Anomœos.* Incipit: μάχεται Ἰουδαϊσμὸς Ἑλληνισμῷ. Verterunt iidem.

28. Περὶ μετανοίας. *De pœnitencia.* Incipit: τὸν τῇ μετάνοιαν ἀναιρεῖν τολμῶντων. Verterunt iidem *Volaterranus* & *Cornarius*.

29. Πρὸς τὸς συκοφαντέντας ἡμᾶς, ὅτι τρεῖς θεὸς λέγομεν. *Ad eos qui nos calumniantur ac ſi tres Deos doceremus.* Incipit: μεγάλη παράκλησις ψυχαῖς. Vertit *Janus Cornarius*, cujus interpretatio ſervata in editionibus Baſilii Græcolatinis.

30. Εἰς τὸν Παράδεισον. *De paradiſo* ad Geneſ. II. 8. Incipit: νοήσωμεν ἀξίαν θεᾶ φυτείαν. Vertit *Cornarius*. Recenſitam à ſe & in capita diſtinctam exhibet cum verſione ſua *Franc. Combefiſius* Baſilii ſui T. 1. p. 525. velut poſtremam homiliarum in Hexaëmeron.

31. Περὶ τ αὐτεξουσίου *de libero arbitrio.* Incipit: οἷς ἐνυπάρχει ὁ θεῖος νόμος. Vertit *Cornarius*.

Homilias Baſilii *Gallice* vertit, additis Aſterii Homiliis *Franciſcus Bellegardeus*, Pariſ. 1693. 8.

IV. Περὶ βαπτίσματος, *de Baptiſmo* & de officiis baptizandorum baptizatorumqve *libri tres*, qvorum *ſecundus* continet reſponſionem ad tredecim qvæſtiones: *tertius* vero brevior male in editis pag. 670. ſecundo præmittitur. Vide Combefiſium Baſilii reſtituti Tom. 1. pag. 249. Vertit *Wolfgangus Muſculus*, Baſil. 1540. cujus verſio in Græcolatinis editionibus exſtat à Ducæo caſtigata. Et *Janus Cornarius*.

V. Περὶ

V. Περὶ τῆς ἐν παρθενίᾳ ἀληθοῦς ἀφθορίας. *De vera virginitate* ad Letōium (Λητόϊον) Episcopum Melitensem. Vertit *Ambrosius Camaldulensis.* Venet. 1530. 8. Licet vero B. Dorsheus noster in Indice iniqvitatis pag. 173. sq. & ex ipsis etiam Rom. Ecclesiæ addictis Natalis Alexander & alii libellum de virginitate Basilii esse negent, tamen illi vindicat hoc scriptum Svidæ etiam memoratum Combefisius testimonio Nazianzeni, qvi Orat. 20. de Basilio pag. 358. τὰ ἔγγραφα ipsius de Virginibus διατάγματα commemorat. Letoius ille laudatur à Theodorito IV. 11. Hist.

VI. Ἑρμηνεία sive (ut alius Codex) ἐξήγησις *in XVI. prima capita Esaiæ Prophetæ.* Vertere cœpit *Erasmus*, sed non progressus est ultra proœmium. Basil. 1510. 4. Cætera à *Godfrido Tilmanno* Paris. 1556. fol. translata sunt, qvi in Apologia præmissa hoc opus adversus Erasmi dubitationes Basilio vindicat testimoniis S. Maximi, Simeonis Metaphrastæ, Antonii Melissæ & Johannis Damasceni. Confer V. C. Michaëlem le Qvien in notis ad Damascenum T. 1. pag. 366. & Natalem Alex. Sec. IV. pag 140, qvi Tarasii CPol testimonium addit atqve Oecumenii. Tamen Johannes Drungariensis proœmio Catenæ MS. Patrum Græcorum testatur jam olim fuisse dubitatum sitne hoc opus Basilii, nec ne. Καὶ τοῦτο ἢ καταδηλον ποιῶ τοῖς ἐντυγχάνουσιν, ὡς ὁ ἐν ἁγίοις Βασίλειος μέρος τι τῆς ἐν χερσὶ προφητείας ἑρμήνευσεν. Ἡ τις ἑρμηνεία φέρεται πολλοῖς ἀμφιβάλλεται. Etiam hodie à multis inter dubia opera censeri monet eruditissimus Montfauconus præf. in Eusebium ad Esaiam pag. 350. *Hodiernis porro scriptoribus hæc dubitandi causa est, silentium nempe Hieronymi, qui cum in omnes quotquot antea Hesaiæ interpretes egerant, accurate recenseat, ne γρὺ quidem de Basilii commentario habet. Græcis autem hinc haud dubie suspicio nascebatur, quod stylus Commentariorum Basiliano longe absimilis videatur. Rem mittimus nostris, qui Basilii operum editionem novam adornant.* Cæterum qvæ ab Erasmo versa sunt & *visio prima* à Tilmanno inscribuntur à p. 802. usqve ad verba pag. 808. c. Ὑπόθεσις δὲ βιβλίου ἡ φανερὰ καὶ αὐτόθεν ληπτή. Ἐπειδὴ κατὰ χρόνους γέγονεν ὁ προφήτης, cum Commentario in Esaiam nihil habent commune, licet illi præmittuntur etiam in aliis Codicibus, ut Colbertino 2596. * (olim Thuanæ Bibl.) sed in qvo male commentarius

 ille

* Vide Montfauconum l. c. p. 349.

ille *Eusebio* tribuitur. Ex allato autem Joannis Drungariensis testimonio constat etiam, non totum Esaiam sed partem tantum ejus prophetiæ à Basilio illustratam commentario fuisse, ut necesse sit errasse Tilmannum, qvi sibi persuasit Erasmum ex Grocini Bibliotheca commentarios Basilii in integrum Prophetam attulisse, nimis enim leve est qvod adjungit argumentum: *alias fuerat dicturus in quot se extenderet capita.* Novam ex integro versionem hujus operis à viro aliqvo docto ac probo parari optat Combefisius, qvi plura in Tilmanni versione reprehendit atqve castigavit T. 1. Basilii restituti pag. 417. In Epistola 80. Basilii ad Eustathium Medicum * nihil contrarii de Pythonissa Endorea affirmari iis qvæ in commentario ad Esaiæ VIII. p. 1025. de illa disputantur, qvilibet intelliget qvi cum Allatio pag. 447. ad Eustathium de Engastrimytho observaverit verba in Epistola Basilii, ψυχαγωγῆσα τὸν Σαὺλ, significare: *quæ Saulis animum μαγγανείαις* suis *moverat*, non: *quæ Saulem ab inferis evocavit.*

Hactenus *tomus primus* Operum Basilii in editione Græcolatina Nivelliana Anni 1618. à qvâ recentior Anni 1638. differt in hoc, qvod commentarios in Esaiam ponit primo loco in Tomo secundo, & primum vicissim claudit libris adversus Eunomium, qvos Nivelliana jussit in Tomo secundo familiam ducere.

VII. ἀντιῤῥητικὸς & ἀπολογητικὸς ** & δυσσεβοῦς Εὐνομίου, *Adversus Apologiam impii Eunomii Antirrheticus, libris quinq; T. 2. p. 1.* Egregios libros vocat Hieronymus c. 116. Catalogi, & Græcus Hieronymi interpres atq; Svidas ἐξαιρέτους λόγους. Laudat etiam Photius Cod. 137. 138. ubi Eunomii ἔκθεσιν & ad Basilii libros responsionem in tres † distinctam λόγους sed post illius mortem demum in vulgus datam commemorat. Ex his Basilii libris tres priores accuratiorem argumentorum Eunomii confutationem continent, qvibus qvartus deinde & qvintus veluti spicilegium qvoddam †† à Ba-

* Non Basilii sed Nysseni esse illam Epistolam scribit Natalis Alex. de qva infra.

** Hanc Eunomii Apologiam exhibeo infra integram Græce & Latine.

† Philostorgius VIII. 12. qvinqve libros Eunomii memorat, aitqve Basilium primo lecto βαρυθυμήσαντα λιπεῖν τὸν βίον. Qvod postremum mendacii arguit Photius, hæc è Philostorgio referens.

†† Ita malim qvam qvod Petavius pag. 107. dogm. Theol. de SS. Trinitate: *Nimirum quartus ille liber & quintus tumultuariam locorum argumentorumque silvam & materiam nondum absoluti operis continent. Quo minus admirandum est quædam ibi esse aliter atque in cæteris meditatis elaboratisque scriptis ab eodem auctore prodita.*

Basilio adjuncti, excutiendis qvæ forte supereſſent locis, argumentis ac minutiis. Neqve enim aſſentior iis, qvi hos binos poſteriores Basilio abjudicant, nulla certa ratione nixi. Nam & in MSS. Codicibus qvam plurimis sub Basilii nomine prioribus sub titulo Ἀποριῶν κατὰ Ἐυνομίυ * juncti habentur, & à Græcis sub Basilii nomine ** laudantur, qvorum merito plus tribuere teſtimonio ait Rich. Simon. lib. 3. Hiſt. Criticæ N. T. pag. 107. qvam Eraſmi, Abr. Sculteti & aliorum qvorundam cenſuris parum firmiter colligentibus. Græce primum prodiere tres primi in editione operum Basilii Veneta 1535. fol. poſterioribus duobus additis in edit. Basil. 1551. à Jano Cornario. Latine vertit univerſos qvinqve *Georgius Trapezuntius*, cujus interpretatio ſervata in plerisqve Latinis Basilii editionibus, & in utraqve Græcolatina Pariſienſi. Nonnulla in hac verſione reprehendit Jac. Billius qvæ in Poſſevini apparatu poſſunt videri. Longe plura Ducæus & T. 2. Basilii recenſiti Combefiſius. *Jani Cornarii* interpretatio qvinqve librorum legitur in editione Latina Basileenſi A. 1552. fol. Deniqve cum verſione ſua tres & qvartum extrema parte truncum vulgavit *Theodorus Beza* adjunctos Athanaſii Dialogis V. de Trinitate, Anaſtaſii & Cyrilli explicationi fidei & Phœbadio. 1570. 8. apud H. Stephanum. Liber tertius ex Trapezuntii verſione extat T. 2. Conciliorum edit Colon 1538. fol. In illo libro locum à Græcis corruptum notavit Poſſevinus Bibliothecæ ſelectæ VI. 16. & Allatius de proceſſione Spiritus S. capite 20. pag. 114. ſeq. Confer Johannis Vecci capita de proceſſione Spiritus S. in Tomo I. Græciæ orthodoxæ Allatii pag. 225. ſeq.

VIII. Περὶ τῦ ἁγίυ Πνέυματος, *de Spiritu S. liber ad Amphilochium* Iconii in Lycaonia Epiſcopum pag. 142. in capita triginta diviſus atqve inde τριάκοντα κεφαλαίων nomine à Joh. Damaſceno in libro 1. & 2. & 3. de imaginibus, allegatus: qvem Basilius ſcripſit occaſione *** Aëtianorum Spiritum S. rebus creatis impie accenſentium. Latine vertit *Eraſmus*, cujus interpretatio prodiit Basil. 1532. 4. Pariſ. 1532. 8. 1580. 8. inqve editionibus Basilii & T. 8.

* Vide Combefiſii Basilium recenſitum T. 2. p. 27.

** Vide Ducæum in limine notar. ad lib. 1. contra Eunomium.

*** Vide notas Benedictionum ad S. Ambroſium T. 2. p. 647.

& T. 8. Operum Eraſmi legitur, Vertit & *Cornarius* in editione Baſilii Latina Baſil. 1552. fol. Porro non modo cenſeo falli hos, qvi iſtum librum vel partem ejus poſtremam, Eraſmum ſecuti, Baſilio abjudicant, aut ſuſpectam habent, ſed etiam inter pulcherrima illum eſſe Baſilii monumentorum haud dubito. Magisqve audiendum Caſaubonum Exerc. XVI. ad Baron. num. 33. & 43. p. 459. & 490. cui addes Theophilum Raynaudum p. 24. erotematum de bonis & malis libris, Natalem Alex. Sec. IV. c. 6. articulo 19 atq; Allatiũ contra Creyghtonum p. 510. ſeq. *Liquet ex Baſilii peroratione*, inqvit Combefiſius (qvi pluribus locis hunc librum emendat, illuſtratq;, & Eraſmi verſionem emendat) T. 2. Baſilii recenſiti p. 84. *librum huncquaſi in myſterio creditum Amphilochio, ea lege ne in vulgus ederetur, ne quid inde æmuli in eum gravius conſtituerent: quo factum eſt, ut is obſcurior antiquis manſerit, non ut ſuæ illi auctoritatis quicquam decedat; inter præcipuas Baſilii lucubrationes merito numerandus.* Plura in Eraſmi verſione etiam caſtigaverat Joh. Billius, qvæ Poſſevinus in Apparatu excerpſit.

IX. Ἀσκητικά, *Aſcetica* ubi 1.) προδιαλαλία καὶ διάγνωσις τῶν ἀσκητικῶν ὑποτυπώσεων * *prævia allocutio ac dignotio Aſceticarum informationum*, ſive *prologus* qvi incipit: μεγάλα μὲν ἔ Βασιλέως. pag. 228. Exſtat etiam in Latinis qvibusdam Chryſoſtomi editionibus.

2.) Παραίνεσις περὶ ἀποταγῆς βίου καὶ τελειώσεως πνευματικῆς. *Adhortatio de abdicando ſæculo, & ſpiritali perfectione.* Incipit: δεῦτε πρός με πάντες. pag. 232.

3.) Περὶ ἀσκήσεως πῶς δεῖ κοσμεῖσθαι τὸν Μοναχόν. *De exercitatione Monaſtica, quo ſe debeat pacto excolere & ornare monachus.* Incipit: δεῖ τὸν μοναχὸν πρὸ πάντων ἀκτήμονα βίον κεκτῆσθαι. p. 246.

4.) Περὶ πίστεως, *de fide.* Incipit: Θεοῦ ἔ ἀγαθοῦ χάριτι. p. 249.

5.) Προοίμιον τ ἠθικῶν, περὶ κρίματος Θεοῦ. *Proœmium ad Ethica, de judicio DEI.* Incipit: Θεοῦ ἔ ἀγαθοῦ χρηστότητι. p. 257.

6.) Προοίμιον τ ἠθικῶν. Aliud *Proœmium breve ad Ethica*, de his qvæ in ſacris literis vetita jusſave ſunt. Incipit: τὰ περὶ τῆς ὑγιαινούσης πίστεως. pag. 272.

7.) Ἠθικά,

* Sic in MS. Regio prologus ille inſcribitur teſte Combefiſio T. 2. Baſilii ſui pag. 85. qvi pag. 99. & 105. alios duos prologos è MS. Regio edidit Græce & Latine, de qvibus infra. Monetqve addendam hiſce Aſceticis Epiſtolam Baſilii 411.

7. Ἠθικὰ, *capita Moralia* Christiana ex meris Novi Testamenti dictis contexta & regulis LXXX. sub certis capitibus sive titulis comprehensa. Incipit: ὅτι δεῖ τοὺς πιστεύοντας τῷ Κυρίῳ μετανοῆσαι πρῶτον. pag. 273. Quanquam vero nonnulla loca scriptorum sacrorum aliter quandoque allegat quam in vulgatis Novi fœderis Codicibus hodie leguntur, tamen intutum fuerit ex eo illa in his corrigere, ut probe observavit Rich. Simon. T. 3. Hist. Criticæ N. T. pag. 111. nam non tantum est quando è memoria citat, sed etiam ad argumentum suum sacrorum scriptorum verba leviter immutata accommodat.

8. Λόγος ἀσκητικός. *De institutione religiosæ vitæ.* Incipit: ὁ ἄνθρωπος κατ' εἰκόνα Θεοῦ. pag. 389.

9. Ὑποτύπωσις ἀσκήσεως, καὶ πρόλογος τῶν ὅρων. *Religiosæ vitæ brevis institutio & ad regulas prolusio.* Ita in MS. Regis Christianiss. * inscribitur hoc scriptum, quod in editis non alium titulum habet quam λόγος ἀσκητικός. Incipit: ὁ ἀσκητικὸς βίος p. 397.

10. Ὅροι κατὰ πλάτος. *Regulæ Monachorum fusius disputatæ*, per quæstiones & responsiones LV. Incipiunt: ἐπειδὴ Θεοῦ χάριτι. p. 402.

11. Ὅροι κατ' ἐπιτομήν. *Regulæ breviores*, quæstionibus & responsionibus CCCXIII. Incipiunt: ὁ φιλάνθρωπος Θεός. pag. 505. pridem ante *Fumanum* verterat *Rufinus*, cujus versio exstat in Lucæ Holstenii Codice Regularum Monasticarum, Rom. 1661. 4. parte 1. pag. 95. seq. Alia apud Rudolph. Hospinianum lib. 3. de origine & progressu Monachatus p. 69. seq.

12. Ἐπιτίμια, *Pœnæ XI.* in Monachos, & XIX. adversus Monachas delinquentes (εἰς τὰς Κανονικὰς) constitutæ. Incip. εἴ τις ὑγιαίνων τῷ σώματι. pag. 658.

13. Ἀσκητικαὶ διατάξεις πρὸς τοὺς ἐν κοινοβίῳ καὶ καταμόνας ἀσκοῦντας. *Constitutiones Monasticæ* tam ad Cœnobitas quam ad solitarios. Incip. τῷ κατὰ χριστὸν φιλοσοφίαν ἐπαγγελομένῳ. pag. 662. Operæ pretium fuerit conferre Codicem Cæsareum de quo Lambecius III. pag. 123. Ascetica hactenus commemorata latine vertit *Adamus Fumanus*, cujus interpretationem Lugd. 1540 fol. apud Gryphium editam deinde recensuerunt Musculus, Tilmannus, Ducæus. Gallice *Godfridus Hermantius* Paris. 1673. 8. Dicitur & ex-

Libri V. Pars 4.

* Vide Combefisium T. 2. p. 155.

exstare editio Græca Constirutionum Monasticarum cum Italica versione excusa Romæ 1578. 4. apud Franciscum Zanettum, qvam non vidi. Qvamvis autem *Eustathio* Sebasteno à qvibusdam olim tributa fuisse constat è Sozomeno III. 13. & Nicephoro IX. 16. XIII. 29. multiqve etiam recentiores viri docti de auctore dubitant, tamen, ut observat Natalis Alexander, Basilio asseruntur à Gregorio Naz. Hieronymo, Rufino, Cassiano, Justiniano Imp. in edicto & Photio Cod. 141. & 191. Confer Ducæi notas ad Basilii Tomum II. p 28. & Billium ad Nazianzeni Orat. XX. nota 60. ubi à Niceta etiam Basilio tribui testatur. Et Lambecium III. pag. 122. seq. qvi memorat scholion Græcum Theodori Studitæ, qvo Constitutiones Monasticæ Basilio vindicantur. Θεσμὸς ἀσκήσεως vocat Gregorius presbyter in vita Nazianzeni, qvem una in illis elaborasse innuit. Vide & qvæ in utramqve partem disputantur à B. Joh. Georgio Dorscheo in indice iniqvitatis pag. 22. sqq. & Melch. Cornæo in judicio iniqvitatis Dorsheanæ depulso pag. 19-64.

14. Ἐπιτίμια *Pœnæ* L. in Monachos & Monachas delinqventes constitutæ. Incipit: εἴ τις ἐξέλθοι τῆς μοναστηρίου. pag. 731. Inter Basilii scripta reperit, sed sine titulo auctoris *Janus Cornarius*, & Latine interpretatus est.

Hactenus Tomus secundus editionis GræcoLatinæ Anni 1638.

X. EPISTOLÆ.

1. *Ad Chilonem discipulum*, πρὸς χίλωνα τὸν αὐτῆς μαθητήν. Incipit: σωτηρίου πράγματος. pag. 735. Vertit *Godfridus Tilmannus*.

2. Νουθεσία πρὸς τοὺς νέους, *admonitio* brevis *ad juniores* Monachos. Incipit: μάθε σὺ ὦ μοναζων. pag. 744. Vertit idem *Tilmannus*.

3. Πρὸς μοναχὸν ἐκπεσόντα. *ad Monachum qui exciderat*, Χαίρειν δὲ λέγομεν. pag. 744. Vertit *Wolfgangus Musculus*.

4. πρὸς μοναζοντα ἐκπεσόντα. *Ad alium Monachum elapsum*. Incipit: διπλόος μοι φόβος. pag. 747.

5. πρὸς παρθένον ἐκπεσοῦσαν. *Ad virginem elapsam*. Incipit: νῦν καιρὸς ἐκβοῆσαι. pag. 749. Græce & Latine cum Jo. Curterii versione prodiit separatim Paris. 1574. 12. Contra has qvinqve Epistolas ut Basilio abjudicet multa disputat in indice Iniqvitatis B. Dorsheus pag. 114--172.

6. πρὸς

6. πρὸς Ἀμφιλόχιον ἐπιστολαὶ Κανονικαὶ γ' *ad Amphilochium, Iconii Episcopum, Epistolæ Canonicæ III.* Canones sive constitutiones LXXXV. de variis rebus in Ecclesia & inter Christianos observandis complexæ. Prima incipit: ἀνοήτῳ, φησὶν, ἐρωτήσαντι. pag. 757. secunda: πάλαι πρὸς τὰς ψυχὰς τῆς ἐυλαβείας σου. pag 766. & tertia: ἀπὸ ὁδοῦ μακρᾶς ἐπανελθών. p. 773. Vertit *Gentianus Herveus*, & has Epistolas & *Theodori Balsamonis* in eas scholia. Paris. 1561. fol. inter alias Patrum Canonicas Epistolas post Canones Apostolorum, Conciliorumqve. Prodierunt *Græce & Latine* cum Balsamonis scholiis, Paris. 1620. fol.

Cum scholiis *Johannis Zonaræ* qvæ vertit *Antonius Salmatia*, Collegii Ambrosiani Doctor ad calcem Operum Gregorii Thavmaturgi, Macarii Ægyptii & Basilii Seleucienſis, Paris. 1622. fol.

Cum *Balsamonis, Zonaræ & Alexii Aristeni* scholiis Græce & Latine inter alias Canonicas Epistolas Conciliorumqve Canones edidit, notasqve suas addidit *Guil. Beveregius* in magno Synodico sive Pandectis Canonum, Oxon. 1672. fol.

7. Epistolæ ad eundem Amphilochium fragmentum περὶ τῆς τ' σιτίων διαφορᾶς, *de differentia ciborum.* Incipit: τοῖς ὃ κομψοῖς ἐγκεφάτοις. pag. 780. Legitur iterum infra Epist. 410. p. 1171.

Epistolæ CCCCXXVIII. Fallitur Clariss. Caveus, qvi ait editionem Anni 1638. priore Græcolatina Parisiensi Anni 1618. esse auctiorem Epistolis plusqvam ducentis qvas Rich. Montacutius eruerit. Nam ne unam qvidem Epistolam habet qvæ non in altera etiam legatur. Ex illis porro 428. exstant in prioribus Basilii editionibus Epistolæ tantum priores CLXXX. * qvæ partim à *Vincentio Opsopœo* Græce vulgatæ erant ex illustris Bilibaldi Pirckaimeri Codice (in Bibl. Regis Hungariæ pridem repositο) Haganoæ 1528. 8. usqve ad numerum CXLI. Cæteræ à numero CXLII. ad CLXXX. ab *Aldo Manutio* cum aliis variorum Epistolis, Venet. 1499. 4. in qva collectione etiam occurrit 1. 3. 19. 88. & 83. Illa collectio deinde cum latina versione prodiit Genev. 1606. fol. sub falso *Jacobi Cujacii* nomine. Sed alia versio est qvæ

* Epistolas editionis Græcæ Basil. 1550. fol. variis locis emendat è codicibus Augustanis Dav. Hœschelius ad calcem orationis Damasceni in transfigurationem Domini, Augustæ Videl. 1588. 8. pag. 110-116. longe plures editis daturum se pollicitus.

in Latinis & Græcolatinis editionibus legitur. Obſopœanas varii verterunt, ut primam ſtatim *Guil. Budæus*, alias *Jacobus Mycræus*, Rhetus, cujus verſionem Pariſiis 1531. 8. excuſam ſolido Gallico vendi ſuo tempore notabat Geſnerus, appendice ad Bibliothecam, edita A. 1555.

Centeſimam octogeſimam primam inter Canonicas Græcorum Epiſtolas vertit *Gentianus Hervetus*.

CLXXXII. usqve ad CCII. transtulit *Wolfgangus Muſculus*, in editione S. Baſilii Latina A. 1565.

CCIII. & CCIV. *Flaminius Nobilius*. A. 1603.

CCV. Baſilii neutiqvam eſt, licet ſub ejus nomine affertur in Actis Concil. Nicæni II. Cæteræ usqve ad CCIX. * à Frontone Ducæo additæ ſunt ex edit. Epiſtolarum Juliani Imp. curata à Bonav. Vulcanio Lugd. Batav. 1597. 8.

CCX. ad CCXIV. Græce primus è Codice Auguſtano vulgarat *David Hœſchelius* ad calcem notarum ad Phrynichum, Auguſtæ Vindel. 1601. 4. pag. 130. ſeq.

CCXV. ad CCCCXVIII. neqve Græce neqve Latine lucem viderant ante editionem Pariſ. 1618. in qva exſtant cum verſione *Richardi Montacutii*, qvi eas ex Codicibus Anglicis deſcripſit & cum ſua verſione ad Ducæum miſit. Ex editione hac recuſæ ad verbum ſunt in Græcolatina Anni 1638. Tomo III. Elias du Pin qvando ſcribit ** poſtremas Baſilii Epiſtolas ab Hœſchelio verſas eſſe, pro Hœſchelio Montacutium dicere voluit.

Nonnullas latinorum interpretum hallucinationes emendavit qvi noviſſime Epiſtolas Baſilii ordine temporis qvo ſcriptæ ſunt digeſſit vertitq; Gallice Pariſ. 1693. 12. *lettres de S. Baſile le Grand, traduites du Grec, diſpoſées en meilleur ordre, avec des notes & les ſommaires de chaque lettre.* Interpres *Franciſcus de Bellegarde*.

Epi-

* Epiſtolam 209. integriorem ex Codice Bigotiano edidit Combefiſius T. 2. Baſilii recenſiti p. 368. & ex MSS. Regis Gallicæ Cotelerius Tom. 2. monumentor. Eccleſiæ Græcæ p. 92. & pars eorum qvæ annectuntur de Lauſo tribuno, legebantur etiam in vulgatis ad calcem Epiſtolæ 208. Etiam illam 209. qvæ cum 208. fere eadem, integriorem legi in Codice Cæſareo, notaverat Lambecius lib. 5. pag. 246. adde lib. 8 pag. 485. ſq Epiſtola 206. eſt inter Epiſtolas Juliani duodecima.

** T. 2. Bibl. ſcriptorum Eccleſ. p. 199. edit. Amſt.

Epistola 1. ad Nazianzenum de vita in solitudine degenda, ex latina *Guil. Budæi* versione legitur Tomo 1. ejus operum. Eadem Græce & Latine cum Grammatica Vocabulorum interpretatione prodiit separatim Paris. 1657. 8. Extremam partem (qvæ in editis desideratur) ex MS. Cæsareo Græce dat Lambecius III. p. 149.

Epistola 43. à S. Maximo ad Dionys. Areopag. T. 1. pag. 27. citatur ut λόγος Basilii ad fratrem περὶ διαφορᾶς οὐσίας καὶ ὑποστάσεως. Hanc vertit & *Beatus Rhenanus* Paris. 1513. Eadem Epistola qvibusdam locis interpolata legitur T. 2. Nysseni velut ipsius ad Petrum fratrem.

Epistola 80. legitur inter *Gregorii Nysseni* scripta T. 2. pag. 438. sub titulo *de S. Trinitate ad Eustathium*, cum versione *Laurentii Sifani*.

Epistolam 289. cum versione sua notisqve primus Græce edidit *Gerh. Vossius* ad calcem Gregorii Thavmaturgi, Mogunt. 1604. 4.

Basilii & Libanii Epistolas mutuas, una cum aliis sex vel septem brevioribus Epistolis Græce in tironum usus recudi fuit *H. Stephanus* 1577. 8. inter Epistolia, dialogos, Oratiunculas & poëmatia è variis scriptoribus collecta.

Basilii Epistolas qvasdam edidit qvoqve Græce *Hieron. Brunellus* S. I. Romæ 8. cum aliis aliorum Patrum selectis scriptis & Homiliis.

Epistolas sexaginta ex *Jo. Jacobi Beureri* versione exhibet Abraham Scultetus Tom. IV. Medullæ Patrum pag. 253. seq. acceperat autem illas Scultetus à Jano Grutero, qvemadmodum Beurero Græcas ex Codicibus Augustanis descriptas suppeditaverat Hœschelius. In his legitur etiam Epistola *ad Apollinarium* * qvam in editionibus Basilii haud obviam Græce deinde & Latine cum altera ad Apollinarem & duplici Apollinaris responsoria vulgavit *Cotelerius* Tom. 2. monument. pag. 84. Paris. 1681. 4. Idem alias duas antea ineditas ἀνεπιγράφους, unamqve item *ad Libanium* & *ad Imp. Theodosium* unam eodem loco in lucem cum versione sua extulit

Notitiam Codicis MS. Græci Augustani, in qvo Epistolæ CCCXLVIII. habes in B. Antonii Reiseri indice MStorum Bibl. Augustanæ p. 16--20. De Cæsareæ Bibl. Codicibus vide Lambecium lib. 3. pag. 111. 115. 141. &c.

* Ad Apollinarium scripsisse se non diffitetur Basilius, Laicus ad Laicum. Vide infra indicem eorum ad qvos Basilius scripsit, in *Eustathio*.

Epistolam Basilii CCLVII. laudat Nicephorus Gregoras libro XX. Hist. pag. 620.

Hæc de Basilii Epistolis, qvibus οὐδὲν ἄμεινον *nihil præstantius* reperiri ait Svidas, qvasqve tanqvam κανόνα & normam ἔ Ἐπιστολιμαίου χαρακτῆρ commendat Photius Cod. 143. & Epistola 207.

XI. Hactenus Tomus II. in editione GræcoLatina Anni 1618. cui accessit Appendix, in qva primo loco continentur *Sermones XXIV. morales*, à Simeone Magistro & Logotheta excerpti ex Basilii scriptis, & Centonis in morem compositi. Λόγοι κδ' ἐκλεχθέντες ἀπὸ Συμεὼν ἔ Μαγίστρου καὶ Λογοθέτου ἐκ πασῶν τῶν πραγματειῶν ἔ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Βασιλείου &c. Simeon ille Magister, qvi etiam Metaphrastes vulgo audit, clarus fuit sub sæculi decimi initium. Loca Basilii è qvibus sermones hi contexti sunt, in marginibus annotantur.

1. περὶ ἀρετῆς καὶ κακίας, *de virtute & vitio.* Incipit: ὁ μὲν Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστός.
2. περὶ διδαχῆς καὶ νουθεσίας, *de doctrina & admonitione.* Incipit: εἰ ἐπὶ τοσούτοις.
3. περὶ ἀγάπης τῆς πρὸς τὸν Θεὸν καὶ τὸν πλησίον. *De amore erga DEum & proximum.* Incipit: τὰς τ βιωτικὰς.
4. περὶ ἐλεημοσύνης. *De misericordia & benignitate.* Incipit: εἰ θαυμάζεις τὰ χρήματα.
5. περὶ πλούτου καὶ πενίας. *De Divitiis & paupertate.* Incipit: τὰ φρέατα ἐξαντλούμενα.
6. περὶ πλεονεξίας. *De avaritia.* Incipit: ὅταν εἰς οἰκίαν ἀνδρός.
7. περὶ ἁμαρτίας. *De peccato.* Incipit: πολὺν ἀγαπητοί.
8. περὶ μετανοίας. *De pœnitentia.* Incipit: διπλοῦς μοι φόβος ἐνέσκηψε.
9. περὶ προσευχῆς. *De precatione.* Incipit: χρὴ τὴν προσευχήν. Hic sermo cum *Nicolai Glaseri* versione, junctus duobus libris Chrysostomi de modo orandi DEum, prodiit in ejusdem Glaseri Cynosura Pietatis & morum GræcoLatina, Giessæ 1609. 8.
10. περὶ νηστείας, *de jejunio.* Incipit: σφοδρὸν μοὶ εἰς ταῦτα ἔταξιν.
11. περὶ θανάτου, *de morte.* Incipit: ὦ ἔ θαύματος, ἀγαπητοί. Hanc ex MSS. Vaticanis vertit & Latine inter opera Ephraimi Syri edidit *Gerh. Vossius* T. 1. pag. 200.

12. περὶ

12. περὶ λύπης καὶ ἀθυμίας. *De mœrore & triſtitia.* Incipit : ὅταν ἴδω καὶ τὸ κακὸν ἐυοδούμενον.
13. περὶ ὑπομονῆς καὶ μακροθυμίας. *De patientia & tolerantia.* Incipit : μηδεὶς ἐξ ὧν ἔπαθε.
14. περὶ μελλούσης κρίσεως. *De futuro judicio.* Incipit : ὅταν μέλλῃς ἅπτί τινα ὁρμᾶν. Hunc qvoqve ſermonem latine à ſe verſum exhibet Gerh. Voſſius T.1. operum Ephræmi Syri p. 241.
15. περὶ ἀρχῆς καὶ ἐξουσίας. *De principatu & poteſtate.* Incipit : καλὸν ἀεὶ, τὸ χεῖρον ὑπὸ τοῦ κρείττονος ἄγεσθαι.
16. περὶ γαστριμαργίας καὶ μέθης. *De ingluvie & ebrietate.* Incipit: μονότροπος ὁ τοῦ Χριστιανισμοῦ βίος.
17. περὶ ὀργῆς καὶ ἐχθρᾶς. *De ira & odio.* Incipit : μέγιστον κατηγόρημα Χριστιανοῦ.
18. περὶ φθόνου καὶ βασκανίας. *De livore & invidia.* Incipit : πολλὴν ἡμῖν ἐμποιεῖ τὴν ἄνοιαν.
19. περὶ σωφροσύνης καὶ ἀκολασίας. *De temperantia & incontinentia.* Incipit : ὁ τῶν Μακεδόνων Ἀλέξανδρος.
20. περὶ ταπεινοφροσύνης καὶ κενοδοξίας. *De humilitate & vana gloria.* Incipit : ἀμήχανον τὸν μὴ καταδεξάμενον.
21. περὶ εὐτυχίας καὶ δυσυχίας ⁊ Φρονήσεως. *De felicitate ac infortunio:* tum etiam *de prudentia.* Incipit: ὅτι τὰ δεξιά.
22. περὶ προνοίας. *De providentia.* Incipit : τῷ ὢν τῷ προστάγματι.
23. περὶ ψυχῆς. *De anima.* Incipit : τὸ τὴν πᾶσαν ἀπορίαν.
24. περὶ τιμῆς γονέων, καὶ γήρως, καὶ νεότητος. *De honore quo afficiendi ſunt Parentes, de Senectute & Iuventute.* Incipit : τὸ ἐξεγέρθητι κύριε.

Prodierunt hi ſermones primum Græce è Bibl. Regis Chriſtianiſſimi, Pariſ. apud Guil. Morellum 1556. 8. Hinc à *Simone Mailleo* Archiepiſcopo Turonenſi translati in Latinum ſermonem, ibid. 1558. 8. Poſtea utraqve Lingva cum nova interpretatione *Stanislai Ilovii* Francof. 1598. & 1611. 8. Simonis à Maille interpretatio Latina ſervata eſt in Græco Latinis Operum Baſilii editionibus. Ex his Ethicis ſuſpicor eſſe Homilias novem breviores, ſqvas à *Franciſco Vergara* verſas eſſe Latine narrat Nicolaus Antonius in Bibl. Hiſpana.

XII. περὶ γραμματικῆς γυμνασίας. *De Grammatica exercitatione.* Incipit : κύριε Ἰησοῦ Χριστὲ --- & δεῦ ζε γινώσκειν ὦ παιδίον. p. 171. Vertit *Gilbertus Cognatus* Nozorenus. De hujus libelli editionibus

bus dixi Tomo septimo hujus Bibliothecæ p. 35. & 37. ubi monui etiam verum auctorem non esse S. Basilium, sed *Manuelem Moschopulum* longe recentiorem scriptorem, qvi circa sæculi XIV. finem claruit.

XIII. *De consolatione in adversis*, Latine. Incipit: *Quemadmodum navis cum undarum tempestate quassatur.* pag. 195. Non est Basilii nec è Græco versus, sed Latine scriptus à *Victore*, qvi post Rusticum Cartennæ Mauritaniæ in Africa Episcopus circa A. C. 460. fuit, & hunc consolatorium libellum, qvi etiam inter *S. Eucherii* opera legitur, ad nescio qvem Basilium super morte filii scripsit teste Gennadio cap. 77. de Scriptoribus Eccles. Ejusdem Victoris liber de pœnitentia publicani inter S. Ambrosii opera lucem vidit, & in MS. Remensi male refertur ad Victorem Tunnensem: Liber vero ad Gensericum Vandalornm Regem contra Arianos, Gennadio itidem memoratus, pridem intercidit. Vide Tillemontium T. 16. memor. Hist. Eccles. pag. 611.

XIV. *De laude solitariæ Vitæ.* Latine. Incipit: *Libet de singularis vitæ meæ meritis.* pag. 205. neqve hoc Basilium auctorem habet sed *Petrum Damiani*, petitum ex ejus opusculo XI. sive libro *Dominus Vobiscum* cap. 19. Tom. 3. Opp. p. 103. seq. edit. Paris. 1642. fol.

XV. *Admonitio ad filium spiritalem*, Latine, incerto interprete. Incipit: *Audi, fili, admonitionem Patris tui.* pag. 208. Exstat & in appendice Codicis Regularum Monasticarum, recensita à Luca Holstenio Rom. 1661. 4. & inter Paræneticos veteres cum notis Melchioris Goldasti editos Insulis 1604. 4. De Anglosaxonica versione MS. vide Catalogum scriptorum septentrionalium in thesauro V. C. Georgii Hickesii p. 72.

XVI. Claudit appendicem editonis Anni 1618. *Gennadii Scholarii* Patriarchæ CPol. A. C. 1460. denati dissertatio Epistolica *de vitæ termino & prædestinatione* ad Josephum, Monachum Thessalonicensem pro vindicanda sententia S. Basilii, qvem magnis mactat elogiis. Incipit: κλινοπετὴς ἐδεξάμην. Hanc dissertationem à Maximo Margunio Cytherorum Episcopo nactus primus Græce ediderat *David Hæschelius* Augustæ Vindel. 1594. 4. *Iedericus Morellus* Latine vertit & Basilii operibus subjunxit, cujus etiam notæ in Basilium p. 95. videantur.

XVII. *Frontonis Ducæi* qvæ subjiciuntur notæ sunt in Hexaëmeron, homilias XXXI. libros de baptismo, & in Esaiam, libros contra Euno-

Eunomium & de Spiritu S. & in regulas fusius disputatas. *Federici Morelli* pauculæ in loca qvædam Homiliarum in Hexaëmeron, in Psalmos & Homiliarum diversarum. Deniqve totum opus obsignant Variæ Lectiones in Ascetica, ex Codice perantiqvo Gerardi Vossii notatæ ab Andrea Schotto ad editionem Græcam Anni 1551.

VII. Scripta S. Basilii, vel quæ sub ejus nomine feruntur, sed quæ in editionibus Græcolatinis non exstant.

XVIII. *Homilia tertia de jejunio*, Græce & Latine edita à *Jo. Baptista Cotelerio* Tom. 1. monumentor. Ecclesiæ Græcæ, Paris. 1677. 4. p. 38-40. Incipit: νηστείας καὶ ἱλασμὸς ὁ καιρός. Ante Cotelerium verterat, atqve Latine in Ecclesiaste suo Græco ediderat *Franciscus Combefisius* Paris. 1674. 4.

Homilia in Proverbiorum VI. 4. edita Græce & Latine à *Cotelerio* in eodem T. 1. monumentor. Ecclesiæ Græcæ p. 28-37. Incipit: ὁ λυπεῖ με ἐλάττωσις τῶν συνελθόντων. Hanc qvoqve ante Cotelerium verterat, latineq; ediderat *Franciscus Combefisius* in Ecclesiaste Græco, qvi loca qvædam illius illustrat Tom. 1. Basilii recensiti pag. 21.

XIX. Ad Apollinarium *Epistolæ* duæ, unaqve ad Libanium: ad Theodosium Imp. una, & duæ commendatitiæ ad incertum, Græce & Latine editæ ab eodem *Cotelerio* T. 2. monumentor. pag. 84. seq. una cum Apollinarii binis, totidemqve Libanii ad Basilium Epistolis & una ad eundem Amphilochii. Paris. 1681. 4. Epistolas mutuas Apollinarii & Basilii ab Arianis vel Apollinaristis confictas esse non diffitetur ipse Cotelerius, qvem si placet vide pag. 553. Illi vero ad Theodosium hanc notam additam in MS. reperisse idem p. 559. monet: ἡ ἐπιστολὴ αὕτη ὅτι ἀπὸ τῶν ἰουμάτων ὅτι ἀπὸ τῆς Φρυγίας ἔοικεν εἶναι τοῦ μεγάλου Βασιλείου.

XX. *Rationes syllogisticæ contra Arianos, quod Filius sit DEus*, prodiere Tomo V. Lectionum Antiqvarum Henr. Canisii pag 166-171. sed latine tantum, interprete *Francisco Turriano*, S. I. Ingolstad. 1604. 4. Incip. *Si filius est natura DEus, & Pater est natura DEus, non est alius DEus filius.*

XXI. *Philocalia* è scriptis Origenis concinnata à Basilio & Nazianzeno, ut dixi lib. V. cap. 1. pag. 220.

XXII. Λόγος εἰς τὴν ὑποτύπωσιν τῆς ἀσκήσεως. *De religiosæ exercitationis informatione*, sermo brevis. Incipit: Ἐκ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ πεφοιτήκοντος. Edidit Græce & Latine *Combefisius* Tom. 2. Basilii recensiti pag. 98-105.

Πρόλογος ἀσκητικός. *Prologus Asceticus.* Incipit: Οἷς ὑπάρχει ὁ θεῖος νόμος. Edidit idem Combefisius pag. 106-119.

XXIII. Basilii & Nazianzeni *Expositio fidei*, edita Latine à Canisio T. 5. Antiqvar. Lect. p. 177-180. Incipit: *Credo in Patrem & Filium & Spiritum S. Trinitatem homousion.*

XXIV. Ἔκθεσις πίστεως ἐν συντόμῳ. *Expositio fidei in compendio.* Qvæstionibus & responsionibus. Edita Græce & Latine à *Stephano le Moyne* in Variis sacris T. 1. pag 147-149. Incipit: πᾶσαι φύσεις ὁμολογεῖς ἐπὶ τῆς ἁγίας καὶ ὁμοουσίου καὶ ἀκτίστου τριάδος;

XXV. Θεία λειτουργία, *Divina Liturgia*, * cujus Codicem Græcum plusqvam mille annorum in Bibliotheca Barberina reperiri testatur Montfauconus pag. 210. Itineris Italici. Incipit: ὁ Θεὸς ὁ Θεὸς ἡμῶν, ὁ τὸν ἐπάνιον ἄρτον, τὴν τροφὴν &c.

Græce cum Liturgia Jacobi & Chrysostomi, aliisqve scriptis Liturgicis prodiit Paris. 1560. fol. typis Regiis apud Guil. Morellium & Venetiis 1548. 1601. &c.

Latine ex veteri versione in Rincaviensi S. Johannis Monasterio reperta, post *Jo. Cochleum* (in speculo antiqvæ devotionis circa Missam, Moguntiæ 1549. pag 117.) edidit *Claudius de Sainctes* inter Liturgica Patrum Antvverp. 1562. 8. Præterea vertit *Gentianus Hervetus* Venet. 1548. 8. Antvverp. 1562. 8.

Græce & Latine cum Herveti versione exstat in auctario Ducæano Bibliothecæ Patrum Paris. 1624. fol. Tomo II. & in Bibliotheca Patrum Paris 1654. T. XII. p. 382.

Et cum Variis Lectionibus notisqve *Jacobi Goari*, in Euchologio Græcorum illustrato, Paris. 1647. fol. pag. 158. seq.

Differt

* Basilium scripsisse aliqvid hujus argumenti, & Liturgiam literis consignasse non est dubitandum post tot veterum & totius Orientis testimonium. Sed inter tot & tam multas, qvæ ab illius tempore Basilii liturgiæ allatæ sunt mutationes & interpolationes, qvid demum in ea Basilii sit, certo dicere, vix est opis humanæ. Basilii Liturgiam illustrat Allatius Exerc. XXV, contra Creyghtonum. Vide & Acta Sanctor. T. 2, Junii p. 843.

Differt ab hac in non paucis liturgia Basilii qvam cum altera Gregorii Naz. & tertia Cyrilli ex Codice *Arabico* (cui Coptica erant adjuncta) versam Latine edidit *Victorius Scialach* Accurensis, Maronita è monte Libano, Augustæ Vindel. 1604. & Tom. VI. Bibl. Patrum Paris. 1654. p. 75. Incipit: *Domine, qui nosti corda hominum.*

Nec non Anaphora qvam ex *Syriaco* dedit *Andreas Masius* Antvverp. 1569. 8. atqve inde insertam habes Tomo IV. Bibl. Patrum Paris. 1575. & T. VI. Paris. 1589. 1654. atqve supplemento Francofurtensi Criticorum sacrorum T. 2. p. 439 Brevior est, atqve incipit: *Æterne Deus, qui in principio homines creasti ad immortalitatem.* Anaphoræ sive Liturgiæ subjicitur *Precatio qua consuevit sacris operatus uti apud Deum.* Incipit: *Laudetur essentia quæ omnibus essentiis sublimior est.*

Apud Petrum Diaconum * lib. de incarnatione & gratia CHristi cap. 8. leguntur ex Basilii Cæsariensis *oratione* sive precatione *sacri altaris*, qvam pene universum ait freqventare Orientem, qvæ in nulla Liturgiæ editione leguntur: *Domine virtutum ac tutamentum, malos quæsumus bonos facito, bonos in bonitate conserva: Omnia enim potes, & non est qui contradicat tibi, cum enim volueris salvas, & nemo resistit voluntati Tuæ.*

XXVI. Basilium τὸν μέγαν ἐν τῇ ἑρμηνείᾳ τῆς λειτυργίας allegat Isaacus magnæ Armeniæ Catholicus, sæculi XI. Scriptor, invectiva 1. in Armenios p. 341. (T. 2. auctar. novi Combefisiani) At qvæ affert, exstant hodie in θεωρίᾳ μυσταγωγικῇ, qvæ auctorem habet *Germanum* Patriarcham CPol. A. C. 1255. defunctum, licet illa in Codibus qvibusdam nomen *Basilii*, in aliis *Cyrilli* Hierosolymitani præfert, ut dixi lib. V. cap. 14. Volum. 7. hujus Bibliothecæ pag. 548. & licet Basilio vindicare eam velit Combefisius in notis p. 420. Incipit: Ἐκκλησία ἐστὶ ναὸς Θεοῦ.

XXVI. *Scholia in Psalmos centum & quinquaginta.* Græce nondum prodierunt qvod sciam, sed in Latinis editionibus (nam in Græcolatinis sunt omissa) exstant è versione *Wolfgangi Musculi.* Non Basilium habere auctorem, sed ex Basilio, Chrysostomo ac Theodoreto esse collecta, jam multi post Possevinum observarunt. *Commentum Lucumonis qui sub nomine Basilii mundo illusit*, vocat

* Inter Fulgentii opera, Tom. IX. Bibl. Patrum edit. Lugd. pag. 198.

Rich. Montacutius pag. 83. Apparatus ad Origines Ecclesiasticas.

1. Ἀπολογητικὸς περὶ τῆς ἑξαημέρου. Explicatio Apologetica *in Hexaëmeron*, ad Petrum, Sebastenum Episcopum fratrem pag. 1.-43. Incipit: ταῦτα ποιεῖς ὦ ἄνθρωπε Θεὸς. Apologetica appellatur, qvoniam continet simul defensionem Moysis, & eorum qvæ in fratris Basilii Hexaëmero nonnulli vel reprehenderant vel desideraverant. Latine vertit *Laurentius Sifanius* in Latina edit. Operum Nysseni Basil. 1562. fol. p. 283. atqve *Petrus Franciscus Zinus* Veronensis, Venet. 1553. 1574. 8. cujus interpretatio servata in Græcolatinis editionibus. Qvæ *Combefisius* in Basilio suo recensito T. 1. pag. 543.-557. dedit Græce & Latine ex Nysseni Apologia Nysseni pro officio sex dierum, Epitomen fere præcipuorum capitum qvæ in hoc libro pertractantur, continent è Codice Regis Christianiss. 1472. In calce hujus libri p. 43. testatur Nyssenus se librum de opificio hominis jam ad fratrem præmisisse. πλὴν τῆς ἀνθρώπου κατασκευῆς, ἣν ἡμεῖς ἐν ἰδιάζοντι βιβλίῳ πρὸ τούτων ποιήσαντες ἀπεστείλαμέν σοι τῇ γνησιότητι.

2. Περὶ κατασκευῆς ἀνθρώπου, *de opificio Hominis* liber ad eundem Petrum fratrem, atqve ut Lambecius III. pag. 110. seq. & 122. observat, jam Episcopum missus A. C. 379. circa Paschatos festum. p. 44-138. τεῦχος θαυμάσιον appellat Svidas, compositum supplendo Basilii Hexaëmero, ut præter Nicephorum XI. 19. Hist. Nicetas in præmisso decasticho & Nyssenus ipse in limine scripti testatur. Incipit: εἰ ταῖς διὰ τῶν χρημάτων ὑμαῖς. Citatur à Damasceno 1. de imaginibus. Vertit jam olim *Dionysius Exiguus*, Romanus ante A. C. 556. denatus, cujus interpretatio exstat in Latina operum Nysseni editione Basil. 1562. fol. p. 417. Prodiit

etiam Colon, 1537. 1551. 1573. Sed in omnibus his editionibus deeſt verſio præfationis Nyſſeni, & Dionyſii ipſius Epiſtola dedicatoria ad *Eugippium* Presbyterum, eundem haud dubie qvem una cum Dionyſio celebrat Caſſiodorus divinar. Lect. cap. 23. Utramqve è MS. Corbejenſi dedit Jo. Mabillonius in limine Tomi II. Analectorum, Pariſ. 1677. 8. At in Græcolatinis editionibus exſtat ex verſione accuratiore *Joannis Leunclavii*, qvi Græcam Venetam Anni 1536. 8. in Bibliotheca Jo. Jac. Grynæi nactus, illo hortante transtulit, & lingva utraqve cum notis Baſil. 1567. 8. ex Jo. Oporini officina vulgavit. Leunclavii notæ ad calcem Tomi I. operum Nyſſeni ſubjunctæ leguntur, additis etiam animadverſionibus novis *Frontonis Ducæi*, qvi collata antiqva Dionyſii verſione nonnulla loca inſigniter illuſtravit. Conferre etiam operæ pretium eſt caſtigationes in hunc librum ejusqve interpretem Leunclavium Combefiſianas in *Franc. Combefiſii*, Regiis Pariſienſibus Codd. uſi, Baſilio recenſito T. I. p. 566-597. Septem egregii hujus libri Nyſſeniani Codices MSti exſtant in Bibl. Cæſarea, de qvibus Lambecius I. p. 97. ſeq. III. pag. 109. ſeq. 112. ſeq. 114. ſeq. inter alia obſervans qvod Leunclavium, Ducæum & Combefiſium fugit, in lemmate capitis XI. legendum ὅλη ἀθεώρητος ἡ τῆς νέας φύσις, non ut editi, ἡ τῆς ἀνθρώπου.

3. In verba Geneſ. I. 26. *faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram*, Homiliæ duæ. Prior incipit p. 139. παλαιᾶς χρέως ἔκλυσιν ἀποπληρώσων ἥκω. Poſterior pag. 153. Ὁ μὲν σοφὸς Σολομών. Exhibentur in Græcolatinis Nyſſeni editionibus cum latina interpretatione *Petri Franciſci Zini*, Venet. 1553. & 1574. 8. edita. Sunt autem eædem cum iis qvæ tanqvam homilia X. & XI. ſubjici ſolent Hexaëmero Baſilii in antiqvis ejusdem tam Græcis qvam Latinis editionibus, ut ſupra in Baſilio p. 70. ſeq. dixi, ubi etiam de aliis harumce homiliarum interpretibus.

4. Περὶ τοῦ βίου Μωυσέως τοῦ νομοθέτου, ἢ περὶ τῆς κατ' ἀρετὴν τελειότητος, *Vita Moyſis* myſtice enarrata, perfectamqve formulam vivendi cuilibet Chriſtiano præſcribens. Incipit: Ἕτερον τι πάσχουσιν οἱ τῶν ἱππικῶν ἀγώνων φιλοθεάμονες. pag. 167. Vertit *Georgius Trapezuntius*, ſeparatim Viennæ apud Jo. Gremperium, & Baſil. 1521. 4. apud Andr. Cratandrum. Deinde in Latinis Nyſſeni

Nyſſeni editionibus antiqvioribus. Deniqve à *Frontone Ducæo* recognita & ſuppleta in editione Latina Anni 1603. & in Græcolatina utraqve Anni 1615. & 1638. Græce prodiit hic liber una cum aliis qvibusdam Nyſſeni opuſculis & notis *Hæſchelii*, Lugduni Batavor. 1593. 8. Exſtant & in eum notæ ejusdem Ducæi. Citatur à Theodorito dialogo 1. & Damaſceno in parallelis ſub titulo περὶ τελειότητος βίου. *Cæſarium* in cujus gratiam hunc librum Nyſſenus compoſuit, qvemqve ſub extremum operis nominat, temporis ratio impedit Nazianzeni fratrem intelligi.

5. Εἰς τὴν ἐπιγραφὴν τῶν Ψαλμῶν, βιβλία β'. *De Pſalmorum inſcriptionibus libelli duo.* Incip. ἐδεξάμην σε τὸ ἐπίταγμα μετὰ προθυμίας ὦ ἄνθρωπε τοῦ Θεοῦ. pag. 357. Liber ſecundus: τούτων ὅτως ἡμῖν διευκρινηθέντων. pag. 291. Vertit Latine *Jacobus Gretſerus*, cum cujus interpretatione, qvæ etiam à Pariſienſibus ſervata eſt, prodierant, additis novem Leonis Imp. homiliis è Bibl. Bavarica, Ingolſtad. 1600. 1617. 4. Sixtus Senenſis, Nyſſeni in Pſalterium commentarios in Vaticana Bibl. Græce conſcriptos teſtatus, non alios fortaſſe qvam hos duos libellos innuit.

6. Homilia *in Pſalmum ſextum*, περὶ τῆς ὀγδόης, *de octava* ſive feſto Circumciſionis. Incipit: οἱ ἐκ δυνάμεως εἰς δύναμιν πορευόμενοι. pag. 367. cum verſione *Laurentii Sifani*, qvæ prodierat in Latina Nyſſeni editione Baſil. 1562. fol. pag. 106. Vertit & *Maximus Margunius* Cytherorum Epiſcopus. Venet. 1585. 8.

7. Ἐξήγησις ἀκριβὴς, *accurata expoſitio Eccleſiaſtæ Salomonis* Homiliis VIII. qvarum ultima deſinit in explicatione commatis 13, capitis III. pag. 373-467. Incipit: πρόκειται ἡμῖν ὁ ἐκκλησιαστὴς εἰς ἐξήγησιν. Meminit Svidas in Γρηγορίου. Vertit *Gentianus Hervetus*, cujus interpretationem ſubinde caſtigat *Ducæus* in notis. Integrius hoc opus fuit apud *Petrum Poſſinum*, qvi in prologo ad Theſaurum Aſceticum Pariſ. 1684. 4. vulgatum, ait ſe ad editionem paratum habere integrum Nyſſeni commentarium in Eccleſiaſtem, deſcriptum è MS. Romano, qvem hactenus mutilum editiones exhibuerint. Sed cum illud à Poſſino promiſſum opus nemo adhuc in lucem protulerit, notare juvat in Bibliotheca Segvieriana ſive Coisliniana exſtare ſub falſo Greg. Nyſſeni nomine MS. Græcum commentarium in Eccleſiaſtem, nihil

cum edito habentem commune, & in qvo Nyſſeni expoſitio qvandoqve confutatur. Dividitur in ſermones decem, qvorum primus incipit: ἄμελγε γάλα, καὶ ἔσαι σοι βούτυρον. Vide Clariſſ. Montfauconi Catalogum Bibl. Coislinianæ p. 120. ſeq.

8. Ἐξήγησις ἀκριβὴς, *accurata expoſitio Cantici Canticorum*, ad Olympiadem, homiliis XV. qvarum ultima definit in illuſtrando verſu 9. capitis VI. p. 468-711. Proœmium incipit: ἀπεδεξάμην ὡς πρέπουσαν τῷ σεμνῷ σου βίῳ. Citat Damaſcenus in parallelis. Meminit & Svidas in Γρηγόριος. & Hadrianus I. Papa in loco qvi affertur in Actis Concilii VII. T. 7. edit. Labbei p. 109. Vertit idem *Gentianus Hervetus*, cujus verſionem ſubinde caſtigat Fronto Ducæus in notis, adhibita etiam interpretatione *Joannis Leunclavii*, qvæ lucem vidit Baſil. 1570.

9. Εἰς τὴν προσευχήν. *In Orationem Dominicam homilia V.* lectu digniſſimæ pag. 712-761. qvarum prima incipit: προσευχῆς ἡμῖν διδασκαλίαν. Transtulit *Laurentius Sifanius*, cujus verſio ſervata in Græcolatinis editionibus. Exſtat & *Petri Galeſinii* interpretatio Rom. 1565. 4. Allegat ſæpe Damaſcenus in parallelis, & Anaſtaſius qvæſt. 1. & 11. Locum à Græcis in hoc opere corruptum arguit Allatius c. 12. de proceſſione Spiritus S. pag. 63. ſeq. Librum tertium Nyſſeni περὶ προσευχῆς citat Euthymius in Panoplia.

10. Εἰς τὰς μακαρισμούς *in octo beatitudines* Matth. V. Homiliæ VIII. pag. 762-837. Prima incipit: Τίς ἄρα τοιοῦτός ἐστιν. Vertit idem *Laurentius Sifanus*, cujus interpretationem Pariſienſes ſervarunt, & *Petrus Galeſinius*. Citatur in Actis Concilii Epheſini, nec non à Theodorito in dialog. & Damaſceno in parallelis, Liberato in breviar. &c. In hoc opere definit *tomus primus* editionis operum Nyſſeni Græcolatinæ A. 1638. qvæ hactenus prioris A. 1615. paginas ſervat.

11. In illud 1. Corinth. XV. 28. *quando ſibi ſubjecerit omnia, tunc ipſe quoque Filius* &c. a) p. 838-853. cum verſione *Gentiani Herveti*. Incipit: πάντα μὲν τὰ λόγια Κυρίε.

12. In illud Geneſ. I. 16. *ad imaginem DEI & ad ſimilitudinem.* b) p. 854-866. cum verſione *Frontonis Ducæi* qvi etiam notas adjunxit. Prodierat Græce cum Ducæi verſione Ingolſtad. 1596. 8. Incipit:

a) In edit. A. 1638. T. 2. p. 6. b) Ibid. p. 22.

pit: ὁι τὴν ἑαυτῶν ἁπλανῶς τὸ προσώπε. Aliis auctor hujus ſcripti non Nyſſenus videtur, ſed *Anaſtaſius* Sinaita. Vide Tillemontium T.15.p.741. qvi p.605. illud putat eſſe fragmentum majoris operis, in qvo difficilia Scripturæ loca auctor illuſtravit.

13. Ad Theodoſium Epiſcopum Epiſtola, *de Engaſtrimytho*, c) pag. 867-871. cum ejusdem *Ducæi* verſione & notis. Incipit: ὁ εἰπὼν τοῖς ἑαυτῦ μαθηταῖς. In fine teſtatur ſe ἰδίῳ λόγῳ fuſius explicaſſe πῶς παρεγίνετο τὸ πνεῦμα περὶ βαπτίσματος. At ſententia qva non verum Samuelem ſed dæmonem ſub Samuelis ſpecie Sauli apparuiſſe diſputat, communis ipſi eſt cum pluribus antiqvis Eccleſiæ doctoribus, ut demonſtravit Allatius diſſ. de Engaſtrimytho. Prodierat hoc ſcriptum Nyſſeni cum Ducæi verſione, Ingolſtad. 1596. 8.

14. Εἰς τὴν ἑαυτῦ χειροτονίαν. *Cum Epiſcopus ordinatus eſſet.* d) p. 872-879. cum *Frontonis Ducæi* verſione ac notis. Incipit: ἦλθε καὶ ἐφ ἡμᾶς ἡ τῆς πνευματικῆς ἐγιάσεως λειτουργία. Citat Joannes Damaſcenus in parallelis p. 773. ſub titulo περὶ τῆς ἐν Κωνσταντίνε πόλει καταστάσεως τῦ ἁγίε Γρηγορίε. Itaqve hæc oratio dicta A. C. 394. in Concilio CPol. non autem 372. qvo Epiſcopus ordinatus eſt. Confer Tillemontium T.9. pag.733.734. Prodierat cum Ducæi verſione Ingolſtad. 1596. 8.

15. *Contra Apollinarium* fragmentum e) p. 879. 880. cum ejusdem *Ducæi* interpretatione, cum qva jam lucem viderat Ingolſtad. 1596. 8. Incipit: ὥστε κίνδυνός ἐστιν ἡμῖν ἀδὴς. Aliud Nyſſeni fragmentum adverſus Apollinarium è MSto Cæſareo Græce publicavit Lambecius III. p. 167. Confer infra, num. 77.

16 περὶ Φιλοπτωχίας, *de pauperibus charitate complectendis* λόγος β', (prior Latine infra, num. 24. & Græce num. 72.) in illud Matth. XXV. 40. *quatenus uni ex his feciſtis, mihi feciſtis.* f) pag 881 893. cum *Petri Franciſci Zini* verſione qvæ prodierat Venet. 1574. 8. & qvam locis nonnullis caſtigat in notis *Ducæus*. Incipit: ἐν πρὸς τῷ θεάματι τῆς Φοβερᾶς τῦ βασιλέως ἐπιφανείας ἐμί. Græce viderat lucem Auguſtæ apud Mangerum 1587. 8. edente Hœſchelio, non 1527. ut in Ducæi notis excuſum eſt.

c) In edit. A. 1638. T. 2. p. 35. d) p. 40. e) p. 47.
f) p. 49.

17. Κατὰ εἱμαρμένης. *Contra fatum* disputatio cum Ethnico Philosopho, adjuncta ejusdem *Zini* versione. g) pag. 894-913. Incipit: μέμνησαι πάντως ὅλη μοι γέγονεν. Citat Anastasius qvæst. 19. Tillemontio videtur scripta CPoli A. C. 381. vide ejus memorias T. 9. pag. 586. sq.

18. πρὸς Ἕλληνας ἐκ τῶν κοινῶν ἐννοιῶν. *adversus Ethnicos* de Deo Trino *ex communibus notionibus* h) p. 914-921. cum versione *Federici Morelli*. Incipit: εἰ τὸ Θεὸς ὄνομα προσώπων δηλωτικόν.

19. περὶ ψυχῆς *de Anima*, cum ejusdem *Morelli* versione. i) p. 922-945. Incipit: διαφώνηται χεδὸν ἅπασι τοῖς παλαιοῖς. Non est Nysseni, sed caput secundum & tertium *Nemesii* de natura hominis.

20. *Epistola Canonica* ad *Letoium*, qvi in Episcopatu Melitines Cappadociæ (non Mytilenes, ut Possevinus) post A. C. 381. Otrejo successit, cum *Gentiani Herveti* versione, qvæ plus semel prodiit inter Epistolas SS. Patrum Canonicas, scholiis *Theod. Balsamonis*, *Jo. Zonaræ* atqve *Alexii Aristeni* illustratas. Incipit: ἐν καὶ τοῦτο τῶν εἰς τὴν ἁγίαν ἑορτήν. k) pag. 946-955. Vidit etiam lucem Venetiis 1584. 4. cum Pœnitentiali Romano & variis Canonibus pœnitentialibus & Bedæ ac Rabani libro pœnitentium, cum notis *Antonii Augustini*, nec non ibid. 1585. 8. una cum aliis qvibusdam Nysseni, interprete *Maximo Margunio* Episcopo Cytherensi. Confer Lambecium III. pag. 101. 133. 149. Respicit Concilium in Trullo Canones Nysseni laudans, licet non integrum hoc scriptum videatur ad nos perveniisse.

21. *Adversus eos qui differunt baptismum* p. 956-960. * Latine, eodem *Herveto* interprete. Incipit: *Hujus mundi reges cum leges scripserint.* Græce occurret infra, num. 70.

22. *In illud Apostoli*: 1. Corinth. VI. 18. *omne peccatum quod fecerit homo, est extra corpus, qui autem fornicatur* &c. p. 961-963. ** Latine interprete *Gentiano Herveto*. Incipit: *Terribilis tuba Apostolici præcepti.* Græce occurret infra, num. 74.

23. *In mulierem peccatricem*, sive *ad eos qui durius alios judicant & conversione indigent.* p. 964-970. *** Latine, *Petro Francisco Zino* interprete. Incipit: *Homo Pharisæus ut ex Evangelio Luca.* Græce occurret infra, num. 67. ubi notabo Asterii esse, non Nysseni.

24. *De*

g) Edit. A. 1638. T. 2. p. 62. h) p. 82. i) p. 90. k) p. 114.
* Id p. 124. ** p. 129. *** p. 132.

24. *De pauperibus charitate complectendis* Homilia I. l) pag. 970-975. eodem *Zino* interprete, Latine. Incipit: *Qui huic Ecclesiæ præsidet, atque adeo omnes.* Græce occurret infra, num. 72. Homilia II. hujus argumenti Græce etiam prodiit, ut dixi supra, num. 16. Utraqve Latine ex Zini versione exstat & in Orthodoxographis pag. 1780. Basil. 1569. fol.

25. *In Pentecosten*, de Spiritu S. *) pag. 976. 977. Latine ex ejusdem *Zini* versione. Incipit: *Nullum est tam clarum celebritatis argumentum.* Græce primus ex tribus Codd. Vaticanis cum nova versione sua edidit *Laur. Zaccagnius* in collectaneis monumentorum veterum Rom. 1699. 4. p. 346. Incipit: πᾶσαν ἑορτῆς ὑπόθεσιν φαιδροτέραν ὁ Δαβὶδ δι' ἑαυτὸ ἀπεργάζεται.

26. *Contra fœneratores* pag. 978-982. Latine, *Jac. Gretsero* interprete. Incipit: *Hominum virtutis studiosorum & qui mores.* Græce occurret infra, num. 71.

27. *Testimonia de SS. Trinitate ex Veteri Testamento adversus Judæos.* m) pag. 983.-944. Latine, interprete *Laurentio Sifano.* Incipit: *Dicit David in Psalmo XXXII.* Græce primus ex duobus Codicibus Vaticanis cum nova versione sua edidit *Laurentius Zaccagnius* in collectaneis monumentorum veterum jam laudatis pag. 288. Notandum autem est postremam partem pag. 993. sq. sive explicationem dicti Joh. XIX. 34. *statim exivit sanguis & aqua*, in qva *Theologus* (*Nazianzenus*) & *Chrysostomus* citantur, ab illo scripto alienam, in Græco recte abesse.

II. In Tomo II. Edit. A. 1615. continentur.

28. Κατὰ Εὐνομίου λόγοι ἀνιρρητικοί, *adversus Eunomium* Liber II. III. IV. V. VI. VII. VIII. IX. X. XI. XII. & XIII. cum versione *Nicolai Gulonii.* n) pag. 1.-437. Incipit: ἡ τῶν χριστιανῶν πίστις ἡ εἰς πάντα τὰ ἔθνη. Castigationes in calce voluminis adjecit Gulonii filius *Joannes à S. Francisco*, Monachus Fuliensis, testatus *librum primum*, qvi deinde lucem vidit (confer infra, num. 66.) exstare MS. in Bibl. Vaticana, & incipere his verbis: ἐκ ἦν ὡς ἔοικεν τῷ πάντα σε θέλειν ἐνεργεῖν. Confer de hoc opere Tillemontium T. 9. p. 577. seq. & de Eunomii libis qvos Nyssenus con-

l) Edit. A. 1638. T. 2. p. 138. * ibid. p. 143. m) p. 153. n) p. 265.

confutavit, Jac. Godofredum ad Philoſtorgii VIII. 12. Sirmondus ad librum XI. Facundi Hermianenſis Tom. 2. Opp. p. 763. notavit libros hos Nyſſeni, qvibus fidem Catholicam tueri, & Baſilii jam defuncti opus adverſus Eunomium defendere inſtituit, non uno modo citari apud veteres ſolere. Qvæ enim Facundus & ecloge Anaſtaſii Bibl. profert ex tertio ejus operis libro, Leontius ſecundo libro attribuit, re ipſa autem extant in qvarto edit. Græcolatinæ. Eodemqve modo in qvinto extant reliqva omnia qvæ Facundus citat ex qvarto. Photius Cod. VI. Bibliothecæ ſuæ opus Gregorii Nyſſeni ὑπὲρ Βασιλείου καὶ Εὐνομίου memorat, & mox Codice VII. alteram illius πραγματείαν ejusdem argumenti, ἐν ᾗ λογικώτερον Εὐνομίῳ συμπλακεὶς καὶ κρατῶν αἱρεῖ, πάντα σαθρώσας τῆς δυσσεβείας αὐτοῦ τὰ ὀχυρώματα. Neqve dubium eſt, per eandem librum ultimum ab eo intelligi, qvi cæteris omnibus eſt longior, & in qvo novum cum Eunomio certamen ingredi ſe profitetur Nyſſenus in ipſo libri limine: τὰ μὲν δὴ πρῶτα τῶν πρὸς Εὐνόμιον ἀγώνων ἱκανῶς ἤδη καὶ θείαν συμμαχίαν ἐν τοῖς φθάσασι διήνυσαι πόνοις. Svidas de Gregorio Nyſſeno: ὃς καὶ συνέταξε καὶ Εὐνομίου λόγον ἐξαίρετον. Citatur à Theodorito in dialog. multisqve aliis veteribus qvorum loca notavit Tillemontius T. 9. p. 579. ſeq. qvi p. 585. conjicit qvod Hieronymus cap. 128. de ſcriptor. Eccleſ. refert lectos Nazianzeno & ſibi à Nyſſeno illos contra Eunomium libros, id factum CPoli ubi occaſione Concilii A.C. 381. in illa urbe celebrato convenerint. Scripſit Nyſſenus poſt Baſilii obitum, ut Nicephoro etiam XI. 19. Hiſt. annotatum, circa A. 381.

29. *Ad Euſtathium* (Sebaſtenum) *de SS. Trinitate* & contra Pnevmatomachos, *quod Spiritus S. ſit DEus.* o) p. 439-447. cum verſione *Laurentii Sifanii*, ſed à *Fed. Morello* recognita. Hoc ſcriptum integrum fere iisdem verbis inter S. Baſilii Epiſtolas octogeſima legitur, Nyſſeno rectius vindicandum, ſub cujus nomine citatur ab Euthymio in Panoplia. Compoſitum circa A.C. 380.

30. περὶ τοῦ μὴ δύεσθαι λέγειν τρεῖς Θεούς, *quod non putandum ſit tres Deos dici oportere*, ad Ablabium p) pag. 477-460. cum ejusdem *Sifani* verſione. Incipit: ὑμᾶς μὲν δίκαιόν ἐστι τοὺς ἀκμάζοντας. Allegatur à Johanne II. Papa in Epiſtola ad Avienum, ſcripta A.C.

o) Edit. A. 1638. T. 3. p. 6. p) ibid. p. 15.

A.C. 532. Sed citantur etiam ab Euthymio in Panoplia ex Nysseno ad Ablabium, qvæ in hoc scripto non reperias.

31. περὶ διαφορᾶς οὐσίας καὶ ὑποστάσεως. *De differentia essentiæ & hypostaseos* ad Petrum fratrem. q) p. 460-469. cum versione ejusdem *Sifani*. Incipit: Ἐπειδὴ πολλοὶ τόν τε τῆς οὐσίας λόγον. Legitur hæc velut à S. Basilio ad Nyssenum scripta inter Basilii Epistolas trigesima qvarta. Vertit ante Sifanum *Joannes Cono*. Colon. 1537. fol. inter Nysseni opera Latine edita.

32. Πρὸς Σιμπλίκιον περὶ πίστεως, *ad Simplicium* tribunum *de fide* sive de Patre Filio & Spiritu S. r) pag. 470-474. cum versione *Laurentii Sifani*. Incipit: Κελεύει ὁ Θεὸς διὰ τῆ προφήτε. Notas *Fronto Ducæus* addidit. Prodierat cum aliis qvibusdam Nysseni Græce, Lugd. Bat. 1593. 8. Magnam partem affert Euthymius in Panoplia citans Nyssenum ἐκ τῆ β λόγε τῆ πρὸς Σιμπλίκιον περὶ υἱῆ.

33. Λόγος κατηχητικὸς ὁ μέγας, *sermo magnus Catecheticus* pro iis qvi catechumenos instituere debent, divisus in XL. capita. s) p. 475-542. cum versione *Gentiani Herveti*, notisqve *Frontonis Ducæi*. Vertit etiam *Petrus Morellus* Paris. 1568. 8. & *Petrus Franciscus Zinus* in Euthymii panoplia, cui magna hujus libri pars inserta legitur. Incipit: ὁ τῆς κατηχήσεως λόγος ἀναγκαῖος μέν ἐστι. Citatur & à Theodorito in dialog. 2. & 3. & Gregorio M. atqve Damasceno *opus plane eximium, si paucos nævos excipias quos ex lectione Origenis contraxit*, ut monet Is. Casaubonus pag. 116. ad Epistolam Nysseni. Sed illa Origeniana ab hæreticis inserta olim arguit S. Germanus CPol. apud Photium Cod. 233. Certe sub finem adsuta clausula, in qva Severi hæretici Acephali mentio, ex *Theodori Raithuensis* libro de incarnatione Domini, qvalem non Beza sed Rob. Balforeus Paris. 1599. 8. edidit. Vide Albertinum de S. Eucharistia pag. 486.

34. Περὶ παρθενίας. *De Virginitate* liber, cum præmissa Epistola exhortatoria ad virtutem t) p. 543-611. cum notis *Ducæi*, & versione *Petri Galesinii* qvæ lucem vidit Rom. 1562. 4. Præterea hunc librum cum versione sua notisqve vulgavit *Joannes Livenejus*, Antvverp. 1574. 4. Incipit: ὁ μὲν σκοπὸς τῆ λόγε ἔστιν ἐπιθυμίαν

Ll

q) Edit. A. 1638. T. 3. p. 28. r) p. 38. s) p. 43. t) p. 111.

θυμίαν τῆς κατ' ἀρετὴν ζωῆς. Scriptus circa A. C. 371. In Livineji versione nonnulla reprehendit Billius apud Possevinum.

35. *Decem syllogismi adversus Manichæos* u) pag. 612. cum versione *Frontonis Ducæi*, cujus etiam notæ videndæ pag. 17. Incipit: εἴ τι ἂν κακὸν κολαστέον.

36. Τὰ Μακρίνια, περὶ ψυχῆς καὶ ἀναστάσεως, *Macrinia*, sive *de anima & resurrectione dialogus* cum sorore Macrina, cum Basilium fratrem A. C. 379. extinctum lugerent x) pag. 613-692. cum versione *Laurentii Sifani*. Incipit: ἐπειδὴ τῷ ἀνθρωπίνῳ βίῳ πολὺς. Meminit Photius Cod. 233. & Svidas, testatus Gregorium Nyssenum scripsisse μακρόν τινα καὶ περικαλλῆ πρὸς τὴν ἀδελφὴν Μακρίναν περὶ ψυχῆς λόγον. Hic est Nysseni de immortalitate animæ liber, qvi *Daniele Augentio* interprete prodiit Latine Paris. 1557. 8.

37. Κατὰ Ἀπολιναρίου, *Contra Apollinarium* liber ad *Theophilum* ab A. C. 385. Episcopum Alexandrinum. y) pag. 693-698. cum *Frontonis Ducæi* versione & notis. Incipit: ὁ μόνης ἐστὶ τῆς κοσμικῆς σοφίας εὔφορος. Citatur ab Euthymio in Panoplia. Prodiit Græce, curante Hœschelio Lugd. Bat. 1593. 8. cum aliis Nysseni opusculis. Et ex *Ducæi* interpretatione Latine. Ingolstad. 1596. 8. Ex *Turriani* autem versione in Tomo VI. Lection. Antiqvarum Henrici Canisii, Ingolstad. 1604. 4. p. 161.

38. Περὶ τοῦ, τί τὸ χριστιανῶν ὄνομα ἢ ἐπάγγελμα. *Quid nomen professione Christianorum sibi velit*, ad *Harmonium* z) p. 699-707. cum versione *Laurentii Sifani*. Incipit: ὅπερ ποιῶσι πρὸς τὰς κρατύνοντας. Verterat & *Maximus Margunius* Cytherorum Episcopus, Venet. 1585. 8. Græce prodiit Lugd. Bat. 1593. 8.

39. Περὶ τελειότητος, καὶ ὁποῖον χρὴ εἶναι τὸν χριστιανόν. *Liber de perfectione, & qualem oporteat esse Christianum*, ad *Olympium* Monachum. a) p. 706-730. cum versione *Petri Franciſci Zini & Frontonis Ducæi* notis ad Voluminis calcem. Incipit: πρέπουσα τῇ προαιρέσει ἡ σπουδή. Vertit & *Maximus Margunius* Venet. 1585. Græce prodierat primum Venet. 1574. 8. & deinde Lugd. Bat. 1593. 8. Citatur ab Anastasio Sinaita qvæst. 1. Nyssenus ad Olympium ἀσκητήν. Photio Cod. 233. λόγος περὶ τοῦ τελείου βίου.

40. Ὑπο-

w) Edit. A. 1638. T. 3. p. 180. x) ibid. p. 181. y) p. 216. z) p. 267.
a) pag. 298.

40. Ὑποτύπωσις sive *summaria descriptio veri scopi vitæ Asceticæ*, cum versione *Fed. Morelli* pag. 730-743. Incipit: εἴ τις σμικρὸν ἀποσήσας τὸ σῶμα. Prodierat separatim cum Morelli versione Paris. 1606. 8.

41. Πρὸς τὸς ἀχθομένους ταῖς ἐπιλημήσεσιν *ad eos qui castigationes agre ferunt.* b) pag. 743-749. cum versione *Gentiani Herveti.* Incipit: Θεῖον ἀληθῶς καὶ ἱερὸν χρῆμα ὁ λόγος θεός. Prodierat Græce Paris. 1570. 8.

42. Περὶ τῶν πρὸ ὥρας ἁρπαζομένων νηπίων. *De infantibus qui præmature abripiuntur.* Ad Hierium c) Cappadociæ præfectum, pag. 748-770. cum versione *Laurentii Sifani.* Incipit: Σοὶ μὲν, ὦ ἄρμε, πάντες σοφισταί τε καὶ λογογράφοι. Citatur ab Anastasio qvæst. 16. A Nysseno jam sene hæc Epistola scripta est.

43. Εἰς τὴν γέννησιν. *In natalem Domini nostri JEsu Christi, & in infantes Bethlehemiticos.* d) pag. 771-786. cum versione *Petri Franciſci Zini*, & *Ducæi* notis ad voluminis calcem. Incipit: σαλπίσατε ἐν νεομηνίᾳ σάλπιγγι. Græce ediderat *Dav. Hœschelius* Augustæ Vindel. 1587. 8. & cum versione sua *Joach. Camerarius.* Lipſ. 1564. 8. In hoc sermone sunt qvædam ex Apocryphis & incertis hausta narrationibus. Sunt & qvædam petita ex magno Nysseni sermone Catechetico. Qvædam iisdem propemodum verbis leguntur apud Cyrillum contra e) Anthropomorphitas. Vide Tillemontium T. 9. memor. p. 612.

44. *In S. Stephanum Protomartyrem.* p. 786-798. cum versione *Laurentii Sifani*, & *Ducæi* notis. Incipit: ὡς καλὴ τῶν ἀγαθῶν ἡ ἀκολουθία. Laudat Svidas & πολυθάυμαστον appellat. Ediderat *Hœschelius* Græce A. 1587. 8. Augustæ Vindel. Latine ex *Zini* versione occurrit apud Surium ad 26. Decemb. Fallitur Clariſſ. Oudinus, qvi hanc homiliam Asterii esse affirmat. Alia enim hujus in Stephanum homilia est, qvæ itidem exstat, & edita est à Combefio T. 1. auctarii novi pag. 283. Incipit: ὡς ἱερὸς ἀληθῶς.

45. Εἰς τὴν ἡμέραν τῶν φώτων, *in diem Luminum quo Christus baptizatus est.* f) pag. 798-813. cum ejusdem *Sifani* versione & *Ducæi* notis. Incipit: νῦν γνωρίζω τὴν ἐμὴν ἀγέλην. In editione Græca qvam *Dav. Hœschelius* curavit Augustæ Vindel. 1587. 8. hæc Homilia

b) Edit. A. 1638. T. 3. p. 311. c) id. p. 317. d) id. p. 339. e) ibid. p. 354. f) p. 366.

milia inscribitur εἰς τὸ ἅγιον βάπτισμα. Gallice à *Fed. Morello* versa prodiit Paris. 1606. 12.

46. Εἰς τὸ ἅγιον Πάσχα, καὶ περὶ τῆς τελευταίας προθεσμίας τῆς τοῦ Χριστοῦ ἀναστάσεως. *In S. Pascha & de triduano festo resurrectionis Christi.* g) pag. 814-831. cum *Ducæi* notis ad voluminis calcem, & versione *Sifani* quæ exstat in Latinis Nysseni operum editionibus. Incipit: εἴ τις πατριαρχῶν εὐλογία.

47. Homilia II. *de resurrectione CHristi*, & ὅτι κατὰ μηδὲν ἀλλήλοις ἐναντιωθέντες οἱ Εὐαγγελισταὶ, *quod nullo modo contrarii inter se sint Evangelistæ* h) p. 832-848. cum *Laur. Sifani* versione. Incipit: πάντες μὲν, ἀγαπητοὶ, ὡς εἰπεῖν ἀναδέχονται. Hanc sub *Hesychii Hierosol.* nomine edidit Græce & Latine *Franc. Combefisius* T. 1. Auctarii novi p. 743.

48. *In magna Dominica*, Homilia III. de festo Paschæ & Resurrectione i) pag. 848-866. cum ejusdem *Sifani* versione. Incipit: οἱ πένητες τῶν ἀνθρώπων φιλέορτοι.

49. Homilia IV. Εἰς τὸ ἅγιον καὶ σωτήριον πάσχα *de sancto & salutifero paschate* k) pag. 866-869. cum *Laurentii Sifani* versione. Incipit: ἡ ἀληθινὴ τοῦ σαββάτου κατάπαυσις. Exstat & cum versione *Joach. Camerarii*, Lipsiæ 1563. 8. & cum interpretatione ejusdem Camerarii, atque altera *Henrici Oelschlegelii*, hujusque notis Philologicis ac Theologicis in tironum usus adornatis. Dresdæ 1628. 8.

50. Homilia V. Εἰς τὴν φωτοφόρον καὶ ἁγίαν ἀνάστασιν *in luminiferam & sanctam Resurrectionem Domini & Dei nostri* l) p. 869-873. cum versione *Federici Morelli*. Incipit: Εὐλογητὸς ὁ Θεὸς. Εὐφημήσωμεν. Prodierat separatim cum Morelli versione Paris. 1600. 8. & Tillemontio ut rerum inanis, ita recentis Græculi esse videtur Tom. 9. memor. Eccles. p. 613.

51. Εἰς τὴν ἀνάληψιν *in Ascensionem Domini nostri Jesu CHristi*, quæ dies festa Cappadocibus dicta est ἡ ἐπισωζομένη. m) pag. 873-876. cum versione *Petri Francisci Zini*. Incipit: ὡς γλυκὺς συνέμπορος τοῦ ἀνθρωπίνου βίου ὁ Προφήτης Δαυίδ. Vertit & *Laur. Sifanus*. Sed Zini versio etiam in Breviario Romano præfertur, ut Possevino notatum.

52. Εἰς

g) Edit. A. 1638. Tom. 3. p. 382. h) p. 400. i) p. 416. k) p. 435.
l) id. p. 437. m) ibid. p. 441.

52. Εἰς τὴν ὑπαπαντήν, *de occursu Domini, Deipara & justo Simeone.* n) pag. 876-896. cum versione *Laur. Sifani.* Incipit: τῇ φρονήσει τῶν ἀρρήτων μετέωρος. Exstat & Latine apud Surium 2. Febr. Metaphrastæ interpolatoris vestigia in hac homilia notant viri docti. Et à Lud. Thomassino pro suppositiis habentur omnes illi in τὴν ὑπαπαντὴν sermones qvi feruntur sub nominibus antiqviorum Patrum Methodii, Cyrilli Hierosol. Nazianzeni, Nyssæni, Ambrosii, Chrysostomi & Fulgentii: cum festum illud constet demum celebrari cœpisse in Ecclesia Anno XV. Justiniani Imp. Vide Thomassinum in scripto Gallice edito de festis lib. 2. c. 11. & Willh. Ernestum Tentzelium diss. de ritu lectionum sacrar. §. 6.

53. Περὶ θεότητος *de Deitate Filii & Spiritus sancti* & de fide Abrahami. (sermo dictus in Concilio CPol. A. C. 383. ut notatum Tillemontio Tom. 9. pag. 586.) o) pag. 896-910. cum ejusdem *Sifani* versione, qvi Græce & Lat. ediderat Colon. 1586. 8. Nyssenum εἰς τὸν Ἀβραὰμ laudant Theodoritus in dialog. Jo. Damascenus 1. de imagg. Hadrianus I. papa in Epist. & Concilium II. Nicæn. Act. 4. T. 3. Binii p. 542. & Euthymius in Panoplia. Homilia in Abraam & Isaac Latine ex *Achillis Statii* versione prodiit Lovanii 1551. una cum S. Chrysostomi explanatione Orat. Dominicæ, & sermonibus tribus in Natalem Domini, in sancta Theophania & de David Propheta, & Athanasii in magnam Parasceven, Amphilochii in sabbatum sanctum, Gregorii Antiocheni in sepulturam & resurrectionem Domini: Sophronii in exaltationem S. Crucis & Resurrectionem, Cyrilli Alex. in parabolam vineæ, Anastasii Sinaitæ de sacra Synaxi, & de injuriis remittendis: Marciani Bethlehemitæ fragmento, Nili Abbatis Epistolis III. & typis Epistolicis Anonymi & Libanii, nec non loco de Epistolica dictione ex Demetrii libro περὶ ἑρμηνείας. Exstat & cum interpretatione *Joach. Camerarii*, Lipsiæ 1563. 8. & edente *Hœschelio* Græce Augustæ Vindel. 1591. 8. Incipit: ὅσον μὲ πάσχει πρὸς τὰς πολυανθεῖς τῶν λειμώνων.

54. Ἐπιτάφιος Oratio funebris *in fratrem Basilium magnum* defunctum A. C. 379. dicta Cæsareæ in die ejus memoriali. p) pag. 911.

 -930.

n) Edit. A. 1638. T. 3. p. 444. o) p. 464. p) p. 479.

--930. cum versione *Laurentii Sifani.* Incipit: καλὴν ἐπέθηκεν ὁ Θεὸς τὴν τάξιν. Memorat Amphilochius in S. Basilii vita.

55. Ἐγκώμιον, *Laus sanctorum XL. Martyrum* Sebastenorum. Homiliis II. qvarum prior incipit: ὃις ἀνιᾶσθαι τὰς πολλὰς προχάζομαι. q) pag. 931-935. posterior: χθὲς οἱ μάρτυρες πρὸς ἑαυτὰς τὸν λαὸν ἐκάλεσαν pag. 936-946. cum versione *Laur. Sifani*, & *Ducæi* notis. Tertia homilia hujus argumenti occurret infra, num. 69.

56. Εἰς Πυλχερίαν *in funere* * *Pulcheriæ* qvæ Theodosii M. & Flaccillæ filia A.C. 384. vel 385. non diu ante matrem CPoli obiit, r) p. 946-955. cum ejusdem *Sifani* versione. Incipit: οὐκ οἶδα ὅπως τῷ λόγῳ χρήσομαι.

57. Ἐπιτάφιος εἰς Πλάκιλλαν βασίλισσαν, *Oratio funebris in Placillam* sive *Flaccillam* Augustam Theodosii Magni conjugem, extinctam in Thracia sub finem Anni 385. s) pag. 940-965. cum *Sifani* versione & *Ducæi* notis. Incipit: ὁ πιστὸς καὶ φρόνιμος οἰκονόμος.

58. *De vita S. Gregorii Thavmaturgi.* t) pag. 966-1009. cum *Laur. Sifani* versione. Incipit: ὁ μὲν σκοπὸς εἷς ἐστι. Meminit & πολυθαύμαστον ἔπαινον appellat Svidas in Γρηγόριος. Laudat & Nicephorus XI. 19. Hist. & Eustratius CPol. presbyter in libro contra Psychopannychitas cap. 13. Edidit & Græce cum nova versione sua & scholiis *Gerardus Vossius* ad calcem operum Thavmaturgi Mogunt. 1604. 4. Versionem *Gentiani Herveti* habes apud Lipomannum & Surium 3. Jul. Extremam partem in editis desideratam è MS. Codice Coisliniano Græce vulgavit Clariss. Montfauconus in Catalogo illius Bibl. p. 180.

59. Ἐγκώμιον, *Laudes magni Martyris Theodori*, militum præfecti sub Maximino u) pag. 1002-1018. cum versione ejusdem *Sifani*. Incipit: ὑμεῖς ὁ τοῦ Χριστοῦ λαός. Vertit & *Zinus*, ex cujus versione exstat apud Surium ad IX. Novembr. De MStis Græcis Codicibus Cæsareis vide Lambecium IV. pag. 26. 114. VIII. pag. 86. Ad objecta qvibus nonnulli hanc orationem Nysseno abjudicant,

q) Edit. A. 1638. T. 3. p. 499. & 504.

* Diversa hæc à Pulcheria Arcadii filia, Theodosii junioris sorore, & conjuge Marciani qvæ diem obiit A. C. 453. De hac Tillemont. T. 15. p. 171. seq.

r) Edit. A. 1638. T. 3. p. 517. s) p. 527. t) id. p. 534. u) ibid. p. 570.

cant, respondit Natalis Alexander Sæculo IV. cap. 6. pag. 143. seq. editionis in folio.

60. Ἐπιτάφιος *Oratio funebris* in magnum *Meletium*, Antiochiæ Episcopum A. C. 381. 12. Febr. defunctum, dicta in Oecumenico Concilio CPolitano. vv) pag. 1019-1027. cum *Laur. Sifani* versione & *Ducæi* notis. Incipit: ἡμῖν τὸν ἀριθμὸν τῶν Ἀποστόλων ὁ νέος Ἀπόστολος. In MSS. qvibusdam male tribuitur magno Basilio. Ad Nyssenum refert etiam Codex Cæsareus apud Lambecium III. pag. 129. & Nysseno vindicat Nicephorus XI. 19. Hist.

61. Ἐγκώμιον *Laudes S. Patris Ephraim Syri.* x) p. 1027-1048. cum versione *Gerhardi Vossii*, Tungrensis Episcopi qvæ lucem viderat cum ejus scholiis ante opera Ephraimi ab eodem Vossio Rom. 1589 fol. & deinde Coloniæ atqve Antvverpiæ. Incipit: Κινεῖ με πρὸς τὴν παροῦσαν ὑπόθεσιν.

62. Πρὸς τὰς πενθουμένους, *non esse dolendum de mortuis qui ex hac vita ad sempiternam transierunt.* y) pag. 1049-1076. cum versione *Petri Francisci Zini.* Incipit: οἱ τὴν ἀναγκαίαν τῆς φύσεως ἡμῶν. Totus in hoc sermone Origeniana dogmata sapit Nyssenus.

63. *Ad Flavianum Epistola* z) contra Helladium scripta post Petrum Sebastenum A. C. 392. defunctum p. 1077-1083. cum versione *Joh. Leunclavii.* Incipit: οὐκ ἐν καλοῖς, ὦ ἄνθρωπε τοῦ Θεοῦ, τὰ ἡμέτερα.

64. Περὶ τῶν ἀπιόντων εἰς Ἱεροσόλυμα, *de iis qui adeunt Hierosolyma*, Epistola scripta post A. 380. a) pag. 1084-1087. cum incerti versione. Incipit: Ἐπειδήπερ ἠρώτησας, ὦ φίλε. Ex eadem incerti auctoris versione legitur in Centuriis Magdeburgensibus IV. cap. 10. & apud Lipomannum. Græce primum vulgavit Morellus Paris. 1551. Gallice Rob. Stephanus nepos. Edidit eandem Epistolam etiam separatim cum latina versione sua & notis atqve diatriba duplici de peregrinationibus religiosis & de altaribus sacrificiisqve Christianorum *Petrus Molineus.* Paris. 1605. & Hanov. 1607. 8. Hinc *Jac. Gretserus* inter alia Miscellanea Theologica vulgavit notas in notas Molinei, & examen tractatus de peregrinationibus ab eodem Molineo editi. Ingolstad. 1608. 4. Videri etiam possunt qvæ idem Gretserus scripserat

w) Edit. A. 1638. T. 3. p. 580. x) p. 595. y) p. 617. z) p. 645. a) p. 652.

rat lib I. de sacris & religiosis peregrinationibus cap. 10. Ingolstad. 1606. 4. Notæ illæ Gretserianæ ad calcem operum Nysseni recusæ sunt. Cætera prætermissa. Ab eo tempore *Joh. Henricus Heideggerus* dissertationi suæ de peregrinationibus religiosis etiam hanc Nysseni Epistolam Græce & Latine subjunxit, eamqve adversus Gretserum vindicavit, Tiguri 1670. 8. Varias Lectiones è Codice Vindobonensi habes apud Lambecium T. V. p 82. seq.

65. *Ad sorores Eustathiam, Ambrosiam filiamque Basilissam Epistola* scripta A. 380. b) pag. 1088-1094. cum versione *Isaaci Casauboni*, qvi eam primus Græce cum interpretatione sua & eruditis notis vulgavit Paris. 1606. 8. atqve inde Hanov. 1607. 8. Incipit : ἡ μὲν τῶν ἀγαθῶν κὴ καταθυμίων. *Jacobi Gretseri* correctiones notarum Casauboni, editæ primum Ingolstad. 1604. 4. etiam ad calcem operum Nysseni in editionibus Græcolatinis subjectæ sunt, Casauboni ipsius notis prætermissis.

IV. In Appendice ad editionem Græcolatinam Anni 1615. edita Paris. A. 1618.

66. *Epistola* Nysseni *ad Petrum Fratrem*, & Petri ad Nyssenum, de suscipienda Eunomii confutatione. *Periochæ librorum XII.* & *liber primus adversus Eunomium*, (supra num 28. desideratus,) ex Bibliotheca Bavarica; cum versione *Jac. Gretseri*. c) Incipit liber: ἐκ ἦν ὡς ἔοικε. Epistola vero : μόλις ἐπιτυχών. Ad calcem voluminis lacunæ qvædam in libris contra Eunomium supplentur ex MSS. Bavarico & Jo. Livineji.

67. Προτρεπτικὸς πρὸς μετάνοιαν, *adhortatio ad pœnitentiam* d) cum versione *Petri Francisci Zini*. Incipit : ἀνὴρ φαεσαῦ ὡς ἀρτίως ἠκούσαμεν. Hæc Homilia *Asterio* Amaseno tribuitur à Photio qvi locum ex ea profert Codice 271. Latine jam fuit supra, num. 23.

68. *Vita S. Macrinæ*, sororis, ad *Olympium* Monachum scripta circa extremum Anni 380. e) pag. 177. cum ejusdem *Zini* versione,

b) Edit. A. 1638. Tom. 3. p. 655. c) Tom. 2. p. 265. d) T. 2. p. 165.
c) ibid. p. 177.

ne, qvæ exstat etiam apud Surium 19. Jul. Incipit: τὸ μὲν εἶδος τῆς βιβλίου. In MS. Codice Cæsareo non ad Olympium Monachum sed ad *Euprepium* Episcopum inscribitur.

69. Homilia III. *in quadraginta Martyres*, dicta ut videtur Nyssæ in eorum martyrio sive templo, & cum *Jac. Gretseri* versione nunc primum edita. f) Incipit: οἱ μὲν ὁπλῖται Ῥωμαίων. Duæ priores homiliæ supra, num. 55.

70. *Contra eos qui differunt baptismum.* g) cum versione *Gentiani Herveti.* Incipit: οἱ τῆς οἰκεμένης ταύτης βασιλεῖς. Latine jam fuit supra, num. 21.

71. Κατὰ τοκιζόντων, *contra usurarios* sive *fœneratores*, cum versione *Jac. Gretseri.* h) Incipit: τῶν φιλαρέτων ἀνθρώπων. Latine jam fuit supra num. 26. Laudat S. Basilium & qvæ ille in Psalmum XIV. contra fœneratores scripserat.

72. *De pauperibus & beneficentia*, περὶ εὐποιΐας, cum *Zini* versione. i) Incipit: ὁ τῆς Ἐκκλησίας ταύτης πρόεδρος. Latine jam fuit supra, num. 24. Græce addita Zini interpretatione primus vulgavit *Gretserus* è Codice Cæsareo, cujus Seb. Tegnagelius ipsi copiam fecit, A. 1617. Ingolstad. 4. ad calcem qvæstionum Anastasii Sinaitæ.

73. *In principium jejuniorum* εἰς παρείσβασιν νηστειῶν, cum versione *Jac. Gretseri* qvi primus utraqve lingua edidit Ingolstad. 1517. 4. k) Incipit: σύνθετον ζῶον ὁ ἄνθρωπος. Hæc homilia *Asterio Amaseno* tribuitur à Photio, qvi nonnihil ex ea affert Cod. 271.

74. Contra fornicarios, sive in illud Apostoli 1. Cor. VI. 18. *qui fornicatur, in proprium corpus peccat*, l) cum versione *Gentiani Herveti.* Incipit: Φοβερὰ τῆς ἀποστολικῆς παραγγελίας ἡ σάλπιγξ. Latine jam fuit supra num. 22. Græce primus cum Herveti versione edidit *Gretserus*, Ingolstad. 1617. 4. Lacunam ex Codice Græco Vaticano supplevit *Laur. Zaccagnius* in collectaneis monumentorum veterum Rom. 1698. 4. pag. 353.

V. In neutra editione Græcolatina habentur:

Præter ea, qvæ cum referrem edita, simul memoravi num. 7. 15. 25. 27. 58. & 74.

75. *In*

f) Edit. A. 1638. T. 2. p. 205. g) p. 225. h) p. 144. i) p. 235. k) ib. p. 247. l) p. 260

75. *In Petrum & Paulum.* Homilia longior, qvam ex MS. Cæsareo cum versione sua edidit *Jacobus Gretserus.* Ingolstad. 1620. 8. Incertum an Nysseni sit.

76. *Expositio Cantici Canticorum, per paraphrasin collecta* ex SS. Gregorii Nysseni, Nili & Maximi commentariis, Græce cum *Petri Francisci Zini* versione legitur T. 2. auctarii Bibl. Patrum Ducæani Paris. 1624. & in Bibliotheca Patrum Paris. 1654. T. 13. MS. Græce post Theodoritum in Canticum Canticor. in Codice Theologico Cæsareo CCCXIV.

77. *Epistola ad Evagrium Monachum*, latet inter Orationes Nazianzeni, numero XLV. sed Nysseni esse videtur, qvoniam in ea leguntur qvæ Euthymius in panoplia affert ex Nysseno πρὸς Εὐάγγελον Μόναχον περὶ Θεότητος, & sub hoc titulo occurrit in variis Codd. MSS. ut Cæsareo Græco Theologico XLII. Confer qvæ superiore volumine in Nazianzeno dixi. Idem Evagrius qvæ à Gregorio de qvatuor virtutibus Cardinalibus didicerit retulit in suo Gnostico, è qvo Socrates IV. 23. Ἐν δὲ τῷ Γνωστικῷ αὐτὸς (Εὐάγγελος) τοιαῦτά φησι. Τέσσαρας ἀρετὰς ἡγοῦμαι τὰς θεωρίας αὐτῶν παρὰ τῆς δικαίας ἡγεμονίας μεμαθηκέναι εἶναι. Φρόνησιν &c.

78. Ἀντιῤῥητικὸς πρὸς τὰ Ἀπολιναρίου, *Antirrheticus adversus Apollinarem.* Incipit: καλὸν ἂν γένοιτο προοίμιον ἡμῖν. Insigne hoc opus à Leontio Byz. in variis scriptis, à Joh. Damasceno & Euthymio, nec non in Actis sextæ Synodi Actione X. laudatum, memoratumq; Nicephoro XI. 19. Hist. primus ex Codice Vaticano, 700. circiter annorum vulgavit cum versione sua notisqve *Laur. Zaccagnius* in collectaneis monumentor. veterum Rom. 1699. 4. p. 123-287. Confer supra, num. 15. ubi de fragmentis ante editis Nysseni contra Apollinarem.

79. *Homilia II. in S. Stephanum Protomartyrem.* Incipit: Ἐπεδήμησε Χριστὸς τῷ κόσμῳ εἰς σωτηρίαν. Primus Græce ex Codice Vaticano cum versione sua edidit *Zaccagnius* p. 330-345. cum notis. Prior fuit supra, num. 44.

80. *Epistolæ XIV.* 1. ad Eusebium, incipit: ὅταν πλεονάζειν ἄρχηται. 2. ad Sebastenos, ἐγνώρισαν ἡμῖν τινες. 3. διέσωσεν ἡμᾶς ὁ Κύριος. 4. νόμος ἐστὶν ἡμέτερος κλαίειν μετὰ κλαιόντων. 5. ἐφ' ᾧ μάλιστα παρὰ τῶν σοφῶν ὁ βασιλεὺς τῶν Μακεδόνων. 6. τοιοῦτόν τι θαῦμα φασιν ἐν τοῖς

τοῖς θεάτροις. 7. ποῖον τοιοῦτον ἄνθρωπον ἐν ἔαρι. 8. αὐτῶν τι προσφυὲς καὶ οἰκεῖον. 9. ὧδε τὸ ἔαρ ἡ χάρις. 10. ἥκιστά γινται ἰατρικός. 11. Ἑορτὴν ἄγειν σύνηθες τοῖς Ῥωμαίοις. 12. Καὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων μικρὸν δεῖν. 13. ὑμᾶς μὲν ὁ πατὴρ τῶν οἰκτιρμῶν. & 14. ὡς κατὰ τῶν καλῶν ἐστι τὰ ὁμοιώματα. Primus Græce cum versione sua & notis edidit idem *Zaccagnius* p. 354-400.

Epistolæ Nysseni *ad Amphilochium*, qva qveritur ab Helladio non invitatum se ut in Ecclesia ejus verba sacra faceret, meminit Baronius ad A. C. 40. n. 13.

VI. In Catalogo Bibl. Barberinæ p. 494 memoratur *Greg. Nyssenus de transsubstantiatione.* Nimirum Parisiis A. 1560. fol. post Liturgias Jacobi, Basilii & Chrysostomi inter varia veterum Patrum scripta de S. Cœna p. 123-125. Græce exstat sub Nysseni nomine, ὅλη ἁγιαζομένου ἄρτου εἰς σῶμα τοῦ Θεοῦ λόγου μεταποιεῖται, καὶ ὅλη ἐπάναγκες τῇ ἀνθρωπείᾳ φύσει αὐτοῦ μεταλαμβάνειν. *Quod sanctificatus panis in corpus DEI Verbi transmutatur, quodque necesse sit humanæ naturæ eo participare.* Eadem Liturgica Latine edita à Claudio de Sainctes Antvverp. 1562. 8. ubi Nysseni idem apospasmation pag. 74. Latine legitur. Est autem petitum ex magno illius Catechetico cap. 37. atqve expenditur prolixe ab Edmundo Albertino in opere de Sacramento Eucharistiæ pag. 485. seq. De Catechetico illo libro dictum supra num. 33.

Symbolum fidei Christianæ, qvod *Gregorii Thavmaturgi* est & adducitur à Nysseno in vita Gregorii Thavmaturgi in qvibusdam Codicibus MSS. ut Græco Cæsareo Theologico XLVII. legitur sub Nysseni nomine.

In Codice altero Bibl. Segvierianæ sive Coislinianæ Vita Gregorii Thavmaturgi non ut in altero desinit in hæc verba, ψευδὲς οἰόμενοι τοῖς γεγραμμένους ὃ προσεθέκαμεν, neqve ut in editis statim subjungit conclusionem in Homiliis & vitis Sanctorum solitam: Sed ejus loco habet hæc, qvæ ex Clariss. Montfauconi Catalogo Bibl. Coislinianæ pag. 180. hic adscribere juvat:

Postqvam igitur precatus esset pro iis qvi jam crediderant, ut usqve ad finem in melius proficerent, & in fidelibus ut converte-

Ἐπευξάμενος τοίνυν τοῖς πεπιστευκόσιν ἤδη τὴν εἰς τέλος αὔξησιν, καὶ τὴν ἐπιστροφὴν τοῖς ἀπίστοις, ἵνα

τῆ ἀνθρωπίνῃ βίᾳ πρὸς τὸν Θεὸν μετανίσαται, ἐπισκέψας τοῖς ἐπιτηδείοις μὴ κτήσαθαι αὐτῷ τόπον πρὸς ταφὴν ἰδιάζοντα. Εἰ γὰρ ζῶν κύριον κληθῆναι τόπῳ τινὸς οὐ κατεδέξατο, ἀλλὰ παροικῶν ἐν ἀλλοτρίοις τὸν βίον διήγαγεν, οὐδὲ μετὰ θάνατον τῇ παροικίᾳ πάντως ἐπαισχυνθήσεται, ἀλλ' ἔτω, φησὶν, τῷ μετὰ ταῦτα βίῳ διήγημα, ὃν Γρηγόριον ὅτε ζῶν ἐπωνομάθη τόπῳ τινὶ, καὶ μετὰ θάνατον ἀλλοτρίων ἐγένετο πάσης τῆς γῆς ἑαυτὸν ἀποσήσας, ὡς μὴ ἐνταφῆναι ἰδίῳ καταδέξαθαι τόπῳ. Μόνην γὰρ αὐτῷ κτῆσιν ἡμίαν ἐκείνην, ἣν πλεονεξίας ἐφ' ἑαυτὴν ἴσχυσε δέχεται, ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν, ᾧ ἡ δόξα σὺν Πατρὶ καὶ Πνεύματι νῦν καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, Ἀμήν.

rentur: ſic ex humana vita ad Deum transfertur, cum domeſticis ſuis præcepiſſet, ut ne ipſi locum proprium ad ſepulturam emerent: nam qvia dum viveret nunqvam voluerit loci cujuspiam Dominus vocari, ſed ut peregrinus & advena in aliis locis vitam degerit, neqve poſt mortem pudebit peregrinum agere. Sed poſt hanc vitam, inqvit, hoc in ore hominum verſetur, nempe Gregorium, dum in vivis eſſet, nulli loco nomen indidiſſe ſuum, & poſt mortem apud alienos qvaſi advenam fuiſſe, qvia ſe à toto orbe terrarum alienum fecerat; ita ut ne in loco qvidem ſibi proprio ſepeliri voluerit: ſolam qvippe ſibi poſſeſſionem honorabilem eſſe eam, qvæ avaritiæ nullum admittit veſtigium, in Chriſto JEſu Domino noſtro, cui gloria cum Patre & Spiritu nunc & in ſæcula ſæculorum, Amen.

Gregorius Nyſſenus *de homine, anima, elementis, viribus animæ*, Latine *Jo. Gonone* Norimbergenſi interprete editus per Beatum Rhenanum Argentor. 1512. fol. Pariſ. 1513. fol. Baſil. 1521. 4. Hi ſunt *libri VIII. Philoſophiæ de natura humana*, qvi ſub Nyſſeni nomine exſtant in antiqvis editionibus Latinis, ut Baſilenſi 1562. fol. Nihil autem aliud his continetur qvam liber *Nemeſii* de homine, in octo libellos diſtractus, ut jam monui volumine ſuperiore lib. 5. cap. 14. §. 6.

VII. Scripta deperdita.

In Proverbia ſcripſiſſe ſe, videtur innuere Nyſſenus Homil. 1. in Eccleſiaſt. licet locus non ita evidenter hoc evincit. Confer Tillemontium T. IX. pag. 742.

In

In Epist. ad Philippenses. Cyrillus Alex. ad Evoptium.

Ad Theodosium Episc. *quomodo Cornelius Spiritum S. ante baptismum acceperit.* Meminit Nyssenus ipse in fine scripti de Engastrimytho ad eundem Theodosium.

Damascenus in parallelis p. 773. citat Nyssenum in illud : *Hic est filius meus dilectus.*

Euthymius in panoplia affert nonnulla ἐκ τῆς λεγομένης εἴνεκα τοῦ Νύσσης, καὶ καλλιμένης Θεογνωσίας.

Idem ex Nysseno *ad Ablabium* qvædam recitat, qvæ non leguntur in scripto ad Ablabium de qvo supra, num. 30.

VIII. Editiones Operum Nysseni.

Latinæ.

Coloniæ 1537. fol. cujus editionis notitiam petere licet ex Bibliotheca Gesneri.

Basil. 1562. fol. pleraqve *Laurentio Sifano* interprete. Hanc editionem recenset Bellarminus de S. E.

Basil. 1571. fol.

Paris. 1573. fol. qvæ editio recensetur à Possevino in Apparatu S.

Paris. 1603. fol. curante Frontone Ducæo, qvæ & plenior & accuratior cæteris est editio.

Carolum Bovium Nysseni opera vertisse legas in T. IX. Italiæ S. Ferdinandi Ughelli pag. 60. sed illa interpretatio, qvod sciam, lucem non adspexit.

Græcolatinæ.

Paris. 1615. 2. Volumen. fol. curante *Frontone Ducæo*, ex officina Nivelliana.

Appendix ibid. 1618. fol. ex suppeditatis & transmissis à Jacobo Gretsero.

Paris. 1638. fol. tribus Volum. in qva editione nihil præter Appendicem jam memoratam accessit, cum alioqvi nec tam nitida sit nec tam emendata qvam prior Nivelliana. De utrisqve Labbeum, si placet, vide & Oudinum.

CAPUT XXI.

De EUSTATHIO Antiocheno, SERAPIONE Thmuitano & SOPHRONIO.

Euſtathius Antiochenus. 1. *Scripta illius & ſub nomine ejus edita.* 2. *Deperditorum fragmenta.* 3. *Alii Euſtathii.* 4. *De Serapione Thmuitano.* 5. *Alii Serapiones.* 6. *De Sophronio amico S. Hieronymi.* 7. *Alii Sophronii.* 8.

I.

EUSTATHIUS ex Side Pamphyliæ, a) Confeſſor, b) atq; fidei Catholicæ adverſus Arianos aſſertor egregius, c) Epiſcopus Berrhoënſis in Syria Synodo, Nicænæ d) A.C. 325 interfuit, atqve in illa Imperatorem Conſtantinum Synodi nomine laudavit, ab eadem Epiſcopus Antiochenus conſtitutus in locum Paulini e) qvi S. Philogono ſucceſſerat. Poſtea variis per Arianos petitus calumniis, atqve in Synodo Antiochena Epiſcopatu depoſitus f) circa A. 328. Paulinum alterum * Epiſcopum Tyri ſucceſſorem habuit, & in exilio Trajanopoli in

a) Hieron. c. 85. de S. E.

b) Ὁμολογητὴς vocatur non modo à Theodoreto dialog. 1. ſed etiam ab Athanaſio in Apologia T. I p. 702. & Epiſtola ad ſolitarios pag. 812. Ab Chryſoſtomo & Anaſtaſio Sinaita lib. 9. in Hexaëmeron, atqve in titulo libri Euſtathii ipſius in Hexaëmeron, etiam Martyr.

c) Vide Tillemont. T. VII. memor. pag. 21. ſeq.

d) Sam. Baſnage ad A. 328. n. 3. Edmundus Albertinus de S. Euchariſtiæ ſacramento pag. 388.

e) Hieron. in Chron. Zonaras & alii. Confer Tillemont. Tom. VII. memor. pag. 22. & pag. 646. ſeqq.

f) Antonius Pagi ad A. C. 324. n. 26. ſeq. & A. 327. n. 3. & A. 340. num. 19. Cave Hiſt. literar. ad A. 325.

* Ita Philoſtorgius apud Nicetam lib. V. theſauri c. 9. licet aliis ſcriptoribus diſſentientibus. Vide Jac. Godofredum p. 156. ſeq. ad Philoſtorg.

in Thracia, g) diem obiit circa A. C. 360. h) Nicetas Philippis Macedoniæ eum natum esse scribit lib. 5. thesauri Orthodoxæ fidei c. 9. fortasse qvoniam Philippis mortuum fuere qvi traderent; & Philippis reliqvias ejus Antiochiam relatas circa A. 482. scribit Theodorus Lector. i) Inter sanctos colitur à Græca Ecclesia 21. Febr. & 5. Jun. & à Latina 16 Jul. magnisqve elogiis afficitur k) ab Athanasio, Hieronymo, Theodoreto, Sozomeno, Socrate, Facundo, Fulgentio, Anastasio Sinaita aliisqve: à Chrysostomo l) etiam singulari Oratione Antiochiæ in die memoriæ ejus consecrato laudatus, qvæ incipit: σοφός ἰις ἀνὴρ καὶ φιλοσοφεῖν ἐδώς. Tom. 1. Ducæi homil. 52. pag. 569. & T. V. Savil. p. 628. Itaqve licet Sabellianismi perinde, ut Magister ejus Marcellus Ancyranus, m) ab Eusebianis accusatus fuerit, Catholicam tamen doctrinam probasse & defensitasse Eustathium mihi persuadeo.

II. Exstat sub ejus nomine 1. *Allocutio ad Imperatorem Constantinum in Concilio Nicæno*, qvam sive servatam, sive ἠθοποιηλικῶς potius, ut videtur ex ingenio effictam à Gregorio Neocæsarienſi presbytero ** in Oratione de SS. Patribus Nicænæ Synodi, qvorum brevis est, hic adscribam: Eu-

g) Ita diserte Hieron. c. 85. de S. E. & Chrysostomus Orat. in Eustathium T. 1. p. 571. ὡς τὸ σῶμα τοῦ αὐτοῦ ταφέντος ἐν Θράκῃ. & τὸν μὲν τάφον εἶναι ἐν ἐκείνῳ τῷ βαρβαρικῷ Χωρίῳ. Sic & Martyrolog. Rom in 16 Jul.

h) Adhuc vixisse Eustathium, cum Meletius Antiochenæ Sedi præficiendus esset, diserte testatur Chrysostomus p. 577. atqve Theodoretus III. 4. Hist. πρὸ τῆς Μελετίου χειροτονίας Eustathium obiisse testatus. His itaqve assentiri malo cum Blondello de primatu Ecclesiæ p. 1196. qvam Tillemontio, qvi Tom 7. memor. pag. 654 Eustathii mortem refert ad Annum 328. ideo qvoniam post illius anni gesta de Eustathio scriptores Ecclesiastici tacent.

i) Vide Tillemont. T. 7. pag. 653. seq.

k) Vide testimonia præmissa notis Allatii in Eustathium.

l) Meminit Menologium à Sirleto versum, 21. Febr. & Chrysostomus ipse homilia in Jeremiæ X. 10. T. 3. Ducæi pag 790. τῇ μακαρίᾳ Εὐσταθίῳ τὰ ἐγκώμια διηγούμενοι, καὶ μετ' ἐκεῖνον τὸν γενναῖον μάρτυρα Ῥωμανὸν τοὺς ἐπαίνους διεξιόντες. Illam Chrysostomi Homiliam Græce & Latine integram dat Allatius p. 95. seq. post commentar. in Hexaëmeron.

m) Vide Georgium Bullum in defensione fidei Nicænæ p. 53. 54.

** Latine apud Surium 10 Jul. Græce & Lat. apud Allatium pag. 135. ad Eustath. & Combefisium Tom 2. auctarii novi pag. 555. Idem hic videtur Gregorius qvi deinde Neocæsariensis Episcopus interfuit Concilio Nicæno II.

Εὐχαριστοῦμεν, ἔφη, Θεῷ, κράτιστε βασιλεῦ, τῷ τὴν ἐπίγειον σωιδύνοντί σοι βασιλείαν, τῷ τὴν πλάνην τῶν εἰδώλων διὰ σοῦ καταργήσαντι, καὶ τῶν πιστῶν καταξήσαντι ἐν παῤῥησίᾳ τὸ εὔθυμον. Πέφανται κνίσσα δαιμόνων, καταλέλυται πολυθεΐας ἑλληνικῆς τὰ σεβάσματα, τὸ τῆς ἀγνωσίας ἀπελαύνεται σκότος, τῷ τῆς θεογνωσίας φωτὶ ἡ οἰκουμένη καταυγάζεται. Πατὴρ δοξολογεῖται, υἱὸς συμπροσκυνεῖται, τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον καταγγέλλεται, τριὰς ὁμοούσιος, μία θεότης ἐν τρισὶ προσώποις, καὶ ὑποστάσεσι κηρύττεται. Ταύτῃ τειχίζεται, βασιλεῦ, τὸ τῆς εὐσεβείας σου κράτος. Ταύτην ἡμῖν ἄσυλον διαφύλαττε. Μηδεὶς αἱρετικὸς ὑποδὺς τὴν ἐκκλησίαν, ἕν τι τῆς τριάδος ἀφαιρείτω καταλιμπάνων τὸ λειπόμενον ἄτιμον. Ἀρειος ὑμῖν ὁ τῆς μανίας ἐπώνυμος τοῦ λόγου, καὶ τῆς σωτηρίου ἐκκλησίας ἀπόστολος, ὃς ὡς οὐκ ἴσμεν, ὅπως τῷ πρεσβυτερίῳ τῆς Ἀλεξανδρείας ἐγκαταλεγεὶς ἐκκλησίας ἐλάνθανεν ἡμᾶς τῆς τῶν τρισμακαρίων προφητῶν, καὶ ἀποστόλων διδασκαλίας ὑπάρχων ἀλλότριος. Τὸν γὰρ μονογενῆ λόγον, καὶ λόγον τοῦ πατρὸς ἀποστερεῖν τῆς ὁμοουσιότητος τοῦ πατρὸς, οὐκ ἐντρέπεται, καὶ τῇ κτίσῃ τὸν κτίσην ὁ κτισολάτρης συναριθμεῖν ἐπείγεται. Τοῦτον ἡ πείσας, αὐτοκράτωρ, μεταφρονοῦντα τοῖς ἀποστολικοῖς μὴ ἀνιτείνειν διδάγμασιν, ἢ τῆς ἐν οἷς ἐά-

Deo, inqvit, *gratias agimus, ô optime Imperator, qui terrarum tibi regnum dirigit, qui errorum simulacrorum per te abolevit, & fidelium animi tranquillitatem, in libertate collocavit. Cessavit nidor Dæmonum, multiplici Deorum cultu soluta est falsa religio: expelluntur tenebræ impietatis, luce divinæ cognitionis orbis terrarum illustratur. Pater glorificatur, Filius simul adoratur, Spiritus Sanctus annunciatur, Trinitas consubstantialis, una divinitas in tribus personis, & hypostasibus prædicatur. Per eam, o Imperator, tibi munitur tuæ pietatis potentia, eam nobis serva integram, & inviolatam. Nullus hæreticus subiens Ecclesiam, de Trinitate unum aliquid auferat, relinquens quod restat affectum ignominia. Arius nobis qui à furore accepit denominationem, orationis causa est, & conventus, qui nescio quomodo allectus in presbyteratum Ecclesiæ Alexandrinæ nos latuit alienus esse à doctrina Beatorum Apostolorum, & Prophetarum. Unigenitum enim filium & verbum Patris non veretur privare eadem, & æquali cum Patre substantia, & creatorem cum creatura, creaturæ cultor contendit connumerare. Eum autem persuaseris Imperator mutata sententia non repugnare doctrinæ Apostolicæ: aut si in vanæ opinionis, cujus est convictus, perstiterit impietate, eum de Christi, & nostro cœtu funditus sustuleris, ne suis turbidis verborum blanditiis venetur animas simpliciorum.*

λω

λω κενοδοξίας ἐγκείμενον ἀσεβήμασιν ἄρδην τῆς χριστοῦ, καὶ ἡμῶν ἀφανίσαι ἐπαύλεως, ὡς ἂν μὴ τῆς θολερᾶς αὐτὸ λογοθωσίας τὰς τῶν ἁπλουστέρων ψυχὰς ἐργάζηται θήραμα.

Qvanqvam vero Euſtathium in Concilio Nicæno ad Conſtantinum verba feciſſe, variis veterum teſtimoniis *** conſtat, tamen hanc allocutionem à Gregorio eſſe compoſitam credibile eſt. Certe ab Euſtathio tunc ita adhibitam vel τῷ ὁμοουσίῳ vel τῆς ὑποστάσεως vocem, nemo controverſiæ Arianæ peritus facile dixerit. Non meminit hujus allocutionis Gelaſius Cyzicenus qvi Euſtathii Antiocheni *reſponſiones ad objecta Phædonis Philoſophi* ſuper loco Geneſ. I. 26. *Faciamus hominem ad ſimilitudinem noſtram*, refert lib. 2. de actis Concilii Nicæni cap. 14. 15.

2. Ὑπόμνημα, n) *Commentarius in Hexaëmeron*, ſive Chronicus liber potius, o) incipiens ab Hexaëmeri expoſitione, ac deinde usqve ad tempora Judicum producens ſacram Hiſtoriam, atqve exinde mancus ac deficiens. Nam licet Labbeus in Bibliotheca MSS. librorum pag. 77. Euſtathium in Hexaëmeron memorat cum auctario usqve ad Alexandri M. tempora, tamen illud auctarium lucem non vidit. Neqve Latina verſio Johannis Marianæ, S. I. cujus idem Labbeus pag. 22. meminit. Primus Græce & Latine cum verſione ſua & eruditis ac copioſis notis edidit *Leo Allatius* Lugd. 1629. 4. Hinc Latine ex Allatii verſione legitur T. 27. Bibl. Patrum edit. Lugd. 1677. p. 25. Latinus Latinius T. 2. Epiſt. p. 116. ſcribit Euſtathii Antiocheni Epiſcopi librum de mundi creatione repertum in Sicilia A. 1563. additq; Baſilii plura videri ex eo deſumta eſſe. Ac certe de natura animalium plura eadem in Baſilio ad Hexaëmeron leguntur, ſed qvæ (ut Michaël Glycas poſtea) ex Baſilio potius videtur hauſiſſe

Y qvis-

*** Vide B. D. Thomæ Ittigii Hiſtoriam Concilii Nicæni §. 35. & Clariſſ. Chriſtiani Ludovici ad eam notas pag. 95.

n) Ita recte inſcribitur in Allatii editione. Neqve enim convenit titulus ὁμιλίας qvam ei tribuit Sirmondus Tom. 2. Opp. p. 750.

o) Pag. 55. numerat ab Adam ad obitum Phalegi annos 3000. Ad CHriſti reſurrectionem 5531. à Chriſto hoc eſt à CHriſti reſurrectione ad annum trigeſimum ſive τριακονταετηρίδα Conſtantini M. σξθ', 269. ſed puto ſcripſiſſe σμθ. 299.

qvisqvis fuit libri hujus auctor, qvi Eustathius Antiochenus esse neqvit, si pag. 1. τῶν ἁγίων ἡς ἀκριβεστάτην τῶν χρόνων ἱστορίαν ποιησάμενος est p) Eusebius Cæsarienſis, Eustathii inimicus. Ezechielis Tragici versus qvosdam profert pag. 25. qvi emendatiores leguntur apud Eusebium IX. 29. præparat. Ex pseudo-Jacobi protevangelio nonnulla repetit pag. 54. seq. Natali Alexandro judice q) *non videtur Eustathii Antiocheni genuinum opus, cum illius stylus Eustathiano plane dissimilis sit, nec illius meminerit S. Hieronymus aut ullus veterum, mera denique, sit compilatio male consutarum sententiarum Veteris Test. Artapani, Josephi, Protoevangelii S. Jacobo afficti, Eusebii, S. Basilii.* Eadem Gvil. Cavei sententia, & Tillemontii Tom. 7. memor. Hist. Eccles. pag. 655.

3. Κατὰ Ὠριγένους διαγνωστικὸς * εἰς τὸ τῆς ἐγγαστριμύθου θεώρημα, *de Engastrimytho* 1. Samuel. XXVIII. *disputatio qua adversus Origenem*, in qvem acriter invehitur & p. 395. πολύϊστος ridet nomine, verum Samuelem à Pythonissa evocatum esse negat. Hujus scripti meminit Hieronymus cap. 85. de S. E. nec qvisqvam est qvi illud genuinum Eustathii opus esse dubitet. Dedicavit hoc Eustathius Eutropio, qvem p. 351. κρείττονα ἀνδρῶν appellat, sed sub initium statim διαπρεπέστατον τῆς ὀρθοδοξίας ἱεροκήρυκα. Primus Græce cum versione sua & diatriba ejusdem argumenti ad calcem libri in Hexaëmeron idem Allatius vulgavit Lugd. 1629. 4. unde Græce & Latine cum Allatii diatriba de Engastrimytho recusa est in Criticis sacris Anglis, Londini primum deinde in Belgio ac Francofurti vulgatis Tomo VIII. Latine etiam occurrit ex Allatii versione in Tom. 27. Bibliothecæ Patrum edit. Lugd. A. 1677. pag. 42.

III. Fragmenta ex libris Eustathii Antiocheni deperditis.

I. Ex. VIII. libris contra Arianos.

Anastasius Sinaita: Εὐσταθίου Ἀντιοχείας ἐκ τῶν κατὰ Ἀρριανῶν λόγων. Εἰ γὰρ κτιστὸς, οὐκ ἄρα γεννητός. Εἰ δὲ γεννητὸς, οὐκ ἄρα κτιστός. Ἐπεὶ μηδὲ ὄντε περὶ τὴν αὐτὴν φύσιν ἑκατέρων τρέφεσθαι τὸ γένος. Σημεῖον τε ὅλη ἀδύνατον περὶ τὴν αὐτὴν φύσιν τὸ κτιστὸν ὑπάρχειν καὶ τὸ ἄκτιστον. Καθολικὸν γὰρ παράλογον τῷ διδασκάλῳ.

Facun-

p) Videtur hoc Allatio in notis ad h. l. pag. 12. atqve fateor esse verisimillimum.

q) Natalis Alex. Seculo IV. p. 118. edit. in fol. * An διαγωνιστικός.

Facundus Hermianenſis lib. XI. cap. 1. Nam B. Euſtathius Antiochenus Epiſcopus, qvi primus in Concilio Nicæno fuit, ſexto adverſus Arianos libro, de eo qvod ait Dominus, (Marc. XIII. 32.) Nemo ſcit diem illum, *Dicamus*, inqvit, *cujus rei gratia Filius hominis diem proprii adventus ignorat. Neque enim dubium eſt, quia & hoc cauſſa utilitatis hominum providens adinvenit omnium creator & generis opifex DEUS. Sicut enim hominem, cauſſa ſalutis hominum Verbo cooptavit & DEo, ſic & inſignem judicii diem cauſſa divini beneficii homini competenter abſcondit; ne forte ineffabilia myſteria ſimilis generis hominibus homo indicans, & diem ſecundi adventus oſtenderet.* Itemqve in eodem libro: *Dum ſederit*, ait *Filius hominis in ſede Majeſtatis ſuæ* (Matth. XIX. 28.) *alia quidem videtur loqui perſona, de altera autem facit manifeſte ſermonem. Ergo divinus Spiritus de homine clare dicens apparet: Dum ſederit Filius hominis in ſede Majeſtatis ſuæ, ſine contradictione denuntians, quia ſupervenientes glorias homo ſuſcipit juſtitia & virtute ornatus, & excelſum regni ſolium rite percipiens.* Rurſus eodem libro de verbis Chriſti diſputans dicit, omnia mihi tradita ſunt à Patre meo (Matth. XI. 27.) *Manifeſte ex perſona hominis prophetare cognoſcitur, ſicut & ante probavimus. Iſte enim maximas & accidentes virtutes percipit ad meliora dignitate procedens.* Qvi octavo qvoqve libro ſic ait: *Contemplandum autem, quomodo loquens Deo, & dicens:* (Pſal. IX. 7.) Et civitates deſtruxiſti, *rurſus alterum introducit Dominum, inferens:* (ibid. v. 8. ſeq.) Et Dominus in æternum manet. Paravit in judicio ſedem ſuam. *Manifeſtiſſime etenim alii de alio loquens apparet. Significavit quia judex eſt, qui præparavit ei ſedem tanquam prius non habenti hunc honorem, ſic videbatur loqui. Quaſi per figuras evim indicabat Propheticas, quoniam homo ex membris juſtitiæ templum decenter factus, & ſacratiſſimo habitans verbo, virtutis adeptus eſt perpetuum ſolium.* Item in eodem libro: *Non enim ait, qui alteram ſedem habet, alteram ſibi apparat ſortem: ſed cui non adeſt ſedis potentia. Ergo hæc ad hominem Chriſti manifeſte reſpiciunt. Neque autem omnipotenti hæc reponenda ſunt proprium habenti ſceptrum: neque Verbo ipſum regnum habenti quod etiam Pater habet: ſed in Chriſto dicendum, Dominus in cœlo paravit ſedem ſuam. Nam omnium ſimul creaturarum Dominator propter Divini Verbi commixtionem.*

Idem opus reſpicit Ephræmius Antiochenus Cyrillum adverſus Neſtorianos defendens apud Photium Cod. 229. p. 411. τὰ αὐτά φησιν καὶ Εὐσάθιος ὁ μέγας ὁ τῆς Ἀντιοχέων ἱερεύς. Diſerte vero

eundem Photium Cod. 225. Eulogius Alex. pag. 395. Καὶ γὰρ καὶ Εὐσάθιος ὁ τῶν ἐρχιερέων ἀρχιερεὺς ἐν ἓξ λόγοις τὰ (lege ἐν ἕκτῳ λόγῳ τῶν) κατὰ Ἀρειανῶν αὐτοῖς ῥήμασιν ἅτω φησίν. Ἀλλ' οἱ παράδοξοι τῆς Ἀρείας θυμέλης μεσόχοροι τὸ μὲν ἁμαρτίαν πεποιηκέναι τὸν χριστὸν φρίζουσι. Καὶ μετ' ὀλίγα. τὸ δὲ ὅτι Θεὸς ἦν ἐν Χριστῷ, κόσμον καταλλάσσων ἑαυτῷ (2. Cor. V. 19.) ἅτε τοῖς τῆς γλώττης ὀργάνοις ἐκφωνῶσιν. Ἀλλ' ὥσπερ δεινοὶ συκοφάνται καὶ κατήγοροι ἀκριβησάσαντες τὸ χωρίον, τὸν ἀγῶνα τῆς κατηγορίας ποιῆνται. Εἶτα καὶ ἡ ψῆφος ἡ ὑπὲρ τῶν νόμων. δεῖ δὲ φιλαλήθως τὰς ἐννόμους ἀγωνίσας πάντα συμπεριλαβόντας ἀπαραλείπτως, ἀλλὰ μὴ πρὸς ἀπάτην μέρος μὲν ἀποσιωπᾶν, μέρος δὲ ἀποσπῶντας προφέρειν. Refer huc etiam, qvod Stephanus Gobarus apud Photium Cod. 232. pag. 475. caput duodeqvadragesimum operis sui, de pugnantibus Patrum sententiis, impendit exponendæ Eustathii Antiocheni doctrinæ de Verbi incarnatione, ὅπως ἐδόξασε περὶ τῆς τοῦ Κυρίου ἡμῶν ἐνανθρωπήσεως ὁ ἐν ἁγίοις Εὐσάθιος ὁ τῆς Ἀντιοχείας ἀρχιερωσύνης προεδρεύσας.

Joh. Damascenus in sacris parallelis (Tom. 2. Operum edit. novæ pag. 314.) Ex Eustathio κατ' Ἀρειανῶν hæc verba allegat: πᾶν τὸ ἀρχὴν ἔχον, καὶ τέλος ἐπιδέχεται, τὸ δὲ τέλος ἐπιδεχόμενον, φθορᾶς ἐστι δεκτικόν. Apud eundem pag. 751. hæc Eustathii Antiocheni leguntur, nullo ejus scripto nominato: ὁ Θεὸς τὰ πάντα πληροῖ, ὑπ' ἀδενὸς περιοριζόμενος, πάντως ἐν παντὶ τόπῳ κατὰ τὴν τοῦ Δαυὶδ * ὑμνολογίαν ἔσῃ. Εἰ γὰρ ἔξω λέγοιτο τόπος τινὸς, ἀνάγκη περιορίζεσθαι αὐτὸν ὑπ' ἐκείνου ὅπερ περίσκεται. ὅλος ἂν ἐν παντὶ γενόμενος, ἀδαμῶς ἂν ἑτέρας μεθίσταται τόπους τὰ πάντα πληρῶν.

2. Ex Homilia in illud Proverb. VIII. 22. Dominus creavit me.

Theodoritus lib. 1. Hist. Eccles. cap. 8.

βαδίσμαι a) δὲ ἐντεῦθεν ἤδη καὶ ἐπὶ τὰ πεπραγμένα. Τί ἂν ἐπειδὴ διὰ ταῦτα σύνοδος ἐς τὴν Νικαέων ἀφικνεῖται μεγίστη, διακο-

Versio antiqua ex Historia Tripartita II. 6.

Pergo itaqve jam hinc, & ad ea, qvæ gesta sunt. Cum igitur propter hæc Synodus maxima in Nicæam veniisset urbem, † & qvæ

* Psalm. 139.

a) Nicephorus VIII. 21. βαδιῶ.

† Hoc loco plura Interpres prætervehit.

qværeretur fidei modus, apertâ qvidem impudentia Eusebius scripturam protulit blasphemiæ, qvæ coram omnibus lecta, repente cladem importabilem causa divisionis audientibus irrogavit: confusionem tamen incurabilem suo providit auctori. Cumqve officina capta fuisset, indubitanter Eusebii, disrupta iniqvitatis scriptura in conspectu omnium, qvidam ex tractatu nomen exponentes pacis compescuerunt, omnes justam qverimoniam facientes. Ariani autem metuentes, ne congregato ibidem tanto Concilio pellerentur: exilientes anathematizaverunt interdictum Arii dogma, concorditer subscribentes litteris, suaq; manu consentientes, & similiter se, sicut omnis Synodus, sapere profitentes. Cumqve Præsulibus, ut ita dicam, mala calliditatis arte prævaluissent, qvi magis debuerant agere pœnitentiam, tunc qvidem latenter, postea vero clare damnatas cœperunt allegare sententias: sæpe ponentes insidias eis, à qvibus videbantur esse convicti, volentesqve zizaniorum germina radicare. Et tunc timentes declinantésqve σίων b) μηδὲ γε καὶ ἑβδομήκοντα τὸν ἀριθμὸν ὁμόσε σωαχθέντων. Τὸ γὰρ σαφὲς διὰ τὸν τῆς πολυανδρίας ὄχλον c) ἐχ' οἷός τέ εἰμι γράφειν, ἐπειδὴ μὴ πάντη τοῦτο περισπουδάστως ἀνίχνευον. Ὡς δὲ ἐζητεῖτο τῆς πίστεως ὁ τρόπος, ἐναργὴς μὴν ἔλεγχος τὸ γράμμα τῆς Εὐσεβίου * προὐβάλλετο βλασφημίας. Ἐπὶ πάντων δὲ ἀναγνωσθὲν, αὐτίκα συμφορᾶν μὴν d) ἀσάθμητον τῆς ἑτεροπῆς ἕνεκα τοῖς αὐτηκόοις προὐξένει. e) Αἰσχύνην δ' ἀνήκεστον τῷ γράψαντι παρεῖχεν. Ἐπειδὴ δὲ τὸ ἐργασήριον τῶν ἀμφὶ τὸν Εὐσέβιον σαφῶς ἐάλω, τὸ παρανόμως γράμμα διαρραγέντος ὑπ' ὄψει πάντων, ὁμῶς τινες ἐκ συσκευῆς, τὄνομα προβαλλόμενοι τῆς εἰρήνης, κατεσίγησαν μὲν ἅπαντας τοὺς ἄρσα λέγειν εἰωθότας. Οἱ δ' Ἀρειομανῖται δείσαντες, μήπως f) ἄρα τοσαύτης ἐν ταὐτῷ g) συνόδου συγκεκροτημένης ἑξοσραχισθεῖεν, ἀναθεματίζουσι μὲν προπηδήσαντες τὸ ἀπηγορευμένον δόγμα, συμφώνοις γράμμασιν h) ὑπογράψαντες αὐτοχειρί. Τῶν δὲ προεδρικῶν διὰ πλείστης ὅσης περιδρομῆς κρατήσαντες, δέον αὐτοὺς ὑποπτῶσιν λαμβάνειν, τοτὲ μὴν i) λεληθότως, τοτὲ δὲ προφανῶς τὰς ἀποψηφισθείσας πρεσβεύουσι δόξας, διαφόροις ἐπιβουλεύον-

b) id. male omittit διακοσίων. c) id. τὸ ὄχλος. * Eusebii Nicomediensis.
d) id. μὲν. e) id. προξενεῖ. f) id. μήποτε. g) id. ἐν τούτῳ.
h) id. συμφώνοις δὲ γράμμασιν αὐτοχειρία ὑπέγραψαν. i) id. ποτὲ μὲν, ποτὲ δὲ.

λεύοντες τοῖς ἐλέγχοις. Βαλόμενοι δὲ παγιῶσαι τὰ ζιζανιώδη φυτεργήματα, δεδοίκασι τὰς ἐπιγνώμονας, καὶ k) σκηλίνωσι τὰς ἐφόρους· καὶ ταύτῃ τὰς τῆς εὐσεβείας κήρυκας σκηπολεμοῦσιν. ἐχὶ ἕτω l) δὲ πιστεύομεν, ὡς ἀνθρώπους ἀθέους δύνασθαι κρατῆσαι πώποτε τῶ θείω. Κἂν γὰρ πάλιν ἰσχύσωσι, καὶ πάλιν ἡττηθήσονται κατὰ τὸν σεμνόφωνον προφήτην ἠσαΐαν. m) Ταῦτα μὲν ὁ μέγας εὐσάθιος.

tanti Concilii cognitores, occulte postea pietatis prædicatores debellare tentabant. Sed non credimus homines sine Deo posse prævalere contra sacram adorandamqve legem, Evangelicamqve doctrinam. Nam licet admodum roborentur, rursus fortiter & magnifice devincuntur, secundum propheticam glorioſi vocem Isaiæ. Hæc itaqve magnus Eustathius.

Apud eundem Theodoritum Dialogo I. pag. 67.

Εἰ μὲν οὖν ἀρχὴν τῆς γεννήσεως ἔλαβεν ὁ λόγος, ἀφ' ἧς διὰ τῆς μητρῴας διοδεύσας γαστρὸς τὰς σωματικὰς ἐφόρεσεν ἁρμονίας, σωέστηκεν ὅτι γέγονεν ἐκ γυναικός. Εἰ δὲ λόγος καὶ θεὸς ἦν ἀνέκαθεν παρὰ τῷ Πατρὶ, καὶ τὰ σύμπαντα δι' αὐτοῦ γεγενῆσθαι φαμὲν, οὐκ ἄρα γέγονεν ἐκ γυναικὸς ὁ ὢν καὶ τοῖς γενητοῖς ἅπασιν αἴτιος ὤν. Ἀλλ' ἔστι τὴν φύσιν θεὸς αὐτάρκης, ἄπειρος, ἀπερινόητος. Ἐκ γυναικὸς δὲ γέγονεν ἄνθρωπος, ὁ ἐν τῇ παρθενικῇ μήτρᾳ πνεύματι παγεὶς ἁγίῳ.

Τῷ αὐτῷ ἐκ τοῦ αὐτοῦ λόγου. Ναὸς γὰρ κυρίως ὁ καθαρὸς καὶ ἄχραντος, ἡ κατὰ τὸν ἄνθρωπον ἐστὶ ἐπὶ τὸν Λόγον σκηνὴ, ἔνθα προφανῶς σκηνώ-

Versio Victorini Strigelii.

Si igitur initium generationis sumsit Verbum, qvando per maternum transiens uterum corporea gestavit membra, ideo extitit, qvia ex muliere natum est. Si vero Verbum & Deus erat desuper à Patre, & omnia per ipsum facta esse dicimus, neqvaqvam ortus sui principium ducit ex muliere, qvi vere est, & omnibus creaturis ut sint causam præbet, sed est natura Deus omnibus bonis abundans, infinitus, qvi nulla cogitatione comprehendi potest. Ex muliere autem natus est homo, qvi in virginali matrice à Spiritu sancto formatus est.

Idem in eadem concione: Templum enim proprie mundum & immaculatum, est humanum Verbi tabernaculum, in qvo se conspiciendum

k) deest καὶ apud Niceph. l) id. ἕτως. m) Esaiæ VIII, 9.

endum præbens habitavit Deus. Neqve vero hoc dicimus probabilia ſigna ſeqventes. Nam is qvi natura filius Dei eſt, hujus templi deſtructionem & inſtaurationem prædixit, & ſine ulla ambiguitate nos hac de re docuit dicens ad cruentos Judæos: (*Johan.* 2.) Solvite templum hoc, & in tribus diebus erigam illud.

σας, ὤκησεν, ὁ θεός. Καὶ ταῦτα, οὐκ ἐκ τῶν εἰκότων φαμὲν, τέτε γὰρ ὁ φύσει τῦ θεῦ υἱὸς, τλὼ λύσιν κ) ἀνάςασιν προαγορεύων τῦ νεώ. Ἀναμφιβόλως ἡμᾶς διδάσκων ἐφοδιάζει τοῖς μιαφόνοις φάσκων ἰουδαίοις, λύσατε τὸν ναὸν τῦτον, καὶ ἐν τρισὶν ἡμέραις ἐγερῶ αὐτόν.

Idem in eadem concione: Qvando igitur hominem tanqvam templum geſtavit Verbum, corpore qvidem inter homines verſatus eſt, varia autem miracula inviſibili natura edidit, & Apoſtolos præcones regni æterni miſit.

Τῦ αὐτῦ ἐκ τῦ αὐτῦ λόγε. Ὁπλοίκα οὖν τὸν ἄνθρωπον ναοφόρησας ἐφόρεσεν ὁ λόγ@ σώματι μὲν τοῖς ἀνθρώποις ἐπιφοιτῶν, παντοδαπὰς ἀοράτως θαυματεργίας ἐπεδείκνυτο, τὲς δὲ ἀποςόλες κήρυκας τῆς ἀϊδίε βασιλείας ἐξέπεμπε.

Idem dialogo 2. pag. 169.

Idem enarrans dictum, *Dominus creavit me initium viarum ſuarum:* non enim dixit Paulus conformes Filio DEi, ſed conformes imagini Filii ipſius, ut doceret aliud eſſe Filium Dei, aliud imaginem ejus. Nam filius divina paternæ virtutis inſignia geſtans imago eſt Patris, qvia ſimiles ex ſimilibus geniti veræ imagines ſunt parentum. Homo vero qvem geſtavit, imago eſt Filii. Nam imagines etiam diverſis coloribus pingi ſolent, & aliæ qvidem manibus formantur, aliæ vero natura & ſimilitudine fiunt. Præterea veritatis lex idem declarat. Non enim incorporeus ſa-

Τῦ αὐτῦ ἐκ τῦ λόγε τῦ εἰς τὸ, κύρι@ ἔκτισέ με ἀρχὴν ὁδῶν αὐτῦ. ὁ γὰρ εἶπεν ὁ Παῦλ@ συμμόρφες τῦ υἱῦ τῦ θεῦ, ἀλλὰ συμμόρφους τῆς εἰκόν@ τῦ υἱῦ αὐτῦ. Ἄλλο μέν τι δεικνύων τὸν υἱὸν εἶναι, ἄλλο δὲ, τλὼ εἰκόνα αὐτῦ. Ὁ μὲν γὰρ υἱὸς τὰ θεῖα τῆς πατρῴας ἀρετῆς γνωρίσματα φέρων, εἰκὼν ἐςι τῦ Πατρὸς, ἐπειδὴ καὶ ὅμοιος, ἐξ ὁμοίων γεννώμενος, εἰκόνες οἱ κτώμενοι φαίνονται τῶν γεννητόρων ἀληθεῖς. ὁ δὲ ἄνθρωπ@ ὃν ἐφόρεσεν, εἰκών ἐςι τῦ υἱῦ. Τῦ καὶ ἐξ ἀνομοίων κηρογραφεῖσθαι χρωμάτων εἰκόνας. Καὶ τὰς μὲν εἶναι θέσει χειροτευκτες, τὰς δὲ φύσει καὶ ὁμοιότητι γε-

γεν-

γεννημένας. Ἄλλως τε καὶ αὐτὸς ὁ τῆς ἀληθείας τῦθ' ὑπαγορεύει θεσμός. ὃ γὰρ τὸ ἀσώματον τῆς σοφίας πνεῦμα σύμμορφον τοῖς σωματικοῖς ἀνθρώποις ἐστὶν, ἀλλ' ὁ τῷ πνεύματι σωματοποιηθεὶς ἄνθρωπος χαρακτὴρ, ὁ τοῖς ἄλλοις ἅπασιν ἰσάριθμα μέλη φορῶν, καὶ τὴν ὁμοίαν ἑκάστοις περιβεβλημένος ἰδέαν.

Τῦ αὐτῦ ἐκ τῦ αὐτῦ λόγυ. Ὅτι δὲ τὸ σῶμα λέγει σύμμορφον τοῖς ἀνθρωπίνοις εἶναι, σαφέστερον ἡμᾶς διδάσκει Φιλιππησίοις ἐπιστέλλων, ἡμῶν τὸ πολίτευμά φησιν, ἐν οὐρανοῖς ὑπάρχει, ἐξ ὧν, καὶ σωτῆρα ἀπεκδεχόμεθα κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν, ὃς μετασχηματίσει τὸ σῶμα τῆς ταπεινώσεως ἡμῶν εἰς τὸ γενέσθαι αὐτὸ σύμμορφον τῷ σώματι τῆς δόξης αὐτῦ. Εἰ δὲ τὸ ταπεινὸν μετασχηματίζων τῶν ἀνθρώπων σῶμα, σύμμορφον τῷ ἰδίῳ σώματι κατασκευάζει, ἑωλος πανταχόθεν ἀποδέδεικται ἡ τῶν ἐναντίων συκοφαντία.

Τῦ αὐτῦ ἐκ τῦ αὐτῦ λόγυ. Ἀλλ' ὥσπερ ἐκ τῆς παρθένυ τεχθεὶς ὁ ἄνθρωπος ἐκ γυναικὸς λέγεται γεγονέναι, ἕτω δὴ καὶ ὑπὸ νόμον γεγενῆσθαι γράφεται τῷ διὰ τῶν νομικῶν ἔθ' ὅτε βαδίσαι μυυμάτων. Ὁπότε μάλιστα παῖδα μὲν αὐτὸν ὄντα ὀκταήμερον, προθύμως οἱ γονεῖς περιτέμνειν ἠπείγοντο. Καθάπερ ὁ εὐαγγελιστὴς ἐκδίδωσι Λυκᾶς, εἰς δὲ τὸ ἱερὸν ἀνῆγον, μετέπειτα παρα-

pientiæ ſpiritus conformis eſt corporalibus hominibus, ſed per ſpiritum formatus homo, qvi aliis omnibus numero æqvalia membra geſtavit, & ſimili corporis idea veſtitus fuit.

Idem in eadem enarratione: Qvod autem corpus dicat eſſe conforme humanis, magis perſpicue nos docet ad Philippenſes ſcribens, (*Phil. 3.*) Noſtra con-, verſatio, inqvit, in cœlis eſt, ex,, qvo & ſalvatorem expectamus,, Dominum JEſum Chriſtum, qvi,, transfigurabit corpus noſtrum,, humile, ut conforme reddat cor-,, pori ſuo glorioſo. Si igitur hu-,, mile corpus hominum transfigurans conforme proprio corpori efficit, vanitatis & ſtulticiæ pleniſſima eſt adverſariorum calumnia.

Idem in eadem enarratione: Sed qvemadmodum ex virgine natus homo, ex muliere dicitur factus eſſe: ita & ſub lege factus eſſe ſcribitur, qvia legi congruentia fecit, ut cum infans octo dierum promte à parentibus ad circumciſionem oblatus eſt, ſicut Evangeliſta Lucas narrat, (*Luc. 2.*) Adduxerunt eum in templum, ut,, ſiſterent eum Domino, & ut pur-,, gantes

gantes darent hostias sicut scriptum est in lege Domini, par turturum, aut duos pullos columbarum. Si igitur purgantia dona secundum legem pro ipso oblata sunt, & octavo die circumcisionem tulit, non absurde scriptum est, ipsum sub lege factum esse. Non enim Λόγος subjectus est legi, sicut calumniatores opinantur. Ipse enim est lex, neqve DEus indigebat sacrificiis purgantibus, qvi uno nutu omnia purgat & sanctificat, sed qvia ex virgine assumtum organum gestavit, sub lege factus est, & ritu primogenitorum purgatus, non qvod ipse indigeret hac medicina, sed ut à servitute legis redimeret venditos sub maledictionem.

ξῆσαι τῷ κυρίῳ, τὰς καθαρσίους ἐπιτελοῦντες ἀναφοράς. Τὴν δοθεῖσαθυσίαν κατὰ τὸ εἰρημένον, ἐν νόμῳ κυρίου. Ζεύγος τρυγόνων, ἢ δύο νεοσσοὺς περιστερῶν. Εἰ τοίνυν τὰ καθάρσια δῶρα κατὰ τὸν νόμον ὑπὲρ αὐτοῦ προσέφερεν. Καὶ περιτομὴν ὀκταήμερον ἐφόρει. Ταύτην γὰρ ὑπὸ νόμον αὐτὸν οὐκ ἀπρεπῶς γεγενῆσθαι γράφει, ὅτε δὲ ὁ λόγος ὑπέκειτο τῷ νόμῳ καθάπερ οἱ συκοφάνται δοξάζουσιν. Αὐτὸς ὢν ὁ νόμος, ὅτε ὁ θεὸς ἐδεῖτο θυμάτων καθαρσίων. Ἁγιάζων ἔτι καθαίρων ἅπαντα, καὶ ἁγιάζων, ἀλλ' εἰ καὶ ἐκ τῆς παρθένου τὸ ἀνθρώπινον ὄργανον ἀναλαβὼν ἐφόρεσε, καὶ ὑπὸ νόμον ἐγένετο. Κατὰ τὰς τῶν πρωτοτόκων ἀξίας καθαρθεὶς, οὐκ αὐτὸς δεόμενος τῆς τούτων χορηγίας ὑπέμενε τὰς θεραπείας. Ἀλλ' ἵνα τῆς τοῦ νόμου δουλείας ἐξαγοράσῃ τοὺς πεπραμένους τῇ ἁμαρτίᾳ, τῆς ἁμαρτίας.

Apud eundem, Dialogo 3.

Nam homo mortuus tertio die resurrexit, & Mariæ cupienti contrectare sancta membra respon-
"dit, Noli me tangere. Nondum
"enim ascendi ad patrem meum.
"Sed vade ad fratres meos, & dic
"eis, Ascendo ad patrem meum,
"& patrem vestrum, & Deum me-
"um & Deum vestrum. Illud vero, Nondum ascendi ad patrem meum, non Λόγος dixit, & Deus

ὁ ἄνθρωπος γὰρ ὁ ἀποθανὼν, τριήμερος μὲν ἀνίσταται, τῇ δὲ Μαγδαλὴνῃ, καρτερίαν μὲν ψυχῆς, ἅπτεσθαι προθυμουμένῃ τῶν ἁγίων μελῶν, ἀνθυπενέγκας, ἐκφωνεῖ, μή μου ἅπτου. ἔπω γὰρ ἀναβέβηκα πρὸς τὸν πατέρα μου, πορεύου δὲ πρὸς τοὺς ἀδελφούς μου, καὶ εἰπὲ αὐτοῖς. Ἀναβαίνω πρὸς τὸν πατέρα μου, καὶ πατέρα ὑμῶν, καὶ θεόν μου, καὶ θεὸν ὑμῶν. Τὸ δ' ἔπω ἀναβέβηκα πρὸς τὸν πα-

τέρα μὲ, ἐχ ὁ λόγ☉ ἔφασκε, καὶ θεὸς ὁ ἐρανόθεν ὁρμώμεν☉, καὶ ἐν τοῖς κόλποις διαιτώμεν☉ τῦ πατρὸς, ἐδ' ἡ πάντα τὰ γενητὰ περιέχοντα σοφία, ἀλλ' αὐτὸς ὁ ἐκ παντοδαπῶν ἡρμολογημέν☉ μελῶν ἄνθρωπ☉ τῦτ' ἐπέφηνεν. Ὁ ἐκ τῶν νεκρῶν ἐγερθεὶς, καὶ, ἐδέπω μὲν πρὸς τὸν πατέρα μετὰ τὸν θάνατον ἀνελθὼν, ταμιευόμεν☉ δὲ αὐτῷ τῆς προόδε τὴν ἀπαρχήν.

Τῦ αὐτῦ ἐκ τῦ αὐτῦ λόγε. Κύριον δὲ τῆς δόξης, αὐτὸν τὸν ἄνθρωπον τὸν ταυρωθέντα ταφῶς ὀνομάζει, γράφων. Ἐπειδὴ καὶ κύριον καὶ Χριστὸν ἀνέδειξεν αὐτὸν, καθάπερ οἱ ἀπόστολοι τῷ ἀληθινῷ Ἰσραὴλ διαλεγόμενοι φασίν. Ἀσφαλῶς ἰδὼ γινωσκέτω πᾶς οἶκ☉ Ἰσραὴλ, ὅτι κύριον αὐτὸν καὶ Χριστὸν ὁ θεὸς ἐποίησε. Τῦτον τὸν Ἰησοῦν ὃν ὑμεῖς ἐσταυρώσατε, τὸν παθόντα. Τοιγαροῦν Ἰησοῦν κύριον ἐποίησε, καὶ ὐ τὴν σοφίαν ὐδὲ τὸν λόγον τὸν ἀνέκαθεν ἔχοντα τῆς δεσποτείας τὸ κράτ☉, ἀλλὰ τὸν μετέωρον, τῷ ταυρῷ προσεκπετάσαντα τὰς χεῖρας.

Τῦ αὐτῦ ἐκ τῦ αὐτῦ λόγε. Εἰ γὰρ ἀσώματός ἐστιν, ὅτε ἁφῇ χειρῶν ὑποπίπτει, ὅτ' ἀληθινοῖς ὄμμασι περιλαμβάνεται. Οὐ τρῶσιν ὑπομένει, οὐχ ἥλοις προσηλῶται, ὐ θανάτῳ κοινωνεῖ, ὐ κρύπτεται γῇ, ὐ τάφῳ καλακλείεται, ὅτι ἐκ μνημάτων ἀνίσταται.

Τῦ αὐτῦ ἐκ τῦ αὐτῦ λόγε. Οὐδεὶς αἴρει τὴν ψυχὴν ἀπ' ἐμοῦ, ἐξουσίαν

qvi è cœlo descendit, & in sinu Patris versatur, nec Sapientia omnes creaturas sustentans, sed ipse ex variis ac diversis coagmentatus membris homo hoc pronunciavit, qvi ex mortuis resuscitatus, nondum qvidem ad Patrem post mortem abierat, sed tamen reservabat ad ascensionem primitias.

Idem in eadem enarratione : Dominum vero gloriæ ipsum hominem crucifixum diserte nominat, qvia & Dominum & Christum declaravit ipsum, sicut Apostoli uno ore ad populum Israël dicunt : (*Actor.* 2) Certo sciat ergo,, tota domus Israël, qvod Domi-,, num & Christum fecerit Deus,, hunc JEsum, qvem vos cruci-,, fixistis. Passum igitur JEsum Dominum fecit, & non Sapientiam, neqve λόγον, qvi è supernis habet dominandi potentiam, sed pendentem & in cruce manus expandentem.

Idem in eadem concione : Si enim incorporeus est, nec manibus contrectari, nec sensu oculorum cerni potest, nec sauciatur, nec claris configitur, nec morti obtemperat, nec in terra abdite latet, nec sepulchro includitur, nec ex monumento resurgit.

Idem in eadem concione : Nemo,, tollit animam meam à me: pote-,, sta-

"ſtatem habeo ponendi eam, & "poteſtatem habeo rurſus ſumen-"di eam. (*Job.* 10.) Si vero utriusq; rei poteſtatem habuit ut DEUS, permiſit ipſis, ut cæco impetu conarentur deſtruere templum, qvod reſurgens inſtauraret & acceſſione novæ gloriæ augeret. Demonſtratum eſt enim teſtimoniis minime fallentibus, qvod ipſe per ſe propriam domum reſuſcitatus inſtauravit. Sed tamen ad Deum Patrem referri debent magnifica filii opera. Non enim filius ſine patre operatur; ſecundum invictas ſacrarum literarum aſſervationes. Hanc ob cauſam alias divinus genitor Chriſtum ex mortuis reſuſcitaſſe ſcribitur, alias filius proprium templum inſtauraſſe dicitur. Si igitur ex his, qvæ hactenus expoſita ſunt, impatibilem eſſe divinum Chriſti ſpiritum oſtenſum eſt, fruſtra conſcelerati homines labefactant apoſtolicam doctrinam. Si enim Paulus dixit, Dominum gloriæ crucifixum eſſe, ad hominem digitum intendens: neqvaqvam contraria ſententia defendenda eſt, qvæ paſſionem divinitati tribuit. Cur igitur his ſalebris implicantur dicentes propter imbecillitatem crucifixum eſſe Chriſtum?

Idem in eadem concione: Qvod ſi omnino ſpecies imbecillitatis ipſi

ἔχω πάλιν λαβεῖν αὐτήν. Εἰ δὲ ἑκατέρων τὴν ἐξουσίαν εἶχεν οἷα θεὸς, σωεχώρει μὲν αὐτοῖς λύειν ἀβούλως τὸν νεὼν ἐγχειροῦσιν, ἐπιφανέστερον δὲ ἀνιστῶν ἐνεδείκνυτο. Ἐξ ἀναμφιβόλων δεδειγμένων ψήφων, ὅτι αὐτὸς δι' ἑαυτοῦ, τὸν ἴδιον ἀνεστήσατο νεὼν ἐργήσας οἶκον, ἀναθετέον δὲ καὶ τῷ θειοτάτῳ πατρὶ, τὰς τοῦ υἱοῦ μεγαλουργίας. Οὔτε γὰρ υἱὸς ἄνευ τοῦ πατρὸς δημιουργεῖ κατὰ τὰς ἀψευδεῖς τῶν ἱερῶν γραμμάτων ἀποφάσεις. τότε γὰρ δὴ χάριν, τότε μὲν ὁ θειότατος γεννήτωρ, τῆς Χριστὸν ἐκ νεκρῶν ἐγηγερκέναι γράφεται. Τότε δὲ ὁ υἱὸς τὸν ἴδιον ἀνασήσειν ὑπισχνεῖται ναόν. Εἰ οὖν ἐκ τῶν προεξητασμένων ἀπταῖς δέδεικται τὸ θεῖον τοῦ Χριστοῦ πνεῦμα, περιττῶς τοῖς ἀποστολικοῖς ἐπισκήπτουσιν ὅροις οἱ ἐναγεῖς. Εἰ γὰρ ὁ Παῦλος ἔφασε, τὸν κύριον τῆς δόξης ἐσταυρῶσθαι, σαφῶς εἰς τὸν ἄνθρωπον ἀφορῶν, ὃ παρὰ τοῦτο δείσει πάθος τῷ θείῳ προσάπτειν. Τί οὖν τοῦτο σωάπτουσι πλέκοντες ἐξ ἀσθενείας, ἐσταυρῶσθαι λέγοντες τὸν Χριστόν;

Τοῦ αὐτοῦ ἐκ λόγου. Εἰ δὲ δὴ καὶ ἀσθενείας εἶδος περιάπτειν αὐτῷ

προσῆκον λῶ, τῷ ἀνθρώπῳ ταῦτα προσαρτᾶν ἀκόλεθον εἶναι φαίη τις ἂν, ἔλαττε δὴ τῷ πληρώματι τῆς θεότητος. ἢ τῷ ἀξιώματι τῆς ἀνωτάτω σοφίας, ἢ τῷ ἐπὶ πάντων κατὰ τὸν Παῦλον γραφομένῳ θεῷ.

assignanda est, homini hanc magis congruere consentaneum est, non plenitudini divinitatis, aut dignitati summæ sapientiæ, aut omnium, ut Paulus loqvitur, Deo.

Τῷ αὐτῷ ἐκ τῷ αὐτῷ λόγῳ. Οὗτος μὲν δὴ τῆς ἀσθενείας ὁ τρόπος δι' ὃν εἰς θάνατον γράφεται κατὰ τὸν Παῦλον ἀφῖχθαι. Ζῇ γὰρ ἐκ δυνάμεως θεοῦ, τῷ θείῳ πνεύματι δηλονότι συνδιαιτώμενος ὁ ἄνθρωπος. Ἐπειδὴ καὶ δύναμις ὑψίστου ὁ ἐν αὐτῷ πιστευόμενος κατὰ τὰς φθάσαντας ὄρους ἀποδέδεικται.

Idem in eadem concione: Hic sane est infirmitatis modus, propter qvem ad mortem à Paulo scribitur perveniſſe. Vivit enim potentia Dei, divino videlicet spiritui copulatus homo. Qvod enim virtus altissimi in eo habitet, contra doctrinæ corruptelas ostensum est.

Τῷ αὐτῷ ἐκ τῷ αὐτῷ λόγῳ. Εἰ δὲ τῆς παρθενικῆς ἐπιβατεύσας μήτρας οὐκ ἐμείωσε τὴν ἐξουσίαν, οὐδὲ τῷ ξύλῳ τὸ σαρκὶ προσπαγέντος τοῦ σώματος, χραίνεται τὸ πνεῦμα. Τὸ μὲν γὰρ σῶμα, μετάρσιον ἐσταυρῶτο, τὸ δὲ θεῖον τῆς σοφίας πνεῦμα, καὶ τῷ σώματος ἔσω διήτα, καὶ τοῖς οὐρανίοις ἐπεβάτευε, καὶ πᾶσαν περιεῖχε τὴν γῆν, καὶ τῶν ἀβύσσων ἐκράτει, καὶ τὰς ἑκάστων ψυχὰς ἀνιχνεύων, διέκρινε, καὶ πάντα ὁμοῦ συνήθως ἅτα θεὸς, ἔπρατ]εν. Οὐ γὰρ ἔσω τῶν σωματικῶν ὄγκων ἡ ἀνωτάτω σοφία καθειργμένη περιέχεται, καθάπερ αἱ τῶν ὑγρῶν, καὶ ξηρῶν ὕλαι, τῶν μὲν ἀγγείων ἔσω κατακλείονται, περιέχονται δὲ μᾶλλον ἢ περιέχουσι τὰς θήκας. Ἀλλὰ θεία τις ὄσα, καὶ

Idem in eadem concione: Si vero in virginis versans utero, non minuit potentiam; nec ligno crucis corpore affixo, læditur spiritus. Etsi enim corpus Christi in sublimi pependit: tamen divinus sapientiæ spiritus & intra corpus versabatur, & in cœlis erat, & totam terram continebat, & abyssis imperabat, & singulorum animas perlustrans judicabat, & omnia simul usitato more, sicut Deus administrabat. Non enim intra moles corporeas summa sapientia qvasi captiva tenetur, sicut humida & sicca materia intra vasa concluditur, & magis continetur à vasis, qvam illa ipsa continet: sed cum sit divina & ineffabilis potentia, non solum intima sed

etiam

etiam extima templi sui comprehendens gubernat, & inde penetrans simul omnes moles corporeas continet & sustentat.

Idem in eadem concione : Si sol, cujus corpus cerni & sensu percipi potest, tot & tantis ubiqve terrarum contumeliis affectus, non mutat ordinem, nec sentit parvam aut magnam plagam, tunc existimas incorpoream sapientiam pollui, & mutare naturam, etiamsi templum ipsius cruci affigatur, aut destructionem sustineat, aut vulnera excipiat, aut morti obtemperet? Sed patitur qvidem templum, omnis vero labis expers ac vacua essentia sine macula suam dignitatem retinet.

ἀνέκφρας δύναμις, τά τ' ἐνδοτάτω καὶ ἐξωτάτω τὸ νεὼ περιλαμβάνουσα, κραταιοῖ. Κἀνθεῦθεν ἐπέκεινα διήκουσα, πάντας ὁμοῦ τοὺς ὄγκους κρατεῖ περιέχουσα.

Τῷ αὐτῷ ἐκ τοῦ αὐτοῦ λόγου. Εἰ δ' ὁ ἥλιος σῶμα ὢν ὁρατὸν, καὶ αἰσθήσει καταληπτὸν, τοσούτας καὶ τοιαύτας πανταχοῦ γῆς ὑπομένων αἰκίας, οὐ μεταβάλλει τὴν τάξιν, οὐδὲ αἴσθεται μικρᾶς ἢ μεγάλης πληγῆς, τοῦ ἀσώματον σοφίαν οἰόμεθα χραίνεσθαι, καὶ μεταλλάττειν τοῦ φύσιν. Εἰ ὁ ναὸς αὐτῆς σταυρῷ προσηλοῦται, ἢ λύσιν ὑπομένει, ἢ τρῶσιν ὑφίσταται, ἢ διαφθορὰν δέχεται, ἀλλὰ πάσχει μὲν ὁ νεὼς, ἡ δὲ ἀκηλίδωτος οὐσία παντάπασιν ἄχραντος τοῦ ἀξίαν καθέσηκεν.

3. Ex homilia in illud Proverb. IX. 5. Comedite panem meum :

Versio Anastasii Bibliothecarii.

Liqvido demonstratum est, qvod nusqvam Dominus vel Apostoli, aut Patres, imaginem dixerunt sacrificium sine sanguine qvod per Sacerdotem offertur, sed ipsum corpus & ipsum sanguinem. Et ante sanctificationis qvidem celebrationem typos qvibusdam SS. Patrum hæc pie visum est nominare ; qvorum est *Eustathius*

Concilium II. Nicænum Actione sexta p. 642. Tomo 3. edit. Binianæ.

Σαφῶς ἀποδέδεικται, ὅτι οὐδαμοῦ οὔτε ὁ Κύριος οὔτε οἱ Ἀπόστολοι ἢ πατέρες εἰκόνα εἶπον τὸν διὰ τοῦ ἱερέως προσφερομένην ἀναίμακτον θυσίαν, ἀλλὰ αὐτὸ σῶμα καὶ αὐτὸ αἷμα. Καὶ πρὸ μὲν τῆς τοῦ ἁγιασμοῦ τελειώσεως ἀντίτυπά τισι τῶν ἁγίων πατέρων εὐσεβῶς ἔδοξεν ὀνομάζεσθαι, ὧν ἐστιν Εὐσάθιος ὁ εὐσεβὴς πρόμαχος τῆς ὀρθοδόξου πί-

σεως, καὶ τῆς Ἀρειανῆς κακοδαιμονίας καταλύτης. Καὶ Βασίλειος τῆς αὐτῆς δεισιδαιμονίας καθαιρέτης, ὁ τὴν ὑφήλιον τὴν λείαν βάσιν τῶν ὀρθῶν ἐκδιδάξας δογμάτων. Ἐξ ἑνὸς γὰρ καὶ τοῦ αὐτοῦ Πνεύματος φθεγγόμενοι ὁ μὲν ἑρμηνέων τὸ ἐν ταῖς παροιμίαις Σολομῶνος ῥηθέν. Φάγετε τὸν ἐμὸν ἄρτον, καὶ πίετε οἶνον ὃν κεκέρακα ὑμῖν, ἰάδε φησί. Διὰ τοῦ οἴνου καὶ τοῦ ἄρτου τὰ ἀντίτυπα τῶν σωματικῶν τοῦ Χριστοῦ κηρύττει μελῶν. Ὁ δὲ ἐκ τῆς αὐτῆς πηγῆς ἀπαυλήσας, ὡς ἴσασι πάντες οἱ τῆς ἱερωσύνης μυστικοὶ λάτραι, ἐν τῇ εὐχῇ τῆς θείας ἀναφορᾶς ὧδέπως λέγει. Θαῤῥοῦντες προσεγγίζομεν τῷ ἁγίῳ θυσιαστηρίῳ, καὶ προθέντες τὰ ἀντίτυπα τοῦ ἁγίου σώματος καὶ αἵματος τοῦ Χριστοῦ σου, σοῦ δεόμεθα, καὶ σὲ παρακαλοῦμεν, καὶ τὸ ἐξῆς ἐπιφερόμενον.

propugnator orthodoxæ fidei & Arianæ destructor vesaniæ, & Basilius ejusdem infelicis superstitionis depositor, qvi omne qvod sub sole est planam rectorum dogmatum basin edocuit. Ex uno enim eodemqve spiritu disputantes, unus qvidem eorum interpretans Salomoniacum dictum qvod in Proverbiis legitur: *Comedite panem meum & bibite vinum quod miscui vobis*, hæc dicit: *Per panem & vinum, typos corporalium CHristi prædicat membrorum.* Alter vero eodem fonte hauriens, ut noverunt omnes sacerdotii mystici cultores, in oratione divinæ oblationis ita dicit: Confidentes appro-„ pinqvamus sancto altari, & pro-„ ponentes typos sancti corporis &„ sanguinis CHristi tui, Te preca-„ mur & te rogamus. Et qvod deinceps infertur &c.

4. De Melchisedecho.

S. Hieronymus Epist. ad Evangelum presbyterum Tom. 2. edit. Marcianæi pag. 570. *Post Origenem & Didymum - - Verti me ad Hippolytum, Irenæum, Eusebium Cæsarienſem & Emisenum, Apollinarem quoque &* Eustathium *nostrum, qui primus, Antiochenæ Ecclesiæ Episcopus contra Arium clarissima tuba bellicum cecinit: & deprehendi horum omnium opiniones, diversis argumentationibus ac diverticulis ad unum compitum pervenisse, ut dicerent Melchisedech hominem fuisse Chananæum, regem urbis Jerosolymæ, quæ primum Salem, postea Jebus, ad extremum Jerusalem appellata sit. Nec mirum esse si Sacerdos DEi altissimi describatur absque circumcisione & legalibus cerimoniis & genere Aron: quum Abel quoque & Enoch & Noe placuerint Deo, & victimas obtulerint: & in Job volumine legamus, quod*

ipse

ipse & oblator munerum fuerit, & sacerdos, & quotidie pro filiis suis hostias immolarit. Et ajunt ipsum quoque Job non fuisse de genere Levi, sed de stirpe Esau, licet aliud Hebræi autument.

5. Εἰς τὰς Ἐπιγραφὰς τῆς ἑπλογραφίας, in inscriptionem titulorum Psalmi XVI. & LVI.

Hic igitur prædixit fore, ut super sanctum thronum sederet, significans occupaturum esse thronum Divini Spiritus, propter perpetuo inhabitantem in ipso DEum.

Apud Theodoritum Dialogo 2. Ἐντεῦθεν τοίνυν ἐπὶ θρόνε πρόγεφεν αὐτὸν ἁγίε καθέζεθαι, δηλῶν ὅλι σύνθρονον ἀποδέδεικται τῷ θειοτάτῳ Πνεύμαλι, διὰ τὸν ἐνοικοῦντα Θεὸν ἐν αὐτῷ διηνεκῶς.

6. Εἰς τὰς Ἐπιγραφὰς τῶν ἀναβαθμῶν. In inscriptionem Psalmorum graduum.

Gloriam accersitam Pater non recipit, cum sit infinitus, & positus supra & extra captum omnium creaturarum, nec indigeat pulchritudine aut aliis ornamentis. Imo nec Λόγος, qvi est Deus ex ipso genitus, per qvem facti sunt angeli, & cœli, & terræ immensa spacia, & ut breviter dicam, omnes creaturarum materiæ & formæ: sed homo CHristus ex mortuis resuscitatus exaltatur & glorificatur omnibus hostibus probro deformatis.

Idem in eadem expositione : Qvi odio & livore ardent adversus ipsum, & hostilem aciem instruunt, dissipantur à Verbo & Deo, proprium templum gloriose resuscitante.

Apud eundem Dialogo 3. Δόξαν δὲ ἐπίκτητον ὁ πατὴρ οὐκ ἐπιδέχεται, τέλειος, ἄπειρος, ἀπερινόητος ὤν, ἀπροσδεὴς κάλλες, καὶ παντοίας ἐπηρείας. Ἀλλ' ἀδὲ ὁ λόγος αὐτὸς θεὸς ὢν ὁ γεννηθεὶς ἐξ αὐτοῦ. δι' οὗ γεγόνασιν ἄγγελοι, καὶ ἀέρανοὶ, καὶ γῆς ἄπειρα μεγέθη, καὶ πᾶσαι συλλήβδην τῶν γενητῶν ὕλαι τε, καὶ συςάσεις. Ἀλλ' ὁ ἄνθρωπος τὸ χρισθὲν ἐκ νεκρῶν ἐγειρόμενος, ὑψοῦται καὶ δοξάζεται, τῶν ἐναντίων αἰσχύνλων ἀνίκρυς ὀραμένων.

Τῷ αὐτῷ ἐκ τοῦ αὐτοῦ λόγε. Οἱ δὲ φθόνῳ τὸ μῖσος ὁρώμενοι κατ' αὐτοῦ, καὶ πεφραγμένοι πολεμίᾳ παρατάξει, σκορπίζονται τοῦ λόγε τε καὶ θεοῦ τὸν ἑαυτῶν ναὸν ἀξιοπρεπῶς ἀναςήσαντος. 7. In

7. In Psalmum XV.

Apud Theodoritum Dialogo I.

Ἀλλὰ μὴν ἡ τοῦ Ἰησοῦ (ψυχὴ) ἑκατέρων πεῖραν ἔσχε. Γέγονε γὰρ καὶ ἐν τῷ χωρίῳ τῶν ἀνθρωπίνων ψυχῶν, καὶ τῆς σαρκὸς ἐκτὸς γενομένη ζῇ καὶ ὑφέστηκε. Λογικὴ ἄρα καὶ ταῖς ψυχαῖς τῶν ἀνθρώπων ὁμοούσιος, ὥσπερ καὶ ἡ σὰρξ ὁμοούσιος τῇ τῶν ἀνθρώπων σαρκὶ τυγχάνει, ἐκ τῆς Μαρίας προελθοῦσα.

Anima JEsu, utrumqve statum experta est. Fuit enim & in loco humanarum animarum, & exta carnem constituta vixit, & superstes mansit. Est igitur rationalis, & animis hominum consubstantialis sicut & caro consubstantialis est hominum carni, qvæ ex Maria prodiit.

8. In Psalmum XCII.

Apud eundum, Dialogo III.

Πέρας γοῦν ὁ προφήτης ἡσαΐας, αὐτὰ μὲν τὰ τῶν παθῶν αὐτοῦ διεξιὼν ἴχνη, πρὸς τοῖς ἄλλοις ἐπιφέρει καὶ τοῦτο μεγαλοφωνοτέρᾳ βοῇ, τὸ καὶ εἴδομεν αὐτὸν, καὶ οὐκ εἶχεν ὅτε εἶδος, ὅτε κάλλος, ἀλλὰ τὸ εἶδος αὐτοῦ, ἄδηλον καὶ σκληπὸν παρὰ τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων. Εἶτα διαῤῥήδην σκοφαίνων, ὡς εἰς τὸν ἄνθρωπον ἀλλ' οὐκ εἰς τὸ θεῖον ἀνήρτηται τὰ τῆς εὐπρεπείας εἴδητε καὶ πάθη, παραυτίκα πάλιν ἐπάγει προσθείς. Ἄνθρωπος ἐν πληγῇ ὢν, καὶ εἰδὼς φέρειν μαλακίαν.

Tandem igitur Propheta Esaias lustrans vestigia passionum ipsius, inter alia etiam hæc majore vocis contentione sonat, (*Esa.* 53.) Vidimus eum, & non habebat nec speciem, nec decorem, sed species ejus erat deformis & dissimilis reliqvis filiis hominum. Deinde non obscure ostendens, qvod ad hominem, non ad DEum referenda sit deformitas & passio, mox subjicit: *Homo plagam sustinens, & expertus dolores.*

Τοῦ αὐτοῦ ἐκ τῆς αὐτῆς ἑρμηνείας. αὐτὸς ἄρ' ἔστιν ὁ μετὰ τὰς ὕβρεις, ἀειδὴς, ἄμορφος, εἶτα πάλιν ἐκ μεταβολῆς εὐπρέπειαν ἐνδυσάμενος. ὡδὲ γὰρ ὁ κατοικῶν ἐν αὐτῷ θεὸς ἀμνὸς δίκην εἰς θάνατον ἤγετο, καὶ προβάτου τρόπον ἀπεσφάττετο φυσικῶς ἀόρατος ὤν.

Idem in eadem enarratione: Idem igitur hic est, qvi contumeliis deformatus paulo post pulchritudinem induit. Non enim habitans in ipso Deus agni more ad mortem ductus est, & oviculæ instar jugulatus est, qvum natura ipsius sit invisibilis. Apud

Palam est igitur, si ungens significat DEum, cujus thronum appellavit æternum, qvod natura DEus sit, atqve ex DEo genito, * qvi unxit. Ipse vero unctus ** accersitam accepit virtutem electo templo ornatus in qvo habitavit Divinitas.

Apud eundem Dialogo I. Πρόδηλον ἂν, εἴπερ ὁ χείων ἀποδεικνύει Θεὸν, ἃ τὸν θρόνον εἶπεν αἰώνιον, δῆλον μέν ἐστι φύσει Θεὸς ἐκ Θεοῦ γεννηθεὶς ὁ χείσας. Ὁ δὲ χεισθεὶς ἐπίκτητον εἴληφεν ἀρετὴν σκηνώματι ναυργίᾳ κοσμηθεὶς ἐκ τῆς τοῦ κατοικοῦντος ἐν αὐτῷ θεότητος.

9. Περὶ ψυχῆς λόγος. De anima volumina. *Hieron. cap. 85. Catalogi.*

Apud Joannem Damascenum in sacris parallelis Tom. 1. Opp. edit. novæ pag. 752.

Divinum Numen non legum & temporum expressis verborum circumscriptionibus subjicitur.

Οὐ νόμων καὶ χρόνων ῥητοῖς τὸ θεῖον ὑπόκειται περιγράφαις.

Somnus corpori & animæ omni communis est.

Apud eundem pag. 788. Κοινὸν σώματος καὶ ψυχῆς πάσης ὕπνος.

Eustratius CPolitanus Presbyter, libro adversus eos qui dicunt Animas statim, atque e corpore solutæ sunt, non operari, cap. 19.

Reperimus præterea Eustathium Antiochiæ Syriæ Episcopum & Confessorem, Patribus jam laudatis consona scribere in libro de Anima & contra Arianos. *Concordia his prosequens idem Jeremias, vocibus DEI asserviens, insinuat, quibus commonstrat, neque justorum*

Εὑρίσκομεν † δὲ καὶ Εὐστάθιον τὸν Ἐπίσκοπον Ἀντιοχείας τῆς Συρίας καὶ ὁμολογητὴν λέγοντα ἐν τῷ περὶ ψυχῆς καὶ κατὰ Ἀρειανῶν λόγῳ συνῳδὰ τοῖς προειρημένοις Πατράσι. Σύμφωνα δὲ τούτοις συνεξιὼν ὁ αὐτὸς Ἱερεμίας εἰσηγεῖται τὰς τοῦ Θεοῦ διακονούμενος φωνὰς, δι' ὧν δείκνυσιν,

* Divina CHristi natura. ** Christus secundum humanam naturam.

† Eustratii iste liber editus ad calcem libri Allatii de purgatorio, Rom. 1655. 8. & locus iste legitur p. 497. seq.

ὅτι μὴ τε τὰς τῶν δικαίων προσίεσθαι πρεσβείας, εἰ βεληθεῖεν τῶν μιαιφόνων χάριν ἀξιῶσαι. † Καὶ εἶπε Κύριος πρός με λέγων. Ἐὰν στῇ Μωυσῆς καὶ Σαμουὴλ πρὸ προσώπου μου, οὐκ ἔστιν ἡ ψυχή μου πρὸς αὐτούς. Δεδήλωται παρὰ τῇ θείᾳ γραφῇ, ὅτι Μωυσῆς καὶ Σαμουὴλ ἀπέθανον, πῶς ἂν καὶ ὑπὲρ τῶν ἀναξίων πρεσβεύσιν, εἰ †† καθ' ἡμᾶς οὐκ ἐνεργοῖεν; καὶ ἐπιφέρει πάλιν ὁ αὐτὸς Πατὴρ, κ) φησίν. Εἰ δὲ διὰ τῆς τοῦ Χριστοῦ ἐπιφανείας εἰς τὸν παράδεισον τὸ τῶν ἀνθρώπων εἰσάγει γένος, ὑπηνίκα δὲ ἐσταυρώθη, τὸν λῃστὴν αὐθημερὸν εἰσάξειν αὐτόθι προηγόρευσεν, τοῦ σώματος ἔτι βεβλημένου τῷ μνήματι, συνέσηκεν, ὅτι συνδιαιτωμένη κυρίως ἡ ψυχὴ τοῦ Χριστοῦ τῷ Λόγῳ καὶ Θεῷ, τῷ πάσαν ὁμοῦ τὴν τῶν γενητῶν περιεχοντι κτίσιν, τὴν ὁμογενῆ τοῦ ἀνθρώπου ψυχὴν εἰς τὸν παράδεισον εἰσήγαγεν. Οὐδὲ γάρ ἐστιν γεγραμμένον ὅτι πρὸ τῆς ἀναστάσεως τοῦ ἁγίου σώματος τὸ τοῦ λῃστοῦ προηγέρθη σῶμα τὴν ἐπαγγελίαν ἀπολαβόν. Ἀκόλουθον ἄρα ἐστὶν ὑπολαμβάνειν ἐμφρόνως, ὅτι ἡ ψυχὴ τὴν συγγενῆ ψυχὴν ὁδηγοῦσα φιλοφρόνως, ἅτε δὴ καὶ μείζονος ἐξουσίας ἐχομένη, τὴν μὲν ὑπόσχεσιν αὐθημερὸν ἐπὶ πέρας ἤγεν, εἰς δὲ τὴν ἐξαίρετον εἰσῆγε κληρονομίαν, ἀνοίγουσα

supplicationes acceptas se habere, si velint illi propter homicidas preces fundere. Et dixit Dominus ad me, dicens: si steterit Moyses & Samuel, ante faciem meam, non est anima mea, erga ipsos. In Divinis litteris indicatur Moysen & Samuelem vita esse defunctos, qvomodo ergo pro iis, qvi minime digni sunt, orant, si non ita ut nos (qvi vivimus) operantur? Hisce præterea idem Pater adnectit & qvæ seqvuntur: *Si itaque, postquam CHristus apparuit, in paradisum genus humanum introducit, quum vero cruci affixus est, latronem statim eodem die in illam introducturum se promisit corpore adhuc intra sepulchrum involuto: Constat ab anima CHristi, quæ proprie cum DEO & Verbo res omnes creatas in se continente commoratur, natura similem hominis animam in paradisum illatam fuisse. Non enim scriptum est, ante sancti corporis resurrectionem corpus latronis in vitam revocatum, promissi compos factum fuisse. Consequens ergo fuerit, si cate rem intelligere volumus, animam à cognata anima, tanquam quæ majore auctoritate polleret, humaniter ductam, promissa sua eodem die persolvente, cum aperuisset paradisum, in præclaram hæreditatem invectam fuisse.* Fatetur hic Doctor à CHristo humanum genus,

† Jerem. XV. 1. †† ita leg. pro καθ' ὑμᾶς; qvod Allatius perperam vertit *si per vos non operantur.*

genus, eos scilicet qvi vita optime ducta inclaruerant, & fidem Catholicam professi fuerant, qvemadmodum latronem. Ex parte enim eorum qvi virtuti operam dedere, genus universum ostendit in paradisum introductum fuisse.

Qvid dicent intuentes in educationem infantis, aut in ætatis accessionem, aut in temporum progressionem, aut in corporis incrementum? Ut autem silentio præteream miracula in terra edita, contemplentur mortuorum resuscitationes, passionis symbola, flagellorum vestigia, verberum vibices, lateris vulnerationem, clarorum vestigia, sanguinis effusionem, mortis signa, & ut breviter omnia comprehendam, ipsam proprii corporis resurrectionem.

Idem in eodem libro : Si qvis ad corporis generationem respexerit, palam inveniet, qvod in Bethlehem natus fasciolis involutus fuerit, & in Ægypto aliqvandiu educatus propter scelerati Herodis insidias, & in Nazareth ad virilem ætatem provectus sit.

Idem in eodem libro : Non idem sunt tabernaculum Verbi & Verbum DEus, per qvod divinam contemplatus est gloriam beatus Stephanus.

τὸν παράδεισον. Εἰπὼν ὁ Πατὴρ, ὅτι ὁ Χριστὸς τὸ γένος τῶν ἀνθρώπων εἰς τὸν παράδεισον εἰσήγαγεν, δηλονότι τὰς βίῳ κεκοσμημένας, καὶ τὴν ὀρθὴν ὁμολογήσαντας, καθάπερ καὶ τὸν λῃστήν. Ἀπὸ μέρους γὰρ τὸ τῶν ἐναρέτων ἅπαν ἐδείξατο γένος.

Apud Theodoretum Dialogo I.

Τί δ' ἂν εἴποιεν εἰς τὰς τῶ βρέφους ἀναβλέψαντες ἀνατροφὰς, ἢ τλὼ τῆς ἡλικίας ἀνάδοσιν, ἢ τλὼ ἐπίτασιν τῶν χρόνων, ἢ τλὼ τῶ σώματος αὔξιν; ἵνα δὲ παρῶ λέγειν τὰς ἐπὶ ἐδάφους οὐκ πληρωθείσας θαυματουργίας, ὁράτωσαν τὰς τῶν νεκρῶν ἀναβιώσεις, τὰ τῶ πάθους σύμβολα, τὰ τῶν μαστίγων ἴχνη, τὰς τῶν πληγῶν μώλωπας, τὰς τετρωμένας πλευρὰς, τὰς τῶν ἥλων τύπους, τλὼ τῶ αἵματος ἔκχυσιν, τὰ τῶ θανάτου σημεῖα, καὶ τὸ σύμπαν εἰπεῖν, αὐτλὼ τλὼ τῶ ἰδίου σώματος ἀνάστασιν.

Τῶ αὐτῶ, ὃ κ τῶ αὐτῶ λόγου. Καὶ μλὼ εἴ τις εἰς τλὼ τῶ σώματος γέννησιν ἀφορᾷ, προδήλως εὑρήσειεν ἂν ὡς ἐν τῇ Βηθλεὲμ τεχθεὶς ἐσπαργανώθη, κἂν τῇ αἰγύπτῳ χρόνοις ἐτράφη τισὶν ἕνεκεν τῆς τῶ ἀλάστορος ἐπιβελῆς ἡρῴδου, κἂν τῇ ναζαρὲτ ἀνδρωθεὶς ἠυξήθη.

Τῶ αὐτῶ, ὃ κ τῶ αὐτῶ λόγου. Οὐ γὰρ ταυτόν ἐστιν ἡ σκλωὴ τῶ λόγου, καὶ θεῶ, δι' ἧς τλὼ θείαν ἐθεώρει δόξαν ὁ μακάριος Στέφανος.

Apud eundem Dialogo II. Πρὸ μὲν τῦ πάθους ἑκάστοτε τὸν σωμαλικὸν αὐτῦ πρέλεγε θάνατον τοῖς ἀμφὶ τὰς ἀρχιερέας ἐκδοθήσεσθαι φάσκων, καὶ τὸ τῦ σαυρῦ τρόπαιον ἀπαγγέλλων. Μετὰ δὲ τὸ πάθος, τριταίῳ ἐκ τῶν νεκρῶν ἀναστὰς, ἐνδοιαζόντων αὐτὸν ἐγηγέρθαι τῶν μαθητῶν, ἐπιφανεὶς αὐτοῖς αὐτῷ σώματι, σάρκα μὲν ἅπασαν σὺν ὀστέοις ἔχειν ὡμολόγει. Ταῖς δὲ ὄψεσι τέτων τὰς τετρωμένας ὑποβάλλων πλευρὰς, καὶ τὰς τύπας αὐτῦ ὑποδεικνύει τῶν ἥλων.

Apud eundem Dialogo III. Δι' ὀλίγων δέ ἐσιν ἐλέγξαι τὴν ἀσεβῆ συκοφαντίαν αὐτῶν. Μάλισα μὲν γὰρ, εἰ μὴ τῆς τῶν ἀνθρώπων ἕνεκεν σωτηρίας, εἰς τὴν τῦ θανάτυ σφαγὴν τὸ ἴδιον ἑκουσίως ἐξεδίδυ σῶμα. Πρῶτον μὲν πολλὴν αὐτῶν περιάπτουσιν ἀδυναμίαν. Ὅλι μὴ οἷός τ' ἐγένετο τὴν τῶν πολεμίων ὁρμὴν ἐπισχεῖν.

Τῦ αὐτῦ ἐκ τῦ αὐτῦ λόγυ. Διὰ τί δὲ περὶ πολλῦ ποιοῦνται δεικνύναι τὸν Χριςὸν, ἄψυχον ἀνειληφέναι σῶμα γεώδεις πλάτοντες ἀπάτας, ἵνα εἰ δυνηθεῖεν ὑποφθεῖραί τινας, ταῦθ' ἕτως ἔχειν ὁρίζεσθαι, τὴν τοιαύτα τὰς τῶν ἀλλοιώσεις τῷ θείῳ περιάψαντες πνεύματι, ῥᾳδίως ἀναπείσωσιν αὐτὰς, ὡς ἐκ ἔσι τὸ τρεπτὸν, ἐκ τῆς ἀτρέπτυ φύσεως γεννηθέν.

Ante passionem, ubiqve suam corporalem mortem prædixit & crucis trophæum prænunciavit, affirmans futurum esse, ut principibus sacerdotum traderetur. Post pasionem vero tertio die resurgens, cum dubitarent discipuli de ipsius resurrectione, apparuit illis eodem corpore, & carnem qvidem totam cum ossibus se habere professus est, oculis vero illorum sauciatum latus subjecit, & vestigia clavorum ostendit.

Brevis est ratio refutandi impiam illorum calumniam, cum constet Dominum volentem & qvidem salutis humanæ causa corpus suum præbuisse mactandum. Illi enim tribuunt CHristo impotentiam, perinde qvasi non potuerit hostium impetum cohibere ac reprimere.

Idem in eodem libro : Ideo omnes vires atqve nervos contendunt, ut ostendant CHristum inanimatum assumsisse corpus, & terrenas fingunt imposturas, ut si possint aliqvos in hanc sententiam ducere, postea facile persuaderent, passionum alterationes divino adscribendas esse spiritui, cum qvidem non sit mutabile, qvod ex immutabili natura genitum est.

10. Deni-

10. Deniqve *Epiſtolas infinitas* Euſtathii Antiocheni Hieronymus, cap. 85. Catalogi, memorat.

Et Epiſtola ad Magnum, eundem refert inter eos Eccleſiæ Doctores, qvi *in tantum Philoſophorum doctrinis atque ſententiis ſuos referciunt libros, ut neſcias quid in illis primum admirari debeas, eruditionem ſeculi, an ſcientiam Scripturarum.*

IV. Alii Euſtathii.

Euſtathius *Afer*, qvi ſæculo qvinto clarus S. Baſilii Homilias in Hexaëmeron vertit, de qvo dixi ſupra, p. 69.

Euſtathius *Ancyranus*, monaſterii Attalini in Ancyra Galatiæ Abbas, cui Antiochus lauræ ſive cœnobii S. Sabæ Hieroſolymis vicini Monachus Pandectem S. Scripturæ dedicavit temporibus Heraclii Imp. Vide Lambecium III. pag. 138. 139.

Euſtathius *Berytius* Epiſcopus, qvi interfuit Concilio Chalcedonenſi A. 451. imo cum Photio Tyrio præfuit Concilio Beryti in cauſſa Ibæ Edeſſeni celebrato A. C. 448. Vide Acta Concilii Chalcedonenſis, Actione X. T. 2. edit. Binianæ pag. 281. Mentio hujus Euſtathii apud Zachariam Mytilenæum in dialogo de Mundi opificio pag. 166. edit. Caſp. Barthii.

Euſtathius *Cappadox* Rhetor diſertiſſimus, ad Gallienum miſſus ab Antiochenis teſte Eunapio, qvem vide in Ædeſio pag. 44. ſeq. & in Jamblicho pag. 23.

Euſtathius *Epiphanienſis* Syrus Rhetor, cujus Χρονικὴν ἐπιτομὴν partibus duabus, libris novem, tempora ab orbe condito ad Æneam & ab Ænea ad annum duodecimum Anaſtaſii Imp. (ſub qvo vixit) perſecutam laudant Johannes Malala, Evagrius (qvem vide III. 37. & VI. ult.) Svidas in εὐσάθιος & Nicephorus in proœmio & XIV. 57. ubi Amidæ in Meſopotamia à Cabade Perſarum Rege A. 503. expugnatæ hiſtoriam ab eo traditam memorat.

Alius Euſtathius *Epiphanienſis* Epiſcopus, Rhetore antiqvior, qvi inter Arianos Conciliabulo Seleucienſi A. 359. ſubſcripſit apud Epiphanium LXXIII. 26. De eodem Euſtathio Chronicon Alexandrinum ſive Paſchale, à qvo tanqvam vir ſanctus ac religioſus laudatur pag. 296. edit. Cangii.

Euſtathius *Illyrici* Epiſcopus, cujus mentio in Epiſtola Synodica Concilii Illyriciani de fide (circa A. C. 375.) apud Theodoritum IV. 9. Hiſt.

Euſtathius ſive Eumathius *Macrembolites* Protonobiliſſimus & magnus Chartophylax CPol. de cujus *XI. libris amorum Iſmeniæ & Iſmenes* dixi Volumine ſexto hujus Bibl. pag. 814. ſeq.

Euſtathius *Macrobii*, Latini ſcriptoris filius, cui Saturnalium libros ille inſcripſit.

Euſtathius *Maſſilienſis* Epiſcopus, Venerii ſucceſſor, deceſſor Græci. Vide Sirmondum ad Sidonii VII. Epiſt. 2. & Miræum ad Gennadii c. 79.

Euſtathius *Medicus*, ad qvem S. Baſilii Epiſtola.

Euſtathius *Metropolita* cujus Ἐπίσκεψις βίᾳ μοναχικῇ καὶ διόρθωσις τῶν περὶ αὐτὸν MS. in Bibl. Cæſarea. Vide Lambecium III. p. 124.

Euſtathius *Parionis* in Myſia ad Helleſpontum Epiſcopus, qvi ſepulturæ S. Parthenii Epiſcopi Lampſaceni medio ſæculo qvarto denati Heralceæ præſens adfuit. Vide Parthenii vitam apud Bollandum 7. Febr.

Euſtathius *Patricius* novæ Romæ, clarus circa Græcor. A. 6533. hoc eſt A. C. 1025. cujus *judicium de nuptiis conſobrinorum* exſtat Græce & Lat. in jure Græco Rom. Marqvardi Freheri, Francof. 1696. fol. libro VI. p. 414-424. Ejusdem puto eſſe librum *de varia temporis in foro obſervatione* præſcriptione vel dilatione à momento usqve ad centum annorum ſpatium, qvi cum Simonis Schardii verſione prodiit Baſil. 1561. 8. ante leges Rhodicrum navales, militaresqve & Georgicas Juſtiniani Imp. & Francof. 1670. 4. ad calcem Chriſtiani Woldenbergii de numeris utriusqve juris, & Petri Lindenbergii de numeris ſacris profanisqve.

Euſtathius *Rex*, S. Anaſtaſiæ Martyris pater, ſi fides Actis incertæ fidei.

Euſtathius ſive Euſtachius Epiſcopus gentis *Saracenorum*, in Phœnicia ſecunda, qvi Concilio Chalcedonenſi A. 451. interfuit.

Euſtathius * *Sebaſtenus*, Sebaſtiæ in Armenia Epiſcopus cum Baſilio An-

* Ab hoc Euſtathio dicti hæretici Euſtathiani, ut apud Anaſtaſium Sinaitam qvæſt. 80. & Damaſcenum de hæreſibus c. 98. in editione Leqviniana T. 1. pag. 109. Cæterum notari meretur, dictos etiam eſſe Euſtathianos qvi Euſtathio Antiocheno, injuſte depoſito adhærentes, proprio Epiſcopo uſi ſunt ab A. 331. ad 482. Vide Tillemontium T. VII. memor. p. 28. ſeq.

Ancyrano promachus Macedonianorum, teste Svida in Εὐσάθιος. Cum Aërio primùm Monasticum vitæ genus amplexus fuit, ut narrat S. Epiphanius hæresi LXXV. c. 1. ascеticæ monasticæq; vitæ apud Armenios auctor, cui etiam nonnullos *Asceticum S. Basilii* tribuisse refert * Sozomenus III. 13. & ex eo Nicephorus IX. 16. qvem tamen Constitutionum Monasticarum, qvæ rectius Basilio tribuuntur, auctorem non esse disputat Franciscus Rayæus in Actis Sanctor. T. 2. Junii, pag. 890 seq. Gangræna Synodus, statim post Concilium Nicænum habita qva Eustathii hujus varii errores damnantur, etiamnum exstat, Zonaræ, Balsamonis & Alexii Aristeni scholiis illustrata: Vide & de hoc Eustathio Epiphanium hæresi LXXV. cap. 2. ubi notat eum licet Nicænæ fidei subscripsisset, tamen fecisse aperte cum Arianis. Plura de illo B. Balthasar Bebelius in Historia sæculi IV. Tom. 2. pag. 1295. seq. Guil. Beveregius in notis ad canones Synodor. pag. 184. & in Codice Canonum vindicato p. 40. seq. Tillemontius Tom. VI. memor. &c.

Eustathius *Syrus*. Supra, in Epiphanienſi.

Eustathius Imperatoris Heraclii *tabularius*. Vide Chronicon Paschale pag. 401.

Eustathius *Thessalonicensis* ArchiEpiscopus clarus circa A. C. 1180. de cujus commentariis in Homerum dixi lib. 2. cap. 3. & de commentariis in Dionysium Perigetem lib. 4. cap. 1.

V. SERAPIO Antonii monachi amicus & ex Catecheta Alexandrino a) atqve Monachorum ἡγεμὼν Thmuitanus b) in Ægypto Episcopus, & sub Constantio Imp. Ariano Confessor, ad qvem S. Athanasii, qvi eum ordinavit, Epistolæ exstant, obiit circa A. C. 358. atqve inter Sanctos celebratur à Latina Ecclesia

* Fallitur Baronius ad A. C. 361. & cum eo Lambecius III. pag. 125. qvi existimant Sozomenum de Eustathio affirmasse, qvæ de Eutacto Armenio Monacho dicere debuisset, de qvo Epiphanius in hæresi 40. Archonticorum. Vide Petavium lib. XIV. de incarnatione Verbi cap 14. §. 3.

a) Philippus Sidetes in fragmento apud Dodwellum pag. 489. diss. ad Irenæum, qvi Dodwellus etiam Ecclesiam Serapionis Alexandriæ observat ex Epiphanii LXIX. 2.

b) De Thmui sive Damiata, celebri Ægypti urbe vide Jac. Golium ad Alfraganuum pag. 292.

sia 21. Martii. De ejus libro qvi solus ætatem tulit *contra Manichæos*, dixi Volumine qvinto pag. 292. Eum memorat Photius Cod. 85. & egregium Hieronymus appellat cap. 99. Cætera qvorum idem Hieronymus meminit, Serapionis scripta, ob elegantiam ingenii, cognomen *Scholastici* eum meruisse testatus, interciderunt. Sunt autem hæc: *liber de Psalmorum titulis* & utiles ad diversos *Epistolæ*.

VI. Alii Serapiones.

Serapion *Alexandrinus* Medicus, Celso, Galeno & aliis laudatus, de qvo infra, libro VI.

Ælius Serapion *Alexandrinus* Rhetor Hadriani Imp. temporibus clarus, cujus hæc scripta memorantur à Svida in Σαραπίων.

περὶ τῶν ἐν ταῖς μελέταις ἁμαρτανομένων. *de vitiis declamationum.*

Ἀκροάσεων βιβλία ζ'. *Auscultationum libri VII.*

Πανηγυρικὸς ἐπὶ Ἁδριανῷ βασιλεῖ. *Panegyricus ad Hadrianum Imp.*

Βουλευτικὰ, Ἀλεξανδρεῦσιν. *Consultationes ad Alexandrinos.*

Εἰ δικαίως Πλάτων Ὅμηρον ἀπέπεμψε τῆς πολιτείας. *Recte ne Plato Homerum è Rep. sua ablegarit.*

Τέχνη ῥητορική. *Ars oratoria.*

Serapion *Alexandrinus* Rhetor junior, de qvo Porphyrius in vita Plotini cap. 7.

Serapion *Antiochenus*, qvo usum se profitetur Plinius libro II. IV. V. Idem videtur cum Serapione Geographo, cujus millesimam partem se non intelligere ait Cicero II. 4. ad Atticum & Epist. 6. ejusdem libri notat eum pluribus locis contradicere Hipparcho atqve Eratostheni.

Serapion *Antiochenus* alius Christianus, secundi scriptor sæculi, de qvo dixi Volumine V. hujus Bibliothecæ pag. 193.

Serapion *Ascalonita*, qvem de interpretatione somniorum scripsisse tradit Fulgentius lib. 1. Mytholog. cap. 13. ubi de lauro, Meminit & Tertullianus cap. 46. libri de anima.

Serapio *Athenienſis*, infra in Serapione Poëta.

Serapion *Geographus*. Vide paullo ante, in Antiocheno.

Sera-

Serapion *Hierapolita* Stoicus Philosophus de qvo Stephanus Byz. in ἱεραπόλις. Idem, ni fallor, de qvo Seneca Epist. 40.

Serapio *Martyr*, de qvo in Actis Apocryphis Meletii ducis, qvi sub M. Antonino Imp. passus esse traditur, Tom. 5. Act. Sanctor. Maji pag. 443. seq.

Joannes Serapio *Medicus* Arabs, qvem circa A. C. 1070. claruisse notat Tiraqvellus de nobilitate pag. 371. Plura de illo Vossius libro de Philosophia, pag. 116. seq.

Serapio *Philosophus*, cujus falsam eloqventiam perstringit Seneca Epistola XL. ad qvem locum digna lectu est præclari Mureti annotatio, * etiam atqve etiam considerandæ iis qvi in suggestu sacro verba ad Christianum populum facturi, Serapiones reddere qvam sermone gravitatis ac sanctimoniæ pleno uti malunt. Forsan hic Senecæ Serapio idem est cum Hierapolitano, de qvo supra.

Serapio *Philosophus* junior, de qvo Damascius in Isidori vita, & ex eo Svidas in Σαραπίων, inter alia referens eum nihil præter tres aut duos libros possedisse, atqve in his Orphei poëmata.

Serapio *pictor* qvem laudat Varro apud Plinium XXXV. 10. pag. 221. Hic scenas optime pinxit, sed hominem pingere non potuit.

* Muretus ad Senecæ Epist. 40. *De Serapione quodam pseudophilosopho scribit, qui quasi conciones habebat ad populum, in quibus nihil aque cavebat, quam ne usquam hasitare atque insistere videretur. Provolvebat verba nusquam interrupto impetu, non illud laborans, ut qui audiebant meliores fierent, sed ut ipse promptus in dicendo ac copiosus haberetur. Tale disputandi genus ait circulatoribus magis quam philosophis convenire. Hujus ipsius vitii exempla, vel maxime illustria notavi in quibusdam maximarum rerum ad populum interpretibus: quorum oratio, qua non compta ac calamistrata, sed gravitatis, auctoritatis, majestatis ac sanctimonia plena esse deberet, tota papavere ac sesamo sparsa est, & ex mellitis verborum contexta globulis: ita ut ad eos, non tanquam ad vita magistros, aut vitiorum correctores, sed tanquam ad comœdos aut histriones eatur. Stant illi, & cum frontem bis ter ve perfricuerunt, barbamque permulserunt, hiante & mirificum aliquid ac θεσπέσιον expectante plebe, plebis autem nomine etiam quosdam ex optime vestitis comprehendo, laxant habenas lingua, & similiter cadentia, similiterque desinentia coacervantes, paria paribus, contraria contrariis opponentes, multa etiam semel suo ordine dicta, sursum versum, aut alias variato ordine repetentes: eaque in re memoriam pueriliter ostentantes, atque hac saltatricularum in morem, gesticulatoriis neque un-*

Serapio *Poëta ἐν ἔπεσι* laudatur à Clemente Alexandrino I. Strom. pag. 304. ubi ex eo refert, ne mortuæ qvidem Sibyllæ cessasse divinandi facultatem, qva de re ibi plura parum credibilia leguntur. Serapionis versus hos duos jambicos affert Stobæus sermone 10. de avaritia:

Οὐ τῆς ἐμῆς ἔκηλα καρδίας φέρεις
Λόγους προσηνεῖς, τῷ δέ σε κέρδος χάριν.
Non ista blanda verba tu fundis, meo
Animo obsecundans, sed tuo compendio.

Non planè certum, idemne sit Serapio Athenienſis Poëta, qvem colloqventem inducit Plutarchus lib. de eo qvod Pythia non fundat oracula carmine ac pag. 396. ad illum Boëthus Geometra: ποιήματα μὲν γράφεις τοῖς μὲν πράγμασι φιλοσόφως καὶ αὐστηρῶς, δυνάμει δὲ καὶ χάριτι καὶ κατασκευῇ περὶ λέξιν ἐοικότα ταῖς Ὁμήρου καὶ Ἡσιόδου μᾶλλον ἢ τοῖς ὑπὸ Πυθίας ἐκφερομένοις.

Serapio *Rhetor.* Supra, in Alexandrino.

Serapion Anachoreta *Sindonites*, de qvo Palladius in Lausiaca, c. 84.

VII. SO-

unquam quietis manibus, adiuvantes argute multa, multa quibus risum excutiant, ducunt: nunquam interim aut sibi aut auditoribus respirandi facultate permissa: quibus omnibus rebus admirationem imperitis; cordatis & intelligentibus nauseam ac stomachum commovent. Hos igitur novos Serapiones cuperem hanc epistolam cum cura legere, & inspicere num cui vitio affines sint eorum qua hic à Seneca reprehenduntur. Profuerit eisdem legere & ea qua super eadem re apud scriptorem notissimum Atticarum à Musonio disputantur: qua & ipsa subjiciam. Musonium, *inquit*, Philosophum solitum dicere accepimus: Cum Philosophus hortatur, monet, suadet, obiurgat, aliudve qvid disciplinarum differit: tum qvi audiunt, si de summo & soluto pectore obvias vulgatasqve laudes effutiunt, si clamitant etiam, si gestiunt, si vocum ejus festivitatibus, si modulis verborum, si qvibusdam qvasi freqventamentis orationis moventur, exagitantur, & gestiunt: tum scias, & qvi dicit & qvi audit frustra esse: neqve illic Philosophum loqvi, sed tibicinem canere. Animus, inqvit, audientis Philosophum, si qvæ dicuntur, utilia ac salubria sunt, qvæqve & errorum atqve vitiorum medicinas ferunt, laxamentum atqve otium prolixe laudandi non habet. Qvisqvis ille est qvi audit, nisi ille est plane deperditus, inter ipsam Philosophi orationem & perhorrescat necesse est, & pudeat tacitus, & pœniteat; & gaudeat, & admiretur: varios adeo vultus disparilesqve sensus gerat, perinde ut eum conscientiamqve ejus affecerit utrarumqve animi partium aut sincerarum, aut ægrarum, Philosophi pertractatio.

VII. SOPHRONIUS *vir apprime eruditus, laudes Bethlehem adhuc puer, & nuper* (scripsit Hieronymus suum Catalogum A. C. 392.) *de subversione Serapis* * *insignem librum composuit: De virginitate quoque ad Eustochium, & Vitam Hilarionis* ** *Monachi* (*opuscula mea*) *in Græcum eleganti sermone transtulit. Psalterium quoque & Prophetas, quos nos de Hebræo in Latinum vertimus.* Hæc de Sophronio Hieronymus cap. 134. qvæ ita Græce leguntur in versione Catalogi Hieronymiani Græca qvæ sub hujus ipsius Sophronii nomine exstat, cum cætera omnia Hieronymo commemorata pridem interciderint: Σωφρόνιος ἀνὴρ εἰς ἄκρον πεπαιδευμένος, τὰς ἐπαίνους Βηθλεὲμ ἔτι νέος ὢν συνέθηκεν, ὑπόγυον δὲ περὶ τῆς καταλύσεως τοῦ Σεραπείου ἐπίσημον συνέθηκε λόγον, καὶ περὶ παρθενίας πρὸς Εὐστόχιον, καὶ τὸν βίον Ἱλαρίωνος μοναχοῦ, τὰ συγγράμματά μου, εἰς Ἑλληνικὸν λόγον εὐφυῶς μετέφρασε, καὶ τὸ ψαλτήριον δὲ καὶ τοὺς προφήτας, ὃς ἡμεῖς ἀπὸ τοῦ Ἑβραίου εἰς Ῥωμαϊκὸν μετηνέγκαμεν. Hanc Græcam Catalogi Hieronymiani versionem primus vulgavit Erasmus, Basil. 1539. 4. exemplar emendatum ac vetustum, ut ait, nactus ex qvo permulta se & depravatissima testatur in Hieronymi Latinis restituisse. Hinc *mirum est quosdam extitisse,* inqvit Stephanus le Moyne notis ad Varia sacra pag. 418. *qui versionem istam Græcam Erasmo tribuere non dubitarint, cum multa extiterint,* ** *MSta Erasmo vetustiora, & versio ista Græca à multis Erasmo vetustioribus etiam citari soleat.* Qvibus verbis notatur ab eo Is. Vossius, cujus hæc sunt in notis ad S. Ignatii Epist. ad Smyrnæos pag. 257. *Mihi constat translationem illam Græcam, Sophronii nomen mentiri. Quid? an verisimile est ita Sophronium fuisse negligentem, ut non inspexisset ipsum Ignatium cum Ignatii loca essent vertenda! Sed hoc leve. Versio illa innumeris locis non est Græca: innumeris quoque in locis male Hieronymi mentem expressit. Quidquid in Hieronymo est corruptum, eodem modo sese habet in Græco. Quæcunque in illo Hieronymi Catalogo desunt* (*deesse autem multa, ex MSS. collatione apparebit*) *desunt quoque in illo Pseudo Sophronio. Mille id exemplis in tam exiguo scripto comprobare possumus. Sed puto nasutum lectorem sa-*

* De illa subversione conferendus Rufinus lib. XI. Hist. Eccles. cap. 27. seq.

** Vossius de Hist. Græcis pag. 257. Sophronium auctorem vitæ Hilarionis facit, cujus tantum fuit Græcus interpres.

*** Operæ pretium erat indicare, qvando, & qvibus in locis.

*tis id per se animadvertere - - Mihi in nulla unquam Bibliotheca illam paraphrasin MS. videre contigit. Scripsit quoque nuper Cl. Vir Ismael Bullialdus, illam non extare in Bibliotheca Regia Parisiis. Nec exstare uspiam puto. Aut si exstet, multum vereor, ne à recentissima sit manu exarata, nec CL annos excedente. Nam etiam recentissimi codices Latini ejus Catalogi multo sunt meliores ista paraphrasi Græca. Sed quid facias Erasmo, qui cum primus sit qui illam ediderit, dicit se Sophronii exemplar vetustum & emendatum nactum fuisse? Nisi Erasmus hæc diceret, multum de ejus fide dubitarem. Suspicari tamen aliquis non immerito possit, ipsum nobis supposuisse hanc translationem, idque animi gratia: vel ut ostenderet, si sibi fuisset voluntas, sua aliis affingendi, ad hoc neque defuturum ingenium, neque eruditionem. - - Sed credamus potius illum à nebulone aliquo fuisse deceptum, qui corruptissimum Hieronymi Catalogum nactus Græce à se redditum huic Heroi pro antiqua Sophronii versione venditarit. Eadem forsan manus est quæ paraphrasin illam supposuit, & quæ priorem partem Catalogi Hieronymiani corruperit. Nam quorsum in eo inter scriptores Ecclesiasticos referuntur tot Apostoli qui nihil omnino scripserunt, quorumque vitas apparet desumtas esse * paucis tantum mutatis, ex ineptissimo scripto Dorothei de XII. Apostolis. Inquit Erasmus, Sophronium adjunxisse reliquos istos Apostolos, qui nihil scripserunt. Sed unde hoc rescivit, nisi ipse fuerit Sophronius?* Hæc ille. Qvæ vero de vitiis hujus versionis ait vir doctus, partim nimis exaggerata sunt, partim non probant auctorem non esse Sophronium. Deinde qvædam rectius Græca versio, qvam vulgati Latini Codices, MStis antiqvissimis & veteribus scriptoribus, qvi Hieronymi laudant verba, Græcam lectionem comprobantibus, ut in notis ad Catalogum Hieronymi à Rev. Ernesto Salomone Cypriano editum p. 213. pluribus exemplis vel in uno capite de Clemente Rom. pridem ostendi. Deniqve negari neqvit Græcam Catalogi Hieronymiani versionem lectam à Svida, qvi loca plura ad ver-

* Sunt illæ ipsæ vitæ, qvæ sine nomine auctoris adjunctæ leguntur Oecumenii commentariis. Unde Stephanus le Moyne notis ad Varia sacra pag. 1059. colligebat, *auctorem versionis Græcæ Catalogi Hieronymiani esse satis antiquum, cum illius Auctoris memoria occurrat apud Oecumenium.* Sed illas vitas ab alio qvam Sophronio adjunctas Tillemontius sibi Tom. XII. memor. pag. 142. persuadet vel eo nomine, qvod recentiorum Græcorum traditiones nimium sapiant. *Elles ont pour l' ordinaire plus de raport aux traditions des Grecs modernes qu' à la retenue des anciens, qui n' aimoient pas à parler de ce qu' ils ne savoient point.*

verbum ex illa adducit, ut in Βασίλειος, Καισάρειος, Γρηγόριος Ναζιανζῆν, Γρηγόριος ὁ καὶ Θεόδωρος, Δάμασος, Ἐπιφάνιος, Εὐσέβιος ὁ Παμφίλου, Ἰγνατῖνος φιλόσοφος, Ἰγνάτιος Τιβεριεύς, Ἰώσηπος Ἰσδοῦος, Μεθόδιος, Ὠριγένης, Πολύκαρπος, φίλων Ἰσδοῦος. Licet Hieronymum Svidas vel Sophronium nunqvam laudet de nomine. Hinc illam Is. Voſſii opinionem rejicit Huetius de claris interpretibus pag. 215. & manifeſtum hominum male ſuſpiciacium errorum appellat lib. 1. Origenianorum cap. 2, & ante Huetium improbaverat Jo. Andreas Boſius in exercitatione de teſtimonio Joſephi de CHriſto, cap. 2. §. 30. & introductione in notitiam ſcriptor. Eccleſ. cap. 3. Vide & Stephani le Moyne prolegomena ad Varia ſacra * 16. Græcam illam verſionem neſcio qvare omiſerit Jo. Marcianæus in nova ſua Operum S. Hieronymi editione Pariſienſi. Exſtat autem in veteribus ut Pariſienſi 1623. & Francofurtenſi, A. 1684. fol. Atqve animus mihi eſt eam prelis iterum ſubjicere in nova qvam molior editione Auctorum veterum de ſcriptoribus Eccleſiaſticis, in qvibus familiam ducet Hieronymi Catalogus ita excuſus ut ex altera parte ſemper adpoſita ſint verba Euſebii Græca, qvæ ille ante oculos habuit, ex altera autem hæc Sophronio tributa interpretatio, ſubjunctis in ima pagina brevibus notis. Errorem calami in viro doctiſſimo Lilio Gyraldo omitto, qvi dialogo V. de hiſtoria poëtarum ſcribit, Sophronii librum de viris illuſtribus ab Hieronymo eſſe ex Latina in Græcam linguam converſum Nam & illi falluntur qvi vel omnium Veteris teſtamenti librorum verſionem Hieronymianam, vel illam qvam ex LXX. Interpretibus compoſuit Hieronymus à Sophronio Græce verſam ſcribunt. Certe ſolam verſionem Pſalmorum & Prophetarum, qvam ex Hebraico Hieronymus adornaverat, Græce Sophronium convertiſſe ex Hieronymi teſtimonio conſtat. Vide Humfredum Hody libro IV. de SS. Bibliorum textibus Originalibus & verſionibus Græcis pag. 630.

Videtur hujus Sophronii fuiſſe *liber pro Baſilio adverſus Eunomium*, laudatus Photio in Bibl. Codice V. ubi eum à perſpicuitate & ſuccincta brevitate & accumine celebrat. At *Epiſtola ad Paulam & Euſtochium* de aſſumtione Mariæ Virginis, qvæ Latine exſtat inter S. Hieronymi opera T. V. edit. Jo. Marcianæi pag. 82. & incipit:

Cogitis me, o Paula & Eustochium, imo charitas CHristi : Sophronio ab Erasmo levi conjectura tribuitur, verum nec Hieronymi eam nec Sophronii, sed scriptoris damnato Nestorio & Eutychis hæresi junioris esse probat Baronius ad A. C. 48. n. 17. seq. & ad Martyrolog. Rom. ad 15. August. Lambecium VIII. pag. 148. & in Diario itineris Cellensis pag. 105. Dubium Combefisio videtur, qvi *è breviario Romano recte ejectam* observat in Bibl. Concionatoria.

Psalterium Sophronio rogante Latine ex Hebraico vertisse se testatur ipse Hieronymus Epistola 134.

Alii Sophronii.

Sophronius de qvo Martialis XI. 109.

*Tanta tibi est animi probitas, orisque, * Sophroni,*
Ut mirer fieri te potuisse patrem.

Sophronius *Abbas*, Eremita, de qvo Jo. Moschus c. 159. prati spiritalis.

Sophronius Patriarcha *Alexandrinus* ab A. C. 844. ad 857. qvem Philosophum ac sapientem fuisse scribit Eutychius T. 2. Annal. p. 441. Confer Eusebium Renaudotum in Historia Patriarcharum Alex. pag. 289.

Sophronius *Alexandrinus* Patriarcha junior, qvi Imperatori Manueli Comneno Mariam Raymundi Antiochiæ Principis filiam uxorem ducenti manus imposuit una cum Luca Chrysoberge CPol. & Athanasio Antiocheno Patriarcha, 25. Decembr. A. C. 1160. Vide Cinnamum lib. V. pag. 228.

Sophronius *Archi Episcopus primæ Justinianæ & Achridarum*, sæculo XVI. cujus Epistolam ad Patriarcham CPol. Græce & Latine exhibet Crusius in Turco Græcia libro IV. Vide eum pag. 341. Idem Crusius pag. 303. 304. exhibet Epistolam Sophronii Hieromonachi in Chio, antea Abbatis, ad Patriarcham CPol. Jeremiam.

Sophronium Patriarcham *CPolitanum* nullum reperio, & miror unde hauserint Lexicorum universalium scriptores Hofmannus & More-

* Primam in nomine Sophronii corripit, producit alteram, qvasi non Σωφρόνιος esset sed Σοφρώνιος.

Morerius, qvi sæculo XV. in sede CPolitana Sophronium fuisse narrant. Nam & in prima editione Bibl. Patrum fragmentum de Petro & Paulo male exstat sub Sophronii CPol. nomine, qvod in aliis Sophronio Hierosolymitano Patriarchæ adscribitur.

Sophronius *Hieromonachus Hierosolymitanus*, à qvo digestum ac conscriptum Typicum S. Sabæ memorat Clariss. Montfauconus in Bibl. Coisliniana pag. 561. Τυπικὸν τῆς ἐκκλησιαστικῆς ἀκολουθίας τῆς ἐν Ἱεροσολύμοις ἁγίας Λαύρας τῦ ὁσίυ καὶ Θεοφόρυ Πατρὸς ἡμῶν Σάβα, συντεθὲν καὶ συγγραφὲν παρὰ τῦ ἁγιωτάτυ πατρὸς καὶ ἱερομοναχῦ, κυρῦ Σωφρονίυ. Αὕτη ἡ ἀκολουθία γίνεται καὶ ἐν ταῖς λοιπαῖς τῶν Ἱεροσολύμων ἁγίαις μονῶις. Fortasse idem hic cum Patriarcha Hierosol. de qvo infra.

Sophronius *Monachus Jatrosophista*, cujus & Sophronii Hierosolymitani carmina in Deiparam una cum carminibus Heliæ Syncelli, Michaëlis Syncelli, & Ignatii Grammatici Diaconi de eodem argumento editurum se promisit Allatius ad Eustathium Antiochenum pag. 284.

Sophronius *Gothiæ Metropolita* circa A. C. 1292. cujus mentio in Codice Græco Cæsareo qvo vitæ Sanctorum continentur, apud Lambecium VIII. pag. 358. & 365.

Sophronius Damascenus, Johannis Moschi familiaris, ex Sophista * Monachus S. Sabæ, ac deniqve post Modestum ab A. C. 629. ad 638. † *Patriarcha Hierosolymitanus.* Vide Papebrochium in Actis Sanctor. ad XI. Martii Tom. 2. pag. 65. seq. Sergii, Cyriqve Monothelitarum constans adversarius, de qvo Combefisius in Historia Monothelitarum pag. 22. seq. Sub ejus nomine feruntur.

1.) Fragmentum Hypomnematum *de laboribus certaminibus & peregrinationibus Apostolorum Petri & Pauli*, Latine in Bibl. Patrum Paris. 1575. Tom. 2. & 1589. & 1654. Tom. 7. Colon. 1618. Tom. IV. & Lugd. 1677. T. V. pag. 1123. Incipit: *Petrus genere fuit Hebræus.* Elogium Sophronii in Petrum & Paulum Apostolos Græce incipit: πάλιν ἡμῖν δυὰς ἀδιάλειπ[τος].

2) Fragmentum *de Baptismate Apostolorum*, Græce & Lat. apud Lambecium III. p. 52. seq. & ad calcem Pseudo Dorothei Tyrii, qvem cum

* Sophistam Sophronium appellat Jo. Moschus cap. 92. & in præfat.

† Alii 636. qvorum sententiam Papebrochius loco laudato oppugnat probabilibus argumentis.

cum libris de vita Moysis à Gaulmino illustratis edidi Hamb. 1714. 8. pag. 552. seq. Sub Theodoreti nomine exstat in appendice Cangiana ad Chron. Paschale pag. 438.

3) Fragmentum ex *encomio S. Johannis Theologi & Evangelistæ*, Græce & Lat. apud Cotelerium ad Constitutt. Apostol. III. 6. Aliud apud Lambecium III. pag. 100. Meminit & hujus Encomii Hippolytus Thebanus in Chronico : ἐγκωμιάζων δὲ τὸν Εὐαγγελιστὴν Ἰωάννην ὁ ἁγιώτατος Πατριάρχης Ἱεροσολύμων ὁ μέγας Σωφρόνιος, διδάσκει τὴν τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίαν, ὅτι Πατὴρ τοῦ Θεολόγου Ζεβεδαῖός ἦν, Σαλώμη δὲ ἡ μήτηρ αὐτοῦ &c.

4) *In S. Johannem præcursorem.* Latine in Bibl. Concionatoria Combefisii. Incipit : δίδε ἡμῖν ἡ φωνὴ τοῦ λόγου, τὴν φωνήν.

5) *In S. Johannem Chrysostomum.* Memoratur ab Anonymo Saviliano.

6) *Laudes Johannis Eleemosynarii.* Meminit Leontius.

7) *In CHristi natalitia* sermo habitus A. C. 1638. Hierosolymis jam per Sacracenos captis. Exstat Latine in Bibliothecis Patrum ut Tom. 12. edit. Lugd. pag. 206.

8) Sermo *de Hypapante Domini*, è MS. Mediceo versus & Latine editus à Bollando in Actis Sanctor. Tom. 1. Februarii pag. 274. seq.

9) *In SS. quadraginta duos Martyres* Amorienses, Latine in Bibl. Concionatoria Combefisii. Incipit : ἐπὶ τὰ μαρτυρικὰ ἔπαθλα.

10) *Encomium SS. Cyri & Johannis.* Citat Joannes Damascenus l. 3. de imaginibus T. 1. edit. novæ p 387. & septima Synodus Actione IV. ubi fragmenta duo exinde afferuntur T. 3. Binii, p. 561. seq. Edere promisit integrum Græce & Latine Papebrochius ad XI. Martii Tom. 2. p. 67. Laudat Allatius contra Creyghtonum pag. 517. seq. Incipit : ἄλλοι μὲν ἄλλως τοὺς ἁγίους τιμήτωσαν.

11) *Vita S. Mariæ Ægyptiacæ* Latine ex Pauli Diaconi Neapolitani versione, apud Surium ad 2. April. & Græce in Actis Sanctor. ad calcem Tom. 1. Aprilis pag. XIII. licet Sophronium auctorem esse negat Papebrochius Tom. 1. April. pag. 69. Græce tamen sub Sophronii nomine exstat MS. in Bibl. Cæsarea. Vide Lambecium IV. pag. 128. & V. pag. 27. lib. VIII.

pag.

pag. 231. Etiam in Bibl. Coisliniana p. 126. Incipit : μυστήριον βατιλέως κρύπτειν καλόν. Citatur & à Damaſceno 3. de imag. pag. 388.

12) *SS. Archangelorum & Angelorum Encomium.* Exſtat Latine in Bibliothecis Patrum ut Tom. 12. edit. Lugd. pag. 209.

13) *In exaltationem venerandæ Crucis, & in ſanctam ἀνάϛασιν.* Sermo Græce & Latine editus à Jacobo Gretſero Tom. 2. de Cruce pag. 88. Hinc Latine in Bibl. Patrum Tom. 12. edit. Lugd. pag. 212. Incipit : ϛαυρῷ πανήγυρις, καὶ τίς ὁ σκιρτήσει; Verterat & ante Gretſerum Achilles Statius.

14) *In adorationem S. Crucis & de jejunio*, Latine ab eodem Gretſero pag. 283. edit. primæ & in Bibl. Patrum Tom. 12. edit. Lugd. pag. 213. Incipit: καὶ οἱ ἰατροὶ μέν. Vertit Godfridus Tilmannus.

15) *Carmen Anacreonticum de Simeone ſene, CHriſtum ſuſcipiente*, qvod melle ipſo, ut ait, ſuavius Græce edidit Allatius in diatriba de Simeonibus pag. 5. ſeq. Incipit: ἀπὸ βηθλεὲμ παρέλθω.

16) *Epiſtola Synodica ad Sergium Patriarcham CPol.* qvæ incipit βαβαὶ, βαβαὶ μακάριοι, atqve exſtat Latine (non integra qvidem) apud Baronium Tom. VIII. ad A. 633. n. 8. ſeq. ubi teſtatur in Codice alio Græco non ad Sergium ſed ad Honorium Papam inſcribi. Græce & Latine integra in Actis ſextæ Synodi, habitæ adverſus Monothelitarum hæreſin CPoli A. C. 680. Actione X. Tom. 3. edit. Binianæ pag. 113-132. In hac Synodica legitur prolixa illa enumeratio hæreticorum, qvam dedi volumine ſuperiore pag. 483. ſeq.

17) In Actis Synodi ſeptimæ ſive Nicænæ ſecundæ (A. C. 787. celebratæ) aliqvoties laudatur Sophronius, afferunturqve loca ſub illius nomine ἐκ τῦ λειμωναρίυ. Vide Tom. 3. edit. Binianæ pag. 562. 613. 614. & 615. Etiam apud Jo. Damaſcenum lib. 1. de imaginibus Tom. 1. pag. 328. edit. novæ & lib. 2. pag. 344. Et Sophronio tribuit Nicephorus lib. VIII. Hiſt. cap. 41. At conſtat auctorem λειμωναρίυ ſive *prati ſpiritalis*, qvo vita & dicta ſolitariorum deſcribuntur, non eſſe

Sophronium, ſed Sophronii amicum *Joannem Moſchum*, * qvi opus illud Sophronio dedicavit, qvemqve in præf. ἱερὸν καὶ πιστὸν τέκνον, alibi ut cap 92. 102. 135. fratrem vocat. Meminit & Sophronii cap. 21. 69. 110. 111. 113. 157. 162. & 77. ubi nomen auctor ipſe ſuum ponit: *dixit mihi Sophronius: Vere, Abba JOANNES, hodie nihil ultra ſtudeamus.* Et Stephanum Sophiſtam ſe cum illo refert freqventaſſe. Sophronium etiam ipſum Sophiſtam appellat cap. 92. Abbatem vero cap. 102. Non diffitetur hic ſcriptor, qvi κανονάρχης inter Monachos fuit (cap. 50.) & temporibus Tiberii II. Imp. Oaſin Ægyptii petiit, (c. 112.) præ manibus ſe habuiſſe Vitas Patrum & ſententias ante ipſum neſcio qvibus auctoribus deſcriptas cap. 212. & βιβλίον γερονλικὸν ** cujus meminit p. 50. Ex his credibile eſt fabulas qvas non paucas habet, eum bona fide transcripſiſſe. Palladii Abbatis, velut æqvalis ſui meminit cap. 176. paſſimqve invehitur in hæreſin Severi Acephali. Cum Italice modo typis excuſum exſtaret hoc opus, Latine ex *Ambroſii Camaldulenſis* verſione primus edidit *Aloyſius Lipomannus* Venet. 1558. 4. Deinde poſt editionem Colonienſem, 1583. (& Bigneanam in Bibliotheca Patrum Pariſ. 1575. T. 2. & 1589. T. 7.) *Heribertus Roſweydus*, in Vitis Patrum Antvverp. 1617. 1628. fol. libro decimo, additis etiam brevibus notis. Aliam *Paſchaſii Auriaci*, Ordinis Minorum Inſulani verſionem, dubito an editam, memorat Poſſevinus Tom. 2. apparatus ſacri pag. 426. Hinc Græce & Latine in Auctario Bibl. Patrum edidit Fronto Ducæus T. 2. p. 1057. Pariſ. 1624. fol. Lacunas ex Codice 2466. Bibl. Regiæ Pariſ. & tribus Bibl. Colbertinæ ſupplevit, multaqve emendavit *Cotelerius* T. 2. monument. Eccleſiæ Græcæ, Pariſ. 1681. 4. pag. 341-456. Extat & Latine in Bibl. Patrum Pariſ. 1654. Tom. 13.

18) Acta

* Τῦ Μόσχȣ, Vide Photium Cod. 199. & Heriberti Roſweidi prolegomena ad Vitas Patrum pag. 20 ſeq. Pro *Johanne Evirato*, ut habet Lipomanni editio, Græcus Codex qvem Cotelerius inſpexit, habet Ἰωάννȣ τῦ Ἐνκρατά, *Joannis Encrata*. Tom. 2. monument. pag. 341. 655. Lambecium VIII. pag. 399.

** Nonnulli hoc Johannis Moſchi λειμωνάριον appellant νέον πατερικόν, alii νέον παράδεισον, reſpectu vetuſtioris λειμωναρίȣ nempe, de qvo Photius Cod. 198.

18) Acta S. Anastasii Persæ Sophronium auctorem habere conjicit Baronius ad A. C. 627. num. 1.

Alius Sophronius Patriarcha Hierosol. junior, sæculo XVI. cujus Epistola ad Manuelem Ducem exstat Græce & Latine in Turco-Græcia Martini Crusii libro IV. pag. 296.

CAPUT XXII.

DE PAPPO & THEONE Alexandrinis, Theonisqve filia HYPATIA, & Hypatiæ discipulo SYNESIO Episcopo.

Pappi Alexandrini ætas & scripta. 1. *De editis libris ejus μαθηματικῶν συναγωγῶν.* 2. *Index scriptorum in illis allegatorum.* 3. *Commentarius in Ptolemæi magnam syntaxin.* 4. *Alii Pappi.* 5. *De Theone Alex.* 6. *Ejus scripta deperdita.* 7. *Commentarii qui extant in Euclidem, Aratum, Ptolemæum.* 8. *Index scriptorum in magna Ptolemæi Syntaxi & Græcis ad eam Commentariis allegatorum.* 9. *De Hypatia.* 10. *Ejusque discipulo Synesio.* 11. *Scripta Synesii edita.* 12. *Index eorum ad quos Epistolas scripsit.* 13. *Synesii editiones.* 14. *Scripta deperdita.* 15. *Alii Synesii.* 16. *Epistola ad Dioscorum Serapidis sacerdotem de magna arte, Græce & Latine.* 17.

I.

PAPPUS Alexandrinus Philosophus, Theodosii magni temporibus vixisse à Svida * traditur, qvi imperio præfuit ab A.C. 379. ad 395. Rei Mathematicæ insigniter studiosum ac peritum scripta ipsius qvæ exstant testantur: plura autem alia scripserat qvæ interciderunt, ut χωρογραφίαν οἰκουμενικὴν, *Universalem Chorographiam*, sive *descriptionem locorum per totum orbem*: Ποταμοὺς τοὺς ἐν Λιβύῃ, *de fluviis Africæ.* Ὀνειροκριτικά. *Somniorum interpretationes.* Meminit idem Svidas. Citatur Pappus à Marino Procli di-

* Svid. in Θέων & Πάππος.

discipulo in προθεωρία ad data Euclidis, qvi respicit ad illius opus μαθηματικῶν συναγωγῶν, sive *Mathematicarum collectionum libros*, qvi à medio libri secundi usqve ad octavi finem Græce fuere in Bibl. Isaaci Vossii, atqve in Bodlejana inter libros Savilianos aliisqve in Bibliothecis reperiuntur.

II. Græce nihil adhuc ex his lucem adspexit, nisi *aliquot lemmata libri septimi*, qvæ cum versione sua produxit *Marcus Meibomius* dialogo de proportionibus edito Hafniæ 1655. fol. pag. 154. & 156. atqve *libri secundi propositio XV. usque ad XXVII.* sive extremam, qvæ methodum multiplicandi majores numeros continent, & ex Codice Saviliano cum versione & notis *Joh. Wallisii* prodierunt ad Aristarchi Samii calcem Oxon. 1688. 8. & in tomo tertio operum laudati Wallisii, Oxon. 1699. fol. pag. 597-614. *Pars præfationis ad librum* VII. Hermodoro filio inscriptum, in qva de veterum Analysi geometrica tractat & Euclidis Data describit eorumqve usum indicat, Græce cum Commandini versione legitur in prolegomenis *Davidis Gregorii* ad luculentam illam Euclidis editionem Oxon. 1703. fol. Deniq; *Præfatio integra libri VII.* in qva argumenta librorum duorum Apollonii Pergæi περὶ λόγε ἀποτομῆς, totidem περὶ χωρίε ἀποτομῆς, 2. περὶ διωρισμένης τομῆς, 2. περὶ ἐπαφῶν, & Euclidis 3. librorum πορισμάτων, Apollonii τόπων ἐπιπέδων 2, & 2. νεύσεων atqve Conicorum 8. nec non *lemmata librorum* περὶ λόγε καὶ χωρίε ἀποτομῆς, Græce & latine edita ab *Edmundo Halley* ante Apollonii Pergæi libros duos de sectione rationis ex Arabico versos, qvibus totidem de sectione spatii ex ingenio suo restitutos subjunxit. Oxon. 1706. 8. *Liber tertius, quartus, quintus, sextus, septimus & octavus* Latine tantum hactenus viderunt lucem ex versione *Federici Commandini* Urbinatis qvi commentarios etiam addidit. Pisauri 1588. Venet. 1589. atqve iterum Pisauri 1602. fol. Sed præstantissima editio est qvam Carolus Manolessius paravit Bononiæ 1660. fol. cujus hæc sunt verba:

Fidem meam dudum in Galilæi operibus tibi oppignoratam ut liberare incipiam, Pappi Mathematicas profero Collectiones, in quibus emaculandis qualem, quantamve insumpserim operam facile tibi periculum prioris illius cum mea hac editione facienti innotescet. Usus siquidem labore, & judicio Virorum tum Græcæ linguæ, tum Mathematicarum, quos Studiorum Mater Bononia educat, peritiorum effeci ut detersæ sint mendæ prope innumeræ, quibus Græcus undiq; scatebat contextus, & (quod caput est) restituti litterarum Characteres in figuris quamplurimis

rimis perperam dispositis, qui quantum operi adderent difficultatis nemo alius demonstrationum, nuperrimè licet, initiatus est qui nesciat. Latina quoque seu Versio, seu Commentatio diligentissima interpunctione quantum fieri potuit ab amphibologico sensu est vindicata; adeo ut emaculatiorem, aut diligentiorem editionem nullam fieri posse hac nostra existimem. Sed id anteanium esto. Jam tum menti obversantur Apollonii Conica, Archimedis Opera, ut Trigonum priscorum summorum in Matheſi Virorum perficiam. Hisce addam Neotericos primæ notæ Auctores, Guidonem Ubaldum è Marchionibus Montis, Federicum Commandinum, Lucam Valerium, Bonaventuram Cavalerium, Benedictum Castellum, quorum Opera vel cœpere formis nostris iterum vivere, vel partum secundum iisdem ab Typis præstolantur.

Jam olim *Johannes Baptista Raymundus* ad Paulum V. Pontificem scripsit in præfat. ad librum Tasriph * sive Grammaticam Arabicam, Romo 1610. 4. *Apparabam etiam è longa nocte, in qua sepulti jacent, in aspectum lucemque proferre libros omnes quos Pappus Alexandrinus ad certam & evidentem rerum Mathematicarum scientiam, quam resolutivam vocant, comprehendendam necessarios testatur.*

Contractam Pappi collectionem exhibet *Marinus Mersennus* in synopsi Mathematica Paris. 1644. 4. sed illis tantum propositionibus allatis, qvæ absqve schematibus possunt intelligi, testatus Græcum Codicem Pappi extitisse in Bibliotheca Lescuierii Senatoris.

Johannem Gallæsium novissime Pappi editionem molitum, didici è Memoriis literariis Trevoltinis A. 1707. Augusto p. 1431.

Claudius etiam Nicasius pag. 8. diss. Gallice editæ de forma ac figura sirenum Paris. 1691. 4. testatus est *Jo. Baptistam Lantinum* parare editionem Græcolatinam Pappi Alexandrini de numeris, atqve Arithmeticæ Nicomachi Geraseni. Illa Pappi de numeris non alia mihi videntur, qvam qvæ Clariss. Wallisio nos debere jam monui. Nonnulla Pappi attigit vertitqve & illustravit ante Commandinum *Bartolomæus Zambertus & Franciscus Maurolycus.* Vide Gesneri Bibl. in Maurolyco.

Pluresne libros hocce συναγωγῶν opus complexum fuerit, qvam octo, haud constat, nam in præfat. ubi duodecimum librum allegare videtur pag. 252. incertum est propter luxata latinæ versionis verba, an alterius potius scriptoris (Euclidis fortasse) librum duo-

* Vide Tentzelium in dialogis mensiruis Anni 1692. pag. 169.

duodecimum Elementorum intelligat. Cæterum profitetur ſe Pappus omnia ſcripta neceſſaria ad univerſam Matheſeos cognitionem hoc opere voluiſſe complecti, ne qvicqvam opus eſſet extrinſecus inqvirere ut ait libro VIII. p. 481. licet in libros magna ex parte depravatos, & principio ac fine carentes incidiſſe ſe qveritur pag. 482. Libros duos primores Arithmeticis impendit, atqve in illis expoſuit qvæ de numerorum diſciplina tradidere Euclides, Archimedes, Nicomachus aliiq;: libro tertio, qvarto, qvinto Geometrica tractat ex Euclide & Archimede. Sextus Sphærica ex Theodoſio potiſſimum perſeqvitur: Septimo Euclidis data, ac poriſmata, variaqve ſcipta Apollonii Pergæi. Octavo Mechanica ex Herone & aliis. Sed ut qvos auctores ſecutus Pappus ſit, eo liqvidius conſtet, ecce tibi ſcriptorum indicem qvorum ille mentionem facit.

III. Index ſcriptorum in Pappi Mathematica collectione laudatorum

compoſitus a me ad paginas editionis Bononienſis.

Apollonius Euclide poſterior. 250. Pergæus 481. 240. Κωνικῶν libri octo 241. 389. 249. 250. 252. lib. I. 389. ſeq. lib. II. 395. III. (& IV.) 399. V. 95. 405. VI. 415. VII. & VIII. 427. ἐπαφῶν libri duo 243. 345. 328. ratio duas proportionales inveniendi pag. 7. per Conicas ſectiones. διωρισμένης τομῆς libri duo. 243. 263. 281. 305. τόπων ἐπιπέδων libri duo 241. 247. 438. νεύσεων libri duo 241. 305. 313. 328. 249. χωρὶς ἀποτομῆς libri duo 241. 242. 263. λόγου ἀποτομῆς libri duo. 241. 242. 262. ſq.

Archimedes de Helice. 82. 95. 111. de dimenſione circuli. 90. 478. 116. 117. de ſphæra & cylindro 116. 131. 133. 134. 145. 147. 154. Corpora Mathematica polygona tredecim. 129. Ὀχήματα. 448. In Mechanicis nihil ſcripſit præter librum de ſphæropœia, licet ſummus Mechanicus: ſed alia Geometrica compoſuit qvam plurima 448. liber de æqviponderantibus 450. qvadrageſimum inventum mechanicum, da mihi locum extra terram & movebo terram. 460. Ejus περὶ ζυγῶν. 461.

Ari-

Ariſtæus ſenior. 240. Euclide antiqvior. 251. ratio duas proportionales inveniendi pag. 7. per locos ſolidos. Τόπων στερεῶν Conicis cohærentium libri qvinqve 241. 249. 250.
Ariſtarchus libro de magnitudinibus Solis & Lunæ. 211.
Autolycus. 200. 201. libro de ſphæra mota. 231.
Carpus Antiochenſis (de Archimede) 448.
Charmander libro tertio. 247.
Conon Hamius (leg. Samius) Geometra, de Helice. 82.
Cratiſtum alloqvitur Pappus, cui libros ſuos inſcripſit. 1. niſi ſit encomium Viri, cujus nomen excidit.
Demetrius Alex. in γραμμικαῖς ἐπιδόσεσι. 95.
Dinoſtrati qvadratura circuli. 88.
Eratoſthenis meſolabus. 7. 8. περὶ μεσοτήτων libri duo. 241. 247.
Erycemi paradoxa 27.
Euclides. 250. 130. ὁ στοιχειωτής. 240. Alexandriæ docuit, mitiſſimi ingenii. 241. liber XIII. elementorum. 166. Phænomena 181. 214. 228. 238. πορισμάτων libri tres. 241. 244-247. 354. ſeq. τόπων πρὸς ἐπιφάνειαν libri duo. 241. data 241. ſeq. libri qvatuor Conicorum 249 251.
Gemini Mathematici liber de diſciplinarum Mathematicarum ordine. 448. (juniores 19.
Qvi magnus Geometra videbatur 1. antiqvi Geometræ. 7. 95. 312.
Heracliti problema. 311.
Hermodorum filium alloqvitur eiq; dicat librum VII. 447. & VIII. 447
Heronis Mechanica & Catapultica. 7. Hero mechanicus. 447. Ejus πνευματικά, αὐτόματα, ζύγια, ὑδρεῖα, 448.
Hero Alexandrinus in libro qvi inſcribitur βαρουλκῶ 460. Mechanica ibid. & 450. 461. 481. 482. liber tertius 488. liber περὶ τροχιλιῶν. 460.
Hieronymus Philoſophus 2.
Hipparchus. 211. libro de duodecim ſignorum adſcenſione. 228. de circuli qvadratura. 88.
Libri qvidam (Geometrici) 71.
Nicomachus Pythagoreus de medietatibus decem proportionum (è libro 2. Arithmet.) 19.
Nicomedis ratio duas proportionales lineas inveniendi. 7. per lineam Conchoidem. Ejusdem duplicatio Cubi 86. 87. qvadratura circuli 88. ap-

Pappus libros XII. ſcripſiſſe videtur 252. commentar. in primum Mathematicorum (Ptolemæi) 478. omnia ſcripta neceſſaria ad Matheſeos cognitionem ſuo opere complecti voluit, neqvicqvam neceſſe ſit extrinſecus inqvirere ut ait 481. in libros magna ex parte depravatos & principio ac fine carentes incidiſſe ſe qveritur 482. Commentarius Pappi ad data allegatur à Marino ſub extremum προθεωρίας ſuæ ad eundem datorum Euclidis librum. Allegatur Pappus etiam ab Eutocio ad Archimed. de dimenſione circuli p. 49. & ad lib. 2. de ſphæra ac cylindro p. 28.

Pericles. 242.

Philonis Mechanica 7. 461. 482.

Philo Tyaneus. 95.

divinisſimus Plato 20. 129. idem reſpicitur ibidem, ubi ait Philoſophus tradere qvod Deus ſphæricam figuram mundo indidit.

Ptolemæus 211. 238. (reſpicitur magna Syntaxis) Mechanica. 449. liber primus Mathematicorum. 459. in illum commentarius. 478.

Sphæropœiæ qvibus imago cœli conſtruitur per æqvalem & circularem aqvæ motum. 448.

Theodoſius 184. 203. Sphærica 236. primus Sphæricorum 157. ſecundus 233. tertius Sphæricorum 181. 183. liber de diebus & noctibus. 181.

IV. Svidas ſcriptum reliqvit, à Pappo compoſitum eſſe ὑπόμνημα εἰς τὰ τέσσαρα βιβλία τῆς Πτολεμαίου * μεγάλης συντάξεως. *Commentarium in libros qvatuor magnæ ſyntaxeos Claudii Ptolemæi.* Sed hodie ſub Pappi nomine habemus tantummodo *commentarium in libri qvinti partem*, pag. 231-236. edit. Græcæ Ptolemæi Baſil. 1538. Deinde ſeqvitur: λείπει τὰ Πάππου. Hinc iterum pag. 245. ſeq. τὸ δὲ ἑξῆς τοῦ Πάππου. Atqve hinc *Theonis* Alexandrini commentarii in qvintum & cæteros Ptolemæi libros ſuccedunt pag. 237. τοῦ Θέωνος εἰς τὸ λεῖπον τοῦ Πάππου. In primum vero ac ſecundum librum qvemadmodum in qvartum qvoqve, commentarius eidem Theoni tribuitur: in tertium autem *Nicolao Cabaſitæ*. Τοῦ Θέωνος τὸ τρίτον λείπει, καὶ ἁδὲ εὑρίσκεται τὸ σύνολον. Si MSti Codices ſuffragarentur, etiam commentarium in primum, † ſecundum & qvartum librum

* Confer Gaſſendum Tom. 5. Opp. pag. 381.

† Commentarius in primum librum Theoni diſerte tribuitu Cabaſila ad librum 3. pag. 151. & à Theone ipſo agnoſcitur p. 316. Sic & in cæteros libros.

librum Pappo libenter tribuerem, ut Pappus libros qvatuor primores (ex qvibus perditus sit tertius) illustraverit, & qvinto fuerit immortuus, Theo autem deinde reliqva suppleverit, totumqve opus recensuerit. De Theone Pappi æqvali statim infra hoc capite sum dicturus: de Nicolao Cabasila Archiepiscopo Thessalonicensi qvi circa A C. 1350. claruit, ejusqve scriptis adire juvabit Leonem Allatium libro de Nilis p. 72. seq. edit. à me curatæ, & Bernhardum de Montfaucon, V. C. qvi plura ejus inedita commemorat in Bibliotheca Coisliniana pag. 426. seq. Theonis & Pappi commentarios ad magnam Syntaxin laudavit etiam Eutocius qvi Justiniani Imp. temporibus vixit, ad librum Archimedis de Circuli dimensione pag. 49. ἴδρηται δὲ Πάππῳ καὶ Θέωνι καὶ ἑτέροις πλείοσιν ἐξηγημένοις τὴν μεγάλην σύνταξιν τῦ Κλαυδίυ. Facit iterum utriusqve mentionem ad librum de sphæra ac Cylindro pag. 28. ὡς ἔστιν εὑρεῖν ἐντυγχάνοντας Πάππῳ τε καὶ Θέωνι καὶ Ἀρκαδίῳ ἐν πολλοῖς συντάγμασι οὐκ ἀποδεικτικῶς ἀλλ' ἐπαγωγῇ τὸ λεγόμενον παρεισῶσιν.

V. *Alii Pappi.*

In memoriam mihi revocat hic Pappus, Theologum Ec[illegible]sia nostræ hoc nomine *Johannem Pappum*, Hieronymi Pappi Consulis Tridavienſis F. virum singularis memoriæ vi admirandum, & doctrina ac Zelo laudatissimum, qvi diem obiit Argentarati A. C. 1610 De ejus scriptis ac vita laudibusq; consuli possunt D. Jo. Conr. Dannhauerus in Homiliis Academicis T. 2. p. 701. seq. B. Jo. Fechtius in apparatu ad Epistolas Marbachianas pag. 135. seq. & in Historia Colloqvii Emmendingensis qvod A. 1590. habitum est, capite 8. Matthias Berneggerus in decade Oratt. pag. 53. seq. Georgius Serpilius in Epitaphiis Theologorum Svevicorum pag. 115. Reinhardus Henricus Rollius in Bibliotheca nobilium Theologorum p. 187. seq. & 510. & Joh. Balthasar Niehenck in Theologo Lutherano fama & vita nobili pag. 50. qvi de Pappo hoc dicturus, dubium relinqvit utrum ille inter majores suos computare potuerit, qvorum millenis alter, alter bis millenis fere annis illum antecessit, Pappum nostrum Alexandrinum,

an Pappum Hiſtoricum cujus mentionem injicit Plutarchus * in Demoſthenis vita, an juniorem multis luſtris Leonhardum Pappum Epiſcopum Conſtantienſem, qvi Leopoldi glorioſæ memoriæ Imp. ad Helvetios Legatus fuit A. C. 1674. Fuit & Pappus in Armenia Epiſcopus, qvi Concilio Gangrenſi adverſum Euſtathium Sebaſtenum interfuit, non diu poſt primam Synodum Nicænam.

VI. Pappi Alexandrini æqvalis, teſte Svida, atqve adeo Theodoſii Magni ætate clarus fuit THEO Alexandrinus, in Muſeo, a) ſive præclaro eruditorum Virorum contubernio qvod Alexandriæ in Bruchio à Ptolemæi Philadelphi temporibus b) floruit, ſodalis, à Theone Mathematico c) qvi Hadriani tempore obſervationes d) Aſtronomicas ſuſcepit, qvemqve ipſe Θέωνα παλαιὸν appellat, diſtinguendus, licet & ipſe Mathematicus. Pater *Hypatiæ*, e) doctiſſimæ & Mathematicarum etiam diſciplinarum peritiſſimæ fœminæ. Ipſe meminit diligentiſſime obſervatæ à ſe

* Pag. 860. Πάππ@ τις ἕ τὴν ἱςορίαν Ἑρμιππ@ ἀνείληφε. Obiter notare licet qvod apud Pollucem IV. 19. inter perſonas Comicas refertur Πάππ@, de qvo Caſaubonus lib. 1. de Satyrica poëſi cap. 4. & Meurſius parte 2. Exerc. Critic. c. 12. Hic apud Iſidorum legit *Pappus* in gloſſar. pro *Pappas*, *padagogus qui ſequitur ſtudentes*. Sed *Pappas* habent etiam Juvenalis Codices VI. 633.

a) Svidas: Θέων ὁ ἐκ τῆ Μυσείκ, Ἀιγύπτι@ φιλόσοφ@, σύγχρον@ δὲ Πάππω τῶ φιλοσόφω αὐτῶ Ἀλεξανδρεῖ. Ἐτύγχανον δὲ ἀμφότεροι ἐπὶ Θεοδοσίκ βασιλέως τῆ πρεσβυτέρ.

b) Vide Jo. Frid. Gronovii & Ludolphi Kuſteri diatribas de Muſeo Alexandrino, Tomo VIII. theſauri Antiqv. Græcar. & D. Adami Rechenbergii diſſertationem excuſam Lipſiæ A. 1709. aliosqve laudatos à me III. 19. pag. 487. & IV. 30. p. 369.

c) De illo dixi libri 3. cap. 5. qvemadmodum de aliis Theonibus lib. 4. cap 31. Jam lubet annotare falli Jac. Gothofredum qvi pag. 337. ſeq. ad Philoſtorgium, eundem cum noſtro Hypatiæ parente putat eſſe Theonem cujus Eunapius in vita Jonici meminit. At illum Eunapius ait claruiſſe ἐν Γαλατίᾳ, (hoc eſt in Galatia, non ut Hadr. Junius in Gallia) cum noſter Alexandriæ perpetuo vixerit. Ille Medicus fuit: fortaſſe Archiater illie Theo, cujus liber ἀνδρωπ@ inſcriptus memoratur à Photio Cod. 220. At noſter Philoſophus ac Mathematicus.

d) Theo in lib. X. pag. 395. μίαν μὲν ὑπὸ Θέων@ παλαιᾶ μαθηματικᾶ γεγενημένην, ὃς ὑπὸ Ἁδριανᾶ ἐποιεῖτο τὰς τηρήσεις.

e) de ea infra hoc capite.

à se Eclipseos solaris f) Alexandriæ sub meridiem diei XXII. mensis Payni (secundum alios Ægyptios Thoth) Anno Nabonassari 1112. hoc est CHristi 365. Tum Eclipseos Lunaris g) eodem Anno 1112. Nabonassari sive anno Diocletiani 81. die prima mensis Athyr, ut Alexandrini tempora computabant, secundum alios vero Ægyptios mensis Phamenoth. Nec non συνοδικῆς συζυγίας eodem anno 1112. Nabonassari. h)

VII. Deperdita Theonis scripta hæc à Suida memorantur:

Μαθηματικά, *Mathematica*, nisi commentarios qvos habemus in Ptolemæi magnam syntaxin intelligit, hanc enim in limine proœmii μαθηματικὴν σύνταξιν Theo appellat.

Ἀριθμητικά. *Arithmetica.*

Περὶ σημείων καὶ σκοπῆς ὀρνέων, καὶ τῆς τῶν κορακων Φωνῆς. *De auspiciis & voce corvorum.*

Περὶ τῆς τοῦ κυνὸς ἐπιτολῆς. *De Ortu caniculæ.*

Περὶ τῆς τοῦ Νείλου ἀναβάσεως. *De Nili adscensu* sive incremento.

Εἰς τὸν μικρὸν Ἀστρολόγον ὑπόμνημα *in parvum astrologum commentarius*, ita enim legendum mihi videtur pro: εἰς τὸν μικρὸν ἀστρολάβον, *in parvum astrolabium.* Nam post μέγαν ἀστρολόγον sive magnam Syntaxin Ptolemæi habebant libellos Theodosii Tripolitæ, Avtolyci, Aristarchi, Hypsiclis ac Menelai, qvos cum Datis Euclidis in unum volumen compingebant, & μικρὸν ἀστρολόγον appellabant, ut notavi lib. 3. cap. 5. §. 12.

VIII. Scripta quæ exstant.

Exstant hodie Theonis illius 1. ἔκδοσις *ac recensio elementorum Euclidis*, de qva dixi lib. 3. capite 14. §. 2.

f) In librum VI. pag. 332. κατ' Αἰγυπτίους τῷ αριβ ἔτει ἀπὸ Ναβοναζάρ βασιλείας μετὰ β, ς', γ'', ὥρας ἰσημερινὰς, τῆς ἐν τῇ κδ' τοῦ Θὼθ μεσημβρίας, κατὰ δὲ Ἀλεξανδρέας πρὸς τὰ καιρικὰ καὶ ἁπλῶς λαμβανόμενα νυχθημέρα, αριβ τῆς αὐτῆς βασιλείας μετὰ τὰς ἴσας ἀπὸ μεσημβρίας ὥρας ἰσημερινὰς β', ς', γ'', τῆς ἐν τῇ κβ' τοῦ παῦνι μεσημβρίας.

g) Id. pag. 284. Scaliger de emendat. temp. V. pag. 496.

h) Theo in lib. 6. pag. 277.

2. *Fragmenta commentarii in Ptolemæi* πρόχειρον κανόνα, *Canonem expeditum* sive succinctam recensionem Chronologicam Regum à Nabonassaro ad Antoninum Pium, de qva lib 4. cap. 14. §. 6. Hujus commentarii Theonis meminit Svidas, ex qvo tunc inedito nonnulla attulit Jac. Golius ad Alfraganum pag. 17. seq. & 46. alibi p. 59. testatus ab Arabibus qvibusdam, ut Kauxiano Gilæo pro Canonis ipsius auctore Theonem haberi, perperam sane: unde & Alfraganus tabulas illas sive Canonem non sub Theonis sed Ptolemæi recte laudat nomine. Theonis Commentarius in Canones Ptolemæi ad *Epiphanium* filium (eundem cui commentarios in Magnam Syntaxin dicavit) MStus exstat in Bibl. Laurentiana Florentiæ, in Codice Sæculi XIV. Fragmenta qvæ dixi ex Codicibus Vossianis Græce & Latine edidit Henr. Dodvvellus ad Calcem Dissertationum Cyprianicarum, Oxon. 1684. 8. qvæ deinde subjunctæ S. Cypriano Joh. Felli, Episcopi Oxonienses curis recensito, Oxon. 1685. fol. Brem. 1690. fol. & Amstelod. 1700. fol.

3. *Scholia in Aratum* huic Theoni tribuunt Jo. Baptista Ricciolus in Almagesto, Ludolphus Kusterus ad Svidam, aliiqve viri docti, licet qvalia hodie exstant, ex aliorum etiam scholiis interpolata esse jam notare me memini lib. 3. cap. 18. §. 4.

4. *Commentarius in magnam Ptolemæi Syntaxin.* Opus ipsum Ptolemæi (de qvo lib. 4. cap. 14. à me dictum fuit) tredecim libris constat, sed ὑπομνήματα qvæ Græce cum præfat. Joachimi Camerarii ad Senatum Noribergensem ex Codice Cardinalis Bessarionis ad calcem magnæ syntaxeos prodiere Basil. 1538. fol. non in omnes libros, nec Theonis omnia sunt, ut supra in Pappo jam attigi. In proœmio *Epiphanium* filium Theo alloqvitur, in cujus gratiam etiam commentarios in Canones προχείρους adornavit: συνεχέστερον προτρεπόμενός με παρὰ τῶν ἀκροατῶν, τέκνον Ἐπιφάνιε, ὑπαγορεύειν εἰς τὰ ἑκάστῳ δοκοῦντα δυσχερῆ τῆς Πτολεμαίου μαθηματικῆς συντάξεως, καλῶς ἔχειν ἡγησάμην, τὸν ὑπομνηματισμὸν τούτης ποιήσασθαι &c. Theonis exstant commentaria in librum *primum*, *secundum*, *quartum*, in majorem partem *quinti*, in *sextum*, *septimum*, (in cujus exordio iterum filium *Epiphanium* alloqvitur) *octavum*, *nonum*, *decimum*, in *decimum tertium*. Commentarius in librum tertium est *Nicolai Cabasilæ*, in qvinti initium & partem *Pappo* debetur: at in decimi extremam partem, undecimum integrum & duodecimi priorem partem majorem desideratur. Latine

qvi

qvi verteret hos commentarios, repertus fuit ante centum amplius annos *Joh. Baptista Theophilus*, Urbinas, cujus interpretationem MS à Viviano traditam sibi, ut Regis Christianissimi Bibliothecæ inferretur, narrat Joannes Mabillonius in itinere Italico pag. 193. At Gerh. Jo. Vossius de scientiis Mathematicis pag. 165. testatur librum primum commentariorum Theonis editum esse Neapoli A. 1605. ex versione latina *Johannis Baptistæ* Neapolitani.

IX. *Indiculus scriptorum in Ptolemæi magnæ Syntaxi & Græcis ad eam Commentariis laudatorum.*

concinnatus à me ad editionem Græcam Basileensem.

Ptol. paginas magnæ Syntaxeos, *Th.* Commentariorum Græcorum denotat.

AGrippa qvi in Bithynia observationes Avtronomicas instituit Anno XII. Domitiani (Nabonassari DCCCXL.) Ptol. pag. 171.

Eclipses Alexandriæ observatæ anno LII. & LV. periodi secundæ Calippicæ. Ptol. pag. 106. alia Anno VII. Philometoris (Nabonassari DLXXIV.) 142.

Annus Ægyptiacus, 365. *dierum*. Th. pag. 275.

Apollonius Pergæus. Ptol. 280.

Archimedes. Ἀλλ' ἐπὶ μὲν τῶν τροπῶν οὐκ ἀπελπίζω καὶ ἡμᾶς ἢ τὸν Ἀρχιμήδη ἢ ἐν τῇ τηρήσει καὶ ἐν τῷ συλλογισμῷ διαμαρτάνειν καὶ ἕως τεταρτημορίου ἡμέρας. Hipparchus apud Ptol. pag. 60.

Ejus de dimensione Circuli respicit Ptol. pag. 151. ἐν τοῖς περὶ κατοπτρικῶν. Th. pag. 10. ἐν τῷ περὶ σφαίρας καὶ κυλίνδρου. Th. p. 17. 23. Κύκλου μέτρησις. Th. pag. 23. 316.

Architectorum perpendiculum ad rectitudinem observandam. Th. pag. 30.

Aristarchus Th. 199. Metone & Euctemone junior: ab eo observata solstitia. Ptol. pag. 62. Th. pag. 139. anno L. periodi primæ Calippicæ Ptol. pag. 63. Th. pag. 140.

Aristoteles. Ptol. pag. 1. Th. p. 30.

Aristylli & Timocharidis obſervationibus ἀναγεγραμμέναις de ſtellis fixis, uſus Hipparchus. Ptol. pag. 164. 168. 169.

Autolycus reſpicitur, ὡς ἐδείχθη ἐν τῷ περὶ κινουμένης σφαίρας Th. pag. 86.

Babylone obſervatarum antiqvitus trium eclipſium notitiam habuit Ptolemæus, qvarum prima contigit anno primo, ſecunda & tertia anno ſecundo Mardocempadi. Ptol. pag. 95. 102. 156. Th. pag. 220. Hæ ſunt αἱ παλαιαὶ ἐκλείψεις. Ptol. pag. 100. Eclipſis Babylone obſervata anno XXXI. Darii primi pag. 102. altera XX. anno Darii ejusdem qvi poſt Cambyſen regnavit. id. Eclipſes tres Babylone obſervatæ, duæ Archonte Athenis Phanoſtrato, Olymp. XCIX. 2. tertia Archonte Evandro, Olymp. XCIX. 3. Ptol. pag. 105. Eclipſis anno V. Nabopolaſſari, (Nabonaſſari CXXVII.) Ptol. pag. 125. Alia Anno VII. Cambyſis. (Nabonaſſ. CCXXV.) ibid.

Babylonicis obſervationibus uſus Hipparchus. Ptol. pag. 63.

Calippi ſententia de anni magnitudine. Ptol. pag. 63. Periodus Calippica. Vide in Alex. Ariſtarcho, Hipparcho, & Timocharide.

periodus Calippi, annorum LXXVI. prima incepit Olymp. CXII. 3. ſecunda Olymp. CXXXI. 3. tertia Olymp. CL. 3.

Chaldaicis obſervationibus uſus Hipparchus. Ptol. pag. 83. 232. 269. Th. p. 207.

In Climate Phœnicio plurimæ & fide digniores factæ obſervationes, Chaldaicæ, Græcæ, Ægyptiacæ. Ptol. pag. 321.

Dionyſius qvi ſidera contemplatus A. CCCCLXXXVI. & CCCCXC. CCCCXCI. Nabonaſſari Ptol. pag. 231. 232. Th. 385. Anno CCCCLXXVI. Nabonaſſari, poſt Alexandri M. obitum LII. p. 252. Anno LXXXIII. poſt Alexandri obitum p. 261.

Epiphanius cui Theo commentarios ſuos inſcribit. τέκνον Ἐπιφάνιε. Th. pag. 1. 353.

Eratoſthenes. Ptol. pag. 18. Th. p. 23. 60. 71.

Euclides Th. 199. τῇ ἐν τῷ δωδεκάτῳ τῶν στοιχείων ἀγωγῇ. Th. p. 13. δέδακται ἐν τῷ τεσσαρεσδεκάτῳ τῶν στοιχείων. pag. 43. ἐκ τῆς δ' θεωρήματος τῆς β' βιβλίου τῶν στοιχείων. 44. Ibidem legendum: παρὰ τῷ στοιχειωτῇ.

Ejus optica. Th. pag. 7.

ab

ab Metone & Euctemone ὁλοχερέστερον observata solstitia. Apseude Archonte (Olymp. LXXXVI. 4.) Ptol. pag. 62. Th. p. 139. Anni secundum illos magnitudo. Ptol. 63.

οἱ γνωμονικοὶ. Th. pag. 30. 88. 197.

γραμμικαὶ δείξεις. Th. p. 50. 96. 106. 250. γραμμικὴ ἔφοδοι. 109. 423. aliæ ἐκ τῶν παχυμερεστέρων ἐπιλογισμῶν. 52. ἐκ κανονογραφίας. 106. 106. 273. 352. 360. 369 425. &c.

τὸ ἀνάπτεσθαι καὶ σβέννυσθαι τὰ ἄστρα καθ' Ἡράκλειτον, ἔνιοι. Th. pag. 7.

Hero ἐν τῷ πρώτῳ τῶν ὑδρίων ὡρoσκοπίων. Th. 262.

Hipparchus Ptol. pag. 18. 72. 73. 83. 84. 85. 93. 101. 102. 105. 106. 107. 109. 117. 121. 125. 156. 157. 167. 168. 169. 211. 232. Th. 60. 132. 134. 135. 138. 139. 166. 167. 207. 210 216. 217. 220. 221. 225. 226. 228. 229. 230. 235. 258. 261. 262. 269. 353. 356. 357. ἀνὴρ φιλόπονος ὁμοῦ καὶ φιλαλήθης. Ptol. pag. 59. Th. pag. 131. φιλαληθέστατος. Ptol. p. 210. ἀνὴρ μετὰ πάσης ἀκριβείας τε καὶ φιλαληθείας προελθὼν δι' ὅλων μαθημάτων. Th. pag. 374. Chaldaicis observationibus usus. Ptol. p. 83. Babylonicis p. 102. 105. Alexandrinis pag. 106. 142. Aristylli & Timocharidis de stellis fixis. 164. 168. Observationes ipse (παρατηρηκώτατα Ptol 85. ἐπιμελέστατα Th. p. 247.) instituit anno XXXII. periodi tertiæ Calippicæ. Ptol 60. 61. 62. τὸ μέσον τῆς τρίτης κατὰ Κάλλιππον περιόδου τηρήσας. Th. 354. anno XLIII. Ptol. p. 63. anno L. in Rhodo insula. pag. 111. 167. post mortem Alexandri CXCVII. pag. 112. 113. 114. Th. p. 247. ejus φιλαλήθεια. Ptol. 61. accuratis ejus æquinoctionum observationibus usus Ptolemæus. 62. Anno XXXVII. periodi tertiæ Calippicæ (Nabonassari DCVII.) eclipsin in Rhodo insula observavit Hipparchus 142. 156. Maximum Circulum in partes 89. dividit, Ptolemæus in 360. Th. p. 167.

ἐν τῷ περὶ τῆς μεταπτώσεως τῶν τροπικῶν καὶ ἰσημερινῶν σημείων. Ptol. pag. 60. 166.

περὶ ἐνιαυσίου μεγέθους. Ptol. pag. 63. 72 167. Th. p. 140.

περὶ τῶν ἀπλανῶν ἀναγραφὴ omni studio elaboratæ. Ptol. pag. 164.

αἱ κατὰ τὸν τοῦ Ἱππάρχου τῆς σφαίρας ἀστερισμὸν διατυπώσεις. Ptol. pag 166. (Confer Sphæram qvam parare docet Ptolemæus p. 205. seq.)

ἐν τῷ

Hipparchus ἐν τῷ ἀβιβλίῳ περὶ μεγεθῶν καὶ ἀποσημάτων. Th. p. 256. περὶ ἐμβολίμων μηνῶν τε καὶ ἡμερῶν. Ptol. p. 63. Th. p. 140. ὑπὸ τὸ Ἱππάρχα τετηρημένα καὶ ἀναγεγραμμένα τῆς σελήνης πάροδοι. Ptol. p. 108.

reprehenditur. Ptol. p. 133. Th. 138. 268. 375. 376. tantum Solis & Lunæ motus attendit, qvinqve planetarum ne ſuſcepit qvidem Ptol. 210.

Inſtrumenta obſervandis ſideribus. Ptol pag. 17. (confer Proclum in ὑποτυπώσει Aſtronomicarum ὑποθέσεων.) 108. Anni ratio accurate obſervata ab Hipparcho ἐπὶ τῷ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ κειμένῳ χαλκῷ κρίκῳ. Ptol. pag. 60. Aſtrolabium Ptol p. 111. 167. 172. 211. 241. 245. 255. 260. 268. Th. 56. ſeq. & 131. ſeq. 166. 233. 361. 376. 386. ſeq. Inſtrumentum παραλλακτικὸν μοιρογνωμόνιον. Ptol. 121. 122. Th. 257. ἐξ ὑδρίας ὡροσκοπία. Th. p. 82. 196. ejus deſcriptio. 261. Obſervatio facta ab Hipparcho διὰ τῆς τετραγώνης κανόνος διόπτρας. Ptol. pag. 125.

A Mardocempadi anno ſecundo ad Hadriani XIX. ſunt anni DCCCLIV. Ptol. pag. 100. ab anno primo Nabonaſſari ad annum ſecundum Mardocempadi, anni Ægyptiaci XXIV. p. 101.

Mathematici Ptol. pag. 63. 210. 280. Th. p. 140. μαθηματικῶς, φυσικῶς &c. ἐπιβαλεῖν τῷ λόγῳ. Th. 133. οἱ πλεῖστοι τῶν παρατηρόντων τὰς ἐκλειπτικὰς σημασίας. 316.

Menelaus Geometra Romæ ſidera contemplatus primo anno Trajani (Nabonaſſari DCCCXLV.) Ptol. pag. 170. 171. ἐν τοῖς σφαιρικοῖς. Th. p. 77. 99. 203. 342. Menelai θεώρημα. 344.

Meton. Vide ſupra in Euctemone.

Ab initio Nabonaſſari τὰς παλαιὰς τηρήσεις ἔχομεν. Ptol. pag. 77. 81. 100. à primo anno Nabonaſſari ad mortem Alexandri M. Anni ſecundum Ægyptios CCCCXXIV. Ptol. p. 79. à morte Alexandri ad Auguſti Imperium anni CCXCIV. à primo anno Auguſti ad XVII. Hadriani, CLXI. Ptol. pag. 79. Th. p. 180. A primo Nabonaſſari anno computat alia Ptol. pag. 105. 106. 111. 125. 136. 141. 169. 170. 231. 232. 238. 244. 254. 262. 271. Th. 180. 181. 182. 183. 194. 195. 225. 228. 229. 231. 241. 255. 274. 277. 281. 282. 323. 324. 332. 395. 398. 399. 400.

Nico-

Nicolaus Cabasila in librum III. pag. 131-194. CPoli scripsisse videtur ut colligo ex pag. 182. ubi meridiani Alexandriæ differentiam à Meridiano Byzantii annotat.

Observationes ἁπλέστεραι. Th. p. 39.

οἱ παλαιοί. Ptol. pag. 83. 209. 231. Th. pag. 216. οἱ παλαιότεροι μαθηματικοί. Th. pag. 140. 206. 235. 261. παχυμερεστέραις κατεχρήσαντο ἐπισκέψεσι. Th. pag. 195. αἱ πλεῖσται τῶν παλαιῶν τηρήσεις ἀνεξετάστως καὶ ἀκριβῶς γεγραμμέναι. Th. 373. 375. Itaqve παλαιότεραι ταῖς ἀκριβεστέραις opponuntur, 380.

Pappus Alex. in librum qvintum pag. 231-236. & 245. seq.

Parallelorum circulorum per terrarum orbem descriptio. Ptol. p. 28. seq. (Latine apud Bedam libro de Natura rerum cap. 6. *ex secundo libro Ptolemæi de magna operatione, quod Almagestum inscribitur*, Tom. 2. Opp. pag. 38. seq.)

οἱ γνησίως φιλοσοφήσαντες. Th. pag. 1.

Plato Th. 372. ejus qvinqve πολύεδρα τεταγμένα Κήματα. pag. 17.

Ptolemæus observationes suas ad meridianum Alexandriæ Ægypti computat. Ptol. pag. 58. 79. 95. 111. 122. 123. 125. 141. 142. 157. 170. 171. Th. pag. 182. ἐν τοῖς περὶ τῶν ἀπλανῶν ἀστέρων ἐπιδείξομεν. Ptol. pag. 59. (respicit librum septimum magnæ Syntaxeos.) observationes accurate instituit æqvinoctii anno XVII. Hadriani * p. 77. & anno III. Antonini (Pii) à morte Alexandri CCCCLXIII. 62. 72. Th. 167. Eclipses tres observavit Alexandriæ, primam anno XVII. alteram XIX., tertiam XX. anno Hadriani. 98. inde emendandum pag. 102. τῷ ἡ ἔτει Ἁδριανῷ & scribendum τῷ ιθ. Alia observatio facta anno secundo Antonini, Ptol. 111. 167. ubi & plures fixarum observationes testatur se fecisse κατ' ἀρχὴν Ἀντωνίνου. Adde 172, 206. Th. 358. 384. 385. 386. 393. 399. Aliæ observationes XI. anno Hadriani Ptol. 263. XV. p. 245. Th. 403. XVII. Ptol. 255. 263. XVI. & XVIII. Ptol. 231. 233. 240. & XIX. pag. 233. 245. & XX. pag. 123. 263. Th. pag. 258. XXI. Ptol. 239. 240. 255. Th. 396. 397. & Antonini I. (Nabonassari DCCCCLXXXIV.) Ptol. 231. 233.

* Male *Domitiani* in versione Trapezuntii.

242. 253. 255. 260. & II. pag. 234. 236. 241. 245. 251. 260. 268. Th. pag. 241. 353. 380. 403. III. Ptol. 240. IV. pag. 233. XIV. p. 239. (interpres rectius IV.) Præclare ait Astronomiæ (adde, cujuscunqve Veritatis utilis) studiosos non modo operam debere impendere ut priorum inventa emendent ac perficiant, sed etiam libenter ferre nec turpe existimare ut ipsimet etiam vel à se vel ab aliis emendentur. Προσήκει γὰρ τοῖς τῷ ὄντι φιλαληθῶς καὶ ζητητικῶς τῇ τοιαύτῃ θεωρίᾳ προσερχομένοις, μὴ πρὸς μόνην τὴν τῶν παλαιῶν ὑποθέσεων διόρθωσιν συγχρῆσθαι, τῇ καινότητι τῶν ἐπὶ τὸ ἀδιστακτότερον εὑρισκομένων ἐφόδων, ἀλλὰ καὶ πρὸς τὴν τῶν ἰδίων, ἂν ἔτως ἔχωσι, μηδὲ αὐχρὸν ἡγεῖσθαι μεγάλης τινὸς καὶ θείας ἕσης τῆς ἐπαγγελίας, κἂν ὑπ' ἄλλων, καὶ μὴ μόνον ὑφ' αὐτῶν τῆς ἐπὶ τὸ ἀκριβέστερον τύχωσι διορθώσεως. Ptol. 101. Breve nimis tempus esse à qvo errantium stellarum observationes contas habeamus 209.

Ptolemæi Geographia. Th. pag. 23. respicitur pag. 81. 94. 280.

Φάσεις ἀπλανῶν. Th. 371.

ἐν τῷ πρώτῳ τῆς συντάξεως. Th. p. 98. ἐν τῷ πέμπτῳ. 132. &c. ἐν τῷ τετάρτῳ βιβλίῳ τῶν μαθηματικῶν. 231. ἐν τῷ τρίτῳ κεφαλαίῳ τε δ' βιβλίε, ἐν τῷ τετάρτῳ &c. 165. τῷ τρίτῳ θεωρήματι. 246. 256. 346. &c. Lunæ diametrum δι' ἀκριβεστέρων τηρήσεων καὶ χαλεπτέρων ἐφόδων καταλαμβανόμενον. Th. 227. προχειροτέραις καὶ σαφεστέραις ἐφόδοις usus qvam Hipparchus. 228.

Scholion insertum. Th. 312. Ζήτει τὸ ἑξῆς ἐν τοῖς σχολίοις. 423.

Syrus cui Ptolemæus magnam Syntaxin inscripsit. Ptol. pag. 1. 327.

Theo. ὡς ἐν τοῖς παρὰ Θέωνος εἰλημμέναις τηρήσεσιν εὕρομεν. Ptol. pag. 234. (Anno XIV. Hadriani.) ἐν τοῖς παρὰ Θέωνος τὰ μαθηματικὰ δοθείσαις ἡμῖν τηρήσεσιν (anno XII. & XIII. & XVI. Hadriani) Ptol. p. 239. παλαιὸς μαθηματικὸς ὃς ἐπὶ Ἀδριανοῦ ἐποιεῖτο τὰς τηρήσεις. Th. 395. Mentio iterum 390. 396.

Theo junior testatur se in qvintum librum scripsisse. Καθάπερ δέδεικται ἡμῖν καὶ ἐν τῷ πέμπτῳ βιβλίῳ. Th. p. 28. ἐδείχθη ἡμῖν ἐν τοῖς ἐπάνω. 50. ἐπάνω ἐπὶ τῆς τῶν εὐθειῶν καταγραφῆς ἐδείκνυμεν. 69. ὡς ἐν τῷ δ' καὶ ε βιβλίῳ κατὰ τὰς οἰκείας τόπους ἀποδείξομεν. 81. ἐδείξαμεν ἐν τοῖς εἰς τὸ πρῶτον βιβλίον. 81. 83. 110. πεπραγμάτευται γὰρ ἡμῖν τὸ τοιοῦτον ἐν τῷ πρώτῳ βιβλίῳ. 101. ἡμεῖς ἐν τοῖς εἰς

εἰς τὸ πρῶτον βιβλίον ὑπομνήμασι. 316. ἐν τῷ δευτέρῳ βιβλίῳ τὴν τῆ τοιαύτα λόγα λῆψιν ἀπεδείκνυμεν. 305. ἐν τῷ γ' καὶ δ' βιβλίῳ ἐδηλῶμεν. 377. ἡ ἡμετέρα δὲ Ἀλεξανδρείας οἴκησις. 105. 332. τοῖς διδαχθεῖσιν ἡμῖν ἐπὶ τῆ εἰς τὸ πρῶτον βιβλίον σφαιρικῆ θεωρήματος. 110. ἐν τῷ πρώτῳ τῶν εἰς τὴν σύνταξιν βιβλίων ἐδιδαξε Θέων. (Nic. Cabasila in lib. 3.) p. 131. Terram æternam statuit Theo p. 199. ἐν τοῖς περὶ τῶν ἐκλείψεων (ad lib. IV. Syntaxeos) διαληψόμεθα. 202. καθάπερ ἐν τῷ τρίτῳ βιβλίῳ ἐπὶ τῆς ἡλιακῆς ἀνωμαλίας ἀπεδείκνυμεν. 206. 220. ἐδείξαμεν ἐν τοῖς εἰς τὸ τέταρτον βιβλίον Κανόσιος. 296. ἐν τῷ γ' βιβλίῳ διεξήλθομεν. 379. 382. ἐν τῷ πέμπτῳ βιβλίῳ ἐδηλῶμεν. 387. δέδεικται ὑφ' ἡμῶν ἐν τῷ εἰς τὸ τέταρτον βιβλίον σχολίῳ 258. δέδεικται ἡμῖν εἰς τὸ ε' βιβλίον. 285. δέδεικται ἡμῖν ἐν τῇ ἐκδόσει τῶν στοιχείων (Euclidis) πρὸς τῷ τέλει τῆ ἕκτα βιβλίκ. Th. pag. 50. Observationis à se factæ Alexandriæ Anno LXXXI. Diocletiani (Nabonassari MCXII.) meminit 284. 319. 332.

Theodosii Sphærica. Th. pag. 37. σφαιρικὸν θεώρημα. 71. δέδεικται καὶ τῆτο ἐν τῷ ιή θεωρήματι τῆ δευτέρα τῶν σφαιρικῶν. 86. καθάπερ ἐν τῷ δευτέρῳ τῶν σφαιρικῶν ἐδείχθη. 92. 99. 104.

Timocharis. Ptol. p. 164. 166. 168. 169. Th. 356. Supra in Aristyllo. Ejus observationes non dignæ fide, utpote ὁλοκερῶς εἰλημμένας. Ptol. pag. 168. observationes instituit Alexandriæ anno XLVII primæ periodi sive ἑκκαιεβδομηκονταετηρίδος Calippicæ. (Nabonassari CCCCLXV.) Ptol. p. 169. & anno XXXVI. Periodi 1. Calippicæ, Nabonassari CCCCLIV. pag. 170. 171. & anno periodi primæ Calippicæ XLVIII. Nabonassari CCCCLXVI. p. 170. Anno XIII. Philadelphi, Nabonassari CCCCLXXVI. Ptol. pag. 242. Th. 399. 400.

Zenodorus ἐν τῷ περὶ ἰσομέτρων Σχημάτων. Th. pag. 11.

X. HYPATIAM Theonis filiam, à Patre edoctam licet, atqve eruditissimam, paucis perstringere satis fuerit, qvoniam diligentius de illa jam dixerunt viri clarissimi i) & nihil ex ejus scriptis ætatem tulit. Unicam enim qvam sub ejus ferunt nomine

i) De Hypatia videndus inprimis Tillemontius Tom. 14. memor. Eccles. pag. 274. seq. Jac. Gothofredus ad Philostorgii VIII. 9. Valesius ad Socratis VII. 15. Meur-

versam latine *Epistola* k) brevis *ad Cyrillum Alex.* pro suppositititia habetur non sine certissima ratione. Philosophiam docuit, & mathemata, l) *Isidori* Philosophi conjux, m) sed ita ut conjugii usu abstineret. Insano plebis Alexandrinæ tumultu, præfecti Alexandrini Orestis cum Cyrillo inimicitias n) Hypatiæ imputantis,

sius ad Hesychium illustrem pag. 209. & Ægidius Menagius in Historia mulierum Philosopharum, qvi tamen fallitur cum pag. 56. putat in Salmasii Epistola Observationibus ad jus Atticum & Romanum errore typographico vel memoriæ lapsu Hippiam pro Hypatia appellari. Nam utiqve de Hippia Sophista non de Hypatia ibi Salmasius loqvitur, respicitqve ad ea qvæ de Hippia nullum genus artis vel opificii inexpertum relinqvente narrat Apulejus in floridis. Præterea Rev. D. Jo. Andreæ Schmidius diatribam de Hipparcho, duobus Theonibus atqve Hypatia vulgavit Jenæ 1691. 4.

k) Epistola illa exstat in Synodico contra tragœdiam Irenæi, qvod post Christianum Lupum edidit Stephanus Baluzius in Tom. 1. Concilior. pag 926. & Jo. Garnerius in Auctario Theodoreti pag. 673. Epistolam integram etiam exhibet Menagius, qvi eam Hypatiæ nomen mentiri non dubitat, qvemadmodum nec Tillemontius Tom. 14. Memor. Eccles. pag. 606.

l) Socrates VII. 15. de Hypatia: Ἐπὶ τοσοῦτον προέβη παιδείας, ὡς ὑπερακοντίσαι τοὺς κατ' αὐτὴν φιλοσόφους, τήν τε Πλατωνικὴν ἀπὸ Πλωτίνου καταγομένην διατριβὴν διαδέξασθαι, καὶ πάντα τὰ φιλόσοφα μαθήματα τοῖς βουλομένοις ἐκτίθεσθαι. Διὸ καὶ οἱ πανταχόθεν φιλοσοφεῖν βουλόμενοι κατέτρεχον παρ' αὐτήν &c. Eadem ex Socrate Hist. Tripartita XI. 12. & Nicephorus XIV. 16. Philostorgius VIII. 9. παρὰ τοῦ πατρὸς ἐξασκήσαι τὰ μαθήματα, πολλῷ δὲ κρείττων γενέσθαι τοῦ διδασκάλου, καὶ μᾶλλον ἄγε περὶ τὴν ἀστροθεάμονα τέχνην, καὶ καθηγήσασθαι δὲ πολλῶν ἐν τοῖς μαθήμασι. Svidas: τὴν φύσιν γενναιοτέραν τοῦ πατρὸς ἔσα, οὐκ ἠρκέσθη τοῖς ὑπὸ τῶν μαθημάτων παιδεύμασιν ὑπὸ τῷ πατρί, ἀλλὰ καὶ φιλοσοφίας ἥψατο ἄλλης οὐκ ἀγεννῶς. περιβαλλομένη γὰρ τρίβωνα ἡ γυνὴ καὶ διὰ μέσης τῆς ἀγορᾶς ποιουμένη τὰς προόδους, ἐξηγεῖτο δημοσίᾳ τοῖς ἀκροᾶσθαι βουλομένοις ἢ τὸν Πλάτωνα, ἢ τὸν Ἀριστοτέλην, ἢ τὰ ἄλλα ὅτου δὴ τῶν φιλοσόφων. E discipulis Hypatiæ fuit *Synesius*, qvi eam magnis mactat laudibus Epist. 16. 135. 153. Vide & Epistolam 15. ubi hydroscopium ab ea mitti sibi petit, & 33. 80. 124. & 10. ubi per eam condiscipulos qvondam suos, τοὺς μακαριωτάτους ἑταίρους salutat ex qvibus Epist. 16. nominat *Theotecnum* & *Athanasium*, ipsam Hypatiam διδάσκαλον appellans.

m) Svidas in Ὑπατία ex vita Isidori à Damascio scripta.

n) Vide Valesium ad Socratem pag. 86. Gothofredum ad Philostorgium pag 339. Minus est credibile qvod scribit Hesychius Illustris & ex eo Svidas tam gravia illam esse passam διὰ τὴν ὑπερβάλλουσαν σοφίαν, καὶ μᾶλλον εἰς τὰ περὶ ἀστρονομίας. Vel qvod Philostorgius, διασπασθῆναι τὸ γύναιον ὑπὸ τῶν τὸ ὁμοούσιον πρεσβευόντων. Veriora videntur qvæ Socrates atqve ex Damascio idem Svidas retulit.

tis, detracta de curru & misere obtruncata est A. C. 415, (non 406. ut Theophanes) qvarto anno Episcopatus Cyrilli, & annis adeo 21. anteqvam Nestorius in exilium pelleretur, cujus in illa supposititia epistola fit mentio.

Scripta Hypatiæ, qvæ universa interciderunt, Svidas commemorat hæc tria:

Ὑπόμνημα εἰς Διόφαντον, *commentarium in Diophantum*, cujus Arithmeticum opus adhuc habemus, & de qvo dixi libro 4 cap. 22.

Ἀστρονομικὸν κανόνα. *Canonem Astronomicum.*

Εἰς τὰ Κωνικὰ Ἀπολλωνίου ὑπόμνημα. *Commentarium in Conica Apollonii* Pergæi, de qvibus dixi lib. 3. cap. 22.

Ita distinguendus & intelligendus Svidæ locus, qvi in editis male habetur. Neqve placet Clariss. Kusteri lectio: ὑπόμνημα εἰς Διοφάντου ἀστρονομικὸν κανόνα. Nam inter Astronomos nunqvam celebris fuit Diophantus, ἄλφα Arithmeticorum.

Proverbium Ὑπατία ἄλλη pro docta & singularis ingenii fœmina occurrit apud Nicephorum Gregoram VIII. 5. Hist. Epigramma vetus ineditum in Hypatiæ laudem afferri ad Philostorgium scribit Menagius, sed non aliud à Gothofredo producitur qvam qvod ipse ex lib. 1. Anthologiæ cap. 76. pag. 159. edit. Wechel. adscripsit, & Gothofredus præter rem appellat ἀνέκδοτον, male etiam pro τῶν λόγων εὐμορφία, qvomodo & meus Codex MS. Anthologiæ membranaceus exhibet, legens εὐφημία vel εὐφορβία.

XI. SYNESIUS Cyrenæus a) ex nobili familia, ingenium felix tum in patria tum Alexandriæ, ubi Hypatiam audivit, doctrina omnifaria ita excoluit, ut eloqventiæ Græciqve carminis laude valeret, & disciplinarum omnium ac Philosophiæ (Platonicæ præsertim) apprime peritus, esset. Etiam cum laude jampridem legatione ad Imp. Arcadium A. C. 397. Patriæ nomine functus fuerat, qvando Theophili Archi Ep. Alexandrini b) svasu baptismum

a) Diligentissime de Synesii vita & fatis studiisqve Tillemontius Tom. 12. memor. Ecclesiast p. 499 seq.

b) Theophilus in Episcopatu Alexandrino A. C. 385. successit Timotheo, defunctusqve A. 412. successorem habuit Cyrillum Alex. Ad hunc Theophilum plures Synesii Epistolæ.

mum suscepit, Christianaq; amplexus sacra & ab eodem Theophilo A. C. 410. licet invitus * Episcopus ordinatus est (non Cyrenes c) ut Photius Cod. 26. scribit) sed Ptolemaidis qvæ Libyæ Cyrenaicæ sive ut tunc appellabatur Pentapoleos metropolis fuit. Noluit tamen uxorem dimittere, d) & resurrectionem futuram corporis ** persuadere sibi non posse professus est, qvam postea demum Episcopus e) agnovit. Etiam Evagrium Philosophum ab Ethnica superstitione ad Christi nomen perductum à Synesio legas in Joh. Moschi prato c. 195. Qvamdiu vixerit, non adeo accurate licet definire, licet ultra annum 430. non produxisse vitam constat vel ex eo, qvod Buoptius, frater minor natu Synesii & successor Episcopus Ptolemaidis Concilio Ephesino A. C. 431. interfuit. Scripta ejus si evolvas, non ab re factum videbis, qvod à Casaubono f) *suavissimus* dicitur *Philosophus, & piarum delicium Musarum.* Ab Heinsio g) *antiquarum elegantiarum magnus imitator*: à Caussino h) deniqve *qui Platonem, Demosthenem, Pindarum Christiano ore loquentes inducit.*

Gesnerus in Bibliotheca pag. 606. b. allatis Ludovici Vivis verbis: *Philostratus floridus ac picturatus: dilucidus magis & simplex Libanius: Ex nostris Synesius elaboratus, & translationibus paullo obscurioribus frequens.* Subjungit: *quasi vero Latine scripserit Synesius.* At Vives *nostros* non Latinos hic appellat, verum Christianos.

XVII. Scripta ejus, qvæ exstant, hæc sunt:

1. Εἰς τὸν αὐτοκράτορα Ἀρκάδιον περὶ βασιλείας pag. 1-32. *de regno* bene gerendo *ad Arcadium Imperatorem*, undeviginti annos natum, biennio post Theodosium magnum ipsius Parentem extinctum dicta Oratio

* Vide Lucæ Holstenii diss 3. Evagrio Valesii subjectam qvæ est de Synesio & fuga Episcopatus. Antonium Pagi in Critica Baroniana ad A. C. 410. n. 34.

c) Blondellus de Episcopis & presb. pag. 68. Tillemontius Tom. 12. memor. p. 516.

d) Synes. Epist. 105. pag. 248. seq.

** De animæ immortalitate atqve ζωὴ μετὰ μοίρας Hymn. 3. vers. 286. persuasus, ut Platonicus existimavit corpus carceris modo illi, qvæ pridem præextiterit in pœnam datum esse, adeoqve per mortem ab illo animum iterum liberari.

c) Evagrius lib. 1. cap. 15. Photius Cod. 26. Nicephorus XIV. 55. Rev. D. Martini Chladenii diss. qva Synesii Θεολογούμενα, Witeberg. 1713. & Exercitatio Petri Adolphi Boysen, qva φιλοσοφούμενα Synesii attinguntur, prodiit Halæ Sax. 1714. 4. f) Casaub. præf. ad Epistolam Greg. Nysseni.

g) Heinsius pag. 16. ad Hesiodum. h) Caussin. III. 14. de eloqv. sacra & profana.

Oratio CPoli circa A. C. 397. a) cum (necdum Episcopus) Cyrenis missus esset ad coronæ aureæ munus illi offerendum. Ἐμέ σοι πέμπει Κυρήνη, στεφανώσαντα χρυσῷ μὲν τὴν κεφαλὴν, φιλοσοφίᾳ δὲ ψυχήν, inqvit pag. 2. Scythas h. e. Gothos removendos & Senatu dignitatibus, castris, domibus arcendos monet p. 22. seq. nec obscure perstringit Rufinum illis indulgentem pag. 24. & eos à Theodosio in belli ac civitatis societatem receptos dolet τὰς παλαμναίους Ῥωμαϊκῆς, *pestes Romani Imperii* p. 25. Meminit hujus scripti Synesiani Photius Cod. 26. & Nicephorus XIV. 55. qvi perperam tradit Theodosio juniori dicatam esse. Idem error Evagrii lib. 1. c. 15. nisi πρὸς φωνητικὸς πρὸς Θεοδόσιον illi memoratus alius sit jam deperditus, ac per Theodosium Theodosius Magnus ab eo intelligatur.

Ante *Cornarium Petaviumque* Latine vertit *Joach. Camerarius* additis notis & præmissa de Synesio narratione. Lipsiæ 1555. 8. Francof. 1583. 8.

Joannes Zamoscius,
Gallice *Daniel d' Ange*, Græcæ Linguæ Professor, Paris. 1555. 8.

2. Δίων, ἢ περὶ τῆς καθ' ἑαυτὸν διαγωγῆς. pag. 35-62. *Dio* sive *de suo ipsius instituto*, qvi Dionis Chrysostomi exemplo pro Sophista Philosophus esse & solidæ omnis eruditionis sectator elegit. Estqve hic liber scriptus circa A. C. 404. non diu post initum connubium, * insignis qvædam liberalis doctrinæ ac Philosophiæ commendatio ac diserta, cujus facit mentionem Synesius Epist. 153. ubi invidis & velut inutilium rerum studiis occupatum calumniantibus hoc scriptum se opposuisse testatur. Docet autem Synesius frustra ad Philosophiam adspirare rudes bonarum disciplinarum, δεῖ γάρ τοι πρῶτον ἀποδῦναι τὴν ἀγροικίαν, καὶ τὰ μικρὰ ἐποπτεῦσαι πρὸ τῶν μειζόνων, καὶ χορεῦσαι πρὶν διδαχῆσαι, καὶ διδαχῆσαι πρὶν ἱεροφαντῆσαι. pag. 52. Sophista ipsi est ὁ δόξαν ἀντ' ἀληθείας ἐρανιζόμενος. pag. 55. Hoc scriptum ad filium suum direxit Pater, qvem proximo anno nasciturum & cujus spem sibi à DEO factam ait pag. 41. 58. qvemqve alloqvitur pag. 59. & 61. Cum *Dionysii Petavii* b) versione, qvi post *Cornarium* vertit, præmittitur dissertationibus Dionis Chrysostomi Græce

a) Vide Jac. Gothofredum ad legem *quisquis* pag. 77. seq. & Tillemontium Tom. 12. memor pag. 509.

* Tillemont. pag. 512. 513.

b) Morellus *Dionysium Patum* appellat pro *Petavio*.

Græce & Latine editus à Fed. Morello Pariſ. 1604. fol. Hunc veluti guſtum interpretationis ſuæ Syneſianæ præmiſſum ad literatorum hominum palatum fuiſſe ſcribit Petavius in præf. ad Syneſium, editum demum integrum Græce ac Latine A. 1612.

3. Φαλάκρας ἐγκώμιον, pag. 63-87. *Encomium calvitii* ſive ut pag. 67. ipſe argumentum illius exponit, *viro calvo* c) *nequaquam eſſe erubeſcendum.* Oratio ingenii ac doctrinæ picta luminibus, a calvo d) ſcripta, oppoſitaqve κόμης ἐγκωμίῳ qvod Dio Chryſoſtomus ſcripſerat, ſed hodie deſideramus. Meminit illius præter Svidam & Syneſium (qvi plura ex eadem confutaturus repetit) Joannes Tzetzes Chiliad. XI. 725.

ὡς ὕστερον Συνέσιος ἐγκώμιον Φαλάκρας
ἀνθ' ὧνπερ ὁ χρυσόστομος ὁ Πρυσαεὺς ὁ Δίων
πολὺ τελῶν παλαίτερος αὐτῇ τῇ Συνεσίᾳ
ξητορικῶς συνέγραψεν ψόγον κατὰ Φαλάκρας.

Latine vertit ante Cornarium ac Petavium *Joannes Phrea* Britannus, qvæ verſio cum ſcholiis *Beati Rhenani* ſubjecta Eraſmi Moriæ, excuſæ Baſil. 1519. 4. 1521. 8. 1551. 8. Exſtat & Græce, ſubjuncta Phreæ interpretatione in Caſparis Dornavii amphitheatro ſapientiæ Socraticæ jocoſeriæ Tom. 1. pag. 281. ſeq.

4. Αἰγύπτιος, ἢ περὶ προνοίας pag. 88-119. *Ægyptius hoc eſt de providentia* liber in duas ſectiones diviſus, ſive ut Nicephorus XIV. 55. duo libri, atqve ut in προθεωρία f) notatum eſt ſcripti de Tauri filiis. A. C. 400. & 401. Eſtqve ænigmatica deſcriptio calamitatis publicæ

c) φαλακρὸν ἄνδρα. Petavius *homini calvo* reddit, ſed virum de induſtria poſuit Syneſius, qvoniam Dio contra qvem diſputat conatus erat demonſtrare viros potius qvam fœminas decere comam. Vide pag. 83.

d) Vide pag 66. e) Confer Bælii Lexicon. Tom. 3. pag. 241.

f) Γέγραπται μὲν ἐπὶ τοῖς Ταύρου παισὶ καὶ τόγε πρῶτον μέρος τὸ μέχρι τῆς κατὰ τὸν λύκον αἰνίγματος (pag. 115.) ἀνεγνώσθη, καθ' ὃν μάλιστα καιρὸν ὁ χείρων ἐκράτει τῇ σάσει περιγενόμενος. Προσυφάνθη δὲ τὸ ἑπόμενον μετὰ τὴν κάθοδον &c. - - πραττομένης ἓν ἤδη τῆς τυραννικῆς καθαιρέσεως, συμπροῆλθεν ὁ λόγος τοῖς πράγμασιν. Per Oſirin intelligitur *Aurelianus* Tauri præfecti F. in Conſulatu A. C. 400. Gainæ prælatus. Per Typhonem *Gainas*, qvi Gothis ſuis unice favit, & ſeditione (de qva Zoſimus lib. V. c. 19.) excitata Aurelianum exilio affecit, non diu poſt cum magna gloria iterum revocatum, ut narrat Socrates VI. 6. Tauri præfecti mentio apud Ammianum Marcellinum XXII. 3.

blicæ illorum temporum, qvæ exponitur ſub velamine fabulæ Ægyptiæ de Oſiride ac Typhone fratribus contrarii ingenii, atqve qvomodo in hujusmodi caſibus accuſanda providentia non ſit, demonſtratur, qva de re vide pag. 102. 116. 120. 125. λόγον θαυμάσιον Svidas appellat, meminit & Photius Cod. 26. Ante *Cornarium* ac *Petavium* vertit *Eſromus Rudingerus*, Baſil. 1556. 8. additis etiam notis.

5. Ὁμιλία, pag. 130. 131. *Homilia* brevis qvæ incipit: ἀ θήσομαι τὴν πανήγυριν ἄφωνον, dicta in feſtali panegyri, monens dies feſtos ſobrie & pie obeundos, & allegorica explicatione illuſtrans locum Pſalmi LXXV. 8. ποτήριον ἐν χειρὶ Κυρίε, οἶνος ἀκράτε πλῆρες &c. Novum & Vetus inter ſe Teſtamentum conferens, docet unum eundemq; Spiritum & per Prophetas & per Apoſtolos locutum eſſe: ſed inſtar periti pictoris primum qvæ vellet adumbraſſe, deinde accurate deſcripſiſſe & elaboraſſe. ἓν γὰρ ἔπνευσε Πνεῦμα καὶ εἰς Προφήτην, καὶ εἰς Ἀπόστολον. Καὶ κατὰ τὰς ἀγαθὰς ζωγράφους πάλαι μὲν ἐσκιαγράφησεν, ἔπειτα μέντοι διηκρίβωσε τὰ μέλη τῆς γνώσεως. Negat qvoqve ſtyli minutias captare vel curare in ſcriptoribus ſacris Spiritum S. ὀδὲν μέλει τῷ Θεῷ θεοφορήτε λέξεως. Πνεῦμα θεῖον ὑπερορᾷ μικρολογίαν συγγραφικήν. Fallitur Clariſſ. Caveus, qvi Homiliam in Pſalmum LXXIV. ſcribit in poſtrema editione acceſſiſſe. Nam hæc ipſa eſt, qvæ in omnibus tribus Anni 1612. 1631. 1640. Græcolatinis legitur. Etiam in Græca Turnebi A. 1553. & in Jani Cornarii Latina A. 1560.

6. Περὶ ἐνυπνίων pag. 132-158. *De inſomniis* liber, qvem Epiſt. 154. ad Hypatiam mittens, his verbis deſcribit: θάτερον δὲ ὁ Θεὸς καὶ ἐπέταξεν ἢ ἀνέκρινεν, ὁ τῇ φαντασικῇ φύσει χαριζήμενον ἀνατέθειται. Ἔσκεπται δὲ ἐν αὐτῷ περὶ τῆς εἰδωλικῆς ἁπάσης ψυχῆς, καὶ ἕτερα ἄττα προκεχείρισται δόγματα τῶν ἄπω Φιλοσοφηθέντων Ἕλλησι. Meminit Nicephorus XIV. 55. Ab Ethnico adhuc ſcriptum eſſe nec negaverim cum præſtantiſſimo Caveo, nec cum aliis viris doctis præfracte affir-

Ff

Sulpicium Severum lib 2 cap 56. &c. Conſulatum geſſit A.C. 361. Hujus filius fuit ille Aurelianus, qvi & ipſe filium, habuit, Taurum nomine, qvem τὰς ἀγαθὰς Ῥωμαίων ἐλπίδας appellat Syneſius Epiſt. 31. Προνοίας Divinæ meminit in Epiſtola ad Aurelianum 34.

affirmaverim, licet in hanc sententiam animus magis inclinet, atqve id à *Nicephoro Gregora* etiam videatur probari, qvi hunc librum Græco commentario illustravit inscripsitqve Magno Logothetæ, ut è MSS. Regiis Clariss. Boivinus observavit. Commentarius ille in Petaviana Synesii editione exstat pag.349-247. cum latina versione *Antonii Pichonii*, Paris. 1586. 8. pridem edita & ibid. 1601. 8. à *Fed. Morello* recognita. Sed in limine Nicephorus ille male vocatur Patriarcha CPolitanus, cum privatam vitam vixerit & in monasterio consenuerit, defunctus A. C. 1359. ut notare me memini lib. 5. c. 5. pag.300. Synesii liber MS. in Bibl. Coisliniana pag. 228. Græce lucem viderat Venetiis 1518. 8. apud Aldum, una cum Artemidoro. Inde cum Gregoræ commentario Græce vulgavit Turnebus inter Synesii opera Paris. 1553. fol. Latine Synesium de insomniis ante Cornarium, Petaviumqve vertit A. 1489. *Marsilius Ficinus* dicavitqve Petro Medici, recusum Venet. 1497. 1516. fol. & cum Augerii Ferrerii Tolosatis libello ejusdem argumenti Lugd. 1541. forma minore, & inter Ficini opera Tom. 2. pag. 919. Paris. 1641. fol. *Præter cæteros adhortatus est, non quicquam scripsit in arte* (somniorum interpretandorum) *ad illius studium Synesius: ob quem etiam nos Synesiorum somniorum interpretationem appellavimus.* Hæc Hieronymus Cardanus in limine somniorum Synesiorum, qvæ libris qvatuor edidit Basil. 1562. 4. recusis Tomo V. Operum Cardani, Lugd. 1663. fol.

7. Ἐπιστολαί. Pag. 159-294. *Epistolæ CLV.* licet enim in enumeratione singularum numerus 101. omissus, vicissim 129. bis positus est. Plures legisse videtur Nicephorus, nam inter Synesii scripta primo loco memorat Ἐπιστολῶν βιβλίον, ἅπερ εἰσὶ πρὸς τοῖς ἑκατὸν καὶ ἑξήκοντα, *Epistolas ad CLX.* Etiam Photius Cod. 26. meminit Epistolæ ad Theophilum Alex. qvæ hodie non exstat. Κομψῶς καὶ λογίως μετὰ τὴν ἱερωσύνην πεποιημένας, hoc est jam scriptas ab Episcopo notat Evagrius lib. 1. c. 15. & ex eo Nicephorus Svidas θαυμαζομένας celebrat, & Photius Cod. 26. ait eas χάριτος καὶ ἡδονῆς ἀποσάζειν μετὰ τῆς ἐν τοῖς νοήμασιν ἰσχύος καὶ πυκνότητος. Græce primum una cum aliis Græcorum Epistolis * edidit Aldus, Venet. 1499. 4. Deinde Turnebus cum aliis Synesii scriptis Paris. 1553. fol. Latine itidem inter Synesii opera *Janus Cornarius* vulgavit. Basil. 1560. Separatim cum sua versione *Thomas Naogeorgus* Straubingensis, qvem non raro gra-

* Vide supra lib. 2. cap. 10.

graviter labi notavit Meurſius gloſſario Græcobarbaro in ἐκβάκχ-βω. Hinc cum verſione & animadverſionibus *Hadr. Turnebi*, qvi publicis prælectionibus eas Pariſiis eſt interpretatus, notisqve *Franciſci Porti*, edente Fed. Morello prodiere Pariſ. 1605. 8. Exſtant & in Collectione Epiſtolarum Græcarum cum Latina verſione excuſa Genev. 1606. fol. pag. 169. Incipit: *Liberos ego genui orationes.* At Naogeorgianæ verſionis hoc eſt exordium: *Pueros ego genui libros.* Petavianæ vero: *Filius ego libros ſuſtuli.* Expoſitionem MS. *Matthæi Camariotæ* in Syneſii Epiſtolas memorat Allatius diatriba de Georgiis pag. 398. Epiſtolarum ipſarum Codicem MS. inſignem ſervat in patria mea Lipſiæ Bibliotheca Paulina, ex qvo non paucis locis Petavianam editionem poſſe emendari monuit me, qvi ante multos annos contulit Nobiliſſimus Vir, Jo. Fridericus Fellerus. Ex eodem Codice cum voluptate intellexi novam editionem parare Rev. D. *Chriſtianum Fridericum Bœrnerum*, Græcarum tunc literarum, hodie S. Theologiæ in Academia Lipſienſi Profeſſorem digniſſimum. Hic ordinem qvoq; temporum ** qvo ſcriptæ à Syneſio ſunt, reſtituet, qvi in vulgatis libris eſt ut in omnibus fere Epiſtolarum veterum συναγωγαῖς, admodum perturbatus. Syneſii Epiſtolæ qvædam breviores editæ Græce Pariſ. 1577. & 1581. 8. una cum aliis aliorum, ſeligente ea in tironum uſus H. Stephano. Latine ex *Petri Nannii* verſione Epiſtolæ Syneſii undecim exſtant in farragine Epiſtolarum Laconicarum Gilberti Cognati, Baſil. 1654. 12. Deniqve *Epiſtola ad Orum*, qvam cum Ægyptio ſive libro de providentia Græce & Latine ibid. 1656. 8. vulgavit *Eſromus Rudingerus*, in editionibus operum Syneſii, etiam Petaviana incaſſum qværitur. In Codice Bibliothecæ Mantuanæ Epiſtolas Syneſii ad CLVII. numerari, adeoqve binas eſſe plures qvam in editis, colligas ex Clariſſ. Montfauconi Itinere Italico p. 32. licet XXX. primores ibi deſiderantur.

8. ὁμιλία pag. 295. 296. brevis *Homilia* dicta *in pervigilio Natalis Domini.* Incipit: νὺξ ἱερὰ φῶς ἐνεγκᾶσα. Vertit *Federicus Morellus*, qvi Græce & Latine ediderat Pariſ. 1601. 8. ejusqve verſionem Petavius ſervavit. Ante Morellum Græce & Latine ediderat *Guil. Canterus* Baſil. 1567. 8. apud Oporin.

** Confer V. C. Chriſtfridi Wæchtleri Epiſtolam inſertam Actis Eruditor. A. 1710. pag. 482. & Tillemont. in Vita Syneſii, Tom. 12. memor.

9. Κατάσασις ἐηθεῖσα ἐπὶ τῇ μεγίσῃ τῶν βαρβάρων ἐφόδῳ, ἡγεμονέυοντ@ Γενναδίε καὶ Δεκὸς ὄντ@ Ἰννοκεντίε. pag. 298-303. *Concio dicta* A. C. 412. * *in maximam barbarorum excursionem* Hunnigardorum, Marcomannorum, Ausurianorum viciniam Pentapolitanam vastantium, *præfecto Gennadio ac Duce Innocentio.* Græce ex Papyrii Massoni codice edidit *Fed. Morellus* Paris. 1595. 1601. 8. Latine vertit Petavius. Græce recudendam dedit Rev. D. Christianus Fridricus Bœrnerus, laudatus mihi paullo ante, qvi prælectionibus publicis adhuc ineditis illustravit A. 1711. 8. Primus Græce & Latine vulgaverat *Guil. Canterus* Basil. 1567. 8.

10. Κατάσασις. *Concio in laudem Anysii* Libyæ præfecti ** pag. 304. 305. Edidit Græce & Latine Fed. Morellus. Paris. 1601. 8. Verterat *Petrus Morellus* Turonensis, *sed quod nonnullis in locis*, inqvit Petavius, *penitus hallucinatus esset, malui interpretari ipse, quam alterius operæ interpolator videri.* Ante Morellum *Guil. Canterus* Græce & Latine edidit Basil. 1567. 8.

11. Πρὸς Παιόνιον ὑπὲρ τῦ δώρε λόγ@ pag. 306-312. *de dono Astrolabii* dissertatio ad *Paonium* Imperatori Arcadio charum scripta circa A. C. 399. cum legatus patriæ causa CPoli Synesius versaretur, ut ipse docet Epist. 153. ad Hypatiam. Προσέθηκα τὸν περὶ τῦ δώρε πάλαι γενόμενον ἐν τῷ καιρῷ τῆς πρεσβείας πρὸς ἄνδρα παρὰ βασιλεῖ δυναςέυοντα. Καί ἡ τῦ λόγε τε καὶ τῦ δώρε Πενταπόλις ὤναν. *Ex oratione & ex dono fructus non omnino nullus ad Pentapolin redundavit.* Ediderat Græce cum versione sua (qvam Petavius etiam servavit) *Federicus Morellus* Paris. 1601. 1604. 8. & ante Morellum *Guil. Canterus* itidem Græce & Lat. 1567. 8. Meminit Nicephorus XIV. 55.

12. Ὕμνοι, *Hymni decem* p. 313-348. Lyrico carminis genere. Ex his qvatuor priores non crediderim scriptos à Synesio nondum Christiano, † licet ita sentit Henricus Dodvvellus de jure Laicorum facer-

* Tillemont. Tom. 12. pag. 550. ** De hoc idem pag. 547. seq.

† Sane in primis etiam Hymnis SS. Trinitatem Christiano more celebrare videtur. Vide Hymn. 1. vers. 65. seq. Hymn. 2. vers. 25. seq. Hymn. 3. vers. 201. seq præcipue vers. 222. seq. 400. seq. Hymn. 4. vers. 75. & 87. seq. 110. 117. seq. 130. seq. 164. 221. Nimirum Christianis dogmatis imbutum jam, ac de illis etiam persuasum, sed nondum baptizatum nedum Episcopum. CPoli reversum se composuisse illos hymnos, cum per triennium pro Patriæ salute ibi in aula Arcadii vigilasset, satis perspicue innuit hymno III. vers. 430.

χρέ@

ſacerdotali §. 10. pag. 287. In cæteris totam Valentinianorum Matæologiam ad orthodoxam Theologiam Chriſtianam aptaſſe arguit Jo. Erneſtus Grabe notis ad S. Irenæum pag. 7. Confer alia qvæ in illis licet alioqvi pulcherrimis notat Tillemontius Tom. 12. pag. 507. Primus Græce edidit & Latino reddidit carmine *Guil. Canterus* & cum ſuperioribus qvatuor opuſculis dicavit Jo. Vincentio Pinello Baſil. 1567. 8. Deinde Henricus Stephanus cum proſaria *Franciſci Porti* verſione publicavit Pariſ. 1568. forma minore. Prodiere etiam Græce cum verſione ad calcem ſubjecta Pariſ. 1570. 8. Ut editiones Græcolatinas Lugdunenſem, & notis Collegii S. I. auctam Turnonenſem A. 1603. forma minore, omittam. Ex Canteriana editione recuſi Græce ſunt Romæ 1590. 8. apud Franciſcum Zannettum, ſedente Hieronymo Brunello S. I. & ibid. 1599. 8. ad calcem ſelectorum Nazianzeni Carminum & Georgii Piſidæ Hexaëmeri ſub falſo Cyrilli Alex. nomine editi. Ex editione H. Stephani prælis Græce iterum ſubjiciendos curavit Jo. Caſelius Roſtoch. 1586. 8. cum qvibusdam Nazianzeni odis, & hymno Clementis Alexandrini. Cum Latina verſione (eadem qvæ in Petavianis editionibus legitur) extant in Corpore poëtarum Græcorum, Tragicorum, Comicorum, Lyricorum & Epigrammatariorum, qvod Græce & Latine vulgavit Jac. Lectius Genev. 1614. fol. T. 2. pag. 162. *Infinita ſunt quæ peccat Petavius in Syneſio vertendo, præſertim in hymnis*, inqvit Jac. Vindetus libro de vita functorum ſtatu pag. 42. qvi de iisdem illuſtrandis cogitavit. Gallicis verſibus pridem reddidit *Jacobus de Courtin*, Pariſ. 1581. 12. Syneſii πρὸς Θεὸν ὕμνος ἐυτόνως αὐτῷ πεποιημένος laudat Nicephorus XIV. 55.

χρέω ἐκ Θρήκης — *Votum debitum e Thracia*
Ἵνα τὸν τριέτιν — *ubi per triennium*
ᾤκησα ἀγυιὰν — *habitavi, in vicinia*
παρ' ἀνακτόριον — *regiarum*
γαίας μέλαθρον. — *terræ adium:*
ἔτλαν δὲ πόνος — *tuli qve labores,*
πολυδακρύτος — *tuli cruciatus*
ὤμοισι φέρων — *valde lacrymabiles*
Μητέρα πάτραν. — *humeris ferens*
matrem patriam.

XIII. Index eorum ad quos scribit Synesius.

ANastasio. Epist. 22. 43. 46. 79. τῷ ὑδροκωμήτῃ. 121. (al. Ἀθανασίῳ ὑδρομύτῃ.)
Κατὰ Ἀνδρονίκε. 57. 58. Confer Tillemont. Tom. XII. memor. Eccles. pag. 531. sqq.
Anysio 6. 14. 37. 59. 77. 78. 93.
Asclepiodoto. 126.
Athanasio 121. leg. Anastasio.
Aureliano. 31. 34. 38.
Auxentio. 60. 116.
Chrysæ, χρυσῇ. 82.
Cledonio. 42.
Constanti 27.
Cyrillo. 12.
Diogeni. 20. 23.
Domitiano Scholastico. 154. 155.
Duci, τῷ ἡγεμόνι. 21. 62.
Ad Episcopos 58. 72.
Ad Episcopum, qvod Arii dogma non probaret, pulsum Episcopatu. 128.
Ἑταίρῳ. 41.
Euoptio fratri. 3. 4. 8. 18. 32. 35. 36. 38. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 65. 81. 83. 84. 85. 86. 88. 91. 94. 104. 105. * 106. 107. 108. 109. 110. 113. 114. 120. 122. 125. 127. 131. 134. 135. (Hic Evoptius frater Synesii junior in Episcopatu Ptolemaidis ei successit, atqve Concilio Ephesino A. C. 431. interfuit.)
Heliodoro 17. 25. 117.
Herculiano. 136. 137. 138. 139. 140. 141. 142. 143. 144. 145.
Herodi 19. (cognatum suum vocat Epist. 38.)
Hesychio. 92.
Hypatiæ τῇ φιλοσόφῳ. 10. 15 16. 33. 80. 124. 153. Hæc postrema respicitur à Nicephoro Gregora præf. ad librum de insomniis, ubi Synesii ad Hypatiam scribentis meminit.
Joannis 2. 44. 63. 64. 146.
Martyrio. 19. Nican-

* Epistolam 105. Nicephorus Historiæ suæ XIV. 55. inseruit.

Nicandro. Epist. 1. 75.
Olympio 45. 95. 96. 97. 98. 132. 147. 148.
Ad Orum Epistola edita ab Esromo Rudingero Basil. 1556. 8.
Pentadio Ἀνγεσταλίῳ. 29. 30.
Petro presbytero 13.
Τοῖς πρεσβυτέροις. 5. 11.
Procló. 70.
Pylæmeni 48. 61. 71. 74. 87. 99. 100. 101. 102. 103. 105. 106. 129. a. 130. 133. 149. 150. 151. 152.
Simplicio 24. 28. 129. b.
Sorori. 7. Stratonicæ.
Theodoro 7. Medico. 115.
Theophilo ArchiEpiscopo 9. 66. 67. 68. 69. 76. 79. 89. Alexandrinum intellige.
Theotimo. 47. 49.
Troilo 26. 73. 90. 111. 112. 118. 123.
Tryphoni 119. licet in edit. Petavii Troilo inscribitur.
Uranio. 40.

XIV. Editiones operum Synesii.

Græca Hadr. Turnebi Paris. 1553. fol. typis Regiis.
Latina Jani Cornarii. Basil. 1560. fol.
Et ex Petaviana editione in Bibliothecis Patrum.
Græcolatina Paris. 1612. fol. qvæ recusa ibid. 1631. (qvidam tituli 1633. præferunt) & 1640. adjunctis Cyrilli Hierosolomytani operibus. Sed notis amplioribus auctiores esse editiones Anni 1640. cum scribit Caveus, virum Clariss. memoria sua fefellit.
De benignitate Oratio, qvam sub Synesii nomine Græce & Latine vulgavit *Fed. Morellus* Paris. 1604. 8. non est Synesii, sed inter Themistii orationes sexta περὶ φιλανθρωπίας, ut dixi supra cap. 18. pag. 8.

XV. Scripta Synesii deperdita.

Πρὸς φωνηλικὸς *ad Theodosium.* Evagrius lib. 1. cap. 15. nisi, ut Nicephorus XIV. 55. Orationem περὶ βασιλείας intellexerit, qvæ non ad Theodosium dicta, sed Arcadium, ut supra notavi.

Poëma-

Poëmata varia, ut Κυνηγετικά qvorum meminit Epist. 153.

Tragœdiæ, & Comœdiæ, qvas veterum imitatione composuisse se innuit in Dione sub extrem.

Epistolæ qvædam, ut illa ad Theophilum Alex. cujus meminit Photius Cod. 26.

XVI. Alii Synesii.

Synesius Lydus, Philadelphiensis, Porphyrii tempore clarus, Androclidis Pater. Svid. in Ἀνδροκλείδης.

Synesius capitis accusatus, pro qvo intercedit Gregorius Nyssenus in Epistola qvam edidit Laur. Zaccagnius in Monumentis veteribus pag. 366.

Synesius Athenienſis Hieracis frater, de qvo Svidas in Αἰδεσία ex Damascio de vita Isidori Philosophi.

Synesius de qvo Anna Comnena lib. VII. Alexiadis pag. 202. seq.

XVII. Epistola Synesii Philosophi ad Dioscorum Sarapidis Sacerdotem.

Inter Græcos Chemicos scriptores, qvi in variis Bibliothecis MSti feruntur, & de qvibus accuratius dicere infra libro VI. animus mihi est, occurrit sub Synesii Philosophi nomine *Epistola ad Dioscorum*, qvæ cum Græce lucem nondum viderit, hoc loco à me cum bona ut spero lectoris venia subjungetur, adjecta * *Dominici Pizimentii* Vibonensis interpretatione.

Συ-

* Prodiit Latina Pizimentii versio Patavii apud Simonem Galignanum 1573. 8. in Volumine cui titulus: *Democritus de arte magna sive de rebus naturalibus, nec non Synesii, Pelagii & Stephani Alexandrini & Michaëlis Pselli in eundem commentaria.* Dicavit Pizimentus versionem suam Antonio Perrenoto Burgundo Cardinali, narratqve se Græcum Codicem emisse à Corcyræo qvodam qvi Venetiis Romam se contulerat. Ego Græcum apographum debeo Clariss. Viro *Paulo Vindingio* τῷ μακαρίτῃ, qvi illud Parisiis descriptum humaniter mecum communicavit.

ΣΥΝΕΣΙΟΥ ΦΙΛΟΣΟΦΟΥ πρὸς Διόσκορον, εἰς βιβλίον Δημοκρίτου, ὡς ἐν Σχολίοις.

Διοσκόρῳ ἱερῷ τοῦ μεγάλου Σαραπιδος τοῦ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ θεοῦ τε συνευδοκοῦντος Συνέσιος φιλόσοφος χαίρειν.

Τῆς πεμφθείσης μοι ἐπιστολῆς παρά σου περὶ τῆς τοῦ θείου Δημοκρίτου βίβλου, οὐκ ἀμελέστερον ἔσχον, ἀλλὰ σπουδῇ πολλῇ καὶ πόνῳ ἐμαυτὸν βασανίσας ἔδραμον πρὸς σέ. Ἐν ᾧ δὴ ἓν πρόκειται ἡμῖν εἰπεῖν, τίς ἂν εἴη ὁ ἀνὴρ ἐκεῖνος ὁ φιλόσοφος Δημόκριτος ἐλθὼν ἀπὸ Ἀβδήρου, φυσικὸς ὢν καὶ πάντα τὰ φυσικὰ ἐρευνήσας, καὶ συγγραψάμενος τὰ ὄντα κατὰ φύσιν. Ἄβδηρα δέ ἐστιν πόλις Θρᾴκης. Ἐγένετο δὲ ὁ ἀνὴρ λογιώτατος, ὃς ἐλθὼν ἐν Αἰγύπτῳ ἐμυσαγωγήθη παρὰ τοῦ μεγάλου Ὀσάνου ἐν τῷ ἱερῷ τῆς Μέμφεως, σὺν καὶ πᾶσι τοῖς ἱερεῦσιν Αἰγύπτου. Ἐκ τούτου λαβὼν ἀφορμὰς, συνεγράψατο βίβλους τέσσαρας βαφικὰς περὶ ☉ καὶ ☽ καὶ λίθων καὶ πορφύρας. Λέγω δὴ τὰς ἀφορμὰς λαβών. Συνεγράψατο γὰρ παρὰ τοῦ μεγάλου Ὀσάνου. Ἐκεῖνος

SYNESII PHILOSOPHI Ad Dioſcorum, in librum Democriti, ſcholia.

DIOSCORO ſacerdoti Magni Serapidis in Alexandria, Deo favente,
SYNESIUS Philoſophus
S. P. D.

Epiſtolam tuam ad me miſſam de divini Democriti libello non negligenter accepi, ſed magna cura, ac labore me ipſum conficiens, in te omnem meam cogitationem contuli. Unum igitur propoſuimus nobis dicendum eſſe, qvisnam fuerit ille Philoſophus Democritus? domo Abderites, qvi, cum eſſet phyſicus, res omnes naturales rimatus eſt, ac de illis ſecundum naturam conſcripſit. Abdera urbs eſt Thraciæ, ex qva fuit vir ſapientiſſimus; qvi cum in Ægyptum perveniſſet, ſacris initiatus eſt à magno Oſtane in templo Memphis ſimul cum omnibus Ægypti ſacerdotibus: hinc ſumta occaſione conſcripſit libellos qvatuor de tinctura ſolis, & lunæ, deqve lapidibus, & purpura: ſumta inqvam occaſione, conſcripſit ab magno Oſtane, ille enim primus fuit, qvi literarum monumentis conſignaret, qvod *natura naturâ gaudet,*

& natura naturam amplectitur & natura naturam vincit, & reliqva.

II. Cæterum nobis opus est investigare, & discere, qvænam sit hæc sententia, qvæve in ipso consecutionis series. Qvod igitur duos catalogos effecerit de albo & nigro, perspectum nobis est. Ac prius sane solida enumeravit: deinde vero liqvores, hoc est humida, nulla harum rerum in arte sumta. Ipse enim de magno Ostane loqvens confitetur, hunc virum nec injectiones, nec assationem *Ægyptiorum* in usum adhibuisse; sed extrinsecus substantias colorasse, & ab ignitis corporibus medicinas separasse. Dixit autem ille, viguisse apud *Persas* hanc consuetudinem, ejus autem sententia hæc est: *Quod nisi attenues substantias, & solvas, & in aquam convertas, operam ludes.* Ad viri igitur verba veniamus.

III. *Colligite Rha ponticum.* Attende qvam magna fuerit Viri prudentia, ab herbis exorsus est, ut florem cominisceretur, herbæ enim floridæ sunt. Dixit vero Rha ponticum, qvod qvemadmodum â ponto defluunt flumina, omnia qvoq; flumina in ipsum labuntur. Palam ergo nobis faciens significat conversionem in

γὰρ ἦν πρῶτος ὁ γράψας ὅλη φύσις τῇ φύσει τέρπεται, καὶ ἡ φύσις τὴν φύσιν κρατεῖ, καὶ ἡ φύσις τὴν φύσιν νικᾷ, καὶ τὰ ἑξῆς.

II. Ἀλλ' ἡμῖν ἀναγκαῖον ἐστὶν τὰ τῷ φιλοσόφῳ ἀνιχνεῦσαι, καὶ μαθεῖν τίς ἡ γνώμη καὶ ποία ἡ τάξις τῆς ἐν αὐτῷ ἀκολουθίας. Ὅλη μὲν οὖν δύο καταλόγους ἐποιήσατο, δῆλον ἡμῖν γέγονεν. Λευκῶν γὰρ καὶ ξανθῶν κατάλογον ἐποιήσατο, καὶ πρῶτον μὲν τὰ στερεὰ κατέλεξεν, ἔπειτα δὲ τὸν ζωμὸν, τετέστι τὰ ὑγρά, καίτοι μηδενὸς τοῦτο προσλαμβανομένου ἐπὶ τῆς τέχνης. Αὐτὸς γὰρ μαρτυρεῖ περὶ τοῦ μεγάλου Ὀστάνου, ὅτι οὐδὲ ὁ ἀνὴρ οὗτος ἐκέκρητο ταῖς τῶν Αἰγυπτίων ἐπιβολαῖς, οὐδὲ ὀπτήσεσιν, ἀλλ' ἔξωθεν διέχειν τὰς οὐσίας καὶ πυρρὸν εἰσέκρινε τὸ φάρμακον. Εἰπὲ δὲ ὅτι ἔθος ἐστὶν οὕτω Πέρσαις τοῦτο ποιεῖν. Ὃ δὲ λέγει, τοῦτό ἐστιν· ὅτι εἰ μὴ σκλεπτύνεις τὰς οὐσίας, καὶ ἀναλύσεις, καὶ ἐξυδατώσεις, ἀδὲν ποιήσεις. Ἔλθωμεν οὖν ἐπὶ τὴν τοῦ ἀνδρὸς ῥῆσιν, καὶ ἀκούσωμεν αὐτοῦ λέγοντος.

III. Λέγετε δὲ πρῶτον καὶ τὸ πόντιον ῥᾶ. Βλέπε τοσαύτην παρατήρησιν τοῦ ἀνδρός. Ἀπὸ βοτανῶν ἤρξατο, ἵνα μηνύσῃ τὸ ἄνθος, αἱ γὰρ βοτάναι ἀνθοφόροι εἰσίν. Εἰπὲ δὲ καὶ τὸ πόντιον ῥᾶ, ὡς ὅτι ὁ πόντος ἀπὸ τοῦ καταῤῥεῖν τοῦ ὑπὸ τῶν ποταμῶν, καὶ πάντες οἱ ποταμοὶ εἰς αὐτὸν καταῤῥέουσιν. Κατάλληλον οὖν ἡμῖν ποιησάμενος, σημαίνει δὲ τὴν ἐξυ-

ἐξυδάτωσιν καὶ ἀχλύωσιν, καὶ κατάλυσιν, καὶ λεπτυσμένον τῶν σωμάτων, ἤτοι ἀσιῶν. Διόσκορός φησιν, καὶ πῶς εἶπεν ὅτι ὅρκια ἡμῖν ἔθετο, μηδενὶ σαφῶς ἐκδῶναι; καλῶς εἶπε μηδενὶ, ὡ κατὰ παντὸς κατηγορεῖται, αὐτὸς γὰρ περὶ τῶν μὴ μεμυημένων καὶ γεγυμνασμένον ἐχόντων τὸν νῶν εἶπε.

IV. Βλέπεις ἐν τῇ ἐισβολῇ τῆς χρυσοποίας τί εἶπε. Σελήνη ἀπὸ κινναβάρεως καὶ χρυσοκόλλας. Διοσκ. καὶ τοιούτων χρεία ἐσί; Συνες; οὐχὶ, Διόσκορε. Δ. ἀλλά τινός ἐσι χρεία; Σ. Ἤκουσας, καὶ πάλιν ἄκουσον. Ἡ ἀνάλυσίς ἐσιν τῶν σωμάτων, ἵνα ἀναλύσῃς καὶ ὕδατα αὐτὰ ποιήσῃς, καὶ ῥέυσωσι, καὶ ἀχλυωθῶσι, καὶ λεπτυνθῶσι. Τοῦτο δὲ καλεῖται ὕδωρ θεῖον καὶ σελήνη καὶ χρυσοκόλλα, καὶ θεῖον ἄπυρον, ἀλλὰ δὴ καὶ ἕσα λοιπὰ ὀνόματά εἰσιν. Ἡ γὰρ λεύκωσις καῦσίς ἐσι, καὶ ἡ ξάνθωσις ἀναζωπύρωσις, αὐτὰ γὰρ ἑαυτὰ καύσι, καὶ αὐτὰ ἑαυτὰ ἀναζωπυροῦσιν. ὁ δὲ Φιλόσοφος πολλοῖς ὀνόμασιν ἐκάλεσεν αὐτὰ, ποτὲ μὲν ἑνικῶς, ποτὲ δὲ πληθυντικῶς, ἵνα γυμνάσῃ ἡμᾶς καὶ εἰ ἐσμὲν νοήμονες. Εἰρηκε γὰρ ὑποκατιὼν ὅτως. Ἐὰν ἦς νοήμων, καὶ ποιήσῃ ὡς γέγραπται, ἔσῃ μακάριος, νικήσεις γὰρ μεθόδῳ πενίαν τὴν ἀνίατον νόσον. Ἀποδιαπεμπόμενος ἓν ἦν καὶ ἀποπερισπῶν ἡμᾶς τῆς ματαίας πλά-

aqvam, nigredinem,& corporum i.e. ſubſtantiarum attenuationem. Qvomodo, inqvit Dioſcorus, nos jurejurando devinxit, ne alicui rem tantam liqvido declaremus: Recte ait: *Nemini*, hoc eſt nulli imperito. Illud enim verbum: Nemini, non de omnibus prædicatur. Ipſe namqve hoc de imperitis,& rudibus dixit.

IV. Cerne enim, qvid in chryſopœiæ initio tradiderit, *Mercurius à cinabrio & chryſocolla.* D. Et his ne opus eſt? Sy. Non Dioſcore. D. qvid igitur opus eſt? Si. Audiſti, ſed rurſus accipe. Solutio corporum eſt, ut illa ſolvas, eademqve in aqvam redigas, ut fluant, & nigreſcant, & attenuentur. Hoc enim vocatur aqva ſulphuris, & Mercurius, & chryſocolla, & ſulphur ignem non expertum * cunctisq; aliis nominibus appellatur. Dealbatio eſt combuſtio, & citrinatio à mortuis excitari. Ipſa enim ſe ipſa comburunt, & ipſa ſe ipſa vivificant. Philoſophus vero multis ipſa nominibus appellavit, aliqvando qvidem unius, aliqvando vero multorum numero, ut nos exerceat, & videat, ſi prudentes ſimus. Dixit enim progrediens ita: *Si fueris prudens & feceris, ut literis extat, eris beatus. Hac enim ratione paupertatem, morbum inſanabilem, ſuperabis*

* Non inflammabile.

perabis. Revocans igitur, & abstrahens nos à vano errore, ut animum nostrum à rerum multitudine abduceret. Attende vero, qvidnam in libelli initio dixit. *Venio ego etiam in Ægyptum naturalia ferens, ut rerum sylvam contemnatis.* Naturalia vero appellavit solida corpora, nisi enim illa solvantur, ac rursus conjungantur, nunqvam res ad finem perducetur.

V. Et qvo intelligamus ex solidis corporibus aqvas, hoc est florem, sumi, vide qvomodo dixerit. *Quæ vero sunt in liquoribus. Crocum Cilicium, Aristolochiam*, & reliqva. Cum flores diceret, planum nobis fecit, aqvas ex solidis sumi. Et qvo nobis persuaderet, rem ita se habere, postqvam dixit, *Urinam incorruptam*, dixit etiam, *Aqvam calcis vivæ, & aqvam cineris brassicæ, & aqvam facis, & aqvam aluminis*, * & in fine dixit, *Lac canis.* Et manifestum nobis est, qvod ex communi proficiscitur. Qvæ enim corpora solvunt, attulit, aqvam nitri, & aqvam facis, & vide qvemadmodum dixit. *Hæc est materia auri conficiendi. Hæc sunt, quæ materiam permutant, & in aliud metallum vertunt. Quæque igni pugnantia reddunt: præterea vero nihil est tutum. Si igitur prudens eris & facies, ut scriptum est, eris beatus.*

* Salis Ammoniaci.

νης, ὥστε ἀπηλλάγηται ἡμᾶς τῆς πολυύλου φαντασίας. Πρόσεχε δὲ ἐν τῇ εἰσβολῇ τῆς βίβλου τί εἶπεν. Ἥκω δὴ κἀγὼ ἐν Αἰγύπτῳ, φέρων τὰ φυσικά, ὅπως τῆς πολλῆς ὕλης καταφρονήσητε. Φυσικὰ δὲ εἴρηκεν τὰ στερεὰ σώματα. Εἰ μὴ γὰρ αὐτὰ ἀναλυθῶσι καὶ πάλιν παγῶσιν, οὐδὲν εἰς πέρας προσέλθῃ τῷ πράγματι.

V. Καὶ ἵνα νοήσωμέν ὅτι ἐκ τῶν στερεῶν λαμβάνεται τὰ ὕδατα, τοῦτ' ἐστιν τὸ ἄνθος, ὅρα πῶς εἶπε. Τὰ δὲ ἐν ζωμοῖς κρόκον κιλίκιον καὶ ἀριστολοχίαν, καὶ τὰ ἑξῆς. Τὰ ἄνθη εἰπὼν ἐδήλωσεν ἡμῖν, ὅτι ἐκ τῶν στερεῶν τὰ ὕδατα λαμβάνεται. Καὶ ἵνα ἡμᾶς πείσῃ ὅτι ταῦτα οὕτως ἔχει, μετὰ τὸ εἰπεῖν ὅρον ἄφθορον, εἶπεν ὕδωρ ἀσβέστου καὶ ὕδωρ σποδοκεράμβης καὶ ὕδωρ φέκλης, καὶ ὕδωρ ἁλὸς ἀμωνιακοῦ, καὶ ἐπὶ τέλει εἶπε, κυνὸς γάλα. Καὶ δῆλον ἡμῖν ἐστιν ὅτι ἐκ τοῦ κοινοῦ ἀναφερόμενον. Τὰ γὰρ λυτικὰ τῶν σωμάτων προεισήνεγκεν, ὕδωρ νίτρου καὶ ὕδωρ φέκλης, καὶ ὅρα πῶς εἶπεν. Αὕτη ἡ ὕλη τῆς χρυσοποιΐας. Ταῦτά ἐστι τὰ μεταλλοιοῦντα τὴν ὕλην, καὶ μεταλλεύοντα καὶ πυρίμαχα ποιοῦντα. Ἐκτὸς γὰρ τούτων οὐδέν ἐστιν ἀσφαλές. Ἐὰν οὖν ἧς νοήμων, καὶ ποιήσῃς ὡς γέγραπται, ἔσῃ μακάριος.

V. Διό-

VI. Διόσκ. Καὶ πῶς ἔχω νοῆσαι, φιλόσοφε; τὴν μέθοδον παρὰ σοῦ βέλομαι μαθεῖν. Ἐὰν γὰρ ἀκολουθήσω τοῖς εἰρημένοις, οὐδὲν ὀνήσωμαί τι παρ' αὐτῶν. Συνεσ. Ἄκουσον, Διόσκορε, αὐτῷ λέγοντος, καὶ ὄξυνόν σου τὸν νοῦν τοῖς ἐγκειμένοις, καὶ πρόσεχες πῶς λέγει· Ἔκστρεψον αὐτῶν τὴν φύσιν, ἡ γὰρ φύσις ἔνδον κέκρυπται. Δ. ὦ Συνέσιε, τίνα ἐκστροφὴν λέγει, καὶ πῶς αὐτὴν ἐκστρέψω, ἢ πῶς φέρω τὴν φύσιν ἔξω; Σ. Ὄξυνόν σου τὸν νοῦν, Διόσκορε, καὶ πρόσεχε τοῖς εἰρημένοις. Ἐὰν οὖν οἰκονομήσῃς ὡς δεῖ, φέρεις τὴν φύσιν ἔξω. Γῆ χία, καὶ ἀσβέστης, καδμία λευκὴ, καὶ τὰ ἑξῆς. Βλέπε πόση παρατήρησις τοῦ ἀνδρὸς, πῶς πάντα λευκὰ ἠνίξατο, ἵνα δείξῃ τὴν λεύκωσιν. Ὃ λέγει οὖν, Διόσκορε, τοιοῦτόν ἐστι. Βάλε τὰ σώματα μετὰ τοῦ Ὑδ, καὶ βίνισον εἰς λεπτὸν, καὶ ἀναλάμβανε τὸν ἕτερον, πάντα γὰρ ὁ Ὑδ εἰς ἑαυτὸν ἕλκει, ἕασον πεφθῆναι ἡμέρας γ', ἢ δ', καὶ βάλε αὐτὴν εἰς βοτάριον ἐπὶ θερμοσποδιᾶς περαείας, ὃ δὴ βοτάριόν ἐστι κηρωτάκες. Ταύτῃ οὖν τῇ ἀναδόσει τοῦ πυρὸς συναρμόζεται τῷ βοταρίῳ ὑάλινον ὄργανον ἔχον μασάριον, ἐπὶ τὰ ἄνω προσέχον, καὶ κάτω κάρφ * κείμενον ᾖ. Καὶ τὸ

VI. D. & qvonam pacto, philosophe, hanc viam possim invenire, abs te scire desidero, si enim prædicta seqvar, nullam inde utilitatem conseqvar. Sy. Audi Dioscore ipsum dicentem, ac mentem tuam exacue, & attende, qvomodo dixerit, *converte ipsorum naturam, natura enim intus latitat.* D. o Synesie, qvam conversionem dicis? Sy. Corporum inqvam. D. & qvomodo ipsam convertam, vel qvomodo ipsam naturam extraham? Sy. Exacue tuam mentem Dioscore, & considera, qvonam modo dicat. *Si enim ut oportet, gubernaveris, naturam extrahes. Terra chia, & asterites, cadmia alba*, & reliqva. Vide, qvanta sit viri prudentia, qvomodo alba omnia tetigit, ut albedinem ostenderet, qvod ergo Dioscore inqvit, hoc est. Junge corpora cum Mercurio, & seca in tenuem scobem, & sume alium Mercurium, omnia enim Mercurius trahit ad se ipsum: & sine ut digerantur per tres, vel qvatuor dies, & loca materiam hanc in testa supra cinerem calidum, nec sit magnus ignis accensus, sed in tepido cineris suavis calor, ita ut cera possit liqvescere. Hujusmodi igitur ignis vapore testæ vas vitreum accommodatur, cujus mammilla alte se efferat, rostrum vero deor-

 sum

* In ora Codicis adscriptum: ἐπικεφαλαιόθω.

sum vergat, & cape aqvam, qvæ ascenderit per alembicum, & serva, & putrefac. Hæc dicitur aqva sulphuris. Hæc est conversio, hæc vocatur corporum solutio. Hac ratione naturam intus latitantem in lucem proferes. Hæc aqva cum corrupta fuerit, vocatur acetum, & vinum Amineum, & similia.

VII. Et qvo admireris hominis sapientiam. Vide qvomodo duos catalogos fecerit, auri, & argenti conficiendi, & duos item liqvores alterum qvidem in flavo, alterum vero in albo, hoc est, auri, & argenti, & vocavit solis catalogum Chrysopœiam; lunæ vero argenti confectionem. D. Sat bene dixisti Synesie. Sed ipsius artis, qvidnam prius est? dealbatio, vel citrinatio? Sy. Dealbatio potius. D. & qvamobrem citrinationem prius recensuit? Sy. Qvoniam sol lunæ præfertur. D. ita ne ò Synesie faciendum est? Sy. Non Dioscore, sed ut nostræ mentis, & ingenii aciem exercerent, hæc ita disposita sunt. Audi ipsum dicentem, qvod sibi cum nobis prudentibus oratio est, mentem nostram exercenti. Si vero vis exacte rem scire, duobus catalogis mentem adhibe: qvod ante omnia Mercurius positus est, & in flavo, hoc est sole, & in albo, hoc est luna. Et in sole qvidem dixit: *Mercurius à cinabrio*, in albo vero dixit:

ἀνερχόμενον ὕδωρ διὰ τῆ μαζῆ δέχε, καὶ ἔχε εἰς σῆψιν. Τῦτο λέγεται ὕδωρ θεῖον. Αὕτη ἐστὶν ἐκτροφή. αὕτη καλεῖται λύσις σωμάτων. Τῦτ' ὅταν σαπῇ, καλεῖται ἔξω ☿ οἶνω ἀμινέω καὶ τὰ ὅμοια.

VII. Καὶ ἵνα θαυμάσῃς τὴν τῦ ἀνδρὸς σοφίαν, βλέπε πῶς δύο καταλόγυς ἐποιήσατ', ☉ ποιίας ☽ ποιίας, καὶ πάλιν δύο ζωμὺς, τὸν μὲν ἕνα ἐν τῷ ξανθῷ, τὸν δὲ ἕτερον ἐν τῷ λευκῷ, τυτέστι ☉ καὶ ☽, καὶ ἐκάλεσε τὸν τῦ ☉ κατάλογον χρυσοποιΐαν, τῆς ☽ ἀργυροποιΐαν. Δ. Πάνυ καλῶς ἔφης, ὦ Συνέσιε φιλόσοφε, καὶ ποῖον πρῶτόν ἐστι τῆς τέχνης τὸ λευκᾶναι ἢ τὸ ξανθῶσαι; Σ. μᾶλλον τὸ λευκᾶναι. Δ. καὶ διὰ τί τὴν ξάνθωσιν εἶπε πρῶτον; Σ. Ἐπειδὴ προτετίμηται ☉ τῆ ☽. Δ. ἢ ἔτως ὀφείλομεν ποιῆσαι; Σ. ἒ Διόσκορε, ἀλλὰ τὸ γυμνᾶσαι ἡμῶν τὸν νῦν καὶ τὰς φρένας, ἔτω συνεταγήτησαν. Ἄκυσον αὐτῆ λέγοντος ὡς νοήμασιν ἡμῶν ὁμιλεῖ, γυμνάζων ἡμῶν τὸν νῦν. Ἐὰν δὲ βέλῃ τὸ ἀκριβὲς γνῶναι, πρόσεχε εἰς τὺς δύο καταλόγυς, ὅτι πρὸ πάντων ἡ ☽ ἐτάγη. Καὶ ἐν τῷ ξανθῷ, τυτέστιν ☉, καὶ ἐν λευκῷ τυτέστιν ☽. ἐν μὲν τῷ ☉ εἶπεν, ☽ ἡ ἀπὸ

ἡ ἀπὸ κινναβάρεως. Ἐν δὲ τῷ λευκῷ εἶπεν. ☽ ἡ ἀπὸ ἀρσενικῆ, ἢ σανδαράχης, καὶ τὰ ἑξῆς.

Mercurius ab arſenico, vel ſandaracha, & qvæ ſeqvuntur.

VIII. Διόσκορος εἶπε. Καὶ διάφορός ἐστιν ἡ ☽? Συνέσ. ναὶ, διάφορος, μία ὢσα. Δ. καὶ εἰ μία ἐστὶ, πῶς ἐστι διάφορος; Σ. καὶ διάφορος γίνεται, καὶ μεγίστην δύναμιν ἔχει. Ἤκουσας τῆ Ἑρμῆ λέγοντος. Τὸ κήριον τὸ λευκὸν, καὶ τὸ κήριον τὸ ξανθόν. Δ. ναὶ, ἤκουσα. Ὅπερ δὲ βούλομαι μαθεῖν, Συνέσιε, τοῦτό με διδαξον τὸ ποίημα, ὃ σὺ ἐπίστασαι. Πάντως αὕτη τὰ εἴδη πάντων δέχεται. Σ. νόησον ὦ Διόσκορε, ὥσπερ γὰρ ὁ κηρὸς ὅιον δ' ἂν προσλαμβάνῃ † χρῶμα δέχεται, ἕτω καὶ ☽, φιλόσοφε, αὕτη λευκαίνει πάντα καὶ πάντων τὰς ψυχὰς ἕλκει καὶ ἑψεῖ καὶ ἐπισπᾶται. Διοργανιζομένη ἓν καὶ ἔχουσα ἐν ἑαυτῆ τὰς ὑγρότητας πάντων καὶ σῆψιν ὑφισαμένη ἀμείβει πάντα τὰ χρώματα, καὶ ὑποστατικὴ γίνεται ἀνυποστάτων αὐτῶν ὑπαρχόντων. Μᾶλλον δὲ ἀνυποστάτε αὐτῆς ὑπαρχούσης τότε καὶ κατώχυμος γίνεται τοῖς οἰκονομίαις τοῖς διὰ τῶν σωμάτων καὶ τῶν ὑλῶν αὐτῶν.

VIII. D. Diverſus ergo eſt Mercurius? Sy. Sane qvidem diverſus eſt, cum unus ſit. D. Et ſi unus eſt, qvo nam pacto eſt diverſus? Sy. Et diverſus eſt, & vim maximam habet, nonne audiſti Mercurium * dicentem, *favus albus, & favus rubeus?* D. Audivi eqvidem. Qvod autem ſcire Syneſie cupio, hoc ** me doceto. Sy. Omnino ipſe Mercurius omnes induit formas, qvemadmodum enim cera ſumit qvemcunqve colorem trahit, ſic etiam Mercurius, philoſophe, ipſe dealbat omnia, & omnium animas trahit, eademq; coqvit, & rapit, ad inſtrumenta ergo aptatus, & in ſeipſo humores habens prorſus etiam corruptionem ſuſtinens permutat omnes colores, & permanet, ipſis non permanentibus: immo vero ipſo non ſubſiſtente, tunc etiam continetur corporum & ſubjectorum rectionibus.

IX. Διόσκορος. Καὶ ποῖά εἰσι ταῦτα τὰ σώματα καὶ αἱ ὕλαι αὐτῶν; Συνέσιος. Ἡ τετρασωμία καὶ τούτων τὰ συγγενῆ. Διόσκορος. Καὶ ποῖα εἰσὶ

IX. D. Et qvænam ſunt hæc ipſorum corpora & materiæ? Sy. Qvatuor corporum compoſitio, & horum ea, qvæ affinia ſunt. D. Qvæ ſunt horum affinia? Sy. Audiſti

* Hermetem Trismegiſtum.

** Hanc operationem. † Al. ὁμιλήσῃ.

disti qvod materiæ ipsorum animæ ipsorum sunt. D. Et materiæ ergo ipsorum sunt ipsorum animæ? Sy. Certe. Qvemadmodum enim faber si lignum capiat, solium facit, vel currum, vel aliud qvidpiam: & in materia solum operatur, & ipsi nihil aliud artifex dat præter formam, sic & ars ipsa ὁ Philosophe, postqvam divisit illa. Arrige aures ὁ Dioscore, statuarius expolit, vel secat lapidem, ut idoneus sit ad suum usum. Rursus faber lignum secat, vel radit, ut fiat solium, vel rheda: & nihil aliud artifex adhibet præter formam, nihil enim est præter lignum. Eodem modo, & æs fit statua, vel circulus, vel qvoddam aliud vas, artifice ipso nil nisi formam dante. Sic igitur Mercurius arte elaboratus à nobis ipse omnem formam suscipit, & fixus, ut dictum est, corpori ex qvatuor rerum generibus constanti, fortis & firmus manet, continens, & contentus ob id: & Pibichius * eum magnam affinitatem dixit habere.

X. D. Recte hæc explicasti, ac me instruxisti. Volo igitur ad viri verba accedere, & ea, qvæ ab ipso obliqve dicta sunt, à principio videre. *Mercurius ex cinabrio.* Omnis igitur Mercurius ex corporibus fit. Hic autem ex cinabrio dixit, tanqvam manifestum τὰ τέτων συγγενῆ; Συνέσι. Ἤκεσας ὅτι αἱ ὕλαι αὐτῶν ψυχαὶ αὐτῶν εἰσί. Διόσκορ. Καὶ αἱ ὕλαι ἒν αὐτῶν ψυχαὶ αὐτῶν εἰσί; Συνέσι. Ναὶ, ὥσπερ ὁ τέκτων ἐὰν λάβῃ ξύλον καὶ ποιῇ θρόνον, ἢ δίφρον, ἢ ἄλλο τι, μόνον τὴν ὕλην ἐργάζεται, ἔτως ἡ τέχνη αὕτη, ὦ φιλόσοφε, ἐπειδὴ ἔτεμεν αὐτὰ, ἄκεσον ὦ Διόσκορε, ὁ λιθοξόος ξέει τὸν λίθον, ἢ πελέκει ἵνα ἐπιτήδειον γένηται εἰς τὴν χρείαν αὐτῦ. Ὁμοίως ὁ τέκτων τὸ ξύλον πελέκει καὶ ξέει ὥστε γίνεσθαι θρόνον ἢ δίφρον, ἀδὲν γάρ ἐστιν εἰ μὴ ξύλον. Ὁμοίως καὶ γίνεται ἀνδριὰς ἢ ἄλλο σκεῦος, τὰ τεχνίτα αὐτὸ μόνον τὸ εἶδος χαριζομένα. Οὕτως ἒν καὶ ἡ σελήνη φιλοτεχνεμένη ὑφ' ἡμῶν πᾶν εἶδος αὐτὴ ἀναδέχεται, καὶ πεδηθεῖσα, ὡς εἴρηται, ἐν τῷ τετρασοίχῳ σώματι ἰσχυρὰ καὶ ἀδιάκτος μένει, διὰ τᾶτο καὶ ἐπιβήκιος * πολλὴν ἀγγελίαν ἔχειν ἔλεγεν.

X. Διόσκορ. ἐπέλυσας φιλόσοφε, ἐδίδαξάς με φιλόσοφε. Βέλομαι ἒν ἐπὶ τὴν τᾶ ἀνδρὸς ἀναδρομεῖν ῥῆσιν. καὶ ἐξ ὑπαρχῆς ἀναλαβεῖν τὰ ὑπ' αὐτᾶ λελοξεμένως εἰρημένα., σελήνη ἡ ἀπὸ κιννα βάρεως. πᾶσα ἒν σελήνη ἀπὸ σωμάτων γίνεται. ἔστι δὲ ἐκ κιννα-

βά-

* Locus, ut videtur, corruptus.

βάρεως ξανθή ἐστι. αὐτὴ δὲ λευκὴ ἡ ☽. Συνέσι☉. ἐνεργείᾳ μὲν λευκὴ ὑπάρχει ἡ ☽, δυνάμει δὲ ξανθὴ γίνεται. Δ. μὴ ἄρα τοῦτ' ἔλεγεν ὁ φιλόσοφ☉. ὦ φύσεις ἐφάνιαι φύσεων δημιουργοὶ ταῖς μεταβολαῖς νικῶσαι τὰς φύσεις. Σ. ναὶ διὰ τοῦτ' εἴρηκεν. εἰ μὴ γὰρ ἐκτραφῇ, ἀδύνατον γενέσθαι τὸ προσδοκόμενον, καὶ μάτην κάμνουσιν οἱ τὰς ὕλας ἐξερευνῶντες; καὶ μὴ φύσεις σωμάτων μαγνησίας ζητοῦντες. Ἔξεστιν γὰρ τοῖς ποιηταῖς καὶ συγγραφεῦσι, τὰς αὐτὰς λέξεις ἄλλως τε καὶ ἄλλως κηματίζειν. Σῶμα οὖν μαγνησίας εἴρηκε τὴν μίξιν τῶν ὑσιῶν, καὶ διὰ τοῦτ' ὑποκαλιὼν ἔφη ἐν τῇ εἰσβολῇ τῆς ποιήσεως τὸ ☉, λαβὼν ☽ πῆξον τῷ τῆς μαγνησίας σώματι.

XI. Διόσκορ☉. Ἰδοὺ οὖν προτετίμηται ἡ ☽. Συνέσι☉. Καὶ διὰ ταύτης γὰρ τὸ πᾶν ἀναστᾶται. Καὶ πάλιν προσίθεται, καὶ κατὰ βαθμὸν ἑκάστης οἰκονομίας τετύχηκεν. χρυσοκόλλα, ὅ ἐστι βατράχιον. ἐν δὲ τοῖς χλωροῖς λίθοις εὑρίσκεται. Δ. Καὶ τίς ἂν εἴη χρυσοκόλλα ὅ ἐστι βατράχιον; τίς ἡ σημασία, ὅτι καὶ ἐν τοῖς

sit ipsum esse ex cinabrio. Atqui Mercurius ex cinabrio citrinus est, ipse autem Mercurius est albus. Sy. Actu quidem albus est Mercurius, virtute vero citrinus fit. D. Hoc ne igitur dixit Philosophus? ò naturæ cœlestes naturarum creatrices mutationibus naturas superantes. Sy. Et hanc ob causam dixit: *Nisi enim permutentur id quod expectatur, fieri non poterit, & frustra laborant, qui materias explorant, & non naturas corporum magnesiæ quærunt.* Licet enim poëtis, & oratoribus easdem dictiones alia, atq; alia ratione efformare. Corpus igitur magnesiæ dixit, hoc est substantiarum mixtionem. Et ob id progrediens ait, in principio, ubi auri conficiendi rationem docet: *Capiens Mercurium infige corpori magnesiæ.*

XI. D. Eccè igitur præpositus est Mercurius. Sy. Sanè quidem, ob ipsum enim omnia extrahuntur. Atque iterum adiicit, (& per gradus cujuslibet rei institutum pertractavit) *Chrysocolla, quod est batrachium, inter virides lapides invenitur.* Et quænam sit chrysocolla, id est batrachium, & quidnam significet, quod & inter virides lapillos invenitur, necesse igitur

nobis est qværere. Primò igitur scire debemus, qvæcunqve sunt colore viridia, & age jam, ut ab homine exordiamur, homo enim omnibus animantibus in terra degentibus antefertur. Dicamus igitur hunc pallentem pallidum effectum esse, & manifestum est, qvod, ut ochra, mutatur illius forma, hoc est, ad aureum colorem, immo vero ad ipsius citri corticem; qvæ est palloris species. Hoc procedente oratione flavum, arsenicum appellavit, ut palloris speciem ostenderet.

XII. Ut autem cognoscas, qvomodo magna cum prudentia particulariter hoc dixit, animadverte qvanam ratione dicat: *Mercurium à cinabrio corpori magnesiæ*, postea infert *Chrysocollam*, *claudianum masculinum*, nomen rursus induxit masculinum, ut ipsum à fœmininis separaret, & post Claudianum, arsenicum flavum duobus flavis duo nomina fœminina imponens, postea duo masculina. Oportet igitur nos investigare, & videre, qvid hoc sit, hic, qvantum ego Dioscore suspicor, unum putrefacit. Deinde assumit *Cadmia*, postea *Androdamanta*, & androdamas, & cadmia sicca sunt, & ostendunt cor-

χλωροῖς λίθοις εὑρίσκεται. Σ. ἀναγκαῖον ἂν ἐστὶν ἡμῖν ζητῆσαι. Ὀφείλομεν ἂν εἰδέναι πρῶτον ὅσα ἀπὸ χρωμάτων εἰσὶ χλωρῶν. Φέρε ἂν ὡς ἀπὸ ἀνθρώπε εἴπωμεν. Προτετίμηται γὰρ ὁ ἄνθρωπος πάντων τῶν ζώων ἐπὶ τῆς γῆς. Λέγομεν ἂν ὅτι ὠχριῶσαντα τοῦτον, χλωρὸν γεγονέναι, καὶ δῆλον ὅτι ὡς ὠχρὰ τὸ εἶδος μεταβάλλεται, ὅ ἐστιν ἐπὶ τὸ χρυσίζον. Καὶ αὐτὸ δὲ μᾶλλον τοτέστι τὸ λέπος τοῦ κιτρίου τὸ τῆς ὠχρότητος εἶδος. Τοῦτο δὲ καὶ ὑποκατιὼν εἶπεν. ἀρσενικὸν ξανθὸν, ἵνα δείξῃ τὸ τῆς ὠχρότητος εἶδος.

XII. Ἵνα δὲ εἴδῃς, πῶς μετὰ παρατηρήσεως μεγίκως εἴρηκε τοῦτο, πρόσεχε τὸν νοῦν, πῶς λέγει. Λῆ ἀπὸ κινναβάρεως σῶμα μαγνησίας. Εἶτα ἐπιφέρει. Τὸν χρυσοκόλλαν κλαυδιανὸν ἀρσενικόν. Ὄνομα πάλιν ἐπήγαγεν ἀρσενικὸν, ἵνα διέλῃ ἀπὸ τῶν θηλυκῶν. Καὶ μετὰ τὸν κλαυδιανὸν ἀρσενικὸν, τὸ ξανθόν. Τὰ ξανθὰ δύο προσθεὶς ὀνόματα θηλυκά. Ἐπεὶ τὰ δύο ἀρσενικά. δεῖ ἂν ἡμᾶς ἐπιχειρῆσαι καὶ ἰδεῖν τί ἂν εἴη τοῦτο. ὡς ἐγὼ κεκίνημαι, Διόσκορε, ἐνταῦθα σήπει τὸν ⊙, εἶτα ἐπαναλαμβάνει καδμίαν. εἶτα ἀνδροδάμανια. Καὶ ὁ ἀνδροδάμας καὶ ἡ καδμία ξηραί εἰσι.

Καὶ

Καὶ δείκνυσι τὴν ξηρότητα τῶν σωμάτων. Καὶ ἵνα ἔυδηλον αὐτὸ ποιήσῃ, ἐπήνεγκε ςυπτηρίαν ἐκσηπτωθεῖσαν ἅλα ἀμωνιακόν. βλέπε πόση παρατήρησις τῦ ἀνδρὸς ἵνα οἱ ἐχέφρονες νοήσωσι πῶς αὐτὸς ἐδίδαξεν εἰπὼν ἅλα ἀμωνιακὸν ἐκσηπτωθεῖσαν, τῦτο γὰρ καὶ τὸς ἀμυήτους ὤφελε πείθειν. ἵνα δὲ καὶ βεβαιότερά σοι γένοιτο, εὐθέως ἐπήγαγε θεῖον ἄπυρον ὅ ἐςι θεῖον ἄκαυςον, τὸ πᾶν. τετέςι τὰ ξηρανθέντα εἴδη κάτω, ὅ ἐςι τὰ σώματα γεγονότα, θεῖον ἄκαυςον κέκληται. καὶ μετέπειτα ἐπιφέρεται, πυρίτης ἀπολελυμένος, μηδένα τῶν ἄλλων ἀπροσδιορίςως ἐπιβεβαιῶν. Τῦτο ἀληθὲς ὑπάρχει ὅλι τὰ ἀπομείναντα ξηρά. Καὶ ταῦτα ὑποδιαιρῶν, ἐπιφέρει. Σίνοπιν ποντικήν, μεταβὰς ἀπὸ τῶν ξηρῶν ἐπὶ τὰ ὑγρά. σίνοπιν εἴρηκεν. ἀλλὰ διὰ τὴν ποντικήν οὐκ ὢν ἐν ἐπιγνώσει ἐγένετο. Ἐπιβεβαιύμενος δὲ, ἐπήνεγκεν ὕδωρ θεῖον ἄθικτον. Τὸ ἀπὸ μόνε θείε θεῖον.

XIII. Διόσκορος. Καλῶς ἐπέλυσας, φιλόσοφε, ἀλλὰ πρόσεχε πῶς εἶπεν, ἐὰν ἀπολελυμένον τὸ δι' ἀςβέςε. Συνέσις. Ὦ Διόσκορε, ὁ προσέχεις τὸν νῶν. ἡ ἄςβες λευκή ἐςι, καὶ τὸ ἀπὸ ταύτης ὕδωρ, λευκόν ἐςι

porum ſiccitatem, & ut hoc planum faceret, intulit *Alumen combuſtum*. Conſidera, qvanta ſit viri ſapientia, hoc enim dixit, ut prudentes intelligerent, qvomodo ipſos docuerit, dicens, Alumen uſtum? fortaſſe vero, hoc etiam imperitis voluit perſuadere, ut autem & firmiora tibi eſſent, ſtatim intulit, *Sulphur ignem non expertum*, hoc eſt ſulphur incombuſtum, *totum*, id eſt exſiccatas ſpecies infra, hoc eſt corpora unum facta ſulphur incombuſtibile appellavit, & poſtea infert, *Pyrites diſſolutus*, nullum ex aliis indeterminate confirmans. Hoc verum eſt, qvod ſicca ſunt ea, qvæ permanent, & hæc diſtinguens infert. *Sinopin ponticam* à ſiccis ad humida tranſiens ſinopin dixit, ponticam tamen addens, qvod niſi addidiſſet, intelligi neutiqvam potuiſſet. Hoc autem confirmans intulit, *Sulphuris aquam athicton*. i. e. illibatam, à ſolo ſulphure ſulphur.

XIII. D. Recte hoc, philoſophe, enodaſti, ſed attende, qvomodo dixit *per calcem vivam*. Sy. O Dioſcore, non animum aduertis. Calx viva alba eſt, & aqva ejusdem alba, & acuta, & ſulphur ſuffitum dealbat, declarationis gra-

tia igitur ſtatim ſubdit : *Sulphuris fuliginem*, nonne hæc nobis patefaciens? D. certè benè dixiſti, & deinceps ſori citrinum, & vitriolum citrinum, & cinabrium. Sy. Sori, & calcanthum citrinum non noſti eſſe viridia? cum igitur tetigiſſet Veneris æruginis ablationem, hoc eſt expurgationem, immo vero eam ſignificaret, qvæ totius eſt, ut à coloribus, hoc dixit, & rurſus hoc confirmans in fine intulit : *Poſt ablationem rubiginis, quæ vocatur æruginis expurgatio, tunc injectis humidis fit firma citrinatio*, & vere viri ingenuitas hic oſtenſa eſt.

καὶ σύφον. Καὶ τὸ θεῖον, θυμιώμενον, λευκαίνει. Σαφηνείας ἕν χάριν εὐθέως ἐπήγαγε θεῖον ἀνθάλην, ἐχὶ δῆλα ἡμῖν ταῦτα ποιῶν ; Διόσκορ. Ναὶ, καλῶς εἴρηκας, καὶ μετὰ τοῦτο σῶρι ξανθὸν καὶ χάλκανθον ξανθὸν καὶ ἀμωνιακὸν ἅλα. Συνέσι. Τὸ σῶρι καὶ ἡ χαλκάνθη ξανθὰ πῶς οὐκ ἀγνοεῖς ὡς χλωρὰ εἴη; αἰνιττόμενος ἕν τὴν τῆ ♀ ἐξίωσιν ἤτοι ἐξίχνευσιν, μᾶλλον δὲ τὸν τῆ παντὸς, ἀπὸ χρωμάτων τοῦτ' εἴρηκε καὶ πάλιν ἐπιβεβαιούμενος ἐπὶ τῆ τέλους ἐπήγαγε. Μετὰ γὰρ τὴν ἀφαίρεσιν τῆ ἰῶ ἥτις καλεῖται ἐξίωσις, τότε ἐπιβολῆς τῶν ὑγρῶν γινομένης γίνεται βεβαία ξάνθωσις. Καὶ ὄντως ἡ ἀφθονία τῆ ἀνδρὸς ἐνταῦθα ἀπεδείχθη.

XIV. Vide enim qvomodo ſtatim conjunxit, cum diſtincta rerum explicatione uſus eſſet, cum dixerit ; *Quæ vero in liquoribus, hæc ſunt : Crocus cilicius, Ariſtolochia, Flos cnici, flos anagallidis, quæ cyaneum fert florem.* Qvid hoc amplius dicere, aut referre potuerat, ut nobis perſuaderet, qvam per anagallidis florem loqvi? mirum enim mihi videtur, qvod non ſolum anagallidis, ſed etiam floris meminerit. Anagallidis ſiqvidem nomen innuit nobis, ut aqvam extraheremus, & ob florem horum animas, id eſt, ſpiritus educeremus. Qvod ſi hæc non ita ſe habeant, nihil eſt

XIV. Ὅρα περ πῶς εὐθέως συνῆψε τῷ διορισμῷ χρησάμενος καὶ εἰπών. Τὰ δὲ ἐν ζωμοῖς εἰσὶ ταῦτα. κρόκος κιλίκιος, ἀριστολοχία, κνίκε ἄνθος. ἀναγαλλίδος ἄνθος, τῆς τὸ κυάνεον ἄνθος ἐχούσης. Τοῦτο πλέον τί εἶχεν εἰπεῖν, ἢ κατὰ λέξιν, ἵνα πείσῃ ἡμῶν τὰς καρδίας. εἰ μὴ διὰ τὸ εἰπεῖν ἄνθος ἀναγαλλίδος. Θαυμάσαι γάρ μοι δοκοῦν ἀναγαλλίδος. Ἐμήνυσεν ἡμῖν τὸ ἀναγαγεῖν τὸ ὕδωρ. Διὰ γὰρ τῆ ἄνθους, τὰς τούτων ψυχὰς ἀναγαγεῖν, τουτέστι τὰ πνεύματα. εἰ μὴ γὰρ ταῦτα ὅτως ἔχει, οὐδέν ἐστι βέβαιον. καὶ μάτην δυσχήσαντες

σαντες οἱ τάλανες εἰς τὸ πέλαγος τοῦτο ὑποβρίπτιζόμενοι πολλοῖς κόποις καὶ μογεροῖς ἐμπεσόντες ἀνόνητοι καθεζῶτες ἔσονται.

XV. Δ. καὶ τί πάλιν ὁ ἄφθονος φιλόσοφος καὶ καλὸς διδάσκαλος; ἐπήγαγε ῥᾶ ποντικόν; Σ. βλέπε ἀφθονίαν ἀνδρός. ῥᾶ εἶπεν αὐτὸ ἢ ἵνα ἡμᾶς πείσῃ, εὐθέως ἐπήγαγε τὸ ποντικόν. Τίς γὰρ ἀνδρῶν φιλοσόφων οὐκ οἶδεν, ὅτι ὁ πόντος καθάρσιός ἐστιν ὑπὸ τῶν ποταμῶν πάντοθεν περικλυζόμενος; Δ. Ἀληθῶς, Συνέσιε, ἔφρασας καὶ εὐφρανάς μου τὴν ψυχὴν σήμερον. οὐκ ἔστι γὰρ μέτρια ταῦτα. τοῦτο δέ σε παρακαλῶ, ἵνα ἐπὶ πλέον με διδάξῃς, διὰ τί ἄνωθεν εἶπε χάλκανθον ξανθὸν, ἐντεῦθα δὲ ἀπροσδιορίστως μετὰ τῆς κυανοῦ χαλκάνθου ἐπήγαγεν; Σ. ἀλλὰ ταῦτα ὦ Διόσκορε, τὰ ἄνθη μηνύουσι, χλωρὰ γὰρ ὑπάρχουσιν. Ἐπειδὴ οὖν τὸ ἀνερχόμενον ὕδωρ δεῖ τῆς πήξεως, εὐθέως ἐπήγαγε, νόμι ἀκάνθης. εἶτα ἐπήγαγεν ὄρον ἄφθορον, καὶ ὕδωρ ἀσβέστου, καὶ ὕδωρ σποδοκράμβης καὶ ὕδωρ ἁλὸς ἀμωνιακοῦ, ἢ ὕδωρ μολυβδοχάλκου καὶ ὕδωρ ἀρσενικοῦ καὶ χαλκάνθου. βλέπε πῶς ταῦτα πάντα λυτικὰ ἢ διαφορεῖν δυνάμενα προήνεγκε. Τοῦτο δῆλον, ὅτι διδάσκων ἡμᾶς τὴν ἀνάλυσιν τῶν σωμάτων.

firmi. Et frustra infelices jacturam facientes, & in hoc pelagus demersi multos, & ærumnosos labores subeuntes, nullum percipere fructum poterunt.

XV. D. Cur rursus etiam expers invidiæ philosophus, ac bonus magister subdidit, *Rha ponticum?* S. considera naturam viri invidia carentem. Rha ipsum dixit, & ut nobis persuaderet, intulit, Ponticum. Qvis enim philosophorum non intelligit, qvod pontus est defluxus à fluminibus undiqve circumcluſus? D. Vere Synesie præveniſti, & hodie animum meum exhilaraſti, non enim hæc sunt mediocria. Hoc igitur, precor, ut me præterea doceas; qvam ob rem superius dixit chalcanthum citrinum? hic vero indefinite cum viridi chalcantho intulit. Sy. Sed hæc ò Dioscore flores significant. Viridia enim sunt. Qvoniam ergo aqva, qvæ egreditur eget fixione, statim, adjecit, *Gummi spinæ*, postea subdit, *urinam incorruptam, & aquam calcis vivæ, & aquam cineris brassicæ, & aquam aluminis. & aquam molybdochalci.* i. e. plumbi æris, *& aquam arsenici, & aquam chalcanthi.* Vide qvomodo omnia solvendi, & digerendi vim habentia prius intulit, hoc scilicet nos docens corporum solutionem.

XVI. D. Et recte dixisti, & qvonam modo in fine dixit, *Canis lac*? Sy. Ut tibi ostenderet, qvod ex communi omnia sumuntur. Vere Dioscore cogitasti. Attende vero qvomodo dicit: *Hæc est materia auri conficiendi.* Qvænam materia? qvis ignorat omnia hæc esse fugacia, nec enim lac asininum, nec caninum potest cum igne luctari: qvoniam lac asini si in aliqvo loco per aliqvot sufficientes dies reposueris, evanescet. Qvid vero dictum illud est? *Hæc sunt, quæ materiam permutant*, hæc faciunt, ut res cum igne pugnent, cum ipsa fugacia sint? Qvid item illud verbum videtur? *Præter hæc nihil est tutum?* ut infelices hæc vera esse sibi persuadeant. Sed denuo audi, qvid ipse dixerit. Et infert, *si prudens fueris, & feceris, ut scriptum est*, perinde ac si dixisset, si sapias, ac recte, ut opus est, cogitaveris, *eris beatus*, & qvid alibi dixit? *Vobis prudentibus inquam.* Oportet igitur nos mentem nostram exercere, nec committere, ut decipiamur, ut egestatis insanabilem morbum evitemus: ne ab ipsa opprimamur, neve in vanam egestatem incurrentes accepto damno miseri efficiamur, exercere igitur, & exacuere mentem debemus.

XVI. Δ. καὶ καλῶς εἴρηκας, καὶ πῶς ἐπὶ τέλει εἴρηκε κυνὸς γάλα; Σ. ἵνα σοι δείξῃ ὅτι ἀπὸ τῶ κοινῶ τὸ πᾶν λαμβάνεται. Οὕτως ἐννοεῖς Διόσκορε, πρόσεχε δὲ πῶς λέγει. αὕτη ἡ ὕλη τῆς χρυσοποιΐας ἐστί. Ποία ὕλη; τίς οὐκ οἶδεν, ὅτι πάντα φευκτά εἰσιν. ἔτε γὰρ ὄνειον γάλα, ἔτε κυνὸς γάλα πυρμαχεῖν δύναται. Τὸ γὰρ ὄνειον γάλα ἐὰν ἀποθήσῃς ἐν τόπῳ ἱκανὰς ἡμέρας, ἀφανιεῖται. Τί δὲ καὶ τὸ εἰπεῖν; ταῦτά εἰσι τὰ μεταλλοιοῦντα τὴν ὕλην, ταῦτα καὶ πυρίμαχα ποιεῖ, φευκτῶν αὐτῶν ὄντων. Καὶ τὸ ἐκτὸς τούτων οὐδέν ἐστιν ἀσφαλές, ἵνα νομίσωσιν οἱ τάλανες, ὅτι ἀληθῆ εἰσι ταῦτα. ἀλλὰ πάλιν ἄκουσον αὐτῶ, τί εἶπεν, καὶ ἐπιφέρει, ἐὰν ἦς νοήμων καὶ ποιήσῃς ὡς γέγραπται, ἀντὶ τῶ ἐὰν ἦς σοφὸς καὶ διακρίνῃς τὸν λογισμὸν ὡς δεῖ κεχρῆσθαι, ἔσῃ μακάριος. Καὶ τί ἀλλαχῶ εἶπε; τοῖς ἐχέφροσιν ὑμῖν λέγω. δεῖ οὖν ὑμᾶς γυμνάζειν τὰς φρένας ὑμῶν καὶ μὴ ἀπατᾶσθαι, ἵνα καὶ τὴν ἀνίατον νόσον τῆς πενίας ἐκφύγωμεν, καὶ μὴ νικηθῶμεν ὑπ' αὐτῆς, καὶ εἰς ματαίαν πενίαν ἐμπεσόντες δυσυχήσωμεν ἀνόητοι καθεσθέντες. Τὸ γυμνάζεσθαι τὰς φρένας ὀφείλομεν καὶ ὀξὺν ἔχειν τὸν νοῦν.

XVII.

XVII. Διὰ τί ἔν ἐπιφέρει τὸ ἐπιβαλεῖν; ὃ διαλέγει τὰ προλεγόμενα, ἀλλὰ τὰ ἀπὸ νοός. ἀλλὰ πάλιν λέγει. Ποτὲ μεν ☉ διὰ τὸν χρυσοκόραλον, ποτὲ δὲ ☾ διὰ τὸν ☉, ποτὲ δὲ ♀ διὰ τὸν ☉, πότε δὲ ♄ ἢ ♃ διὰ τὸν μολυβδόχαλκον. Ἰδὼ αὐτὸς ἐπὶ τὰς βαθμὰς, μὴ ἔν εἰς βάραθρον ἐμπέσωμεν τῆς αὐτῆς ἀγνοίας τῶν σημαινομένων παῤ αὐτῶν. Πολλὴ γὰρ ὑπάρχει τῷ ἀνδρὶ ἡ σοφία, μετὰ γὰρ τὸ εἰπεῖν αὐτὸν, ἄυτη ἡ ὕλη τῆς χρυσοποιίας εἰρήθω. Ἐπιφέρει λέγων, φέρε δὴ καθεξῆς καὶ τὸν τῆς ☾ποιίας λόγον ἀφθόνως ἐξείπωμεν. ἵνα δείξῃ ἡμῖν ὅτι δύο ἐργασίαι εἰσὶν, ὅτι καὶ ἡ ☾ποιία πρὸ πάντων προτετίμηται καὶ προτερεύει, καὶ χωρὶς αὐτῆς οὐδὲν γενήσεται.

XVIII. Ἄκουσον αὐτῦ πάλιν ἐντᾦθα λέγοντος. ἡ ♃ ἡ ἀπὸ ἀρσενικῦ ἢ χαλκάνθου ἢ ψιμμυθίου ἢ μαγνησίας ἢ σίμμεος ἰταλικῦ. καὶ ἄνω μὲν ἦν ἐν τῇ χρυσοποιίᾳ. ♃ ἡ ἀπὸ ἁλὸς ἀμωνιακῦ. Ἐντᾦθα λέγει ♃ ἡ ἀπὸ ἀρσενικῦ ἢ ψιμυθίου, καὶ τὰ ἑξῆς. Δ. Καὶ πως ἐνδέχεται ♃ ψιμμυθιον γενέσθαι; Σ. ἀλλ' οὐκ ἀπὸ ψιμμυθίου ♃ εἶπεν ἵνα λάβωμεν, ἀλλὰ τὴν λεύκωσιν τῶν σωμάτων ἢ

XVII. Qvam ob rem vero subdit, *injectionem*? non ob id dicit, qvæ prius relata sunt, sed animi sensus explicat. Cæterum rursus dicit, aliqvando qvidem *solem per chrysocorallum*, aliqvando vero *lunam per solem*; aliqvando vero *venerem per solem*. Aliqvando *Saturnum*, vel *Jovem per molybdochalcum*. Ecce ipse nos ad artis gradus extulit. Caveamus igitur, ne vane ambulantes in foveam ignorationem significationum, qvæ sunt apud ipsum, incidamus. Magna enim viro inest sapientia. Nam postqvam ipse ait, *Ipsa auri conficiendi materia dicta sit*, infert dicens: *Age igitur deinceps etiam argenti conficiendi rationem plane doceamus*, ut nobis ostenderet duas esse operationes. Qvoniam, & argenti conficiendi ratio omnibus prælata est, & antecellit; & sine ipsa nihil fiet.

XVIII. Audi ipsum hic rursus dicentem, *Mercurius ab arsenico, vel chalcantho, vel cerussa, vel magnesia, vel stimmi Italico*. Et superius in auri conficiendi ratione dixit. *Mercurius à cinabrio*, hic vero ait: *Mercurius ab arsenico, vel cerussa*, & reliqva. D. Et qvomodo potest cerussa Mercurius fieri? Sy. Sed non dixit, ut nos Mercurium à cerussa sumeremus, sed corporum dealbationem, hoc est, conversionem tangens, hoc dixit. Hic enim cuncta

cuncta alba retulit. Ibi vero citrina : ut recte nos intelligeremus ; vide qvomodo appellavit corpus magneſiæ chryſocollam. Hic vero corpus magneſiæ tantum, vel ſtimmi Italici. Et hæc nobis breviter dicta ſufficiant. Exercere prius mentem decet, ut naturæ operationes dignoſcamus in rebus, qvibus Deo favente ſtudemus : oportet igitur noſſe prius rerum ſpecies liqvefacere, & conflationibus conſimiles in unum colorem convertere, & duos Mercurios in argentum vivum redigere, & ad putrefactionem ſeparare. Sed ope divina commentandi finem faciam.

τὴν ἀνάκαμψιν ἀνιτιθέμενος εἴρηκεν. ἐντᾶυθα γὰρ λευκὰ πάντα εἶπεν. ἐκεῖ δὲ τὰ ξανθὰ, ἵνα νοήσομεν, ὅρα πῶς εἶπε σῶμα μαγνησίας χρυσοκόραλον, ἐντᾶυθα δὲ σῶμα μαγνησίας μόνον, ἢ στίμμεος ἰταλικῆ. Καὶ ταῦτα μὲν πρὸς βραχύ τι ἄυταρκες ἡμῖν εἰρήσθω. προγυμνάζεσθαι δὲ τὸν νῶν χρὴ, ἵνα διαγινώσκωμεν τὰς τῆς φύσεως ἐνεργείας περὶ τῶν σπευδαζομένων τῇ τοῦ Θεοῦ συνεργείᾳ. χρὴ δὲ ἡμᾶς γινώσκειν ταραχεύεσθαι δεῖ τὰ εἴδη πρῶτον καὶ ἐν τοῖς χώσεσιν ὁμόχροα ἀπολελεῖσθαι εἰς ἓν χρῶμα, καὶ τὰ μὲν δύο ☾☾ ὑδραργυρίζοντα καὶ εἰς σῆψιν ἀποχωρίζοντα Θεοῦ βοηθοῦντος. καὶ τὸ πᾶν τοῦ λόγου τετέλεσται.

CAPUT XXIII.

De EUNOMIO & aliis Qvarti Sæculi Hæreticis.

De Eunomio 1. *Scriptores veteres qui ejus hæreſin confutarunt.* 2. *Eunomii ſcripta* 3. *alii Enomii.* 4. *Libellus fidei Theodoſio Imp. oblatus.* 5. *Apologia nunc primum edita integra Græce & Latine.* 6. *De hæreticis ſæculi quarti, Ario,* 7. *Photino,* 8. *Aëtio.* 9. *aliisque.* 10.

I.

EUnomius in Dacora a) Cappadociæ vico natus, à Baronio S. Baſilium b) ſecuto præter rem Galata appellatur:

a) Sozom. VII. 17. cum qvo non pugnat Nyſſenus, Oltiſerium (in qvo Dacorenſes agri) patriam Nyſſeni prodens.

b) Ex Baſilio in Eunom. lib. I. pag. 2. Baronius ad A. C. 360. n. 35. Sed videndus Nyſſenus in Eunom. lib. I. pag. 307. ſeq. & qvi ex recentioribus de Eunomio

ὑπογραφεὺς sive notarius, discipulus & defensor fuit Aëtii Ariani, Magistro etiam subtilior, * & in hæresi prodenda audacior, auctor sectæ *Anomœorum*. c) Ex Diacono Antiocheno factus A. C. 360. Episcopus Cyzici, ** hæretica, qvam primum dissimulabat doctrina sua graves in Ecclesia turbas dedit, unde Constantii Imp. jussu eodem anno depositus & in exilium missus est. A Valente propemodum ultimo supplicio affectus fuisset, qvod in ipsius agris Procopius Tyrannus d) A. 365. delituerat: sed & hic Imperator novo eum exilio in Mauritaniam afficere satis habuit, unde deinde revocatum non diu post Theodosius senior iterum relegavit, e) à qvo venia deniqve impetrata ipsi est ad patrios Dacoræ agros revertendi, in qvibus obiit ante A. C. 396. Plura de Eunomio Philostorgius Eunomianus, qvi viginti annos natus Eunomium A. 361. CPoli versantem vidit f) & præter illa qvæ in Historia Ecclesiastica de illo tradit, non diffitetur etiam singulari scripto se Eunomii persecutum g) laudes, Ἐγκώμιον ἀνατάξασθαι. III. 21. sed qvod ætatem haud tulit.

imprimis videndi Tillemontius Tom 6. memor. Eccles. pag. 501. seq. edit Paris. & Samuel Basnage ad A. C. 360. n. 14.

* Confer Casp. Sagittarium introduct. in Hist. Eccles. pag. 946. qvi plura ibi de Eunomio ejusqve hæresi, qvemadmodum & D. Balthasar Bebelius Sec. IV. Tom. 2. pag. 1285. seq. Jac. Gothofredus ad Philostorg. &c.

c) *Anomœos* dici notum est à dogmate, qvod Filium non modo æqvalem ut cæteri Ariani, sed etiam similem & ὅμοιον DEO Patri negarent. Nonnulli tamen Veteres ad nomen Eunomii alludentes velut ἀνόμους interpretantur, ut in Veteri Codice Canonum qvem ad calcem operum Leonis Magni edidit Paschasius Qvesnellus cap 58. *anathematizari omnem hæresin, speciatim autem Eunomianorum, qui Latine* sine lege *dicuntur.*

** Eleusii in Episcopatu Cyziceno successor. Niceph. IX. 46. XI. 5.

d) Philostorg IX. 5. Tillemont. Tom. 6. Tom. 6. memor. pag. 509. qvi de Procopio illo accurate Histor. Imperator. Tom. 5. pag. 132. sqq.

e) Sozom. VII. 17. Nicephorus XII. 29. Hist.

f) Philostorg. X. 6.

g) Ipsam Historiam Ecclesiasticam Philostorgii haud fere aliud qvam Eunomii encomium censeri debere, recte notat Guil. Caveus.

II. Scriptores veteres de Eunomio, & contra Eunomii hæresin.

Illis, qvi interciderunt, additus asteriscus.

* Andronicianus, cujus libros breves duos adversus Eunomianos memorat Photius Cod. 45.

* Apollinaris, qvem inter eos qvi Eunomium confutarunt primo loco ponit Hieronymus c. 120. de Scriptor. Eccles. Meminit & Philostorgius VIII. 12.

S. Athanasius dialogo 2. de Trinitate, ubi refutat Aëtii Epistolam scholiis Eunomii illustratam.

Basilius Magnus Epist. 168. & in libris contra Eunomium. Vide supra pag. 78. seq.

* Didymus Cæsareensis Eunomium confutavit teste Hieron. c. 120. de Scriptoribus Ecclesiasticis.

S. Epiphanius hæresi 76. Jo. Damascenus hæresi 76. & Harmenopulus hæresi 13. qvi confirmat qvod traditur à Joanne Zonara scholiis ad Canonem in Deiparam, apud Cotelerium III. monument. Ecclesiæ Græcæ, pag. 466. Eunomium qvæ de suppliciis impiorum æternis sacra habet pagina, πρὸς ἀπειλὴν συγγεγράφθαι πλάσμαλι μόνῳ *tantum ad comminationem solo figmento scripta* pronunciasse.

* Gelasius Episcopus Cæsareensis in Palæstina Episcopus, cujus librum adversus Anomæos memorat Photius Cod. 88. 89. & 102.

Gregorius Nazianzenus inter eos qvi Eunomio responderunt laudatur ab Hieronymo, respiciente qvinqve λόγους ejus Θεολογικοὺς adversus Eunomianos & Macedonianos, inter Orationes Nazianzeni XXXIII-XXXVII.

Gregorius Nyssenus. Vide supra, pag. 151. seq. & 160. Idem etiam libro de anima perstringit Eunomium qvod carnem cum sensibus solum à λόγῳ assumtam docuit, de qvo ejus errore Gennadius c. 2. de Ecclesiæ dogmatibus. Itaq; qvod in Eunomii expositione fidei legitur ἀναλαβόντα τὸν ἐκ ψυχῆς καὶ σώματος ἄνθρωπον, intellectum ab eo secundum Apollinaris hæresin, ut per ψυχὴν non mentem sed inferiorem modo animam sensibus constantem acceperit.

Joan-

Joannes Chrysostomus in homiliis de incomprehensibili DEI natura. Incipiunt: τί τῦτο ὁ ποιμήν. Et sexta: μίαν ὑμῖν διελέχθην. Hoc enim inprimis datum vitio est Eunomio, qvod ita de DEo etiam adversus perspicua S. Scripturæ dicta disseruit, ac si illius Naturam perspectissimam & ad unguem notam haberet. Vide S. Basilii Epist. 168. & Theodorit. lib. IV. hæret. fab. cap. 3. S. Hieronymus in XII. Matthæi: *Erubescat Eunomius tantam sibi notitiam Patris & Filii, quantam alterutrum inter se habeant, vendicans.* Verba Eunomii apud Socratem IV. 7. ὁ Θεὸς περὶ τῆς ἑαυτῦ ὐσίας ὐδὲν πλέον ἡμῶν ἐπίσταται. &c.

Historiæ Ecclesiasticæ scriptores Socrates, Sozomenus, Theodoritus, *Rufinus*, Nicephorus. Nec non qvi Annales & Chronica condidere Cedrenus, Zonaras &c.

Nicetas Choniates libro V. thesauri Orthodoxæ fidei.

Philastrius de hæresibus cap. 68. *Augustinus* & *auctor Prædestinati* hæresi 54. *Honorius* hæresi 56. qvi Eunomium Dialecticum appellat.

* Sophronius (ille ut suspicor S. Hieronymi amicus) pro Basilio contra Eunomium, laudatus Photio Cod. 5. & 138. Bibliothecæ.

Theodoritus lib. IV. hæreticarum fabularum cap. 3. qvi inter alia Eunomianis tribuit qvod & ipsi cum Marcione duo rerum principia malum & bonum statuerint, & inferiores partes à malo principio ortas & hinc non totum baptizandum esse hominem docuerint. Cui congruit qvod S. Ambrosius Eunomianos jungit Marcion, lib. 1. de officiis c. 2. ad qvem locum conferendæ notæ Monachor. Benedictinor. Tom. 2. pag. 31.

* Theodorus Antiochenus Mopsvestiæ Episcopus, cujus libros XXV. pro Basilio contra Eunomium memorat Photius Cod. 4. & Cod. 138. & 177. pag. 207. & ante eum Theodoritus loco jam laudato.

Timotheus presbyter de receptione hæreticorum, apud Cotelerium III. monument. Ecclesiæ Græcæ pag. 383. seq.

III. Eunomii scripta.

Plurima contra fidem nostram scripsisse, & disputandi leges suis dedisse sectatoribus notat Rufinus lib. 1. Hist. Eccles. cap. 25. at-

qve illa tanti facta ab Eunomianis, *ut majoris autoritatis arbitrarentur quam Evangelia, & in ipso crederent lumen esse Veritatis*, traditum Hieronymo adversus Vigilantium: vicissim Imperatores edictis publicis libros ejus (nuper defuncti) jussisse aboleri constat non modo ex Philostorgii XI. 5. Sed etiam ex lege Arcadii data A. C. 398. lib. XVI. 34. Cod. Theodos. Tom. 6. pag. 152. *Codices sane eorum* (Eunomianorum) *scelerum omnium doctrinam ac materiam continentes, summa sagacitate mox quari ac prodi exerta auctoritate mandamus, sub aspectibus eorum judicantum incendio mox cremandos. Ex quibus si qui forte aliquid qualibet occasione vel fraude occultasse, nec prodidisse convincitur, sciat se velut noxiorum codicum, & maleficii crimine conscriptorum, retentorem capite esse plectendum.* Et jam S. Basilius lib. 1. contra Eunom. pag. 5. ridet Eunomii superbiam, qvod speraret libros suos ætatem laturos. ὦ τῆς ἀλαζονείας, τὸ καὶ ὕστερον ὀιεσθαι αὐτῷ διαρκέσειν τὸν λόγον, καὶ ἀθάνατον εἰς τὸν ἐπιόντα χρόνον τὴν μνήμην αὐτῶ φυλαχθήσεσθαι. Ac certe pauca qvædam servari contigit & illorum ipsorum qvi eum confutarunt studio, cæteris omnibus longa nocte sepultis ac deperditis. Scripserat autem:

1. *Commentarium in Epistolam ad Romanos*, tomis septem, in qvibus verbositatem rerum inanem perstringit Socrates IV. 7. πολύχρης δὲ τὴν λέξιν καὶ τὰ αὐτὰ περιστρέφων ἀεὶ καὶ μὴ δυνάμενος περιγίνεσθαι τῶ προτεθέντος σκοπῶ, ὡς δεικνύουσιν αὐτῶ οἱ ἐπὶ τὰ τόμοι εἰς ἑπτὰ τοσοῦτον ἐπεκτείνας εἰς τὴν πρὸς Ῥωμαίους τῶ Ἀποστόλου Ἐπιστολήν. Πολλοὺς γὰρ λόγους εἰς αὐτὴν ἀναλώσας, τῆς Ἐπιστολῆς τὸν σκοπὸν λαβεῖν οὐ δεδύνηται. Idem ex Socrate repetit Hist. tripartita VII. 19. & Svidas in Εὐνόμιος. Addit vero Socrates idem de aliis ejus scriptis posse affirmari, ἐφάμιλλοι δὲ αὐτῶ καὶ οἱ ἄλλοι οἱ φερόμενοι λόγοι τυγχάνουσιν, ὧν ὁ βουλόμενος πεῖραν λαβεῖν, εὑρήσει ἐν πολυλεξίᾳ τὴν τῶν νοημάτων ἐυτέλειαν.

2. *Epistolas*, qvas cæteris Eunomii scriptis præfert Philostorgius, & ab eo prælatas notavit Nicephorus XII. 29. Meminit Epistolarum ejus etiam Photius Codice CXXXVIII. ad qvadragenas ex illis legisse se testatus, sed non ita præclare de illis judicat. Ἀνεγνώσθησαν δὲ καὶ ἐπιστολαὶ αὐτῶ πρὸς διαφόρους, μέχρι τεσσαράκοντα, ἀλλὰ καὶ ἐν ταύταις τὸ αὐτὸ τῶν λόγων εἶδος λεπτουργῶν, παντελῶς τῆ τῶν ἐπιστολῶν χαρακτῆρος ἐδὲ τοὺς νόμους ἀκέστου, μήτιγε τελβεὶς ἐν αὐτοῖς εἰς τὸ σηλιτευθῆναι διέπεσεν.

3. Ἐκ-

3. Ἔκθεσιν πίστεως, *Fidei libellum* Theodosio Imp. oblatum CPoli A. C. 383. cum Episcopos plures * ad se vocasset, & confessiones eorum exhiberi sibi fecisset, ut narrant Socrates V. 10. & Sozomenus VII. 12. Hunc libellum in Codice Bavarico & Liveneji subjectum, in MS. Florentino autem, unde Emericus Bigotius descripsit, præfixum libris Nysseni contra Eunomium publicavit Valesius in notis ad laudatum Socratis locum, & post eum Baluzius in nova collectione Concilior. Tom. 1. pag. 89. Qvoniam vero brevis est, ut cum Apologetico qvem infra primus profero, possit conferri, eam hic integram exhibui. *Nec inutile fuerit*, inqvit Valesius, *eam hic apponere. Etsi enim totam Eunomii impietatem complectitur, quædam tamen habet minime spernenda.*

Εὐνομίου ἔκθεσις.

I. Τοῦ Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, κατὰ δικαίαν κρίσιν φήσαντος ὁμολογεῖν ἔμπροσθεν τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς τοὺς ὁμολογοῦντας αὐτὸν ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων, καὶ ἀπαρνεῖσθαι, τοὺς ἀρνουμένους αὐτόν. καὶ τῆς ἀποστολικῆς διδασκαλίας προτρεπούσης ἡμᾶς, ἑτοίμους εἶναι πρὸς ἀπολογίαν παντὶ τῷ ἐπερωτῶντι λόγον. καὶ τῶν βασιλικῶν προσταγμάτων ταύτην ἐπιζητούντων τὴν ὁμολογίαν, προθύμως ὁμολογοῦμεν, ἃ φρονοῦμεν, καὶ ὅτι πιστεύομεν εἰς τὸν ἕνα καὶ μόνον ἀληθινὸν Θεὸν κατὰ τὴν αὐτοῦ διδασκαλίαν, οὐκ ἐψευσμένῃ φωνῇ τιμῶντες· Ἔστι γὰρ ἀψευδής. ἀλλ' ὄντως ὄντα φύσει τε καὶ δόξῃ Θεὸν ἕνα.

Fides exposita ab Eunomio.

I. Cum DEus ac Servator noster JEsus CHristus justissima sententia dixerit, a) confessurum se coram Deo Patre, eos, qvi ipsum confiterentur coram hominibus, & negaturum eos, qvi ipsum negarent: cumqve Apostolica doctrina b) hortetur nos, ut prompti paratiqve simus ad reddendam rationem cuilibet eam poscenti; cum deniqve Imperialia præcepta c) hanc confessionem reqvirant, alacri animo confitemur ea, qvæ sentimus, & qvod credimus in unum ac solum verum DEũ, d) juxta ipsius doctrinam, neutiqvam falsa voce eum honorantes. Est enim expers mendacii. Qvippe qvi & natura & gloria revera est unus DEus; sine prin-

* Confer Clariss. Boivini notas ad Nicephori Gregoræ Historiam pag. 793.

a) Matth. X, 32. b) 1. Petr. III, 15. c) Theodosii M. Imp. d) Joh. XVII. 3.

principio, ſemper & indeſinenter ſolus: ſubſtantia ſecundum qvam unus eſt neqvaqvam diviſus, aut partitus in plures: aut alius atqve alius ſubinde exiſtens, aut ab eo, qvod eſt recedens: Nec ex una ſubſtantia in tres hypoſtaſes figuratus. Omnino enim & ſemel unus eſt, uno ſemper atqve eodem modo permanens ſolus: nullum habens ſocium Divinitatis, nullum gloriæ participem, nullum conſortem potentiæ, nullum regni aſſeſſorem. Unus enim eſt ac ſolus DEus omnipotens, DEus Deorum, Rex Regum, & Dominus Dominantium: altiſſimus ſuper omnem terram: altiſſimus in cœlis: altiſſimus in altiſſimis ac cœleſtibus: verus in exiſtendo id, qvod eſt & manet ſemper: verus in operibus, verus in ſermonibus: principium omnis ſubjectionis, poteſtatis, Imperii. Superior converſione, & expers mutationis, utpote illibatus. Propriam ſubſtantiam non partiens in generando: nec idem generans & generatus, aut idem * Pater exiſtens & Filius. Eſt enim incorruptus. In faciendo neqvaquam indigens materia, aut membris, aut naturalib⁹ inſtrumentis. Nulla enim re opus habet,

ἀνάρχως, ἀϊδίως, ἀτελευτήτως μόνον. ὃ τὴν οὐσίαν καθ' ἑῶ ἐστιν εἷς, χωριζόμενον ἢ μεριζόμενον εἰς πλείους· ἢ ἄλλοτε ἄλλον γινόμενον, ἢ τῶν εἶναι ὃ ἐστι μεθισάμενον. ὅτε ἐκ μιᾶς οὐσίας εἰς ὑποστάσεις τρεῖς σχηματιζόμενον· πάντη γὰρ καθάπαξ ἐστὶν εἷς, καὶ κατὰ τὰ αὐτά τε καὶ ὡσαύτως διαμένων μόνος· ὃ κοινωνὸν ἔχων τῆς θεότητος, ὃ μερισὴν τῆς δόξης, ὃ σύγκληρον τῆς ἐξουσίας, ὃ σύνθρονον τῆς βασιλείας· εἷς γάρ ἐστι καὶ μόνος θεὸς παντοκράτωρ, θεὸς θεῶν, βασιλεὺς τῶν βασιλευόντων, καὶ κύριος τῶν κυριευόντων· ὕψιστος ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν, ὕψιστος ἐν οὐρανοῖς, ὕψιστος ἐν ὑψίστοις, τοῖς ἐπουρανίοις. ἀληθινὸς ἐν τῷ εἶναι ὃ ἐστιν ἀεὶ καὶ διαμένει· ἀληθινὸς ἐν ἔργοις, ἀληθινὸς ἐν λόγοις· ἀρχὴ ἁπάσης ὑποταγῆς, ἐξουσίας. βασιλείας ἀνώτερος τροπῆς, καὶ μεταβολῆς ἐλεύθερος, ὡς ἀκήρατος· οὐκ ἐν τῷ γεννᾶν τὴν ἰδίαν οὐσίαν μερίζων, καὶ ὁ αὐτὸς γεννῶν καὶ γεννώμενος, ἢ ὁ αὐτὸς πατὴρ γινόμενος καὶ υἱός. ἐστὶ γὰρ ἄφθαρτος· οὐκ ἐν τῷ ποιεῖν ἡμέρων ἢ φυσικῶν ὀργάνων προσδεόμενος. ἐστὶ γὰρ πάντων ἀπροσδεής.

* Ut Sabellio viſum.

II. Cre-

ΙΙ. Πιστεύομεν καὶ εἰς τὸν τοῦ Θεοῦ υἱὸν, τὸν μονογενῆ Θεὸν, τὸν πρωτότοκον πάσης κτίσεως, χριστὸν ἀληθινὸν Θεὸν, οὐκ ἀγέννητον· οὐκ ἄνευ πρὸ τοῦ εἶναι γεννήσεως ὀνομαζόμενον υἱὸν, πρὸ πάσης κτίσεως γενόμενον· οὐκ ἄκτιστον. ἀρχὴν ὁδῶν ἔργων τοῦ Θεοῦ, καὶ ἐν ἀρχῇ ὄντα λόγον. οὐκ ἄναρχον. σοφίαν ζῶσαν, ἀλήθειαν ἐνεργοῦσαν, δύναμιν ὑφεστῶσαν. ζωὴν γεννητήν. ὡς υἱὸν Θεοῦ ζωογονοῦντα τοὺς ζῶντας· καὶ ζωοποιοῦντα τοὺς νεκρούς· φῶς ἀληθινὸν, φωτίζον πάντα ἄνθρωπον εἰσερχόμενον εἰς τὸν κόσμον· ἀγαθὸν καὶ χορηγὸν ἀγαθῶν. ὡς ἀγαθότητι καὶ δυνάμει γεννηθέντα τοῦ πατρός. ἐχὶ τῷ μερίσαντι συμμερισάμενον τὴν ἀξίαν, οὐκ ἄλλῳ τινὶ τὴν πατρικὴν οὐσίαν, ἢ τὴν βασιλείαν. ἀλλὰ γενόμενον ἐκ γεννήσεως ἔνδοξον, καὶ τῆς δόξης κύριον. καὶ λαβόντα παρὰ τοῦ Πατρὸς τὴν δόξαν, ἢ τῆς ἐκείνου μεταλαβόντα δόξης· ἀμεταδότου γὰρ ἡ δόξα τοῦ παντοκράτορος, καθὼς εἶπε, τὴν δόξαν μου ἑτέρῳ οὐ δώσω.

II. Credimus etiam in Filium Dei, unigenitum Deum, primogenitum omnis creaturæ, d) Christum verum Deum, non ingenitum: non anteqvam esset, sine generatione Filium nominatum e) genitum ante omnem creaturam, non increatum: principium viarum Dei f) ad opera, & in principio existentem sermonem, g) non expertem principii: sapientiam viventem, veritatem operantem, virtutem subsistentem, vitam genitam. Qvi, utpote Filius Dei, vivos vivificat, & suscitat mortuos. Lucem veram, qvæ illuminat omnem hominem venientem in mundum. h) Bonum, & suppeditatorem bonorum: qvippe qvi bonitate ac virtute Patris est genitus. Qvi neqve cum eo, qvi ipsi impertitus est dignitatem, neque cum ullo alio paternam substantiam aut regnum participavit. Sed qvi ex generatione factus est gloriosus & Dominus gloriæ. Qvi à Patre accepit gloriam, non autem participavit gloriam Patris. Nam gloria Omnipotentis est incommunicabilis, sicut ipse

d) Coloss. I, 15.

e) contra Pauli Samosateni, Marcelli Ancyrani & fortasse Photini sententiam. Vide qvæ ad Philastrii hæresin 123.

f) Prov. VIII, 22. g) Joh. I, 1. h) Joh. I, 9.

ipse dixit: i) *gloriam meam alteri non dabo:* Qvi à Patre glorificatus est ante sæcula. k) Qvi glorificatur à Patre per sæcula, & per universam rationalem & creatam substantiam. Qvem stipat universa cœlestis militia. Est enim Dominus & Rex gloriæ, l) utpote Dei Filius ac DEus: opifex mortalium atqve immortalium: opifex spirituum & universæ carnis. Omnia enim per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil: m) Rex & Dominus vitæ omnis ac spiritus eorum, qvæ per ipsum facta sunt. Omnia enim ei tradita sunt à Patre, n) juxta sanctissimam ejus vocem, & omnia dedit Pater in manu ejus. Obediens ad opificium & creationem omnium rerum. Obediens ad omnem administrationem. Qvi non ex obedientia accepit, ut esset Filius aut DEus. Sed ex eo, qvod Filius est, & qvod unicus genitus est, factus est DEus. Obediens in operibus, obediens in verbis. Mediator in sententiis, mediator in legibus. Hunc Filium DEi & unigenitum DEum agnoscimus. Solum similem o)

δεδοξασμένον ὑπὸ τῦ Πατρὸς πρὸ τῶν αἰώνων· δεδοξασμένον ὑπὸ τῦ πατρὸς δι' αἰῶνος, καὶ πάσης λογικῆς καὶ γενητῆς ἐσίας δορυφορύμενον ὑπὸ πάσης ἐπουρανίε στρατιᾶς· κύριος γάρ ἐστι καὶ βασιλεὺς τῆς δόξης, ὡς ὑὸς Θεῦ καὶ Θεός. δημιυργὸς ἀθανάτων καὶ θνητῶν, δημιυργὸς τῶν πνευμάτων καὶ πάσης σαρκὸς· πάντα γὰρ δι' αὐτῦ ἐγένετο, καὶ χωρὶς αὐτῦ ἐγένετο ἐδέν· βασιλεὺς καὶ κύριος πάσης ζωῆς καὶ πνοῆς τῶν δι' αὐτῦ γενομένων· πάντα γὰρ αὐτῷ παρεδόθη παρὰ τῦ πατρὸς, κατὰ τὴν ἁγίαν αὐτῦ φωνὴν, καὶ πάντα δέδωκεν ὁ πατὴρ ἐν τῇ χειρὶ αὐτῦ ὑπήκοος πρὸς τὴν τῶν ὄντων δημιυργίαν καὶ γένεσιν. ὑπήκοος πρὸς πᾶσαν διοίκησιν· οὐκ ἐκ τῆς ὑπακοῆς προσλαβὼν τὸ εἶναι ὑὸς ἢ Θεός· ἀλλ' ἐκ τῦ ὑὸς εἶναι καὶ γεννηθῆναι μονογενὴς Θεὸς γενόμενος ὑπήκοος ἐν ἔργοις· ὑπήκοος ἐν λόγοις· μεσίτης ἐν δόγμασι· μεσίτης ἐν νόμοις· τῦτον ἴσμεν ὑὸν τῦ Θεῦ καὶ μονογενῆ Θεόν. τῦτον ὅμοιον τῷ γεννήσαντι μόνον κατ' ἐξοχὴν

i) Esaiæ XLII. 8. At bene Chrysost. in Matth. XXI. 23. editus à Cotelerio 3. Monument. Ecclesiæ Græc. pag. 150. *Filius alter non est, ego enim & Pater unum sumus* Joh. X. 30. Et, *cum venerit Filius hominis in gloria Patris sui*, Marc. VIII. 38.

k) Joh. XVII. 5. l) Psal. XXIV. 7. 8. 10. m) Joh. I. 2.

n) Matth. XXVIII. 18. o) Ab hac doctrina, Anomœorum nomen, qvod similitudinem Naturæ inficiabantur, solam similitudinem operationis admittebant.

ἐξαίρετον ὁμοιότητα καὶ τὴν ἰδιάζουσαν ἔννοιαν· οὐκ ὡς πατρὶ πατέρα· οὐ γάρ εἰσι δύο πατέρες. οὐδὲ ὡς ἐμοὶ υἱόν, οὐκ ὄντων δύο υἱῶν. οὐδὲ ὡς ἀγέννητον ἀγεννήτῳ. μόνῳ γάρ ἐστιν ἀγέννητος ὁ παντοκράτωρ, καὶ μόνος υἱὸς ὁ μονογενής· ἀλλ' ὡς υἱὸν πατρὶ ὡς εἰκόνα καὶ ὡς σφραγῖδα πάσης τῆς τοῦ παντοκράτορος ἐνεργείας καὶ δυνάμεως. σφραγῖδα τῶν τοῦ πατρὸς ἔργων καὶ λόγων καὶ βουλευμάτων. τοῦτον ὁμολογοῦμεν ἕνα τὸν ἐν ὕδασιν ἐπικέυσαντα τὴν γῆν. Τὸν πυρὶ καταφλέξαντα Σοδομίτας· τὸν ἐπιθέντα δίκην Αἰγυπτίοις. Τὸν θέμενον τοὺς νόμους κατ' ἐπιταγὴν τοῦ αἰωνίου Θεοῦ. Τὸν ἐπὶ τῶν προφητῶν ὁμιλήσαντα τοῖς παλαιοῖς· Τὸν καλέσαντα τοὺς ἀπειθοῦντας. Τὸν λαβόντα πᾶσαν τὴν κρίνειν τὴν ἐξουσίαν· ὁ γὰρ πατὴρ κρίνει οὐδένα· Τὴν γὰρ κρίσιν πᾶσαν δέδωκε τῷ υἱῷ. Τὸν ἐπ' ἐσχάτων τῶν ἡμερῶν γενόμενον ἐν σαρκὶ. γενόμενον ἐκ γυναικὸς· γενόμενον ἄνθρωπον ἐπὶ ἐλευθερίᾳ καὶ σωτηρίᾳ τοῦ γένους ἡμῶν· ἀναλαβόντα τὸν ἐκ ψυχῆς καὶ σώματος ἄν-

Patri ob præcipuam ſimilitudinem & propriam ſignificationem: non ut Patrem Patri. Neq; enim duo ſunt Patres. Non ut Filium Filio; qvippe cum non ſint duo filii: Neqve ut ingenitum ingenito; unus enim ingenitus eſt, Deus ſcilicet omnipotens; & unus Filius, unigenitus ſcilicet. Sed ſimilem, ut Filium Patri: qvippe qvi imago ſit & ſigillum p) omnis operationis ac virtutis Paternæ; ſigillum omnium operum ac ſermonum & conſiliorum Patris. Hunc confitemur unum eſſe eorum, qvi terram inundarunt, eum, qvi Sodomitas igne exuſſit. Qvi Ægyptios ſupplicio affecit. Qvi leges tulit juxta mandatum æterni Dei. Qvi tempore Prophetarum locutus eſt ad priſcos. Qvi vocavit eos, qvi parere recuſabant. q) Qvi omnem judicandi poteſtatem accepit. Pater enim non judicat qvenqvam, ſed omne judicium dedit Filio. r) Qvi in ultimis diebus factus eſt in carne, factus ex muliere. s) Factus eſt homo ad liberationem & ſalutem generis noſtri. Qvi hominem ex anima t) conſtantem & corpore aſſumpſit.

Kk Qvi

p) Hebr. I. 3. q) 1. Petr. III. 20. r) Joh. V. 22. s) Galat. IV. 4.
t) Vide ſupra pag. 250.

Qvi ore & lingua annunciavit pacem vicinis simul ac remotis. Qvi factus est obediens usqve ad crucem & ad mortem: u) & qvi non vidit corruptionem, x) sed surrexit tertia die. Et post resurrectionem discipulis suis per compendium exposuit mysterium. Qvi sedet ad dexteram Patris, qvi venturus est, ut vivos judicet ac mortuos.

III. Post hunc credimus in Paracletum, Spiritum veritatis: Doctorem pietatis. Qvi factus est ab unigenito & illi semel subjectus: nec post Patrem, nec cum Patre connumeratus. Unus enim ac solus Pater est DEUS super omnia. Nec Filio coæqvatus; unicus enim est Filius, nullum fratrem habens simul genitum. Nec tamen cum ulla alia re comparatus. Omnia enim, qvæ per Filium facta sunt opera, transcendit generatione ac natura, & gloria & cognitione; qvippe qvi primum sit ac præstantissimum, & maximum ac pulcherrimum opus unigeniti. Qvi cum unus ac solus sit etiam ipse, primusqve & excellentissimus omnium Filii opificiorum, ob substantiam & naturæ dignitatem, operationem omnem ac doctrinam perficit ex arbitrio

u) Philipp. II, 8. x) Psalm. XVI, 10.

θρωπον· Τὸν διὰ γλώσσης καὶ σώματος εὐαγγελισάμενον τὴν εἰρήνην τοῖς ἐγγὺς καὶ τοῖς μακρὰν· Τὸν γενόμενον ὑπήκοον μέχρι σταυροῦ καὶ θανάτου, καὶ μὴ ἰδόντα διαφθορὰν, ἀλλὰ ἀναστάντα τῇ τρίτῃ τῶν ἡμερῶν· καὶ μετὰ τὴν ἀνάστασιν ἀνακεφαλαιωσάμενον τοῖς ἑαυτοῦ τὸ μυστήριον· καὶ καθήμενον ἐν δεξιᾷ τοῦ πατρός. Τὸν ἐρχόμενον κρίναι ζῶντας καὶ νεκρούς.

III. Καὶ μετὰ τοῦτον πιστεύομεν εἰς τὸν Παράκλητον, τὸ πνεῦμα τῆς ἀληθείας· Τὸν καθηγητὴν τῆς εὐσεβείας· γενόμενον ὑπὸ τοῦ μονογενοῦς καὶ τοῦ καθάπαξ ὑποτεταγμένον. Οὔτε κατὰ τὸν πατέρα. οὔτε τῷ πατρὶ συναριθμούμενον· εἷς γάρ ἐστι καὶ μόνος πατὴρ ὁ ἐπὶ πάντων Θεός· οὔτε τῷ ὑιῷ συνεξισούμενον· μονογενὴς γάρ ἐστιν, ἀδελφὸν οὐκ ἔχων ὁμογενῆ· οὔτε μὴν ἄλλῳ τινὶ συνταττόμενον· ἁπάντων γὰρ ἀναβέβηκε τῶν διὰ τοῦ ὑιοῦ γενομένων ποιημάτων γενέσει καὶ φύσει, καὶ δόξῃ καὶ γνώσει· ὡς πρῶτον ἔργον καὶ κράτιστον τοῦ μονογενοῦς· μέγιστόν τε καὶ κάλλιστον· εἷς δὲ καὶ ἀληθῶς καὶ πρῶτος καὶ μόνος· καὶ πάντων προύχων τῶν τοῦ ὑιοῦ ποιημάτων κατὰ τὴν οὐσίαν καὶ τὴν φυσικὴν ἀξίαν, πᾶσαν ἐνέργειαν καὶ διδασκαλίαν ἐξανύει

νύϕ κατὰ τὸ δοκῶν τῷ ἐμῷ, πεμπόμενος ὑπ' αὐτοῦ καὶ παρ' αὐτοῦ λαμβάνων· καὶ ἀναγγέλλων τοῖς παιδευομένοις· καὶ τῆς ἀληθείας καθηγούμενος ἁγιάζων τοὺς ἁγίους· μυσταγωγῶν τοὺς προσιόντας τῷ μυστηρίῳ. διανέμων πᾶσαν δωρεὰν τῷ πνεύματι τοῦ διδόντος τὴν χάριν· σωφρονῶν τοῖς πιστοῖς πρὸς κατανόησιν καὶ θεωρίαν τῶν διατεταγμένων· ὑφηχῶν εὐχομένοις· ὁδηγῶν πρὸς τὸ συμφέρον. κραταιῶν πρὸς εὐσέβειαν· φωτίζων τὰς ψυχὰς τῷ φωτὶ τῆς γνώσεως· καθαίρων τοὺς λογισμούς. δαίμονας ἀπειργῶν, καὶ νοσοῦντας θεραπεύων· τοὺς νοσοῦντας ἰώμενος· πλανομένους ἐπιστρέφων· θλιβομένους παρακαλῶν· ὀκλάζοντας ἀνορθῶν· πονοῦντας ἀνακτώμενος· ἀγωνιζομένοις ὑποφωνῶν. δειλανδροῦντας θαρσύνων. ἁπάντων κηδεμονία· πᾶσαν φροντίδα καὶ πρόνοιαν εἰσφερόμενον εἰς προσαγωγὴν τῶν εὐνοουμένων καὶ φυλακὴν τῶν πιστοτέρων.

IV. Πιστεύομεν ἐπὶ τούτοις εἰς τὴν γενησομένην ἀνάστασιν διὰ τοῦ Σωτῆρος, αὐτῶν τῶν διαλυθέντων σωμάτων, μετὰ τῶν οἰκείων καὶ μερῶν καὶ μορίων· οὐδενὸς ἐλλείποντος οὔτε ἐναλλαγμένου τῶν τὸ ἑκάστου σῶμα συμπληρούντων κατὰ τὸν παρόντα βίον· ἔτι μὴν καὶ τὴν ἐπὶ τούτοις κρίσιν τῶν ἔπι κακῶς δοξαζομένων ἢ βεβιωμένων, καὶ πάντων ὁμοῦ τῶν

Filii, missus ab illo & ab eodem accipiens: & renuncians iis, qvi instituuntur: docens veritatem: sanctos sanctificans: deducens eos, qvi ad Sacramentum accedunt: dividens spiritui omne donum ejus, qvi dat gratiam. Qvi cooperatur fidelibus ad intelligentiam & contemplationem eorum, qvæ mandata sunt. Qvi orantibus subsonat. Qvi ad id, qvod utile est præit viam. Qvi ad pietatem corroborat. Qvi animas luce cognitionis illustrat. Qvi purgat cogitationes. Qvi Dæmones abigit, ægros curat, sanat langvidos. Qvi errantes reducit in viam: solatur contritos: titubantes erigit: reficit laborantes. Qvi pugnantibus subclamat: timidis addit animos: curator universorum. Qvi curam omnem ac solicitudinem adhibet, ut benevolos promoveat, & fideliores qvosqve custodiat.

IV. Posthæc credimus in eam, qvæ per Servatorem futura est, resurrectionem corporum, horum scilicet ipsorum, qvæ dissoluta sunt, una cum propriis membris ac partibus: nullo deficiente aut immutato ex iis, qvæ uniuscujusqve corpus componebant dum viveret. Præterea credimus judicium, qvod postea fiet, eorum, qvæ male cogitata atqve acta fuerint

rint in vita, & omnium pariter operum ac verborum & actuum, cogitationum ac sensuum, qvi fuerint in hac vita: ita ut nihil omnino lateat, nec maximum qvidqvam, nec minimum: nihil negligatur ex iis, qvæ illegitime aut injuste gesta sunt ac perpetrata: sed justa & æqva merces rependatur: & ii qvidem, qvi usqve ad exitum vitæ impie se gesserint aut peccaverint, sempiterno tradantur supplicio: ii vero, qvi juste ac pie vixerint, ad æternam vitam perducantur.

V. Hæc sentimus, prout à Sanctis accepimus; & sentientes credimus: nihil eorum, qvæ accepimus, præ pudore aut præ metu obmittentes: sed neqve per impudentiam aut pervicaciam aliqvid amplius addentes, aut pervertentes: nec nobis conscii ullius impietatis ac blasphemiæ, cujusmodi adversus nos confingunt calumniatores, qvorum justa est condemnatio.

κατὰ τὴν παροῦσαν ζωὴν γενομένων ἔργων καὶ λόγων καὶ ἐνεργειῶν, πράξεων, ἐνθυμημάτων, νοημάτων. μηδενὸς τὸ παράπαν λανθάνοντος τῶν μεγίστων ἢ τῶν ἐλαχίστων· μηδενὸς περιορωμένου τῶν ἐνθέσμως ἢ παρανόμως εἰργασμένων, ἢ πεπραγμένων· Τῆς συμμέτρου καὶ δικαίας ἐπιμετρουμένης δίκης· καὶ τοὺς μετὰ εἰς τέλος ἀσεβήσαντας ἢ ἁμαρτήσαντας, πρὸς τὴν ἀτελεύτητον κόλασιν παραπεμπούσης· Τοὺς δὲ ὁσίως καὶ δικαίως βιώσαντας πρὸς τὴν αἰωνίαν ζωὴν ἀναφερούσης.

V. Ταῦτα καὶ φρονοῦμεν· παρὰ τῶν ἁγίων μαθόντες, καὶ φρονοῦντες πιστεύομεν· οὐδὲν ὑπ' αἰδοῦς ἢ δέους παρέντες ὧν ἐμάθομεν· ἤτε μὴν ἐπ' αἰδοῦς ἢ φιλονεικίας προσιθέντες πλεῖον ἢ διαστρέφοντες· οὐδὲ συνειδότες οὐδὲν ἀπηχὲς ἢ δύσφημον, οἷα πλάττουσι καθ' ἡμῶν οἱ συκοφαντοῦντες ἢ διαβάλλοντες· ὧν τὸ κρίμα ἔνδικον ἐστίν.

4. Ἀπολογητικὸς, *Defensio doctrinæ suæ.* Hoc ipsum est scriptum illud famosum qvod qvinqve adversus Eunomium libris, qvos etiam nunc habemus, S. Basilius confutavit, notatqve titulum istum vafre ac versute ab Eunomio esse excogitatum, ne hæreticum suum dogma, qvod peroptabat, exponere ac promulgare sponte, sed veluti coactus tueri se ac defensionem suam edere videretur. Πρῶτον μὲν γὰρ αὐτῷ πάντων κακούργημα, τὸ Κῆμα τοῦτο τῶν λόγων ἐπινενόηται, ἐν ἀπο-

λο-

λογίας εἶδε τὴν διδασκαλίαν συνθέλη, ἵνα μὴ δόξῃ προηγεμένως ποιεῖσθαι τῶν δογμάτων τῆς ἀσεβείας τὴν ἔκθεσιν, ἀλλ' ἐξ ἀνάγκης ἐπὶ τὰς λόγας τάτας ἐληλυθέναι. Exordium hujus Apologetici, Epilogumqve Græce cum Henr. Warthoni verſione ex Codice C. V. Thomæ Teniſon vulgavit Gvil. Caveus in Hiſtoria literaria ſcriptorum Eccleſiaſticorum. Integrum Anglice vertit ediditqve Wilhelmus Whiſtonus in tomo primo operis, Eunomianiſmo incruſtando deſtinati, qvod primitivum Chriſtianiſmum redivivum inſcripſit Lond. 1711. 8. Græce exſtat in variis Bibliothecis, meminiqve me Eunomii Apologeticum MS. evolvere inter libros Marqvardi Gudii, atqve hunc ipſum reſpici haud dubito à præſtantiſſimo Morhofio, qvando memoriæ lapſu ſcripſit Photini Apologiam ineditam in Gudii Bibliotheca reperiri. Neqve alia eſt Eunomii Catecheſis, ad qvam è MS. Iſaaci Voſſii vulgandam atqve verſione & confutatione donandam Balthaſar Beckerus invitatus eſt à Samuele Mareſio, * in litteris datis Groningæ A. 1670. Qvandoqvidem vero in manus meas pervenit libellus hic integer cum latina verſione *Jacobi Fabricii*, Holſati, ** deſcriptus ex Codice qvi manu C. V. Friderici Lindebrogii exaratus exſtat in Bibliotheca Johannea hujus Urbis: exiſtimavi me rem non ingratam facturum ſtudioſis Eccleſiaſticarum litterarum, ſi eum hoc loco ſubjungerem, cum verſione illa ſubinde emendata & annotatis in ima pagina locis S. Baſilii, qvibus argutiæ ejus confutantur. Neqve enim verendum eſt, ut collatis egregii Doctoris reſponſionibus aliqvis Eunomiana verſutia valde commoveatur. At operæ pretium eſt videre, qvomodo hæretici qvoqve acutiſſimi pro hæreſi ſua decertantes fruſtra ſint, & qvomodo Eunomius etiam longe præclarius de CHriſto ſenſerit Socini ſchola, neqve ea fuerit impudentia, ut clariſſimis S. Scripturæ oraculis contrarium teſtantibus, CHriſtum ante Mariam extitiſſe negaret. Philoſtorgius VIII. 12. teſtatus eſt non modo Baſilium ſed & Apollinarium præterea πρὸς τὴν ἀπολογίαν Εὐνομίου ἀντιγράψαι, *adverſus Eunomii Apologiam ſcripſiſſe*, qvod Apollinarii opus intercidit. Photius Cod. 137. Eunomii Apologeticum βιβλιδάριον appellat, narratqve illius συναιρεσιώτας in maxima admiratione

* Vide V. C. Michaëlis Lilienthal ſelecta Hiſtorico literaria pag. 33.

** Suſpicor hunc eſſe Jacobum Fabricium, Jacobi F. Superintendentem deinde Generalem Slesvicenſem, defunctum A. C. 1645. de qvo dixi in Centuria Fabriciorum pag. 42. ſq.

atqve inter arcana habitum fuisse, ita ut S. Basilius ægre exemplum ejus conseqvi potuerit. Διὰ θαύματος μὲν ἤγετο, κρύφιον δὲ καὶ ἀνέκφορον τοῖς ἄλλοις εἶναι διεσπάδαγο. Fallitur V. C. Federicus Morellus, qvi præfatione ad Tom. 1. Nysseni edit. A. 1618. Photium de illa minore ἐκθέσει loqvi existimat, qvam supra exhibui: Nam certissime constat de longe alia ei δυσεβείας Eunomianæ ἐκθέσει sermonem esse, illa nempe qvam Basilius confutavit, & qvam proxime subjungam, ubi notavero apud Photium post verba ἔ ἡ ἐπιγραφή, excidisse vocem ἀπολογητικός.

EUNOMII
impii
APOLOGIA
qvam confutavit BASILIUS
Magnus.
Jacobo Fabricio Holsato interprete.

[*Hic libellus nulla alia de causa descriptus est, quam ut quale sit hoc scriptum, constet. Etenim quæ de DEO pronunciat, & eo quod sit ingenitus, & quod Filius sit genitus,* ** *& alia quæ nugatur, maxime sunt impia, & à sancta piaque nostra fide aliena. Attende igitur & cave, quicunque hæc legis, ne à recta via avertaris.*]

I. Petulanti lingva & mente prava aliis calumniando obtrectare', cum eorum hominum esse sciamus, qvi improbi odioqve digni sunt: vicissim omni conatu & studio totaqve mente in id incumbere, ut per calumniam pro malis habiti mendacium veris argumentis à se propellant, hominum bonorum esse novimus, &

ΕΥΝΟΜΙΟΥ
Τῦ δυσεβῦς
ΑΠΟΛΟΓΗΤΙΚΟΣ
πρὸς ὃν ἔγραψε ἀνηρῆσθαι ὁ μέγας
ΒΑΣΙΛΕΙΟΣ.

[Οὗτος * ὁ λόγος ἐ διά ἄλλο τι γέγραπται, ἢ ἵνα δείκνηται ἡ γραφή. ἃ γὰρ λέγει περὶ Θεῦ, ὡς ἀγέννητος καὶ γεννητὸς ὁ υἱός, καὶ ἕτερα ὅσα ληρεῖ, ἀσεβέστατά εἰσι καὶ ἔξω τῆς εὐσεβῦς ἡμῶν πίστεως. Πρόσχες γῦν ὁ ἀναγινώσκων, ἵνα μὴ παρατραπῇς τῆς εὐθείας ὁδῦ.]

I. Τὸ μὲν συκοφαντεῖν καὶ διαβάλλειν τινὰς ἐξ ἀκολάστου γλώττης καὶ γνώμης ἀγνώμονος, μοχθηρῶν καὶ φιλαπεχθημόνων ἔργον εἰδότες, τὸ δὲ τὰς ἐκ διαβολῆς εἶναι δόξαντας πονηρὰς πάσῃ προθυμίᾳ πειρᾶσθαι τὸ ψεῦδος τοῖς ἐλέγχοις ἀποτρέπειν, ἀνδρῶν σωφρόνων, καὶ μετὰ τῆς ἰδίας εὐβε-

* Nota in Codice manu exarato adscripta. ** Aëtii & Eunomii dogma, ἀγέννητον non posse esse simile τῷ γεννητῷ. Vide Epiphanium hæresi LXXVI.

εὐβελίας τὴν τῶν πολλῶν ἀσφάλειαν περὶ πολλοῦ ποιουμένων· a) ἠυχόμεθα μὲν λόγῳ τὴν γνῶσιν ἀμφοῖν ἔχοντες μήτε τῆς προτέρας ποτὲ γενέσθαι μοίρας, ϗ τῆς ὑστέρας τὴν πεῖραν διαφυγεῖν. Ἐπειδὴ δὲ μὴ κατὰ γνώμην b) ἐκβῆναι συνέβη τὸ τέλος, ποικίλως καὶ πολυτρόπως διά τε λόγων καὶ πράξεων παρὰ πολλοῖς κατασκευασθείσης ἡμῶν ψευδοῦς δυσφημίας, ἀλγεινῶς μὲν ἡμῖν, βλαβερῶς δὲ τοῖς πιστεύουσιν, ὑπό τινων πονηρῶν καὶ μηδὲν ὀκνούντων λέγειν ἢ πράττειν c) ἀνθρώπων, καὶ τῶν ἀκεραιοτέρων τοῖς τῶν διαφόρων κατηγορίαις τὴν ἀλήθειαν μετρούντων, ϗ κρίσει τὰς καθ' ἡμῶν διαβολὰς προσιεμένων. ἡμῖν τε αὐτοῖς λυσιτελεῖν ὠήθημεν πρὸς ἀπολογίαν, καὶ τοῖς ἀβασανίστως λεγομένοις πρὸς ἀσφάλειαν ἔγγραφον εἰς ὑμᾶς ἐκθέσθαι τῆς ἑαυτῶν δόξης τὴν ὁμολογίαν. εἴ πως διὰ τούτης τήντε

qvidem talium, qvi cum sibi privatim bene consultum cupiunt, tum multorum qvoqve publicam confirmationem magni faciunt. Optabamus itaqve ut sola speculatione utrumqve hoc cognitum habere nobis contingeret, & neqve cum priori ullum consortium haberemus, & à posterioris etiam experimento immunes esse possemus. Qvia vero finem illum ex animi sententia assеqvi non licuit, vafre & varie tam verbis qvam factis comparata nobis apud multos mendacii infamia, magno profecto cum dolore nostro, illorum vero qvi fidem istis habent, damno; cumqve hæc fiant à malitiosis & ejusmodi hominibus, qvi qvidvis dicere aut facere non verentur, tum à simplicioribus qvi veritatem ex dissidentium criminationibus metiuntur, & nullo judicio sparsas contra nos calumnias admittunt & in manus sumunt: utile nobis ipsis duximus partim qvidem ad nostri defensionem, partim vero etiam ad ea qvæ alias simpliciter & sine certa probatione dicuntur, confirmanda probeqve munienda, ut scripto comprehensam coram vobis nostræ sententiæ exponeremus confessio-

a) Basilius lib. 1. contra Eunom. pag. 3.

b) MS. Tenisson. κατὰ σπουδήν.

c) Id. ἀνδρῶν. In MS. vetusto sitit ανων, qvod significat ἀνθρώπων.

feſſionem, ſi qvo pacto per illam tum calumnias antevertentes, h.e. prius ſparſas & acceptas amoliri, tum vero impoſterum malitioſos illos homines minus audaces, illos vero qvi valde ſunt ſimplices, facileqve capiuntur & permoventur, certiores atqve confirmatiores reddere poſſemus: demonſtrando iterum illis qvidem qvam ſit horribile mendacia dicere falſaqve aſſerere: hiſce vero, qvam ſit periculoſum falſa credere, oſtenſa ſimul ea qvæ à nobis ſtat veritate, & qvæ utrisqve metuenda eſt poena. Nam mendacii communio communem etiam utrisqve conficit ſeu operatur pœnam.

προλαβοῦσαν ἀποτρεψάμεθα βλασφημίαν, καὶ πρὸς τὸ λοιπὸν τοὺς μὲν πονηροὺς ἀτολμοτέρους, τοὺς δὲ λίαν εὐχερεῖς ἀσφαλεστέρους παρασκευάσαμεν, τοῖς μὲν τὸ ψευδῆ λέγειν ἐπιδεεῖς, τοῖς δὲ τὸ πιστεύειν ἀσφαλὲς ὑποδείξαντες, συναποδεικνύντες τῇ παρ' ἡμῶν ἀληθείᾳ τῆς κατ' ἀμφοῖν κολάσεως. Ἡ γὰρ πρὸς τὸ ψεῦδος κοινωνία κοινὴν ἀμφοτέροις κατεργάζεται τὴν τιμωρίαν.]

II. Petimus autem ante omnia tum à vobis qvi nunc hæc eſtis audituri, tum ab illis etiam qvi impoſterum in eadem incident, eaqve legent, ne multitudinis ratione habita ſecundum eam verum à falſo diſcernere velitis, majori ſcilicet parti id qvod melius vel præſtantius eſt, nimirum victoriam & veritatis teſtimonium attribuendo: neve auctoritati ſeu dignitati aut jactantia qvorundam dediti, aciem mentis vobis

II. Αἰτοῦμεν d) δὲ πρὸ πάντων ὑμᾶς τούς τε νῦν ἀκουσομένους, καὶ τοὺς εἰς e) ὕστερον ἐντευξομένους, μὴ τῷ πλήθει διαιρεῖσθαι ἐθέλειν τῆς ἀληθείας τὸ ψεῦδος, τῇ πλείονι μοίρᾳ τὸ κρεῖττον συνάπτοντας, μήτε μὴν ἀξιώμασιν ἤ τισιν ἀλαζονείᾳ προσέχοντας ἁμαυροῦσθαι τὴν διάνοιαν, ἢ τῇ τάξει τῶν προλαβόντων f) τὸ πλεῖον νέμον-

d) Ita Codices Gudii, Lindenbrogii, Teniſſonii: licet apud Baſilium p. 5. eſt αἰτοῦμαι.

e) Εἰς omittit Baſil. & Gud.

f) Ita recta Baſil. Teniſſon. Lindebrog. Nam Gud. male προσλαβόντων.

νέμοντας ἀποφράττειν τὰς ἀκοὰς τοῖς ὑστέροις. Τὴν δὲ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ διδασκαλίαν παντὸς μὲν ἀνθρώπων g) ἀριθμῷ, πάσης φιλοτιμίας ἢ φιλονεικίας, συνηθείας τε οὖν καὶ συγγενείας, καὶ συλλήβδην εἰπεῖν, πάντων ὅσα τοῖς τῆς ψυχῆς κριτηρίοις ἐπισκοπεῖν εἴωθεν, προτιμήσαντας, τῇ πρὸς τὴν ἀλήθειαν εὐνοίᾳ κρίνειν τὰ λεγόμενα. h) μεγίστη γὰρ μοῖρα πρὸς τὴν τῆς ἀληθείας διάγνωσιν ἡ πρὸς αὐτὴν οἰκείωσις.

retundi patiamini: vel dum plus æqvo ordini priorum doctorum tribuitis, aures succeſſoribus ſeu poſterioribus obturetis. Qvin potius ut Salvatoris noſtri JESU CHRISTI doctrinam omni hominum numero, omni qvoqve ambitioni vel contentionis ſtudio, omni qvoqve familiaritati & cognationi, atqve ut ſummatim dicam, omnibus illis rebus, qvæ menti in judicando tenebras offundere ſolent, præferatis, atqve ita bene erga veritatem affecti, de iis qvæ dicuntur, vel dicentur, judicetis. Etenim ad ſolidam veritatis cognitionem & dijudicationem plurimum facit, ſi qvis ipſius veritatis tanqvam domeſtica familiaritate delectetur.

III. Πρὸς δὴ τούτοις μήθ' ἡμῖν χαλεπαίνειν, εἰ τύφῳ μὲν ἀμελήσαντες καὶ φόβῳ, τῆς δὲ παραυτίκα χάριτος καὶ ἀσφαλείας τὴν ὑπὲρ τῶν μελλόντων ἄδειαν προτιμήσαντες, καὶ πάσης ἐπιγείου κακοπαθείας, θανάτου τε προσκαίρου φοβερωτέραν τὴν κατὰ τῶν ἀσεβῶν ὡρισμένην ἀπειλὴν εἶναι κρίναντες, παντὸς ἐπικαλύμματος γυμνὴν ἐκλιθέμεθα τὴν ἀλήθειαν. i)

III. Præterea rogamus, ne nobis indignemini, qvod neqve faſtus neqve metus rationem ullam habemus, ſed omni mundanæ ſeu temporali gratiæ & tranqvillitati illam fiduciam animi intrepidi præponimus, qvæ propter futurum ſtatum penes fideles eſt, & illa mala qvæ DEUS impiis certo minatur, magis cenſemus timenda, qvam qvamlibet terrenam afflictionem, ipſamqve adeo temporalem mortem: &

g) Cod. Teniſſon. iterum ἀνδρῶν. h) Verba: τῇ πρὸς τὴν ἀλήθειαν κρίνειν τὰ λεγόμενα apud Clariſſ. Caveum male deſiderantur. i) Baſilius pag. 6.

ſic ipſam veritatem omni velamine deſtitutam exponimus. Neqve enim, ut cum Apoſtolo k) loqvar, dignæ ſunt afflictiones præſentis ſeculi ad eam gloriam qvæ aliqvando revelabitur. Neqve ſane univerſus hic mundus dignus eſt, qvi conferatur cum illo commodo & dominio, qvæ tanqvam æqvam compenſationem propria uniuscujusqve anima accipiet: cum ab iis qvæ utrinq; exſpectanda ſunt, tum qvoad præmia tum qvoad pœnam, longe præſentia ſuperentur.

IV. Sed ne, dum hiſce diutius juſto immoramur, ſermonem nimium producamus, ad ipſam nos convertimus fidei Confeſſionem, ex qva iis qvi noſtram velint ſcire ſententiam, promtum & expeditum erit eam agnoſcere. Neceſſarium autem qvoq; fortaſſis fuerit nobis, qvi de hiſce rebus verba facimus & propriæ ſententiæ rationem reddere tenemur, ne temere ſemel multitudinis nos dedamus opinionibus: ſed ut piam illam traditionem, qvæ retro cogitando inde à Patribus usqve obtinuit, vel utqvandam amuſſim ac regulam præmittamus, atq; ea deinde ceu exacta judicii norma uti cuivis permittamus ad eorum qvæ dicuntur dijudicationem.

Οὔτε γὰρ, κατὰ τὸν Ἀπόστολον εἰπεῖν, ἄξια τὰ παθήματα τῆς νῦν καιρῷ πρὸς τὴν μέλλουσαν ἀποκαλύπτεσθαι δόξαν. ὁδ' ὁ σύμπας κόσμος πρὸς ἀπόλαυσιν καὶ δεσποτείαν, ἰσόῤῥοπον ἀντάλλαγμα τῆς ἰδίας ἑκάστου ψυχῆς, πολὺ καθ' ἑκάτερον ἀπόλαυσίν τε l) καὶ κόλασιν ὑπερβαλλόντων τὰ παρόντα τῶν προσδοκωμένων.

IV. Ἀλλ' ἵναγε μὴ τούτοις ἐπὶ πλεῖον ἐνδιατρίβοντες πέρα m) τοῦ μέτρου μηκύνωμεν τὸν λόγον, ἐπ' αὐτὴν ἤδη τρεψώμεθα τῆς πίστεως τὴν ὁμολογίαν, ἐξ ἧς εὐμαρὴς καὶ ῥᾴδια γένοιτ' ἂν τοῖς βουλομένοις τῆς ἡμετέρας γνώμης κατανόησις. Ἀναγκαῖον δὲ ἴσως τοὺς περὶ τούτων λόγους ποιησομένους, καὶ δόξης εἰκαίας εὐθύνας ὑπέχοντας, μὴ ταῖς τῶν πολλῶν ἀμελῶς ἑαυτοὺς n) ἐνδιδόναι γνώμαις, τὴν δὲ κρατοῦσαν ἄνωθεν ἐκ τῶν πατέρων εὐσεβῆ παράδοσιν o) ὥσπερ τινὰ γνώμονα καὶ κανόνα προεκθεμένους, ἀνεμβεῖ τούτῳ συγχωρεῖν χρῆσθαι κελεύομεν πρὸς τὴν τῶν λεγομένων ἐπίκρισιν. p)

V. Ἡ μὲν

k) Rom. VIII. 18. l) ita rectius MS. pro ὑπόλαυσιν.
m) ſic MS. Lindebrog. pro παρὰ qvod Caveus edidit. n) al. καὶ αὐτοὺς.
o) Hac fidei formula etiam Arium Alexandro Alexandrino fucum feciſſe notat Baſilius pag. 6. p) Baſilius pag. 7.

V. Πιστεύομεν * εἰς ἕνα Θεὸν, Πατέρα παντοκράτορα, ἐξ οὗ τὰ πάντα. Καὶ εἰς ἕνα μονογενῆ υἱὸν τοῦ Θεοῦ, Θεὸν Λόγον, τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν, δι' οὗ τὰ πάντα. Καὶ εἰς ἓν Πνεῦμα ἅγιον, τὸν Παράκλητον. q) ἐν ᾧ πάσης χάριτος διανομὴ κατὰ τὴν συμμετρίαν πρὸς τὸ συμφέρον ἑκάστῳ δίδοται τῶν ἁγίων.

V. *Credimus in unum* DEUM *Patrem omnipotentem ex quo ſunt omnia: Et in unum uuigenitum Filium* DEI DEum *verum, Dominum noſtrum* JESUM CHRISTUM, *per quem ſunt omnia. Et in unum* SPIRITUM SANCTUM *Paracletum, in quo univerſæ Gratiæ diſtributio juxta proportionem, prout expedit, unicuique datur Sanctorum.*

VI. Ἡ μὲν οὖν r) ἁπλουστέρα καὶ κοινὴ πάντων πίστις, ὅσοις τὸ δοκεῖν ἢ τὸ εἶναι χριστιανοῖς ἐπιμελὲς, ὡς ἐν ἐπιδρομῇ κεφαλαιωδέστερον εἰπεῖν αὐτὴ, λειπομένων ἔξω τῶν δευτέρων, ὧν διὰ τὸ τέως ἀναμφισβήτητον s) παρέλκειν ἡγούμεθα τὴν μνήμην. Ἡμεῖς δ' εἰ μὲν ἐωρῶμεν ἐπάναγκες εἶναι τοῖς ἅπαξ τὰς φωνὰς παραδεξαμένοις, ἀπαράτρεπτον συνδιασώζειν τοῖς ὀνόμασι τὴν ἀληθῆ διάνοιαν, ἢ τὰς ἡμᾶς ἀσεβείας γραφὴν γραψαμένους μετὰ τὴν ὁμολογίαν ταύτην ἐλευθέρους ἀφιέντας τῶν ἐγκλημάτων, καθαρευούσης αὐτῶν τῆς διανοίας πάσης καθ' ἡμῶν πονηρᾶς ὑπονοίας, τοῦτον ὃ-

VI. Hæc igitur eſt illa ſimplicior Confeſſio, & omnium qvibuscunqve hoc curæ eſt ut videantur vel ſint Chriſtiani, communis fides, ut ſtrictim compendio ac ſummatim ſeu generalius aliqvanto dicam, omiſſis cæteris qvorum mentionem facere atqve ea huc attrahere nolumus, qvoniam adhuc extra controverſiam verſantur. Nos vero ſiqvidem videremus neceſſario incumbere illis, qvi ſemel ipſas voces ratas habuerunt, ut una cum nominibus verum qvoqve ſenſum indivulſum tenerent, parive neceſſitate oportere eos, qvi nos impietatis accuſarunt, poſt editam hanc confeſſionem ab intentatis criminibus rurſum

* Whiſtonus jubet conferre Symbolum qvod exſtat Conſtitutt. Apoſtol. VII. 41.

q) Baſilius ibid. r) male apud Baſilium pag. 7. ἡμῶν οὖν, pro ἡ μὲν οὖν, uti recte pag. 8. excuſum.

s) Ita recte MSS. qvæ inſpexi, licet Whiſtonus legit ἀμφισβήτητον, vertit enim: *omitting at preſent the additional articles which have been controverted.* Sed per τὰ δεύτερα Eunomius intelligit capita poſteriora qvæ in Symbolo ſeqvebantur de reſurrectione & vita æterna, de qvibus nulla tunc erat controverſia. Erat autem graviſſima de Filio DEI & Spiritu Spiritu S. de qvibus verba Symboli adſcripſit.

nos absolvere, purgato nimirum ipsorum animo ab omni prava contra nos suspicione: possemus hic qvidem verborum nostrorum statim finem & terminum hic facere, tutum qvietemqve spondente nobis eadem confessione. Verum qvia neqve illis qvi malevolentia aut alio qvodam vitio verum sensum pervertere & corrumpere conantur, ad fidem veritati faciendam sufficit, (alioqvi enim Sabellius Libys, & Marcellus Galata, & Photinus, aut qvisqvam alius ex illis qvi eodem cum ipsis furore insaniverunt, propterea à sacris conventibus & Mysteriorum communione, adeoqve Ecclesiasticis septis non arcerentur) neqve nobis ad illata contra nos crimina dissolvenda sufficiens fuerit: Verum opus est exqvisitioribus & solidioribus qvibusdam rationibus ad sensus veri explicationem. Conabimur itaq; qvoad possumus in manifestam lucem proferre eam qvam ipsi tenemus hisce de rebus sententiam, vel ut primum in medium afferamus verba confessionis, & ita deinde ex eis eruamus verum sensum: vel etiam ut præjactis seu explicatis sententiis aptemus voces: non ut veritatem convellat hæc juxta seriem hanc à me instituta commutatio, sed ut hæc

ρον ἢ πέρας τῶν ἰδίων ἂν ἐποιησάμεθα λόγων, ἀσφαλῆ τὴν ἡσυχίαν ἡμῖν ἐγγυωμένης τῆς ὁμολογίας. Ἐπειδὴ δὲ μήτε διὰ κακόνοιαν ἤ τινα γνώμης μοχθηρίαν ἑτέραν, παρατρέπειν καὶ διαφθείρειν τὴν ἔννοιαν ἐπιχειρῆσιν, αὐτάρκης πρὸς πίστωσιν τῆς ἀληθείας, (ὁ γὰρ ἂν Σαβέλλιος ὁ Λίβυς, καὶ Μάρκελλος ὁ Γαλάτης, καὶ Φωτεινὸς ἤ τις ἄλλος τῶν τὴν αὐτὴν τούτοις μανέντων, συλλόγων ἱερατικῶν καὶ κοινωνίας μυστηρίων, καὶ περιβόλων Ἐκκλησιαστικῶν εἴργοντο,) μήθ' ἡμῖν ἱκανὴ πρὸς διάλυσιν τῶν ἐπενεχθέντων ἐγκλημάτων. Ἀλλὰ δεῖ τινων ἀκριβεστέρων λόγων πρὸς τὴν τῆς διανοίας ἐξάπλωσιν. Πειρασόμεθα ὡς ἂν δοκῶμεν, εἰς τὸ μὲν φανὲς ἀνάγειν ἣν αὐτοὶ περὶ τούτων τυγχάνομεν ἔχοντες δόξαν, ἤτοι προτιθέντες τὴν λέξιν, εἶθ' ὕστερον ἐκκαλύπτοντες τὴν ἔννοιαν, ἢ καὶ προκειμένας τὰς ἐννοίας τὰς φωνὰς ἐφαρμόζοντες, ἁ λυμαινόμενοι τῇ ἀληθείᾳ τῆς κατὰ τὴν

τάξιν

τάξιν ταύτην ἐναλλαγῆς, ἀρκέντων δηλαδὴ τῶν αὐτῶν ἡμῖν πρός τε τὴν ἡμετέραν αὐτῶν ἀπολογίαν, καὶ τὸν τῶν γεγραμμένων ἡμᾶς ἔλεγχον.

VII. Εἰς τοίνυν κατά τε φυσικὴν ἔννοιαν, καὶ κατὰ τὴν τῶν πατέρων διδασκαλίαν ἡμῖν ὡμολόγηται Θεός. Μήτε παρ' ἑαυτῆ μήτε παρ' ἑτέρᾳ γενόμενον. Ἑκάτερον γὰρ αὐτῶν ἐπίσης ἀδύνατον. Ἐπειδήγε δεῖ κατὰ ἀλήθειαν τό, τε ποιῆν τῆ γινομένῳ προϋπάρχειν, καὶ τὸ ποιούμενον τῆ ποιῆντι εἶναι δεύτερον. Μήτε δὲ αὐτὸ ἑαυτῆ πρότερον ἢ ὕστερον εἶναι δύνασθαι, μήτε ἕτερόν τι πρὸ τῆ Θεῆ. Ἢ γὰρ ἂν ἐκεῖνο πρὸ τῆ δευτέρᾳ τὸ τῆς Θεότητος ἔσχεν ἀξίωμα. t) Τὸ γάρ τοι δυνατὸν εἶναι λέγειν ὑφ' ἑτέρᾳ τι γίνεσθαι ἀληθὲς ὂν, ἐπὶ γενητῶν ἂν ἔχοι χώραν, καὶπὶ τῶν ὑπὸ Θεῆ γενομένων τάττοιτο δικαίως. Οὐκ ἦν u) εἰ μήτε αὐτὸς ἑαυτῆ, μήθ' ἑτέρῳ τι αὐτῆ προϋπάρχειν δέδακται, πρὸ δὲ πάντων αὐτός, ἀκολουθῆ

ipsa ita tractata ad utrumqve sufficiant, nimirum ut & nostram tueamur Apologiam, & eos qvoqve, qvi nos accusarunt, coarguamus.

VII. Unum igitur tam secundum naturalem notionem qvam secundum Patrum doctrinam confessi sumus DEUM, qvi neqve à seipso neqve ab alio est factus. Utrumqve enim horum æqve impossibile, qvandoqvidem ipsa veritas reqvirit, ut causa seu id qvod facit, prior sit effectu, seu eo qvod fit: & ut factum sit posterius ipso faciente seu effectum ipsa causa. Nec fieri potest ut unum qvicqvam & idem sit seipso prius aut posterius, sicut & eadem ratione fieri neqvit, ut aliud qvicqvam DEum antecesserit, sive ante DEum fuerit, alioqvi enim hoc ipsum Divinitatis dignitatem habuisset antè illud qvod posterius est. Hoc inqvam æqve impossibile est. Etenim affirmare fieri posse, ut qvod vere est, ab alio factum sit, locum id habet in iis qvæ generari & fieri possunt, suoqve jure ita dicitur de iis qvæ à DEO facta sunt. Qvocirca si nec ipse se ipso prior fuit, neqve aliud qvid ipsum antecessit,

t) Basilius pag. 9. u) apud Basilium p. 10. ἆρ' ἦν, & mox, μήτε ἕτερον.

teceſſit, ut jam eſt demonſtratum, ſiqve ipſe ante omnia exiſtit: conſeqvens eſt ipſum ingenitum eſſe: imo potius ipſe talis eſt eſſentia qvæ plane generata non fuit, ſeu ipſe eſt eſſentia ingenita. Supervacaneum qvidem fortaſſis & abundans nonnullis videbitur, illa qvæ apud plerosqve ſunt in confeſſo, ita tractare ac ſi eſſent dubia. Verum enim vero propter illos qvi ſapientiam eſſe cenſent, contra rem manifeſtam pugnare, vel etiam propter alios qvi ad vellicandum & calumniandum inſtructi ſunt, neceſſe eſt ut obſervatione utamur accuratiore.

τέτῳ τὸ ἀγέννητον. Μᾶλλον δὲ αὐτός ἐστιν ἡ οὐσία ἀγέννητος. Περιττὸν μὲν ἴσως καὶ παρέλκον δόξει τισὶ τὰ πολλοῖς ὁμολογούμενα κατασκευάζειν ὡς ἀμφίβολα, ἃ μὴν ἀλλά γε διὰ τοὺς σοφίαν οἰομένους τὴν πρὸς τὰ φανερὰ μάχην, ἢ πρὸς μέμψιν καὶ συκοφαντίαν παρεσκευασμένους, δεῖ τινος ἀκριβεστέρας παρατηρήσεως ἡμῖν.

VIII. Qvando autem ingenitum dicimus DEUM, non arbitramur nominetenus ſaltem juxta humanum commentum, ſeu contemplationem arte excogitatam eſſe colendum: ſed revera hoc maxime neceſſarium debitum DEO perſolvendum, ingenuam ſcilicet confeſſionem, qvod nimirum ipſe ſit hoc ipſum qvod eſt. Qvæcunqve enim voce aliqva hominum artificio excogitata proferuntur, ea cum in ſolis nominibus & ipſa enunciatione eſſe ſuum habeant, cum ipſis vocibus ſeu ſono una diſſolvi ſolent. DEUS autem ut qvi DEus eſt, & eorum qvi tacent & qvi loqvuntur, & qvi

VIII. Ἀγέννητον δὲ λέγοντες, οὐκ ὀνόματι μόνον κατ' ἐπίνοιαν ἀνθρωπίνην σεμνύνειν οἰόμεθα δεῖν, ἀποδυνῦναι δὲ κατ' ἀλήθειαν x) τὸ πάντων ἀναγκαιότατον ὄφλημα τῷ Θεῷ ἦν τὸ εἶναι ὃ ἐστιν ὁμολογίαν. Τὰ γάρτοι κατ' ἐπίνοιαν λεγόμενα ἐν ὀνόμασι μόνον y) καὶ προφορᾷ τὸ εἶναι ἔχοντα, ταῖς φωναῖς συνδιαλύεσθαι πέφυκεν. Ὁ δὲ Θεὸς καὶ σιωπώντων καὶ λεγομένων, καὶ γενομένων καὶ πρὸ τοῦ γενέσθαι τὰ ὄντα, ἤντε καὶ ἔστιν ἀγέννητος. Ἀλλὰ μὴν ἀδὲ κατὰ ζήρησιν. Εἰ γε

x) Baſilius p. 12. ἐκδυνῦναι δὲ αὐτῷ τὸ πάντων. y) ita Baſil. ſed MS. μόνοις.

γε τῶν κατὰ Φύσιν αἱ σερήσεις εἰσὶ σερήσεις, καὶ τῶν ἕξεων δεύτεραι. z) Οὔτε δὲ κατὰ Φύσιν ἦν τις τῷ Θεῷ γένεσις, ἔτε προτέραν ἔχων τάυτην, εἶτα σερηθεὶς γέγονεν ἀγέννητος. Ἐπεὶ καὶ λίαν ἐσὶν ἀσεβὲς, ὡς λυμαντικὸν τῆς ἀληθοῦς περὶ Θεοῦ ἐννοίας καὶ τῆς τελειότητος αὐτοῦ, μᾶλλον δὲ τῆς τῶν ἐφευρόντων διανοίας, τὸ λέγειν ὅλως ἐσερῆθαί τινος τὸν Θεὸν, δηλονότι τῶν Φύσει προσόντων. Οὐ γὰρ ἄν τις εἴποι σωφρονῶν ἐσερῆθαί τινά τινος τῆν μὴ πρότερον ὑπαρχόντων. Εἰ δὲ μήτε κατ' ἐπίνοιαν μήτε κατὰ σέρησιν, ὡς ὁ ῥηθεὶς ἔδειξε λόγος, μήτε ἐν μέρει τὸ ἀγέννητον, ἀμερὴς γὰρ, μήτε ἐν αὐτῷ ὡς ἕτερον, ἁπλοῦς γὰρ καὶ ἀσύνθετος, μήτε παρ' αὐτὸν ἕτερον, εἷς γὰρ καὶ μόνος αὐτός ἐσιν ἀγέννητος, αὐτὸ * ἂν εἴη ὐσία ἀγέννητος. a)

sunt vel fuerunt, is inqvam & erat & est ingenitus anteqvam rerum natura existeret, seu qvæ sunt fierent vel facta essent. Neqve tamen secundum privationem est ingenitus: privationes enim, naturalium rerum proprie privationes sunt, & ipsis habitibus posteriores. Jam vero neqve illa DEO secundum naturam competit generatio, neqve ea ratione dicitur ingenitus, qvasi prius aliqvam sui generationem habuerit, & postea illa sit privatus, qvandoqvidē valde hoc est impium & ita impium, ut si id obtineat, omnis de DEo ejusq; perfectione vera cogitatio, imo eorum qvi hæc comminiscuntur proprius intellectus plane evertatur: dicere nimirum, DEum omnino aliqva re privatum esse, earum nimirum, qvæ sua natura semper ipsi adsunt seu adhærent. Neqve enim qvis sanæ mentis dixerit qvenqvam aliqva re ex iis, qvæ nunqvam penes ipsum fuerunt, privatum esse. Si vero neqve cogitatione seu commento qvodam humano, neqve juxta privationem, uti jam prolata demonstravit oratio, neqve respectu alicujus partis ingenitum accipi potest, est enim ipse impartibilis: neqve ea ratione qvasi in ipso aliqvid sit diversitatem qvandam habens, simplex enim est & incompositus: neqve ita qvasi aliud qvid sit præter ipsum, unus enim & solus ipse est ingenitus: illud ipsum fuerit illa essentia qvæ dicitur ingenita. IX. In-

z) Basil. pag. 17. * fortasse leg. αὐτὸς, ut pag. 270. a) Basilius pag. 20.

IX. Ingenitus autem cum sit juxta præmissam demonstrationem, fieri non potest * ut generatio aliqva sit in ipso talis, ut propriæ suæ naturæ genitum participem faciat: & necesse etiam est, ut excedat omnem comparationem ac societatem, qvæ institui qvidem posset respectu ejus qvod genitum est. Si qvis enim essentiam hanc communem reddere cum aliqva re alia, vel de hac essentia alicui aliqvid impertire voluerit, necessario hoc facere attentabit, vel secundum diremtionem ac partitionem, vel secundum similitudinem ac comparationem. Utrum autem ex his as-

IX. Ἀγέννητος δὲ ὢν κατὰ τὴν προλαβοῦσαν ἀπόδειξιν, οὐκ ἄν ποτε πρόσοιτο γέννησιν, ὥστε τῆς ἰδίας μεταδοῦναι τῷ γεννωμένῳ φύσεως, ἐκφύγοι τε ἂν πᾶσαν σύγκρισιν καὶ κοινωνίαν τὴν πρὸς τὸ γεννητόν. b Εἰ γάρ τις κοινοποιεῖν πρὸς ἕτερον ἢ μεταδιδόναι τινὶ τῆς οὐσίας ταύτης ἐθελήσειεν, ἤτοι κατὰ διάστασιν καὶ μερισμὸν, ἢ καὶ σύγκρισιν ἂν κακασκευάσειεν ἄν. Ὁπότερον δ' ἂν λέγηται τῶν, πολλοῦς, ἀτοπίας, βλασφημίας δὲ μᾶλλον ὁ λόγος ἐνεχθήσεται. Εἰ γὰρ διαιροῖτο καὶ μερίζοιτο, οὐκ ἔτ' ἀγέννητος

* Hoc palmarium Eunomii argumentum ac prope unicum, *fieri non posse ut ex ingenita Divina essentia similis ipsi Filius generetur.* Unde qvicqvid de generatione Filii in sacris litteris dicitur, ille de creatione accipit. Sed non majoris illa argumentatio mihi videtur esse ponderis, qvam si neges ab increata Divina essentia aliqvid potuisse creari ac produci. Deinde, qvomodo de re creata dici potest qvod sit χαρακτὴρ τῆς ὑποστάσεως DEI? Σοφία & λόγος Patris atqve ἴδιος υἱός? proprius Filius & unigenitus: à qvo Spiritus S. accipit. Qvomodo factus est per qvem omnia facta sunt & sine qvo factum est nihil nec visibile nec invisibile. Hisce itaqve & aliis clarissimis Scripturæ testimoniis argumentationes Metaphysicæ argutiæ opponere, Eunomii est qvi ab Aëtio Magistro edoctus essentiam Divinam penitus ac perfecte scilicet cognitam sibi habere persuadebat. Τοσοῦτον αὐτὸν ἐπίσαμαι καὶ οἶδα, ὥστε μὴ εἰδέναι ἐμαυτὸν, ὡς θεὸν μᾶλλον ἐπίσαμαι. *Tam perspicue DEum* qvalis sit *novi ac tantam illius notitiam sum consecutus, ut ne me ipsum quidem melius quam illum noverim.* Aëtius apud Epiphanium LXXVI. pag. 916. & 989. Eunomius ipse majore etiam insolentia apud Socratem IV. 7. ὁ Θεὸς περὶ τῆς ἑαυτοῦ οὐσίας οὐδὲν πλέον ἡμῶν ἐπίσαται, οὐδέ ἐστιν αὐτὴ μᾶλλον μὲν ἐκείνῳ, ἧττον δὲ ἡμῖν γινωσκομένη. Ἀλλ' ὅπερ ἂν εἰδείημεν ἡμεῖς περὶ αὐτῆς, τοῦτο πάντως κἀκεῖνος οἶδεν, ὃ δ' ἂν πάλιν ἐκεῖνος, τοῦτο εὑρήσεις ἀπαραλλάκτως ἐν ἡμῖν. *De sua ipsius essentia DEus nihil amplius scit quam nos, nec illa ipsi quidem notior, nobis autem obscurior.*

b) Basilius pag. 26.

νηΘ· εἰη, ὃ μὴ πρότερον ἦν ΘΣ ἐκ Θῆς διαιρέσεως γιγνόμενΘ. Ἀλλὰ μὴν ΘΣ ἄφθαρΘ· τῷ μερισμῷ τ' Θῆς ἀφθαρσίας ἀξίωμα λυμαινομένῳ. Εἶτε τὴν πρὸς ἕτερον δέχοιτο σύγκρισιν, Θῆς συγκρίσεως οὐκ ἐξ ἀκοινωνήτων γιγνομένης, κοινοποιηθήσεται τὸ Θῆς ὐσίας ἀξίωμα. Εἰ δὲ ΘΣ, καὶ ὄνομα, ὥς ἐξ ἀνάγκης δεῖναι τὸς τότῳ τῷ λόγῳ βιαζομένους ἢ τὴν προσηγορίαν ἀκοινώνητον φυλάττειν βουλομένους, ἀκοινώνητον τάυτη συνδιασώζειν καὶ τὴν ὐσίαν. Ἢ τάυτης μεταδῶναί τινι πειρωμένους, μεταδιδόναι καὶ τῆς προσηγορίας, ὥσπερ καὶ τῆς ὐσίας. κωλύει γὰρ ἂν αὐτοῖς ἡ Φιλοτιμία, λοιπομένην παρέχουσα θατέρῳ μέρει τὴν χάριν, μετὰ τοῦ μηδ' ἄξιον ἐργάζεσθαι λόγου τὴν διαφοράν, ἀκριβολογουμένους περὶ τὴν προσηγορίαν, εἴγε ὀνόματι μόνῳ ὁ μὲν ὑπερέχει, ὁ δὲ ἐλαττοῦται. Εἰ δὲ τῆς αὐτῆς μεταδοῦναι φωνῆς ὁ τῆς ἀκολουθίας ἀναγκάζει λόγΘ, μεταδιδόναι καὶ τῆς ὐσίας. Ἀλλὰ μὴν ΘΣ ἄφθαρΘ· τῷ μερισμῷ τ' Θῆς ἀφθαρσίας ἀξίωμα λυμαινομένῳ. Εἶτε τὴν πρὸς ἕτερον δέχοιτο σύγκρισιν, Θῆς συγκρίσεως οὐκ ἐξ ἀκοινωνήτων γιγνομένης, κοινοποιηθήσεται τὸ Θῆς ὐσίας ἀξίωμα. Εἰ δὲ ΘΣ, καὶ ὄνομα, ὥς ἐξ ἀνάγκης δεῖναι τὸς τότῳ τῷ λόγῳ βιαζομένους ἢ τὴν προσηγορίαν ἀκοινώνητον φυλάττειν βουλομένους, ἀκοινώνητον τάυτη συνδιασώζειν καὶ τὴν ὐσίαν. Ἢ τάυτης μεταδῶναί τινι πειρωμένους, μεταδιδόναι καὶ τῆς προσηγορίας, ὥσπερ καὶ τῆς ὐσίας. κωλύει γὰρ ἂν αὐτοῖς ἡ Φιλοτιμία, λοιπομένην παρέχουσα θατέρῳ μέρει τὴν χάριν, μετὰ τοῦ μηδ' ἄξιον ἐργάζεσθαι λόγου τὴν διαφοράν, ἀκριβολογουμένους περὶ τὴν προσηγορίαν, εἴγε ὀνόματι μόνῳ ὁ μὲν ὑπερέχει, ὁ δὲ ἐλαττοῦται. Εἰ δὲ τῆς αὐτῆς μεταδοῦναι φωνῆς ὁ τῆς ἀκολουθίας ἀναγκάζει λόγΘ, μεταδι-

seratur, multas profecto secum absurditates, vel potius blasphemias trahet & inferet ipsa assertio. Etenim sive dividatur aut in partes secetur, non amplius illa esse potest ingenita, cum videlicet ipsa illud, qvod antea non erat, ex tali divisione fiat: imo hoc pacto corruptionis expers illa esse neqvit, siqvidem partitio ista totam incorruptibilitatis Majestatem labefactat. Sive etiam similitudinem seu comparationem qvandam admittat ad aliud, qvandoqvidem nulla comparatio ex illis fit, ubi plane nihil est commune, essentiæ utiqve Majestas communicationis subibit sortem. Si vero hoc revera ita sit, ergo & nomen ipsum commune erit, ita ut necessario oporteat eos, qvi hac ratione urgentur, vel ipsam appellationem incommunicabilem conservare & tueri. Si vero voluerint eidem essentiam ab omni etiam communicatione sartam tectam conservare, vel si qvicqvam impertiri de ea alteri conabuntur, perinde aliqvid de appellatione largiantur necesse est, qvemadmodum de ipsa faciunt essentia. Claudicaverit enim ipsis, nisi scilicet hoc fecerint, ambitio, qvæ alteri parti doni alicujus de-

tribuit : & accedit una, qvod neqve dignum qvid faciunt Majeſtate Verbi, qvando tam ſubtiles ſunt in diſtingvenda appellatione ſiqvidem hic qvidem ſolo nomine ſit major, alter vero minor. Si vero conſeqventiæ ratio illos cogit ut eandem utriqve tribuant vocem, largiantur etiam, qvod eſt honorificentius, æqvalitatem, cum non inveniant ubinam ſtatuere poſſint illam præeminentiam.

δότωσαν φιλοτιμώτερον καὶ τῆς ἰσότητος, ἐχ ἑυρισκομένε τινὸς ἐν ὅτῳ θήσονται τὴν ὑπεροχήν.

X. Non enim profecto hoc dixerint, qvod communis qvidem ambobus eſſentia eſt: ordine vero & iis qvæ ex tempore promanant prærogativis, hic qvidem prior, ille vero poſterior ſeu ſecundus eſt: qvandoqvidem in his qvæ præeminent, præexiſtere omnino oportet cauſam ejus præeminentiæ. Eſſentiæ autem DEi non competit nec adjunctum eſt tempus, non ævum, non ordo: ordo enim poſterior eſt ordinante, nihil autem eorum, qvæ DEI ſunt, ab alio eſt ordinatum, & tempus, ſtellarum qvidam motus eſt. Stellæ vero non ſolum poſt ingenitam eſſentiam & omnia intelligibilia vel intelligentias, ſed etiam poſt prima corpora extiterunt, illisqve omnibus ſunt poſteriores. De Æonibus autem ſeu ævo qvid attinet dicere, cum

X. Οὐ γὰρ δὴ τοῦτ' ἂν εἴποιμεν, ὡς κοινὴ μὲν ἀμφοῖν ἡ ὐσία, τάξει δὲ καὶ τοῖς ὐκ χρόνῳ πρεσβείοις, ὁ μὲν ἐστι πρῶτος, ὁ δὲ δεύτερος. Ἐπειδὴ γὰρ δεῖ προεῖναι πάντως τοῖς c) ὑπερέχουσι τὸ τῆς ὑπεροχῆς αἴτιον, ὐ συνέζευκται δὲ τῇ ὐσίᾳ τοῦ Θεοῦ ὐ χρόνος, d) ὐκ αἰὼν, ὐ τάξις. Ἥ τε γὰρ τάξις δευτέρα τοῦ τάττοντος, ὐδὲν δὲ τῶν τοῦ Θεοῦ ὑφ' ἑτέρου τέτακται. Ὅ, τε χρόνος ἀστέρων ποία τίς ἐστι κίνησις. Ἀστέρες δὲ ὐ τῆς ἀγεννήτου μόνον ὐσίας, καὶ νοητῶν ἁπάντων, ἀλλὰ καὶ τῶν πρώτων σωμάτων γεγόνασιν ὕστεροι. e) Περὶ γὰρ αἰώνων τί δεῖ καὶ λέγειν, τῆς γε-

c) Male apud Baſilium pag. 29. ἐπειδή γε δεῖ προεῖναι ἐν τοῖς.

d) MS. Lindebrog. ὁ χρόνος, ſenſu eodem.

e) Baſil. pag. 29. δεύτεροι περὶ δὲ.

γραφῆς σαφῶς διαγορευόσης, πρὸ τῶν αἰώνων f) ὑπάρχειν τὸν Θεόν, καὶ τῶν κοινῶν λογισμῶν ἐπιμαρτυρόντων. Οὐ γὰρ μόνον ἀσεβὲς, ἀλλὰ καὶ κομιδῆ καταγέλαστον, τὸν ἓν μόνον παραδεξαμένους ἀγέννητον, ἢ προϋπάρχειν τι τούτου φάσκειν, ἢ συνυπάρχειν ἕτερον. Εἴτε γὰρ προϋπάρχοι τι τοῦτο, δικαίως λέγοιτ' ἂν ἀγέννητον, ὁ τὸ δεύτερον. Εἴτε συνυπάρχοι τὴν πρὸς θάτερον κοινωνίαν τῷ συνυπάρχειν ἑκάτερον, ἀφαιρεθήσεται τὸ ἓν μόνον εἶναι καὶ τὸ ἀγέννητον εἶναι, ὅια δὴ μετὰ τῆς οὐσίας ἀποκλήρωσιν ἴνα καὶ περιγραφὴν ἀμφοῖν συνεισαγόντων, συνθήκην τε ἂν καὶ τὸν τῆς συνθήκης αἴτιον.

Scriptura diſerte affirmet, ante ſæcula eſſe DEum, qvod idem communes qvoqve atteſtantur ratiocinationes. Neqve enim impium tantummodo, ſed plane qvoqve & affatim ridiculum eſt, ſi illi qvi qvidem concedunt unum eſſe ingenitum, nihilominus affirmare non dubitant, vel ante illud extitiſſe qvid aliud, vel una extitiſſe. Sive enim prius qvid exiſtat, hoc jure meritoqve dici poterit ingenitum, non illud qvod poſterius fuit: ſive una qvid exiſtere potuit, ratione illius ſocietatis, qvam utrumqve reſpectu alterius habet, qvin utrumqve una fuit, & alterum non ſine altero fuit; hinc ſane evertetur tolleturqve illud qvod DEUS unum qvid ſit, & qvidem ingenitum: id qvod perinde eſt, ac ſi poſtqvam prius certis officiis qvæ diſtributione per ſortem facta circumſcripſerunt ipſam amborum eſſentiam, poſtea illorum qvandam conventionem, ejusqve conventionis cauſam inferant.

XI. Ἀλλὰ μὴν οὐδὲ ἐνυπάρχειν τι τούτῳ δυνατὸν οἷον εἶδος, ἢ ὄγκον, καὶ πηλικότητα g) διὰ τὸ πάντῃ συνθήκης ἐλεύθερον εἶναι τὸν Θεόν. Εἰ δὲ τούτων καὶ τῶν τοιούτων ἓν μήτε ἔστι μήτε ποτε γένοιτ'

XI. Qvin imo neqve fieri poteſt ut qvicqvam huic eſſentiæ inſit, cujusmodi dicimus eſſe ſpeciem vel molem aut qvantitatem, propterea qvod penitus ab omni compoſitione liber ſit DEUS. Si vero neqve pium eſt, neqve poterit eſſe unqvam horum & ſimi-

f) Pſal. LIV. 21. g) Baſilius pag. 32. ἢ πηλικότητα.

lium qvid comminiſci, qvod id Divinæ competat eſſentiæ, qvæ qvæſo ratio concedet amplius, ut ſubſtantiæ ingenitæ genitam aſſimilemus? cum ſimilitudo vel comparatio aut ſocietas, qvæ eſt ſecundum eſſentiam, nullam præeminentiam vel differentiam relinqvat, æqvalitatem autem perſpicue adſtruat, una vero cum æqvalitate manifeſtum faciat, aſſimilatum æqve oportere eſſe ingenitum. Nemo autem adeo demens & impie audax eſſe poteſt, ut æqvalem affirmet Patri Filium, cum ipſe Dominus diſerte pronunciet: *Pater qui miſit me, major me eſt.* Vel ut tribuat ſeu copulet alteri ex nominibus alterum, utroqve contra ad ſe illud certatim trahente, ſibiqve appropriante, neqve altero ullam ſocietatem reſpectu alterius admittente. Si enim Ingenitus, non erit Filius: & ſi Filius, non erit Ingenitus. At qvod unus ille cunctorum DEus ſit ingenitus & incomparabilis, pluribus omiſſis qvæ dici poſſent, ſufficere hæc, qvæ jam dicta ſunt, ad demonſtrationem exiſtimo.

ἄν, εὐαγὲς ἐπινοῆσαι συμπεπλεγμένον τῇ ὐσίᾳ, h) ποῖος ἓν συγχωρήσει λόγος πρὸς τὴν ἀγέννητον ὁμοιῶν τὴν γεννητήν; τῆς κατ' ὐσίαν ὁμοιότητος ἢ συγκρίσεως ἢ κοινωνίας μηδεμίαν ὑπεροχὴν ἢ διαφορὰν καταλιπούσης, ἰσότητα δὲ σαφῶς ἐργαζομένης, μετὰ δὲ τῆς ἰσότητος ἀγέννητον ἀποφαινούσης τὸν ὁμοιούμενον ἢ συγκρινόμενον. i) ὐδεὶς δὲ k) ὅτως ἀνόητος καὶ πρὸς ἀσέβειαν τολμηρὸς, ὥστε ἴσον εἰπεῖν τῷ Πατρὶ τὸν ὑὸν, αὐτῷ τῷ Κυρίῳ διαῤῥήδην εἰπόντος. l) ὁ πατὴρ ὁ πέμψας με μείζων μού ἐστι. Ἢ συζεύξαι θατέρῳ τῶν ὀνομάτων θάτερον ἀνθέλκοντος ἑκατέρου πρὸς ἑαυτὸ, καὶ μηδ' ἑτέρου προσιεμένου τὴν πρὸς θάτερον κοινωνίαν. Ἄν τε γὰρ ἀγέννητος, οὐχ υἱός, ἄν τε υἱὸς, οὐκ ἀγέννητος. Ἀλλ' ὅτι μὲν εἷς ὁ τῶν ἁπάντων m) Θεὸς ἀγέννητος καὶ ἀσύγκριτος, πλειόνων ὄντων τῶν παραλελειμμένων, ἀποχρῆναι ἡγοῦμαι n) τὰ ῥηθέντα πρὸς ἀπόδειξιν.

XII. Ὅτι

h) Baſilius addit: τοῦ Θεοῦ.

i) Verba ἢ συγκρινόμενον apud Baſilium pag. 32. deſiderantur.

k) id. γάρ. l) Joh. XIV. 28. cui dicto Baſilius pag. 34. opponit Philipp. II. 6. *non rapinam arbitratus eſt εἶναι ἴσα Θεῷ, eſſe æqualem DEO.*

m) Baſil. pag. 32. πάντων ὅλων. n) id. ἀποχρῆν ἡγοῦμαι καὶ τὰ.

XII. Ὅτι δὲ καὶ εἷς ὑὸς, μονογενὴς γάρ, ἐνῆν μὲν τὰς τῶν ἁγίων φωνὰς παραθεμένους, δι' ὧν ἐμὸν καὶ γέννημα καὶ ποίημα καταγγέλλουσι, τοῖς τῶν ὀνομάτων διαφοραῖς καὶ τὴν τῆς οὐσίας παραλλαγὴν ἐμφανίσαντας, ἀπηλλάχθαι φροντίδων o) καὶ πραγμάτων. Διὰ δὲ p) τοὺς σωματικὴν τὴν γέννησιν ὑπολαμβάνοντας, καὶ ταῖς ὁμωνυμίαις προσπταίοντας, ἀναγκαῖον ἴσως καὶ περὶ τούτων διὰ βραχέων εἰπεῖν. Γέννημα τοίνυν τὸν υἱὸν φαμὲν κατὰ τὴν τῶν γραφῶν διδασκαλίαν. οὐχ ἕτερον μέν τι τὴν οὐσίαν νοοῦντες, ἕτερον δέ τι παρ' αὐτὴν τὸ σημαινόμενον, ἀλλ' αὐτὴν εἶναι τὴν ὑπόστασιν ἣν σημαίνει τοὔνομα, ἐπαληθευούσης τῇ οὐσίᾳ τῆς προσηγορίας. q) Ταύτην δὲ γεγεννῆσθαι μὲν οὐκ ἔσαν πρὸ τῆς ἰδίας συστάσεως, r) εἶναι δὲ γεννηθεῖσαν πρὸ πάντων γνώμῃ τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρός.

XII. Qvod autem Filius sit unus & unicus, (unigenitus enim est) allatis in medium Sanctorum vocibus seu testimoniis, qvibus tum genimen sive generaturam tum creaturam prædicant & per nomina discrepantia essentiæ etiam discrepantiam manifestam faciunt: possemus ista ratione omni porro cura & labore supersedere. Verum propter illos, qvi hanc generationem corporalem esse opinantur, & æqvivocationibus impingunt seu offenduntur, necessarium fortasis erit, etiam de his paucis breviterqve dicere. Dicimus itaqve Filium esse genimen sive generaturam, juxta Scripturarum doctrinam, non aliud qvid essentiam intelligendo, item aliud qvid qvod præter ipsum significetur: Sed illum esse hanc substantiam seu hypostasin, qvam nomen ipsum significat, ita ut appellatio ipsi essentiæ veritatem astruat: siqvidem essentia non verius qvam ipsa appellatione monstratur. Dicimus autem porro hanc substantiam genitam esse, cum non esset ante propriam constitutionem: postqvam vero genita fuit, extitisse illam ante omnia, decreto DEI & Patris.

o) Basilius lib. 2. pag. 38. φροντίδων. p) id. διὰ μέντοι.
q) Basil. pag. 43. & 45. seq. r) Basilius pag. 47. & 50.

XIII. Si vero alicui hoc ipsum ausu temerario, seu conatu non ferendo dictum videtur: considerret ipse secum, utrum verum hoc sit an falsum. Si prius, ejus modi ausus culpa caret proprio istius hominis judicio, qvandoqvidem nihil rerum verarum, qvod suo qvidem tempore & modo dicitur, habere culpam potest. Sin vero falsum est, summa profecto necessitate erit, ut qvod illis qvæ dixi contrarium est, verum putemus. Hoc vero est, Filium genitum esse, cum antea existeret, id qvod non solum absurditatis vel blasphemiæ, sed etiam summæ non potest non esse fatuitatis. Res enim qvæ est, qvid qvæso opus habet generatione, nisi ad similitudinem alterius alicujus rei transformetur juxta rerum animatarum naturam? qvæ qvidem vere fieri dici possunt, cum existant qvod sunt, non autem ea existant qvæ fiunt. Etenim hominis semen non statim ipse est homo, neqve lapis domus: Fit autem tandem illud qvidem homo, hic vero domus. Si vero unum qvodlibet eorum qvibus assimilari Filii generationem omnium est piissimum, cum non sint prius, tandem tamen qvid fiant: (non enim

XIII. Εἰ δέ τῳ δοκεῖ τολμηρὸν εἶναι τὸ ῥηθὲν, ἐπισκεψάσθω παρ' ἑαυτῷ, πότερον ὡς ἀληθὲς ὄν, ἢ ψεῦδος. Εἰ μὲν γὰρ τὸ πρότερον, ἀνυπαίτιος ἡ τόλμα κατὰ τὴν αὐτῆς κρίσιν, ἐπείπερ μηδὲν τῶν ἀληθῶν ἐν καιρῷ καὶ μέτρῳ λεγόμενον ὑπαίτιον. Εἰ δὲ ψεῦδος, ἀνάγκη δήπου πᾶσα, τούτων τἀναντίον ἀληθὲς ἡγεῖσθαι. Τοῦτο δ' ἐστὶν, ὄντα γεγεννῆσθαι τὸν υἱόν, ὅπερ οὐκ ἀτοπίας μόνον ἢ βλασφημίας, ἀλλὰ καὶ πάσης εὐηθείας ὑπερβολὴν ἂν ἔχοι. s) Τῷ γὰρ ὄντι τί δεῖ γενέσεως; εἰ μὴ πρὸς ἕτερόν τι μεταῤῥυθμίζοιτο κατὰ τὴν ἐμψύχων τε καὶ ἀψύχων σωμάτων φύσιν, ἅπερ γίνεσθαι λέγοιτ' ἂν ἀληθῶς, ὄντα μὲν ὅ ἐστιν, οὐκ ὄντα δὲ ἃ γίνεται. Οὔτε γὰρ τὸ σπέρμα ἄνθρωπος, οὔτε λίθος οἶκος. Γίνεται δὲ τὸ μὲν ἄνθρωπος, τὸ δὲ οἶκος. Εἰ δὲ τούτων ἕκαστον οἷς καὶ παραβάλλειν τὴν υἱοῦ γένεσιν πάντων εὐσεβέστατον, οὐκ ὄντα γίνεται, ὃ γὰρ ἐκεῖνο γίνεται ὁ πρότε-

* Basilius pag. 50.

πρότερον ἦν, ποίαν δέξεται ἴασιν, ὁ τὸν υἱὸν ὄντα γεγεννῆσθαι λέγων. Εἰ γὰρ πρὸ τῆς γεννήσεως ἦν, t) ἀγέννητος ἦν.

fieri dici potest qvod antea erat) cujusmodi qvæso medicinam admittet, qvi Filium cum ante extiterit, dicit genitum esse. Si enim ante generationem erat, erat utiqve ingenitus.

XIV. Ἀλλὰ πάλαγε καλῶς ὁμολόγηται μηδὲν ἕτερον ἀγέννητον εἶναι παρὰ τὸν Θεόν. Ἢ τοίνυν μεταθέσθωσαν τῆς ὁμολογίας, ἕτερον εἰσάγοντες ἀγέννητον, ἢ τούτοις ἐμμένοντες παραιτείσθωσαν λέγειν, ὄντα γεγεννῆσθαι τὸν υἱόν, ἐπεὶ μηδὲ συγχωρεῖ τὸ υἱὸς καὶ τὸ γεννήματος ἡ προσηγορία πρὸς τὴν ἀγέννητον. Πᾶσα γὰρ γένοιτ' σύγχυσις ὀνομάτων τε καὶ πραγμάτων, μιᾶς μὲν οὐσίας ὄσης τε καὶ λεγομένης ἀγεννήτου, ἐπεισαγομένης δὲ τῷ λόγῳ πάλιν ἑτέρας, εἶτα ταύτης γεννητῆς ὀνομαζομένης, υἱὸς τε μὴ γεννηθέντος κατ' αὐτὸς, καὶ Πατρὸς μὴ γεννήσαντος, ὀνόματα, εἴγε μὴ γεννηθεὶς ἦν. πλὴν εἰ μή τις κατὰ τὸν λόγον κακὸν κακῷ ἰώμενος, μείζονι τὸ ἔλαττον, αὐξητικὴν ἢ μεταβλητικὴν ἐπινοήσειε

XIV. Verum vetusta recte habet confessio, qvod nihil præter DEum sit ingenitum: Aut igitur recedant ab illa Confessione, & aliud qvid proferant qvod sit ingenirum: vel si inhærere illi sententiæ volent, caveant imposterum ita loqvi, qvod Filius cum antea fuerit, genitus sit: qvia Filii & prolis seu geniminis appellatio non ingreditur unum & idem subjectum cum appellatione ingeniti. Summa enim & extrema confusio oriri potest tam nominum qvam rerum, si cum una revera sit & dicatur essentia ingenita, verbo autem alia præter illam introducatur posteaqve hæc genita nominetur: Filius autem non sit genitus juxta ipsorum sententiam, neqve Pater generaverit nominetenus, siqvidem non existat genitus: præterqvam nisi qvis juxta tritum sermonem, malum minus malo curans majori excogitaverit aliqvam generationem, qvæ fiat per augmentationem, transformationem sive transmutationem.

t) Basilius pag. 55.

nem. Et neqve hoc modo præter omnia alia probe ratiocinaretur ſive concluderet: propterea, qvod ſi qvid augmentetur, neceſſe ſit, ut auctario aliqvo externo augmentum capiat. Unde igitur poterit eſſe illa additio, ſive id qvod appoſitum cenſetur, niſi aliqvid aliud prius ſubjecti loco ponamus? Atqvi ſi res ita ſe habet, neceſſe fuerit excogitare multa, qvæ ſuum eſſe in ſemet habent & ingenita ſunt, ut unum illud perfecte compleant. Sin vero augmentum illud accedit ex aliqva re qvæ non eſt, utrum qvæſo præſtat confiteri, an qvod non fuit, id gigni decreto illius qvi id produxit, an vero dicere, eſſentiam conſtare ex Ente & non Ente, ſeu ex re aliqva qvæ eſt vel fuit & non eſt vel non fuit. Siq; transmutatur, nulla re exiſtente in qvam poſſit transmutari, transmutabitur neceſſario in id qvod non eſt. Et qvomodo qvæſo non ſit ſtolidum, ne dicamus impium, affirmare id qvod eſt, abiiſſe in aliqvid qvod non eſt? Immo vero conveniens eſt, ut miſſa & abjecta immodica hac ſtultitia aut potius inſania, debita modeſtia id qvod verum eſt acceptetur.

γένεσιν, πρὸς ἅπασι τοῖς ἄλλοις μήτ' ἐκεῖνο καλῶς λογισάμενος, ὡς εἴ τε αὐξάνοι τι, προσθήκη τινὸς τῶν ἔξωθεν αὐξήσειεν ἄν. Πόθεν ἔσται τὸ προστεθέν, εἰ μὴ καὶ ἕτερον ὑποθοίμεθα; ἀλλ' εἰ μὲν τοῦτο, πολλὰ τὰ ὄντα καὶ ἀγέννητα ὄντα εἰς συμπλήρωσιν ἑνὸς ἐπινοεῖν ἀναγκαῖον. Εἰ δ' ἐκ τοῦ μὴ ὄντος ἡ αὔξησις, πότερον ἄμεινον ὁμολογεῖν πᾶν μὴ ὂν γεγεννῆσθαι γνώμῃ τοῦ παραγαγόντος, ἢ σύνθετον λέγειν τὴν οὐσίαν ἐξ ὄντος καὶ μὴ ὄντος. Ἔτι γε μεταβάλλοιτο, μηδενὸς ὄντος εἰς ὃ μεταβληθείη, εἰς τὸ μὴ ὂν ἐξ ἀνάγκης μεταβληθήσεται. Καὶ πῶς ἔυηθες, ἵνα μὴ λέγωμεν ἀσεβές, τὸ ὂν εἰς τὸ μὴ ὂν κεχωρηκέναι λέγειν. Δέον ἀφεμένους τῆς ἀμέτρου ταύτης εὐηθείας, παρανοίας δὲ μᾶλλον, σωφρόνως παραδέξασθαι τὰ ἀληθές.

XV. Verum hi homines, non vident hiſce & longe pluribus abſurditatibus eſſe ſe obnoxios,

XV. Ἀλλ' ἔτι μὲν ταύτας καὶ πολλῷ πλείοσι τούτων ἀτοπίαις ὄντες ὑπό-

ὑπόδικοι λελήθασι σφᾶς αὐτὲς, ἐχ ἡμᾶς τόλμης εὐθύνας δικαίως ὑπάγοντες, ἀλλ' ἑαυτὲς ἀσεβείας ἐγκλήμασιν. Ἡμεῖς δὲ τοῖς ὑπό τε τῶν ἁγίων r) πάλαι, καὶ νῦν ἀφ' ἡμῶν αὐτῶν ἀποδεδειγμένοις ἐμμένοντες, μήτε τῆς ἀσίας τὸ Θεὸ προσιεμένης γέννησιν, ὡς ἀγεννήτε, μήτε διάσασιν ἢ μερισμὸν ὡς ἀφθάρτε, μήτε μὴν ἑτέρας τινὸς ὑποκειμένης εἰς υἱῦ γέννησιν, μὴ ὄντα φαμὲν γεγενῆθαι τὸν υἱόν. Οὐ κοινοποιῦμεν δὲ τὸ μονογενὲς τὴν ἀσίαν πρὸς τὰ ὃκ μὴ ὄντων γενόμενα, ἐπεὶπερ ὃκ ἀσία τὸ μὴ ὄν. Τῇ δε τὸ ποιήσαντ@ γνώμῃ τὴν διαφορὰν τοῖς πᾶσιν ὁρίζόμενοι τοσάυτην αὐτῷ νέμομεν ὑπεροχὴν, ὅσην ἔχειν ἀναγκαῖον τῶν ἰδίων ποιημάτων τὸν ποιητήν. s) Πάντα γὰρ δι' αὐτὸ γεγενῆθαι κατὰ τὸν μακάριον Ἰωάννην t) ὁμολογῦμεν, συναπογεννηθείσης ἄνωθεν αὐτῷ τῆς δημιυργικῆς δυνάμεως, ὡς εἶναι Θεὸν μονογενῆ πάντων τῶν μετ' αὐτὸν καὶ τῶν δι' αὐτὸ γενομένων. Μόν@ γὰρ τῇ τὸ ἀγεννήτε δυνάμει γεννηθεὶς καὶ κλιθεὶς

neq; nos juſte in crimen audaciæ ac præſumtionis merito adducere, ſed ipſos ſemet impietatis accuſare. Nos vero in his qvæ olim à ſanctis Patribus, & nunc à nobis demonſtrata, permanemus: & cum neqve eſſentia DEI admittat generationem, utpote qvæ eſt ingenita, neqve diſtantiam, aut partitionem, ſiqvidem eſt incorruptibilis: cumqve nulla alia dari poſſit ad Filii generationem, dicimus Filium genitum eſſe, cum antea non exiſteret: non qvod communem faciamus eſſentiam unigeniti cum iis, qvæ de nihilo facta ſunt, (ſiqvidem non eſt eſſentia id qvod non eſt) ſed ejus qvi fecit decreto ſeu ſententia, dum differentiam omnibus rebus definitam aſſignamus, ipſi tantam tribuimus præ aliis omnibus excellentiam, qvantam qvidem opificem habere neceſſe eſt præ propriis ſuis qvæ fecit facitue operibus. Etenim *omnia per ipſum facta* eſſe ſecundum Beatum Johannem confitemur, congenita ſcilicet ipſi ab initio creandi facultate: ut ita ſit DEus unigenitus, reſpectu omnium earum rerum qvæ poſt ipſum & per ipſum factæ ſunt. Cum enim ipſe ſolus ingeniti potentia genitus ſit, & creatus perfectiſſimus, hinc

r) πατέρων addit Baſilius pag. 55.

s) Baſilius pag. 58. t) Joh. I. 3.

miniſter fuit in tota creatione & decreto Patris perficiendo.

XVI. Si vero ideo, qvia Pater & Filius vocantur, propterea humanam & corporalem generationem oportet concipere, & ita de ea cogitare, & ſubducta ratione ex iis qvæ ab hominibus fiunt operibus, transmutationis ſeu transſubſtantiationis nominibus & paſſionibus DEum ſubjicere, ſiqvidem qvoqve Creator ſeu Opifex DEus, oportet nos illi ſubſternere materiam ut opera, qvæ facit, eventum effectumqve ſuum ſortiantur, qvi Græcorum eſt error. Homo enim qvi ex propria gignit eſſentia, non ſane qvicqvam ſtruxerit ſine materia. Qvod ſi hoc dicere recuſarint, nominum elocutionem nihil omnino curantes, ſiqve nihilominus ſervata veritate dignæ de DEO notionis attribuerint ſoli Divinæ potentiæ creandi officium & facultatem: qvomodo qvæſo locum habere in DEO poterit paſſio transſubſtantiationis & participationis eſſentiæ, propter appellationem Patris? Ecqvis enim eorum qvirecte ſentiunt, ſanive ſunt mente, diffiteri poteſt, qvod qvædam nomina τελειότατ@ γέγονεν ὑπηρέτης u) πρὸς πᾶσαν δημιουργίαν καὶ γνώμην τοῦ Πατρός.

XVI. Εἰ δ' ὅτι Πατὴρ καὶ Υἱός, διὰ τοῦτο ἀνθρωπίνην καὶ σωματικὴν χρὴ τὴν γέννησιν ἐννοεῖν, καὶ κατὰ τῶν ἐν ἀνθρώποις γεννήσεων ἀναγομένους τοῖς τῆς μετουσίας ὀνόμασι καὶ πάθεσιν ὑπάγειν τὸν Θεὸν x) ἐπειδὴ καὶ δημιουργὸς ὁ Θεὸς, ὕλην ὑποβάλλειν δεῖ πρὸς γένεσιν τῶν δεδημιουργημένων κατὰ τὴν ἑλληνικὴν πλάνην. Ὁ γὰρ ἐκ τῆς ἰδίας οὐσίας γεννῶν ἄνθρωπ@ οὐκ ἂν ὕλης χωρὶς δημιουργήσειεν. Εἰ δὲ τοῦτο παραιτοῖντο, μηδὲν τῆς τῶν ὀνομάτων φροντίζοντες προφορᾶς, τὴν δὲ τῷ Θεῷ περιπίπτουσαν ἔννοιαν διασώζοντες ἐπιτρέποιεν ἐξουσίᾳ μόνῃ δημιουργεῖν, πῶς ἂν ἔχοι χώραν τὸ τῆς μετουσίας πάθ@ ἐπὶ Θεοῦ διὰ τὴν τοῦ Πατρὸς προπαροιξίαν; Τίς γὰρ οὐκ ἂν ὁμολογήσειε τῶν εὐφρονούντων, ὅτι τῶν ὀνομάτων τὰ μὲν κατὰ τὴν ἐκφώνη-

u) Baſil. pag. 58. 59. 60. x) Baſil. pag. 61. 63.

Φώνησιν καὶ προφορὰν τὴν κοινωνίαν ἔχειμόνον, οὐκ ἔλι δὲ κατὰ τὴν σημασίαν, ὡς ὀφθαλμὸς ἐπί τε ἀνθρώπε καὶ Θεῦ λεγόμενος· τῦ μὲν γὰρ σημαίνει τι μέρος, τῦ δέποτε μὲν ἀντίληψιν καὶ φυλακὴν τῶν δικαίων, ποτὲ δὲ τὴν τῶν πραττομένων γνῶσιν.

tum qvandam habent communionem ratione pronunciationis & elocutionis, non autem qvoad ſignificationem. Ut oculus, qvi de homine & DEo dicitur, illius qvidem partem qvandam notat, hujus vero interdum auxilium, & cuſtodiam juſtorum, nonnunqvam ipſam notitiam eorum qvæ aguntur.

XVII. Τὰ δὲ πολλὰ κατὰ τὴν ἐκφώνησιν κεχωρισμένα τὴν αὐτὴν ἔχει σημασίαν, ὡς τὸ ὂν καὶ μόνος ἀληθινὸς Θεός. Οὐκοῦν ὅδε ὅταν λέγηται Πατὴρ, κοινὴν ἐννοεῖν χρὴ πρὸς ἀνθρώπους τὴν ἐνέργειαν, ἐπ' ἀμφοῖν συνεπινοοῦντας ταύτῃ ῥεῦσιν ἢ πάθος, ἐπείπερ ἡ μέν ἐσιν ἀπαθὴς, ἡ δὲ μετὰ πάθους. Οὐδὲ ὅταν λέγηται πνεῦμα, κοινὴν ἔχει πρὸς τὰ λεγόμενα πνεύματα τὴν φύσιν. Ἐν πᾶσι δὲ τὸ ἀνάλογον σώζοντας μήτε τὸν ἐμὸν ἀκούοντας ποίημα, δυσχεραίνειν, ὡς κοινοποιημένης πάντως καὶ τῆς οὐσίας ὑπὸ τῆς τῶν ὀνομάτων κοινωνίας. y) Ὁ μὲν γάρ ἐσιν ἀ-

XVII. Multa vero, cum magnam habeant, qvando pronunciantur, diſcrepantiam, eandem tamen obtinent ſignificationem. Ut Ens, & ſolus verus DEus. Ergo neqve ſi qvando Pater nominetur, ſtatim talem concipere mente operationem debemus, qvæ communis ipſi ſit cum hominibus, ut ſimul utrobiqve hac ratione fluxum aut paſſionem mente agitemus. Siqvidem operatio Divina nulli paſſioni aut affectioni eſt obnoxia, hominum autem fit cum paſſione: illa paſſione caret, hæc cum illa eſt. Neqve ſi qvando nominetur Spiritus, ſtatim propterea communem habet naturam cum aliis qvæ Spiritus appellantur. In omnibus autem oportet nos modum & analogiam rationi & unicuiqve naturæ conſentaneam ſervare,

y) Baſil. pag. 65.

neqve ſtatim indignari aut ægre ferre, cum Filium creaturam eſſe audimus, qvaſi nominum æqvivocatio ipſam prorſus eſſentiam communem reddat. Filius enim eſt ingeniti & non facti genimen ſ. progenies, & factura vel opus. Cœlum vero & Angeli, & qvicqvid eſt præterea creaturarum, hujus facturæ ſeu operis ſunt facturæ ſeu opera præcepto Patris per ipſum facta. Sic enim Scripturis ſua conſtabit veritas, & ipſæ ab omni mendacio ſartæ tectæ conſervari poterunt, cum videlicet illæ de Filio pronuncient, qvod factura ſit & genimen: prætereaqve hoc pacto à ſanis ratiocinationibus non deflectemus, dum videlicet neqve ullas DEO partes cooptamus ſeu attribuimus: neqve ipſi ad generationem propriam eſſentiam, ad creationem vero materiam ſubjicimus, unde exiſtere ſolet nominum differentia.

γεννήτε καὶ ἀποιήτε γέννημα καὶ ποίημα. Οὐρανὸς δὲ καὶ Ἄγγελοι, καὶ πᾶν ὅπερ ἐστὶν ἄλλο ποίημα, τέτε τῦ ποιήματός ἐστι ποίημα, προσάγμαλι τῦ Πατρὸς δι' αὐτῦ γενόμενα. Οὕτω γὰρ ἂν ταῖς γραφαῖς τὸ ἀψευδεῖν φυλάττοιτο; ποίημα καὶ γέννημα λεγόσας τὸν υἱόν, καὶ τῶν ὑγιαινόντων ἡμᾶς οὐκ ἐκησόμεθα λογισμῶν, μήτε μέρη τῷ Θεῷ περιάπτοντες, μήτε μὴν πρὸς μὲν γέννησιν τὴν ἰδίαν ἀσίαν, πρὸς δὲ κτίσιν ὕλην ὑποβάλλοντες, ἐξ ὧν ἡ τῶν ὀνομάτων διαφορὰ γίγνεσθαι πέφυκεν.

XVIII. Si vero DEus, neq; dum generat, de propria ſua natura genito ſeu generato qvicqvam impertit, ſeu largitur hominum more, ingenitus enim eſt: neqve dum creat, materia indiget, utpote qvi nulla re opus habet, & potens eſt: omnino rationem nullam habet, qvod Filium creaturam dici nolunt. Ex his ſane & ejusmodi aliis cum manifeſtum ſit, imo adverſarii oculari qvaſi

XVIII. Εἰ δὲ μήτε γεννῶν ὁ Θεὸς τῆς οἰκείας τῷ γεννωμένῳ μεταδίδωσι Φύσεως κατὰ τὰς ἀνθρώπους, ἀγέννητος γάρ, μηδὲ κτίζων ὕλης ἐπιδεῖται ἵνος, ἀπροσδεὴς ὢν καὶ δυνατός, ἀλόγιστος παντάπασιν ἡ τῦ κτίσματος παραίτησις. Ἐκ δὴ τέτων καὶ τῶν τοιέτων δεικνυμένως (ἐχρῆν) μήτε πάντη τοῖς ὀνό-

ὀνόμασι συνεξομοιῶν πειρᾶσθαι τὰς σημασίας, μήτε μὴν παραλλάττειν παρηλλαγμένων. Ταῖς δὲ τῶν ὑποκειμένων ἐννοίαις προσέχοντας ἀκολούθως ἐφαρμόττειν τὰς προσηγορίας, ἐπεὶ μηδὲ ταῖς φωναῖς πέφυκεν ἀκολουθεῖν τῶν πραγμάτων ἡ φύσις, τοῖς δὲ πράγμασιν ἐφαρμόζεσθαι κατὰ τὴν ἀξίαν ἡ τῶν ὀνομάτων δύναμις. Καταμέμψαιτο δ' ἄν τις ἐχ ἧττον κὴ τὰς γέννημα μὲν καὶ ποίημα τὸν υἱὸν εἶναι πειθομένας, ἀγέννητόν τε καὶ ἄκτιστον τὸν Θεὸν συντιθεμένας, τῇ δὲ τῶν δευτέρων προσθήκῃ καὶ τῇ κατ' οὐσίαν ὁμοιότητι ταῖς προλαβούσαις ὁμολογίαις ἐναντιουμένας. Οὓς ἐχρῆν, εἰ μέν τις ἦν αὐτοῖς ἀληθείας φροντίς παρηλλαγμένων τῶν ὀνομάτων παρηλλαγμένας ὁμολογεῖν καὶ τὰς οὐσίας. z) Ἢ γὰρ ἂν ὅτως καὶ μόνως τὴν δικαίαν ἐφύλαττον τάξιν ἑκάτερα τούτων τὴν προσήκουσαν ἀποδιδόντες ὁμολογίαν. Εἰ δὲ μὴ ταύτης ποιοῦνταί τινα λόγον, τῆς γοῦν ἰδίας ἐπινοίας φυλάξαι τὴν ἀ-

demonstratione doceantur, non ubivis significationes verbis esse coæqvandas, neqve alternandas esse res sua natura differentes: subjectis autem rebus accurata consideratione adhibita aptas, convenientes & proprias significationes esse applicandas: siqvidem natura rerum non ipsas seqvi voces solet, sed necesse est ut vocum valor apte & convenienter rebus indatur. Culpaverit sane qvis non parum etiam eos, qvi qvidem Filium progeniem & facturam esse persuasi sunt, simulqve ingenitum & increatum DEum fatentur: verum posteriorum assertionum accessione & exæqvatione seu similitudine illa qvam faciunt ratione essentiæ, hisce suis prioribus confessionibus contradicunt. Qvos utiqve deceret, si qva veritatis cura movererentur, cum diversa sint nomina, diversas etiam essentias confiteri. Nam vel hac & qvidem sola ratione justum servarent ordinem, & sic utrobiqve seu qvoad utrumqve horum convenientem ederent confessionem. Si vero uullam prorsus veritatis habeant rationem, saltem propriorum commentorum seqvelam seu conseqventiam observarent, neqve recedendo ab una eademqve

z) Basil. pag. 65. D. seq.

natura appellationes à convenientia propria alienarent, cum pasſim in præcedentibus à nobis ſit demonſtratum, voces eſſe eſſentiarum ſignificativas.

XIX. Dixerit autem fortaſſe qvis ad contradicendum inſtructus, ac veluti cote acutus redditus, qvod ſi habita ratione nominum in rerum ſubjectarum conſiderationē eſt eundum, qvatenus qvidem ingenitum & genitum, differre dicimus: qvatenus vero lumen & lumen, vita & vita, potentia & potentia, non differre, ſed ejusdem eſſe rationis. Cui reſpondemus, non baculo utentes ad qvæſtionem loco reſponſionis, id qvod de Diogene refert ejus laudator, Cyniſmus enim multum differt à Chriſtianiſmo: Sed Sanctum Paulum imitantes, qvi dicit *longanimitate adverſarios eſſe erudiendos*. Reſpondemus, inqvam, qvod qvædam Lux eſt ingenita, qvædam vero genita. Utrum vero diverſum ſeu aliud qvid lux ſignificat cum de ingenita, qvam cum de genita natura uſurpatur; vel an unum & idem notat utrobiqve? Etenim ſiqvidem diver-

κολουθίαν, καὶ μὴ τῆς αὐτῆς φύσεως παραχωροῦντας, ἀλλοτρίαν τῆς ἁρμοζούσης ὀνομασίας, ἀποδεδειγμένης διὰ πάντων ἡμῖν τῶν προλαβόντων αὐτῶν εἶναι τῶν οὐσιῶν σημαντικὰς τὰς προσηγορίας.

4. Canticis illis eodem loco jungit Athhanasius Arii *Thaliam*, de qva sæpius alibi mentionem facit, testatus eam hæresi suæ disseminandæ compositam ab Ario, cum ab Alexandro Alexandrino ejectus apud Eusebium Nicomediensem versaretur. Ἐκβληθεὶς καὶ ἐπιτρεβεὶς Ἄρειος παρὰ τῶν περὶ Εὐσέβιον, συνέθηκεν ἑαυτῦ τὴν αἵρεσιν ἐν χάρτῃ, καὶ ὡς ἐν Θαλίᾳ (in Convivali lætitia) ζηλώσας ᾄδεναι τῶν Φρονίμων, ἀλλὰ τὸν Αἰγύπτιον Σωτάδην ἐν τῷ ἤθει καὶ σκλύσει τῦ μέλυς. pag. 883. de Synodis Arimini & Seleuciæ, ubi prolixum ex illo Arii scripto locum affert, sed in qvo nullum licet metrum deprehendere. Idem pag. 552. lib. de Dionysii Alex. sententia: ὁ μὲν Ἄρειος τὴν ἰδίαν κακοδοξίαν σκληθέμενος ἔγραψε Θαλείαν, σκληθηλυμένοις καὶ γελοίοις ἤθεσι κατὰ τὸν Αἰγύπτιον Σωτάδην. Et Orat. 1. contra Arianos pag. 307. Ἀντὶ γὰρ Χριστῦ παρ' αὐτοῖς Ἄρειος, ὡς παρὰ Μανιχαίοις Μανιχαῖος. Ἀντὶ δὲ Μώσεως καὶ τῶν ἄλλων ἁγίων Σωτάδης

lus

* Confer Jac. Godofredum ad Philostorgium pag. 47. seq.

ἧς ἐξεύρηται παρ' αὐτοῖς, ὁ καὶ παρ' Ἕλλησι γελώμενος, καὶ ἡ θυγάτηρ Ἡρωδιάδος. Τὸ μὲν γὰρ τὸ κεκλασμένον καὶ θηλυκὸν ἦθος μεμίμηται γράφων Ἄρειος αὐτὸς Θαλίας. Ἧς δὲ ἦν ὄρχησιν ἐζήλωσε ἐξορχούμενος καὶ παίζων ἐν ταῖς καλαὶ Σωτῆρος δυσφημίαις &c. Et p. 309. παρὰ μηδενὶ Θαλείας εὑρισκομένης ἀλλὰ μηδὲ παρὰ τοῖς σπουδαίοις τῶν Ἑλλήνων, ἢ παρὰ μόνοις τοῖς ἄδουσι τὰ τοιαῦτα παρὰ πότον μεθὰ κρότου καὶ σκωμμάτων ἐν παιδιᾷς, ἕνεκεν τοῦ γελᾶσθαι παρ' ἑτέρων. Ὁ θαυμασὸς Ἄρειος οὐδὲν σεμνὸν μιμησάμενος, ἀλλὰ καὶ τὰ τῶν σπουδαίων ἀγνοήσας πλεῖστά τε τῶν ἄλλων αἱρέσεων ὑποκλέψας τὴν τοῦ Σωτῆρος μόνα γελοιολογίαν ἐζήλωσε. Τί γὰρ ἔπρεπε ποιεῖν αὐτὸν, ἢ θέλοντα κατὰ τοῦ Σωτῆρος ὀρχήσασθαι, τὰ δύσηνα ἑαυτοῦ ῥήματα τῆς ἀσεβείας ἐν σκλύτοις καὶ παρειμένοις μέλεσι σημαίνειν. Et pag. 312. μετὰ τούτων δὲ ὥσπερ καὶ διάδοχος τῆς προπετείας τοῦ διαβόλου γενόμενος ἔθηκεν ἐν τῇ Θαλείᾳ, ὡς ἄρα καὶ τῷ ἰῷ ὁ πατὴρ ἀόρατος ὑπάρχει. Ac post nonnulla ex illo Arii scripto adducta, ταῦτα, inqvit, μέρη τῶν ἐν τῷ γελοίῳ συγγράμματι κειμένων μυθιδίων ἐστὶν Ἀρείου. Τίς τοίνυν τῶν ῥητῶν καὶ τοῦ μέλους Θαλείας ἀκούσας, ἐ μισήσειεν ἐν δίκῃ παίζοντα τὸν Ἄρειον ὡς ἐπὶ σκηνῆς ἐπὶ τούτων; A Concilio Nicæno reprobatam Arii Thaliam testatur Socrates lib. 1. cap. 9. pag. 30. Ἰσέον δὲ ὅτι Ἄρειος βιβλίον συνέγραψε περὶ τῆς ἑαυτοῦ δόξης, ὃ ἐπέγραψε Θαλείαν. Ἔστι δὲ ὁ χαρακτὴρ τοῦ βιβλίου χαῦνος καὶ διαλελυμένος, τοῖς Σωταδίοις † ἄσμασιν ἤτοι μέτροις παραπλήσιος. Ὅπερ καὶ αὐτὸ τὸ τε ἡ Σύνοδος ἀπεκήρυξεν. Sozomenus lib. 1. c. 21. ἐ μὴν ἀλλὰ καὶ τὰς λέξεις τῆς αὐτοῦ δόξης ἀπεκήρυξαν, καὶ τὸ βιβλίον ὃ περὶ ταύτης συντάξας Θαλείαν ἐπέγραψε. Τοῦτο γὰρ τοῦ συντάγματος ὡς ἐπυθόμην, ἐ γὰρ ἐνέτυχον, διαλελυμένος ἐστὶν ὁ χαρακτὴρ, ὡς ἐμφερὴς εἶναι τοῖς χαυνότητι τοῖς Σωτάδου ἄσμασιν. Ita Sozomeni jam ætate difficulter Thalia Arii reperiebatur.

Arii scripta pœna capitis in occultantes proposita flammis tradi jubentur in Epistola Constantini apud Socratem lib. 1. cap. 9. pag. 32. & Gelasium Cyzicenum lib. 2. de actis Concilii Nicæni c. 36. Confer Jac. Gretserum lib. 1. de more & jure prohibendi libros malos, cap. 6.

Patres

† De Sotadis carminibus dicere me memini lib. 2. hujus Bibliothecæ cap. 22. A Sotade titulum libri sui petiisse Arium, assentior Tillemontio T. 6. memor. p. 257.

Patres ante Nicænos cum Ario non sensisse.

Adversus eos qvi recentiore ætate vel incrustare aggressi sunt Arianismum, vel Patres etiam AnteNicænos cum Ario sensisse contenderunt, ut *Daniel Zwickerus*, in Irenico irenicorum Amsterd. 1658. 8. & in irenicomastige A. 1662. 8. *Christophorus Sandius* in Nucleo Historiæ Ecclesiasticæ, sive Arianorum potius Historia & Apologia * ejusqve appendice, 1676. & 1678. 4. atqve in Anglia *Gilbertus Clercke* in Antenicænismo, & responsione ad Bullum, *Lucasque Mellierus* sive *Samuel Crellius*, Johannis Crellii in Socini schola celebratissimi nepos, in fide primorum Christianorum ex Barnaba, Herma & Clemente Romano demonstrata, & in antiqva fide de Divinitate CHristi asserta Lond. 1695. 1697. 8. Et in variis schediasmatibus Anglice in 4. A. 1691. 1692. &c. editis: tum Pictavienſi in Provincia pridem Ecclesiastes, deinde extorris *Superanius* ** auctor ut ajunt libri Gallice editi *le Platonisme devoilé*, Amst. 1700. 8. ac deniqve *Guilelmus Whistonus* in primitivo Christianismo, vulgato Anglice Lond. 1711. 8. qvinqve Voluminibus.

Adversus hos inqvam, aliosqve cum his facientes, non inficiandam doctrinæ Catholicæ de CHristo æterno & ὁμοουσίῳ cum Patre DEo antiqvitatem, Patrumqve Nicænorum fidem alienam ab Arianismo, vindicarunt è nostris qvidem Augustanæ Confessionis subscriptoribus:

D. *Abraham Calovius* in confessione Martyrum & aliorum fidelium ac inprimis Ecclesiæ Doctorum post SS. Apostolorum excessum usqve ad Concilium Nicænum de SS. Trinitate. Witeb. 1660. 4. & inter Opera B. Viri anti Sociniana Tom. 2. pag. 484. seq Ulm. 1684. fol.

Hermannus Conringius in Programmatibus sacris, pag. 102. seq. Helmstad. 1651. 4.

Mel-

* Pag. 39. Appendicis, *velim meminisse Lectorem*, inqvit Sandius, *me hæc in gratiam Arianorum & quasi in persona Ariani scripsisse. Iudicet ipse, quantum argumenta mea valeant.*

** *Mr. Souverain*, autrefois Ministre en Poitou. Memoires de Trevoux A. 1703. p. 386. edit. Amst. & Mr. Bayle, dans sa reponse aux questions d'un Provincial, Tom. 1. pag. 628. seq.

Melchior Zeidlerus in opere MS. adversus Sandium Patrem, memorato apud Christoph. Hartknochium in Historia Ecclesiarum Prussicarum p. 646. qvod editurum se promisit Philippus Jacobus Hardtmannus libro de gestis Christianorum sub Apostolis p. 181.

D. Godfridus Olearius ὁ μαχαιρίτης in diss. de Spiritus S. cum Patre & Filio adoratione & glorificatione, contra Gvilelmum Whistonum, Lipsiæ 1711. 4.

Urbanus Godfridus Siberus in schediasmate cui titulus: *Martyres Divinitatis CHristi testes.* Lipsiæ 1714. 4.

Ex Romanæ Ecclesiæ sociis *Rob. Bellarminus* lib. 1. de CHristo, capite 10. *Jodocus Coccius* thesauri Catholici T. 1. pag. 39. sq. 64. seq.

Dionysius Petavius S. I. præfat. ad Tomum II. dogmatum Theol. atqve in Tomo illo ipso, qvi est de SS. Trinitate Paris. 1644. fol. nec non libro XVI. de incarnatione Verbi cap. 2. Paris. 1650.

Josephus Saenz Cardinalis *de Agvirre* in prolegomenis ad Tom. 2. Operum Anselmi Cantuariensis, Rom. 1688. fol.

Natalis Alexander, in selectis Historiæ Ecclesiasticæ capitibus Seculo III parte 2. pag. 335. seq. edit. in fol.

Petrus Daniel Huetius libro 2. Origenianor. capite 2. qvæst. 2.

Ludovicus Thomassinus in dogmatibus Theol. Tomo 3. tractatu 2. qvi est de SS. Trinitate.

Ex Anglis:

Samuel Gardinerus in Hypotyposi sive delineatione Catholicæ circa SS. Trinitatem fidei ex scriptis Patrum ante Nicænorum desumta, Lond. 1677. 8. Ejusdem Responsio ad objectiones nuclei Sandiani. Ibid. Epistola ad Sandium in hujus appendice nuclei pag. 106. & responsio valedictoria, cum appendice de Cingallo. * Lond. 1681. 8.

Georgius Bullus, postea Episcopus S. Davidis A. 1705. denatus, in defensione fidei Nicænæ de æterna Divinitate Filii DEI ex scriptis SS. Patrum qvi intra tria prima Ecclesiæ Christianæ sæcula floruerunt, in qva obiter qvoqve CPolitanum Symbolum de divinitate Spiritus S. ex antiqviorum testimoniis adstruitur. Oxon. 1685. 4. Amstel. 1688. 4. & inter Viri doctissimi Opera, Lond. 1703.

* Sandius sub Hermanni Cingalli nomine edidit librum pro Arii hæresi, qvem inscripsit *Scriptura S. Trinitatis revelatrix* Gondæ, 1677. 12.

1703. fol. in qvibus etiam exſtat ejusdem Judicium Veteris Eccleſiæ de neceſſitate credendi qvod CHriſtus ſit DEus, contra Sim. Epiſcopium, qvod ſeparatim prodierat qvoqve Amſtelod. 1697. 8. Nec omittenda ejus primitiva & Apoſtolica traditio dogmatis in Eccleſia Catholica recepti de JEſu CHriſti Servatoris noſtri Divinitate aſſerta & evidenter demonſtrata contra Zvvickerum, ejusqve nuperos in Anglia ſectatores.

Danielis Whitby de vera CHriſti Deitate adverſus Arii & Socini hæreſes, Oxon. 1691. 4.

Eduard Stillingfleet capite nono libri Anglice editi cui titulus : à diſcourſe in vindication of the Trinity. Lond. 1697. 8. pag. 177. ſeqq.

Jo. Erneſtus Grabe in libro Anglice poſt ejus obitum vulgato cui titulus: *ſome inſtances of the defects and omiſſions in* Mr. Whiſtons *collection of teſtimonies from the Scriptures and the Fathers againſt the true Deity of the Son and the Holy Goſt, and of misapplying and misinterpreting them.* Lond. 1712. 8.

Ex aliis Reformatis :

Jo. Amos Comenius in admonitione ad omnes Chriſtianos de irenico irenicorum. Amſtelod. 1660. 8. pag. 97. ſeq. Idem in iterata admonitione &c.

Stephanus le Moyne in notis ad Varia ſacra, Lugd. Bat. 1684. 4. pag. 137-292.

Frid. Spanhemius fil. Tom. 3. Opp. pag. 1216. ſeq.

Jo. Hornbeckius Tom. 1. Sociniſmi confutati pag. 394. ſeq.

Benedictus Pictetus Tom. 1. Theologiæ Chriſtianæ, lib. 3. cap. 20. p. 212. ſeq.

Armandus Borbonius & *Stephanus Dechamps* in Epiſtolis & notis, editis Gallice A. 1689.

VIII. PHOTINUS, de Gallo Græcia Ancyranus in patria Diaconus, atqve inde Epiſcopus Sirmienſis, * qvem Scotinum Lucifer & Athanaſius appellant, *Vir* (ut de eo cap. 16. Vincentius Lirinenſis) *& ingenii viribus valens & doctrinæ opibus excellens & eloquio prapotens, quippe qui utroque ſermone* (Græco & Latino) *copioſe & graviter diſputaret & ſcriberet*, inſtaurator ſectæ Ebionis, Artemonis & Pauli Samoſateni, (Socini anteambulo) hæreſin ſuam non videtur prodidiſſe

* Sirmium, caput Illyrici.

disse ante A. C. 341. uti ex Socratis II. 14. seq. observat Matthæus Larroqvanus in diss. de Photino, Genev. 1670. 8. Confer Benedictinorum notas ad S. Ambrosium Tom. 2. pag. 445. Igitur licet in Ario etiam Photini sectam, anteqvam nasceretur, damnaverit Ecclesia, tamen proprie damnatus Photinus non est A. 325. in Concilio Nicæno nec in Concilio eodem tempore habito Romæ sub Silvestro, ut refertur in conficto qvodam Epilogo Concilii Romani. Neqve A. 336. cum Magistro suo Marcello Ancyrano in Synodo CPol. ut Sulpicii Severi, diverso gesta tempore perperam conjungentis fide, tradunt Petavius diss. de Photino, Pearsonius commentario ad Symbolum Apostol. pag. 212. & Chifletius ad Vigilium pag. 121. Sed primum in Synodo secunda Antiochena A. 345. ab Eusebianis. *Athanas. de Synodis & Socrates lib. 1. cap. 19.* Deinde à Catholicis in Concilio Sardicensi A. 347. nisi Sardicensem cum Sirmiensi Synodo confudere *Epiphan. LXXI. 1. & Sulpicius Severus II. 36.* Tertio, in Synodo Mediolanensi, itidem à Catholicis A. 347. *Hilarius in fragm. Liberius Papa & Episcopi Catholici in Synodo Ariminensi, & Epistola Valentis & Ursacii ad Julium Pontificem Rom.* Qvarto A. 349. in Synodo Sirmiensi depositus ab Episcopis Catholicis Occidentalibus, licet ob existimationem favoremqve populi removeri non potuit. *Idem Hilarius in fragm.* Qvinto in altera Synodo Sirmiensi A. 351. iterum depositus ab Orientalibus Episcopis, atqve à Basilio Ancyrano convictus & relegatus est. *Hilarius, Epiphan. Sozomenus IV. 6. Socrates II. 30.* &c. Sexto in Concilio Mediolanensi A. 355. Deniqve inter alios hæreticos in multis posterioribus Synodis, ut Romana sub Damaso, CPolitana I. Oecumenica aliisqve.

Hæc ut verisimillima paucis annotare volui ex prolixioribus de Photino diatribis Petavii, * Sirmondi, Larroqvani: & ex Petri de Marca ac D. Dorschei nostri de Concilio Sirmiensi, tum Tillemontii T. 6. memor. pag. 328. seq. & B. Doctoris mei Tho. Ittigii Historia Photini, qvæ erudita illius Viri commentatio in heptade dissertationum cum Appendice diss. de hæresiarchis Apostolicæ ætatis lucem vidit Lipsiæ

* Petavius ad Epiphan. pag. 307. seq. & diss. de Photino ad calcem Rationarii temp. Sirmondus in diatriba duplici Sirmitana, qvæ cum Petavii elencho ac priore diss. exstat tomo IV. Operum Sirmondi. Paris. 1696. Petri de Marca diss. de tempore Synodi Sirmiensis plenariæ, & de Valentis & Ursacii venia, ad calcem operis de concordia Sacerdotii & Imperii: Jo. Georg. Dorsheus ad Concilium Sirmiense, Argentorat. 1650. 4.

1696. 4. Vide ſis etiam qvæ de Photino Beveregius ad can. 7. Laodicen. & 1. CPol. Elmenhorſtius pag. 148. ad Gennadium de dogmatibus Eccleſ. Cotelerii monumenta Eccleſiæ Græcæ Tom. 3. pag. 384. Mortuus Photinus in Galatia A. C. 376. ut teſtatur Hieronymus in Chronico.

Photini ſcripta.

Poſt habitam cum Baſilio Ancyrano diſſertationem, tum Græco tum Latino ſermone ſcripta in exilio vulgavit, qvibus excepta opinione ſua reliqvas omnes falſas conabatur oſtendere. Λόγες τε τῇ Ῥωμαίων καὶ Ἑλλήνων φωνῇ συγγεγράφων ἐξεδίδε, δι' ὧν ἐπειρᾶτ πλὴν τῆς αὐτὸ τὰς τῶν ἄλλων δόξας ψευδεῖς ἀποφαίνειν. Sozomenus IV 6. Hoc fuit opus *adverſus omnes hæreſes*, utraqve Lingua à Photino editum, de qvo Socrates II. 31. ἐν φυγῇ τε διάγων τὸ λοιπὸ λόγον συνέγραψεν ἀμφοτέραις γλώτταις, ἐπεὶ μηδὲ τῆς Ῥωμαϊκῆς ἦν ἀμοιρῶν. Ἔγραφε δὲ κατὰ πασῶν αἱρέσεων, τὸ οἰκεῖον μόνον δόγμα παραλιπέμενῶν.

S. Hieronymus cap. 107. de Scriptor. Eccleſ. *Photinus à Valentiniano Principe pulſus Eccleſia, plura ſcripſit Volumina, in quibus vel præcipua * ſunt contra Gentes, & ad Valentinianum libri.*

Rufinus commentario in Symbolum: *Comperi nonnullos illuſtrium tractatorum aliqua de his pie & breviter edidiſſe: Photinum vero hæreticum ſcio eatenus conſcripſiſſe, non ut rationem dictorum audientibus explanaret, ſed ut ſimpliciter ac fideliter dicta ad argumentum ſui dogmatis traheret.*

Photinum confutarunt è Græcis *Diodorus* Tarſenſis libris IV. teſte Theodorito lib. 2. de hæret. fab. c. 11. è Latinis *Audentius* Hiſpanus in libro *de fide adverſus omnes hæreticos.* Gennad. cap 14. de S. E. nec non Auctor qvæſtionum V. & N. T. qvi exſtat inter Auguſtini Opera & Photino adhuc ſuperſtite videtur ſcripſiſſe.

Alii Photini.

Photinus Lugdunenſis Epiſcopus, qvem celebrant Lugdunenſes in notiſsima apud Euſebium Epiſtola lib. V. & Martyrologia 2. Junii.

Pho-

* MS. Gvelpherbyt, notante Clariſſ. S. E. Cypriano: *in quibus libri præcipui ſunt contra Gentes.*

Photinus Martyr Nicomedienſis ſub Diocletiano, 12. Auguſt.

Photinus CPol. Presbyter, clarus imperante Mauritio circa extremum ſæculi VI. & auctor Vitæ Johannis Jejunatoris, ex qva fragmentum in Synodo Nicæna II. actione 4. Tom. 3. edit. Binianæ pag. 570.

IX. AETIUS Antiochenus a) relicta cultura vineæ artem fabrilem in ære auroqve exercuit, inde famulus medici (Sopolidis b) atqve ab Armenio qvodam pecuniis largius ſuppeditatis ipſe artem profeſſus Medicam, & lingva factioſus atqve Ariſtotelis imbutus dialectica, exortæ Arii hæreſi non modo aſſenſit, ſed etiam ulterius ex Arii principiis provehere, & cum diſcipulo Eunomio Anomœorum ſectæ princeps eſſe inſtituit, per Theophilum Blemmyn & Leontium Antiochiæ Epiſcopum Gallo Cæſari, qvem ſacris literis etiam inſtituit, c) commendatus, & amicus Georgii Tarbasthenitæ, Ariani, qvi poſt ejectum S. Athanaſium Eccleſiæ Alexandrinæ præfuit. d) Ab eo Diaconatum qvoqve ſuſcepit, e) qvem Leontius Antiochiæ obtulerat, ubi hæreſin ſuam primum ſpargere cœpit * ſub Conſtantio, à qvo miſſus in exilium, ſed à Juliano revocatus, cujus ad Aëtium literæ exſtant Sozomeno V. c 5. etiam memoratæ, & ſingularis gratiæ ac beneficiorum documenta. Cum Epiſtolam illam ad Aëtium Julianus ſcriberet, jam Epiſcopus f) ordinatus ille erat in Synodo CPolitana A. C 361. Poſtea A. 365. in diſcrimen capitis venit, apud Procopium tyrannum delatus qvod Valenti faveret, ſed amici intercesſione dimiſſus CPolin ſe contulit, ibiqve non diu poſt obiit præſente diſcipulo Eunomio. g) Propter hæreſeos protervam

a) Socrates II. 35. Svidas in Ἀέτιος. Nicetas V. 30 theſauri &c. Fallitur Damaſcenus qvi Aëtium Cilicem vocat hæreſi 76. & Voſſius de Philoſophia pag. 103. qvi ex Apamea Meſopotaniæ oriundum facit.

b) Philoſtorg. III. 15. Niceph. IX. 17. c) Philoſtorg. III. 27.

d) Hæc de Aëtio ex Athanaſii Galatarum Epiſcopi fide Greg. Nyſſenus lib. 1. contra Eunom. pag. 292. ſeq. qvæ conferenda cum Philoſtorgio Aëtii Encomiaſte.

e) Epiphan. LXXVI. 1. confer Tillemont Tom. 6. memor. pag. 409. ſeq.

* Sozom. IV. 12. Julian Epiſt. 31. f) Philoſtorg. VII. 6. Epiphanius Tom. 1. p. 992.

g) Philoſtorg. IX. 6. Alios Aëtii diſcipulos Demophilum, & Hypatium memorat Epiphanius Tom. 1. pag. 886.

vam disseminationem ἀθέϲ cognomen Aëtio tribuitur ab Athanasio h) Socrate, Sozomeno, Svida, aliisqve.

Ejus scripta, *trecenta κεφάλαια* sive *capita de fide*, è qvibus Opusculum septem & qvadraginta capitulis constans exhibet ac refellit S. Epiphanius hæresi LXXVI. 10. seq Idqve ipsum est opusculum περὶ γεννητῦ Θεῦ καὶ ἀγεννήτϲ qvod à Chronitis hoc est à Catholicis Christianis corruptum esse qveritur in procemio apud Epiphan. Tom. 1. pag. 924. 931. qvod ipsum procemium i) etiam exstat apud Athanasiam dialogo 2. de Trinitate, Tom. 2. pag. 192. ubi illud confutat, opusculi ipsius etiam argumenta deinceps exhibens & refellens

De *Epistolis* Aëtii Socrates II. 35. Ἐπιϲολάϲ τε συνετάττυε πρὸϲ τὸν βασιλέα Κωνϲάντιον καὶ πρὸϲ ἑτέρϲ τινὰϲ ἐρεθελίαϲ συμπλέκων καὶ σοφίϲματα μελετῶν. Epistolarum ad Constantium mentio etiam apud Svidam in Ἀέτιος. Ex una illarum videtur esse qvæ refert Epiphanius LXXVI. 3. pag. 916. S. Basilius de Spiritu S. cap. 2. ἔϲι γάρ τι αὐτοῖϲ παλαιὸν σόφιϲμα, ὑπὸ Ἀετίϲ τῦ προϲάτϲ τῆϲ αἱρέϲεωϲ ταύτηϲ ἐξευρεθὲν, ὃϲ ἔγραψέ πϲ τῶν ἑαυτῦ Ἐπιϲολῶν λέγων. Τὰ ἀνόμοια κατὰ τὴν Φύϲιν ἀνομοίωϲ προφέρεϲθαι. Καὶ ἀνάπαλιν, τὰ ἀνομοίωϲ προφερόμενα ἀνόμοια εἶναι κατὰ τὴν Φύϲιν.

Alii Aëtii.

Janus Cornarius dubitat idemne cum hæretico sit Aëtius auctor operis Medici, qvod Græce habemus, atqve idem Cornarius Latine vertit. Plane etiam cum illo confunditur ab Hendreichio in pandectis Brandenburg. & tamen traditur claruisse A. 437. atqve in Bibliotheca Medica Lindenio Merckliniana novo errore dicitur discipulus Eunomii, cum Aëtius hæreticus, fuerit Eunomii Magister. Sed rectius utiq; distinguit Gesnerus in Bibl. opusq; illud iatricum Aëtio Medico juniori & ab hæretico illo longe diverso tribuunt Marsilius Cagnatus * lib. IV. Variar. Obsservatt. c. 17. Lambecius VI. p. 103. de Bibl. Vin-

h) Balthasar Germon de veteribus hæreticis Ecclesiasticorum Codicum coruptoribus pag. 373. per Chronitas putat ab Aëtio intelligi Eudoxium, Menophilum aliosqve à qvibus persecutioues passus fuerat Arianos. Sed aliud visum S. Athanasio dialogo 1. de Trinitate Tom. 2. pag. 193. ubi Aëtium ita alloqvitur: τίνας δὲ λέγεις χρονίτας; τὸϲ ἀπὸ τῶν ἁγίων Ἀποϲόλων μέχρι καὶ σήμερον αἱνῦντας Πατέρα καὶ Υἱὸν καὶ ἅγιον Πνεῦμα.

i) Fallitur Clariss. Caveus, qvi illud habet pro Aetii Epistola ad Eunomium scripta.

* In Lampade artium Gruteriana Tom. 3. pag. 646. seq.

Vindob. Vosſius lib. de Philoſophia cap. 12. §. 30. Hermannus Conringius introduct. ad Artem Medicam §. 19. qvi refert ad ſæculum qvintum, & Jo. Jonſius lib. IV. de ſcriptoribus Hiſt. Philoſophicæ pag. 319. qvi Juſtiniani ætate hunc celebrem fuiſſe affirmat. Fallitur qvoqve Tiraqvellus qvi lib. de Nobilitate pag. 232. notat Eunapium Aëtii Medici qvi ſub Conſtantino Magno Medicorum ante ſe dicta conjunxerit, vitam deſcripſiſſe, nam Oribaſii ex qvo multa hauſit Aëtius, non Aëtii cujus ne verbo meminit, vitam Eunapius ſcripſit. Cæterum juniores Oribaſio ſcriptores pauci ab Aëtio laudantur, neqve mihi conſtat qvo argumento ad Juſtiniani ætatem illum Jonſius detrudat, niſi ut ſuſpicor qvod apud Cagnatum legit, dignitatem Comitis ὀψικίϰ * qvæ ſcriptori huic in manu exaratis qvibusdam libris tribuitur, apud idoneos auctores vix ante ætatem Juſtiniani reperiri, uti poſt illam reperitur ſæpe, apud Theophanem, & in hiſtoria Miſcella. At ex eo ipſo qvod Oribaſii ſcripta laudat, non Conſtantino Magno modo, ſed etiam Aëtio hæretico ſe prodit juniorem, nam ille Medicinam qvidem fecit & ipſe, ſed ante Juliani imperium: ſub qvo, vel poſt qvod, Oribaſius ſcripſit. Præterea ſatis diſtinguitur ab eo præclari operis Medici auctor, qvod illud veterum nemo tribuit hæretico, ubi de illo ſermo eſt. At hic ſcriptor in qvibusdam Codicibus MSS. Cornario & Cangio teſte diſerte vocatur Ἀέτιος Ἀμιδηνὸς, Κόμης τῆ ὀψικίϰ, cum hæreticum Syrum patria & Antiochenum omnes, nemo Meſopotamium, nemo Amidenum, † nemo Opſicii Comitem appellet. Chriſtianum ſe perſpicue teſtatur tetrabiblo 2. lib. 4. cap. 50. ſed non minus ſuperſtitioſum qvam Chriſtianum. Nam ad educendam ſi qvis incautus haus erit ſpinam, ſvadet apprehenſo ægri gutture dicere: *Blaſius Martyr & ſervus CHriſti dicit, aut aſcende aut deſcende.* Præceptorem ſuum

* Ampliſſimum fuit Θέμα ὀψικίϰ ſive *Aſiæ provinciæ* cui præſidii loco imponebatur *Legio obſequii* h. e. militum qvi Imperatorem ordinis tuendi & honoris cauſa præibant. Huic Θέματι & Legioni Ὀψικίϰ Comes præfuit, de qvo conſulendus Conſtantinus Porphyrogenitus libro 1. de thematibus pag. 9. qvi docet illud à mari & ſinu Aſtaceno & à promontorio Daſcilio ad Tritonem usqve & montes Sigrianæ atqve Præconeſum ad ipſam qvoqve Abydum, Cyzicum & Parium ſe porrexiſſe. Vide & Cangium in gloſſario utroqve, Vulcanium ad Conſtantinum p 63. Acta Sanctor. Tom. 1. Junii pag. 760. & Montfauconi Diarium Italicum p. 78.

† *Abydenum* pro *Amideno* ſuſpicatur Cagnatus, ſed contra fidem MSS. & Photii Cod. 221.

ſuum nomine præterito, laudat tetrabibl.1. lib.2. cap.175. ſed illum Lucium vocat tetrab.4. lib.3. pag.761. cum Aëtii hæretici Magiſter à qvo Medicinam didicit, dictus ſit Sopolis, ut ſupra notare me memini. Alexandriæ ſe verſatum & oleum nardinum & ſalcæ ibi ſe paraſſe innuit aliqvot locis libri primi p.22.23.63. unde in illa urbe, qvæ claris Medicorum nominibus celebratiſſima fuit, ſtudiorum gratia vixiſſe colligit Conringius lib.1. de Hermetica Medicina cap.9. Ex Coele Syria prope Hierichuntem ſe gagatem attuliſſe ſcribit pag.68. Diviſio librorum eſt ab ipſo auctore, non autem horum in tetrabiblos digeſtio, qvam Photius Cod.221. Bibl. ignorat, librorum ſedecim argumenta referens. Qvisqvis eſt illius auctor diviſionis (nam in MS. Codice reperiſſe ſe eam Cornarius teſtatur) ſecutus eſt exemplum Thraſylli, qvi ſcripta Platonis ſic per tetralogias, ut Porphyrius Plotini diſſertationes enneadibus diſtinxit. Aëtius ipſe ſuos libros laudans ſemper librorum numeros memorat, *quintum, octavum, decimum tertium, decimum quartum, qvintum decimum* nusqvam tetrabiblorum facit mentionem.

Aëtii Medici editiones.

Operis titulus apud Photium eſt: *βιβλίον ἰατρικὸν ἐν λόγοις ις΄. Opus Medicum, libris XVI.* Pro qvo Cornarius inſcripſit *Medicinam è veteribus contractam*, non male, qvod ad pharmacorum inprimis tum ſimplicium tum compoſitorum notitiam & rationem univerſum medendi attinet, nam cæteras artis ſalutaris partes minus attigit. *Crede mihi*, inqvit Cornarius, *quisquis es rerum Medicarum ſtudioſe, ſi totum Galenum contractum, ſi totum Oribaſium explicatum, ſi Paulum* (Æginetam) *ampliatum, ſi omnes veterum ſpeciales tum per pharmaca, tum per chirurgiam aggreſſiones ad omnes affectiones in ſumma habere voles, Aetium habes, unde totum hoc petere ac ferre potes.* Singulorum librorum argumenta uberius Photius, brevius Geſnerus in Bibliotheca perſeqvitur. In Codice MS. Cæſareo hæc nota præmittitur: ἐν μὲν τῷ πρώτῳ καὶ δευτέρῳ λόγῳ σύνοψίς ἐστι τῶν περὶ τῶν ἁπλῶν φαρμάκων Γαληνοῦ, καὶ τῶν περὶ τροφῶν δυνάμεων. Deinde: σύνοψις τῶν τελῶν βιβλίων Ὀριβασίου, λέγω δὴ τῶν πρὸς Ἰουλιανὸν, καὶ τῶν πρὸς Εὐσέβιον, καὶ τῶν πρὸς Εὐνάπιον. Καὶ τῶν Θεραπευτικῶν βιβλίων Γαληνοῦ καὶ Ἀρχιγένους καὶ Ῥούφου, καὶ ἑτέρων τινῶν ἀρχαίων ἐπισήμων.

Grace

Græce tantum priores octo libri hactenus viderunt lucem, ex Asulani & Aldi officina Venet. 1534. fol. Cæteri octo posteriores, MSS. fuere in Bibl. Renati Moreau, teste Labbeo pag. 212. Bibl. novæ MStor. atqve in variis Bibliothecis supersunt, ut in Cæsarea, teste Lambecio VI. pag. 102.

Latine Janus Cornarius primum edidit libros sex *ab octavo usque ad decimum tertium*, solorum illorum Codicem Græcum MS. nactus. Nonnulla perperam expressa castigat Cornarius ipse in commentariis suis ad Galeni libros de medicamentis κατὰ τόπους.

Hinc *Jo. Baptista Montanus* Medicus Veronensis primos septem, nec minus tres posteriores ex sua versione addidit, atqve ita universos XVI. junctim vulgavit Basil. 1535. fol. apud Froben.

Deinde *Janus Cornarius* totum opus de integro vertit Francofurti ubi tunc medicum agebat A. 1541. atqve ex sua versione ad duo exemplaria exacta & ad Galeni ac Pauli Æginetæ lectionem collata edidit Basil. 1542. fol. optans non modo à Montano idem fieri, sed etiam ab *Andrea Lacuna* Hispano, qvi aliqvot versionis Montani, & Cornarii loca perstrinxerat. Hunc enim Lacunam tangunt verba: *Atque utinam etiam hi qui ex Hispanis altas de montibus umbras nobis utrisque offundunt, & in alienis libris ingeniosi sunt, huc incumberent, ut similem, aut potiorem (qualem ostentant) operam præstarent: plenis buccis studium hominum collaudarem. Jam quod illos facere juvat, nemini prodesse video. Et revera in quatuor versibus, si quando aliquid è suo exemplari velut potiore citat ille, plures errores in convertendo admittit, quam integro sermone prioris editionis inveniuntur. Deinde levissima quæque & nullius momenti notat: verum ubi nodus aliquis incidit, ibi transilit uelut angue conspecto, & nihil hîc secat Tenedia ipsius bipennis. Sed huc progredi nolebam: hoc volebam expetendum mihi videri ut & ex Hispanis Latina Aëtii translatio extaret, quo sic studiosi Medici vel auctam vel decurtatam aut etiam corruptam lectionem diversorum Græcorum exemplarium cognoscerent.* * Recusa Cornarii interpretatio est Basil. 1549. fol. atqve inter Medicos Principes Henrici Stephani, Genev. 1567. fol. Extant & editiones duæ Lugdunenses

* Prodiit deinde Lacunæ Epistola Apologetica ad Cornarium, Lugd. 1554. 8. qva plures ejus in interpretatione admissas hallucinationes exagitat.

A. 1549 fol. & 1560. 12. in qvibus ad duos primores libros de simplicibus medicamentis acceſſere ſcholia *Hugonis Solerii* Sanionenſis. Conferendus qvoqve ad illos duos libros, Simeonis Sethi opuſculum περὶ τροφῶν δυνάμεων, de qvo infra, lib. VI. Excerpta ex Aëtio leguntur in Collectionibus ſcriptorum de balneis & de febribus Venet. 1553. fol. 1576. fol. *Jo Brodæi* notæ in octo priores Aëtii libros fuere MSS. in Bibliotheca Iſaaci Voſſii.

Index ſcriptorum ab Aëtio Medico laudatorum.

compoſitus à me ad paginas editionis Latinæ H. Stephani.

Acholius. pag 413.
Acro Agrigentinus 223.
Adamantius Sophiſta. 150. 381. 384. 743.
Adrianum vinum. 505. 802. collyrium ab Adriano repertum, infra, in *teſtamentum*. Adriani antidotus. 660.
Æſculapius paſtillus 714. 724.
Afri collyrium 359 infra, Marcianus. Afrum emplaſtrum, Heræ 751.
Agathinus. infra, in Archigene.
Aglaidus 343.
Alexandro Regi inſcriptum collyrium. 317.
Ambroſia ungventum 596. 683.
Amazonum paſtillus. 446. 447.
Ammonius chirurgus. 718.
Amythaon. 415. 527. 793.
Anaſtaſii antidotus podagrica 609. b.
Andreas Comes 275. 453. 517. 538. 610. b. 684.
Andromachus 343. 385. 386 394. 402. 407. 417. 424. 431. 446. 503. 508. 516. 548. 556. 571. 617. a. b. 622 623. 640. 648. 684. 685. 686. 708. 725. 727. 752. 769. 770.
de ejus theriaca 648. ſeq ex Galeno. hecatontodrachmon. 747.
Andron. 234. 287. 294. 392. 398. 493. 505. 600. 668. 714 715. 723. 725. 728. 809
Anicetum, emplaſtri nomen 701. ut antidotus achariſtos pro qva gratia digna referri nulla poteſt, 660 pampathes. 764.
Anthus 612. 609. b.

Anto-

Antiochus. 137.
Antipater. 93. 656.
Antoninus, collyrii nomen. 303. 346.
Antyllus. * 118. 120. 121. 122. 139. 330. 501.
Aphrodas 217.
Aphrodite, pharmaci nomen. 604.
Apolloniades. 403.
Apollonius Medicus. 286. 293. 294. 298. 308. 309. 312. 343. 357. 387. 536.
Demosthene ophthalmico junior. 354.
Memphites. 289. 307.
Apollophanium emplastrum. 562.
Arabica compositio. 838.
Archelaus. 678.
Archigenes. 154. 156. 159. 215. 244. 247. 252. 253. 255. 263. 264. 268. 269. 271. 272. 277. 291. 294. 295. 296. 326. 332. 368. 373. 385. 386. 388. 397. 398. 400. 401. 402. 415. 416. 421. 425. 432. 440. 468. 476. 477. 481. 485. 487. 494. 498. 504. 515. 516. 534. 536. 538. 539. 540. 544. 547. 548. 549. 551. 552. 555. 558. 565. 566. 567. 570. 571. 573. 579. 583. 584. 585. 613. b. 663. 666. 671. 679. 680. 705. 753. 774. 800. 802. 809. 825. 827. 829. 831. 836.
Epistola ad Marsum de atra bile. 136. 267.
Præceptorem suum Agathinum ex vigiliis delirantem sanavit capite ejus multo calido oleo irrigato. 156.
ex libris Archigenis 572. 827.
Aretæus. 400. 547. & 685. (ubi Aretæ excusum.)
Ariobarzanium emplastrum. 703. 704. Azanitæ emplastrum 826.
Aristarchi antidotus. 427.
Aristarchus Tarsensis Asclepiade antiqvior. 715.
Aristodemus. 647.
Asclepiades 215. 217. 256. 277. 293. 339. 351. 354. 379. 386. 390. 392. 394. 398. 403. 407. 411. 416. 424. 434. 447. 448 449. 450. 469. 477. 502. 505. 519. 522. 524. 525. 526. 527. 528. 537. 538. 540. 541. 552. 556. 568. 571. 572. 584. 585. 586. 598. 607. 608. 609. 612. 613. 614. b. 619. 620. 623. 685. 706. 715. 716. 726. 753. 754. 756. 775. 795. 799. 830.

* Antylli nomen pro Antalo reponendum in Bibl. Coisliniana pag. 598.

ex libris Aſclepiadæ 543.
Aſpaſia 784. 786. 791. 796. 803. 812. 819. 830. 833. 834. 835.
Aſter collyrium. 294. 689.
Aſterius 361.
Athanaſia, antidotus ab Ægyptiis inventa. 659. emplaſtri nomen 762.
Athena, emplaſtri nomen. 613. b. 809.
Barbarum emplaſtrum. 668. 692. 720. 751. Baſilicum 722. 772.
Baſſus 344. 612.
Berenice 230. 616. b. 663.
Blaſius Martyr & ſervus CHriſti. 404.
Bolas 343.
Capito 332.
Caſtini ungventum. 611.
Charixenus. 406.
Ciſſophontis malagma. 415.
Cleonis collyrium 294. 306. 353. 689. Cleo ille Demoſthene ophthalmico antiqvior. ibid.
Cleopatra Regina. 278 367. 656. ubi male, Cleopater excuſum.
Conſtantini ſapo. 275. 673.
Corax, pharmaci nomen. 600. 668. 714. ſigillum coracinum. 715.
Crito 168. 277. 365. 369. 370. 373. 667. 672. 680. 766. Herodoto Medico junior. 754.
Cyphi, masnaphi, nomina compoſitionum. 662. 663.
Paſtillus κυφαικές. 714.
Cyrilli Archiepiſcopi poſca 464. Alexandrinum intelligi non dubito.
Cyrilli epithema. 508.
Damocrates 753. 756. 765. Ejus collyrium 76. 287. Democratis theriaca. 661.
Danaus Medicus CPol. 340.
Democrates. Vide Damocrates.
Demoſthenes (Medicus Ophthalmicus) 305. 306. 321. 323. 330. 331. 333. 339. 342. 353. 354. 355. 357. 719. 754.
Diagoræ collyrium. 353.
Didymus. 256.
Diogenes. 135.
Dionis collyrium. 309.
Dionyſio prætori apparatum eclegma. 431.

Dio-

Dionyſius, collyrii nomen 319. 354. & Medici 723.
Dionyſias, emplaſtrum ex miſy. 291. 702. 703. 704. 760. 770. 799.
Dioſcorides. 84. 217. 231. 256. 339. 365. 416. 615.
Doari Epiſcopi antidotus podagrica. 609. b.
Doſitheus. 424.
Epigonus. 234. 569. 668. 747.
Eras. infra, Heras.
Eraſiſtratus. 269. 305. 307. 343.
Esdræ antidotus 382. 384. 386. 431. 488. 548. Prophetæ doctoris 657. ubi illa deſcribitur.
Fauſtinus paſtillus. 504. 505. 687. 713.
Collyrium qvo uſus eſt Florus in Druſi matre. 353.
Galenus. 64. 76. 78. 79. 80. 81. 84. 119. 121. 122. 136. 150. 154. 155. 157. 162. 163. 177. 178. 179. 211. 237. 238. 240. 250. 251. 255. 256. 258. 261. 263. 271. 272. 273. 276. 295. 309. 316. 321. 340. 342. 345. 349. 369. 372. 384. 385. 389. 391. 392. 393. 394. 399. 409. 418. 420. 423. 429 436. 444. 445. 451. 455. 458. 459. 461. 464. 470. 475. 477. 478. 483. 513. 515. 517. 523. 530. 565. 568. 573. 574. 576. 581. 600. 603. 604. 605. 613. 625. 648. 651. 652. 653. 655. 677. (ubi hieræ Galeni mentio) 683. 688. 694. 695. 698. 699. 702. 705. 706. 707. 711. 712. 720. 723. 726. 747. 749. 750. 761. 763. 773. 782. 809.
Galli antidotus 659. Gallicus ſapo. 673.
Harmonia, emplaſtri nomen. 718. 750. 809.
Helenes ungventum. 586. 759.
Helladicum malagma. 747.
Hephæſtias, emplaſtri nomen. 539. 723.
Heraclides Tarantinus. 297. 687.
Heras Medicus. 394. 505. 537. 541. 571. 585. 706. 715. 753. 756. Cappadox. 538. 613. 751. 770. 776.
Heræ tomi. 303.
Hercules, emplaſtri nomen. 722. ſic Achilles. 756.
Hermolaus, collyrii nomen. 303. 347. Hermolaus parvus & magnus. 347.
Hermon ſacerdos. 747.
Hermophili collyrium. 358. fortaſſe Herophili.
Hermus. 399.

Herodotus Medicus. 177. 230. 234. 236. 438. 490. 543. 544.
Herophilus libro de oculis. 321.
Hippocrates. 46. 50. 118. 123. 124. 127. 138. 167. 174. 181. 191. 193. 195. 202. 223. 232. 240 296. 573. 686. 782. 786. 787. 807. 831.
Ejus Aphorismi. 301. 303. 304. 686.
Prognostica. 189.
de septenario liber. 213.
Hippone, pharmaci nomen. 607. ungventi 596.
Hori collyrium. 314. enneapharmacum Hori Mendesii 772.
Hygieni collyrium 359.
Jacobi psychristæ ceratum. 608.
Jamblichi sales. 463.
Icesii emplastrum 296. 570. 753. 809.
Indi presbyteri pharmacum adversus calculum. 554.
Isidori Memphitæ collyrium. 358.
Isis, compositionis nomen 569. 604 emplastri 668. 687. 701. 705. 720. 747.
Judæi emplastrum 762. præparandum cum verbis: *DEus Abraham, DEus Isaac & DEus Jacob huic pharmaco vires largiatur. ibid.*
Julianus Diaconus Aëtii æqvalis 555.
Justus 137. 252. 253 555. (ubi Justinus pro Justo.)
Leonides. 241. 397. 686. 687. 688. 689. 691. 692. 736. 741. 743. 799. 800. 802.
Logadius. 135.
Lucius sive Lycus 604. 685. præceptor Aëtii. 762.
Machærion. 528. 603. 604. 710. 748. 751.
Magistrianus. 674. 680. 722. 799.
Magnus Medicus. 754.
Magus, emplastri nomen. 539. 723.
Majorianus. 610.
Marcellus Medicus. 254.
Marcellius pastillus. 506.
Marci Imp. theriaca. 660.
Marcianus 358. 402. 467. 502. 503. 507. 523. Medicus Afer. 554 sales theriaci ex libris Marciani, cum qvibus consentit Galenus 653.
Marciaton ungventum 610.
Menas chirurgus 517.
Menecles. 332.

Me-

Menecrates. 710.
Menelbus. 647.
Mithridatis panacea. 408. 431. 617. b 652 653. 801. ejus descriptio ex Antipatro & Cleopatra. 656. seq.
Mnaseæ epithema. 508. 694. 761. 767. 822.
Mono inscriptum collyrium. 318.
Moschionis emplastrum 755.
Antonius Musa. 402. 406. 715. 166. 234. 287. 294. 392. 398. 569. 600. 668. 724. 728. 733. 809.
Mysterium, medicamenti nomen. 618.
Necepso Ægyptius. 1 . 67. 0. 71. 770, ejus ἔσις 748.
Nicolai, palmulæ (à Nicolao Damasceno) 826.
Nicostrati antidotus colica 478.
Nili collyrium. 166 307. 308. 353. 365. epithema. 454. 455.
Nilammon, collyrii nomen. 351.
Numius 621.
Nymphodoti pastillus 504. 505. 506.
ὠδὴ in lapidem Judaicum τηκόλιθον. Salve pelagus Arabiæ, malorum medelam proferens 67. seq.
Orchestæ acopon medicamentum. 587. 610.
Oribasius 132. 133. 134. 135. 138 215. 278. 293. 294. 342. 348. 351. 352. 353. 354. 356. 359. 360. 370 371. 379 406. 433 453. 469. 481. 488. 503. 518. 519. 536. 540. 542. 552. 553. 554. 555. 556. 557. 564. 571. 578. 607. 611. 660. 661. 666. 674. 675. 676. 680. 683. 687. 689. 691. 695. 701. 703. 704. 711. 713. 714. 718. 719. 723. 726. 727. 729. 731. 732. 732. 733. 754. 756. 757. 766. 767. 768. 769. 771. 772. 773. 774. 775. 827. 838.
Orpheus. 25. 29.
Paccius. 354
Palladii Magistriani in Alexandria, mentio 284.
Pamphili Episcopi suffimigium. 841.
Pamphilus Medicus Romæ. 375.
Panacea trium fratrum, 753. hygia. Ibid.
Panalethes emplastrum. 751.
Pasion. 294. 715. 720. 724. 726. 747. 762. 809.
Paulina antidotus. 427.
Pelagia patricia. 368.
Persarum emplastrum è lapidibus. 764.

Petrus

Petrus archiater. 357.
Pherecydes. 647.
Philadelphus, paſtillus ad dyſenterias & ſangvinis eruptionem. 505.
Philagrius. 133. 134. 218. 290. 293. 352. 353. 355. 356. 357. 402. 417. 453. 513. (Aſclepiade junior. 519.) 525. 528. 537. 549. 551. 552. 553. 554. 555. 556. 575. 592. 593. 594. 595. 599. 600. 606. 607. 609. b. 646. 660. 718. 745. 765. 815.
Philippi paſtillus. 503.
Philippus Sophiſta, obedientes ſibi immortales fore promiſit 186. (ex Galeni lib. VI. de tuenda ſanitate.)
Philo Tarſenſis Medicus 478. ejus antidotum 382. 478. 511. 660. ubi deſcribitur.
Philoſophus (Medici hoc nomen) 392. 516. 703. 722. 766. 772. 806. 815. 822. 829.
Philotimus 555. Melancholicum putantem ſe caput non habere, curavit plumbeo pileo impoſito. 250.
Philoxenus Medicus. 331. 744. 800.
Philumenus. 179. 210. 230. 231. 232. 233. 234. 237. 351. 397. 410. 443. 464. 481. 508. 562. 790. 791. 798. 822. 835.
ex libris Philumeni. 396. 440. 508.
Phœnix, collyrii nomen. 319.
Piſcatoris pharmacum. 603. 604. emplaſtrum. 613. b. 701. 720. 756. 756. 770. 799.
Piſo libro de animalibus. 646.
Theodotium Placianum. 361.
Polles 463. 758. 759. libro ſecundo 758.
Polyidus. 294. 493. 504. (Aſclepiade antiqvior. 715.) 726. 809.
Poſidonius Medicus 139. 243. 244. 246. 247. 248. 254. 255. 256. 258. 260.
Præceptor Aëtii. 175. vide ſupra, Lucius.
προσομιλητὸν medicamentum purgatorium. 136.
Proteus, collyrii nomen. 358.
Collyrium qvo uſus Ptolemæus Rex, 357. 359.
Qvintus. 39.
Romanum far. 498.
Rufus. 76. 117. 137. 138. 152. 214. 223. 250. 252. 253. 254. 258. 259. 260. 368. 440. 530. 548. 559. 560. 566. 568. 571. 578. 593. 716. 724. 803.

Sera-

Serapio Medicus 296. ejus emplastrum, 747. 767.
Severianus, 341. 342.
Severus, 311. 318. 334. 337. 339. 341. 347. 480. 796.
Ejus collyrium Theodotium. 309. 314. 317. 326. 346. 362.
Simonides. 647.
Soranus, (Archigene antiqvior. 277.) 394. 399. 782. 816. 817. 822. 825.
Sosander. 332.
Strato. 64. 616. b. 628.
Syri. 44. 168. 373. 548.
Testamentum aurifabri. Collyrium qvod moriens reliqvit templo Ephesio, qvo ii qvi à medicis relicti essent, in templo sanitatem consequerentur. Inventum est ab Adriano Cæsare. 361.
Themison. 253. 447.
Theo Medicus. 127.
Theodoretus, antidoti nomen. 661. 662.
Theodorus Medicus. 291. 399. 586. 628. 694. 713. 802.
Theodotia collyria 360. 361. 362. supra, in Severo.
Theophilus 319.
Theophilium collyrium. 318. 356.
Theopompi suffumigium. 840.
Theosebius. 507.
Thespiana ad internos abscessus. 427.
Thraseæ malagma. 415. emplastrum. 426.
Thrasyandri pastillus. 488. 500.
Timocratis dentifricium. 388.
Titianus pessus. 826.
Venus, malagmatis nomen. 747. 763.
Xenocrates 706. 760. fœtida qvædam & legibus prohibita inter medicinas retulit, ut homines comedere, menses muliebres bibere &c. 75.
Xenophilus. 556.
Zoili collyrium. 304. 360. 361.
Zopyrios antidotus. 476. Oribasii 732.

Anteqvam de Aëtio Medico dicere desino, juvat annotare, qvod re accuratius expensa jam mihi videntur verba Cornarii qvæ supra

supra pag. 321. exhibui, non respicere Andream Lacunam, sed *Christophorum Horozco* sive *Horoscium*, qvi Basil. 1540. 4. annotationes in interpretes Aëtii Montanum & Cornarium edidit, & cujus nomen ad *altas* qvas loqvitur Cornarius, *de montibus umbras* manifeste alludit. Usus is est Codice Aëtii Græco Pintianeo.

Aëtii Cappadocis mentio in Græca editione Pauli Æginetæ, cujus liber qvartus his verbis incipit: ὀρθῶς ὤιμαι τὸν Καππαδόκην Ἀέτιον εἰπεῖν, μείζονα τῶν νόσων χρῆναι τὴν τῶν βοηθημάτων ὑπάρχειν δύναμιν, καὶ διὰ τοῦτ μὴ δύνασθαι τυγχάνειν ἰάσεως τὸν ἐλέφαντα. Sed sunt hæc Aretæi verba lib. 2. de curatione morborum diuturnorum cap. ult. Itaqve & Aretæi nomen pro Aëtio reponendum pulchre suboluit Tiraqvello lib. de nobilitate, atqve in Latina Æginetæ versione qvam dedit Cornarius, Aretæi nomen pro Aëtio legitur. De Aretæo hoc Cappadoce dixi lib. IV. cap. 3.

Aëtii cujusdam τὴν περὶ ἀρεσκόντων τοῖς Φιλοσόφοις συναγωγὴν *collectionem eorum quæ Philosophis placuerunt*, laudat Theodoritus, atqve ex illa qvemadmodum ex Plutarchi & Porphyrii libris ejusdem argumenti nonnulla referre se ait libro II. & IV. atqve V. de curatione Græcarum affect. Hunc Aëtium Ethnicum fuisse ex eodem Theodorito colligere licet, qvoniam ejus auctuitatem ubi adversus Ethnicos scribit, illis opponit, ne videatur Philosophis injuriam facere qvorum dissidia & opiniones ineptas persequitur. Fuit itaqve Aëtius iste ab hæretico pariter, Medicoqve diversus, qvos ambos certum est è Christianis extitisse.

Aëtium ἔφορον Palæstinæ memorat Philostorgius III. 12. Hic est Aëtius Lyddæ sive Diospolis Episcopus, qvi cum Ario fecit ut patet ex ejus Epistola apud Theodoritum lib. 1. Histor. Eccles. cap. 5.

Aëtius præfectus CPolitanæ urbis, in Ecclesia cultro sub libello supplice occultato percussus A. C. 419. Chron. Paschale pag. 310.

Omitto Aëtium ὑποτρόπηγον sub Joanne (qvi post Honorium extinctum tyrannidem in Occidente occupavit A. C. 424.) & deinde reconciliatum Valentiniano Imp. Comitisqve dignitatem assecutum, & qvater Consulis qvoqve: sed qvi conservator licet Imperii, post magnas res gestas suspectus, ejusdem Imperatoris gladio, lacrymabile fatum clausit A. 459. De hoc satis multa Annalium scriptores.

De

De Aëtio sive Etio Archidiacono Paris. qvi in Concilio Parisiensi A. C. 577. causæ Prætextati Remensis Archi Ep. adfuit, vide Gregorium Turonensem V. 18. De Aëtio eunucho, gratioso apud Augustam Irenem, qvi Imperium fratri suo Leoni Clocæ paraturus impedivit ne Irene Carolo Magno nuberet, annalium scriptores ad A. C. 802.

Aëtium Sicanium qvoqve ingerit Hendreichius in pandectis Brandenburgicis, ex cujus & aliorum libris excerptum sit scriptum περὶ μελαγχολίας, qvod inter Galeni opera legitur Tom 4. edit. Græcæ Basil. pag 496. Sed non dubium est Aëtium illum eundem esse cum Aëtio cujus libros XVI. de re Medica habemus. In titulo autem libri de atra bile qvi Galeno perperam tribuitur, legendum: Ἐκ τῶν Γαλήνε, καὶ Ῥάφε καὶ Ποσειδωνίε καὶ Ἀετίε, non ut editum est ἀπὸ Σικαμίε τε Ἀετίε.

Aëtium deniqve qvendam Labeonem idem Hendreichius nobis effinxit. Verum is est Accius sive Attius, de qvo Scholiastes ad illud Persii Sat. I. 50. *Non hic est Ilias Atti ebria veratro: Accius Labeo Iliadem Homeri versibus fœdissime composuit.*

X. Cæteri sæculo IV. Hæretici sunt:

AERIUS Monachus cum Ario sentiens, & amicus Eustathii Sebasteni, à qvo presbyter in minore Armenia constitutus Episcopatum ei invidere cœpit, contenditqve presbyterum dignitate & ratione muneris neqvicqvam inferiorem esse Episcopo, * ut narrat Epiphanius hæresi 74. ut omittam alia qvæ de eo Damascenus hæresi 74. Philastrius c. 72. Augustinus & auctor Prædestinati cap. 53. & Zonaras apud Cotelerium Tom. 3. monument. pag. 470. Apud eundem Damascenum Tom. 1. Coteler. pag. 325. pro τῶν ὀνομαζομένων Ἀρειανῶν puto legendum Ἀερειανῶν. Qvod postea vidi etiam probari Clarissimo Viro Mich. le Qvien Tom. 1. Opp. Damasceni pag. 109. Scripta Aërii nulla memorata reperi.

* Non minus peccabat Aërius usum Ecclesiæ sua ætate improbans & Episcopos contemnens, qvam ab Aërii hæresi alieni sumus nos qvi illud inter Episcopos & Presbyteros discrimen ab Ecclesia induci potuisse & inductum esse libenter agnoscimus, at Apostolorum ætate adhuc ignoratum fuisse nobis persvademus. Vide D. Joach. Hildebrandi discussionem hæreseos Aërii qvæ Protestantibus impingitur. Helmstad. 1656. 4. Balthas. Bebelium Sec. IV. Tom. 2. pag. 1134. seq.

APOLLINARIS, Dimoeritarum, sive Apollinaristarum auctor, de cujus scriptis dixi volumine superiore, capite XVI. Nunc tantum addo, ejusdem, qvemadmodum & POLEMONIS, ** qvi Apollinaris discipulus fuit, fragmenta qvædam exstare in Actis Concilii Lateranensis, habiti Romæ contra Monothelitas A. C. 649. Tom. 2. edit. Binianæ parte 2. pag. 468. Plura Apollinaris fragmenta etiam ex Epistolis ad *Serapionem* & *Dionysium* nec non è libro ad *Flavianum* & alio contra *Diodorum* : & fragmenta Apollinaristarum VALENTINI atqve TIMOTHEI Episcopi Beryti, extant apud Leontium libro contra fraudes Apollinaristarum, T. IX. Bibl. Patrum edit. Lugd. pag. 707. seq. Ubi etiam mentio AGAPINI, CATAPHRONII, DIODORI, HOMONII, JOBII, PAREGORII, URANII ex eadem schola. De alio Apollinaris discipulo VITALI Episcopo, † vide Epiphanium LXXVII. 20--23. qvi vehementer dolet Apollinarem errore illo abreptum, virum præstantissimum & literis apprime excultum, etiam ne assentiretur Ario, exilium libenter passum. vid. p. 1018. Inter Apollinaris discipulos fuit etiam DIONYSIUS qvidam, eumqve esse qvi sub Dionysii Areopagitæ nomine scripta sua supposuit, haud incredibilis suspicio est præstantissimi Stillingfleeti, de qva dixi Volumine V. cap. 1. pag. 5. ubi etiam de TIMOTHEO, itidem Apollinaris discipulo, cui Dionysius ille sua dicavit. Ab hoc Timotheo scriptam Historiam Ecclesiasticam memorat Leontius Byz. lib. 3. contra Nestorium & Eutychem p. 698. *si quis in manus sumat Ecclesiasticam Historiam quam Timotheus, Apollinaris discipulus composuit, nullum alium finem tanti laboris propositum ipsi reperiet, quam commendationem Apollinarii, quam ex eo collegit quod ab ipso & ad ipsum infinitæ Epistolæ scriptæ & rescriptæ essent.*

COLLUTHUS Alexandrinus Presbyter, Arii æqvalis, & cum ipso aliorum hæreticorum placitorum disseminator, licet ejus sectam diuturnam fuisse negat Epiphanius LXIX. 2. p. 728. Qvantum ex Philastrio cap. 78. & Augustino atqve auctore Prædestinati hæresi

** De hoc Polemone Eulogius apud Photium Cod. 230. pag. 230. pag. 447. seq. & S. Maximus Tom. 2. pag. 94. & 90. ubi ejus ἀντιῤῥητικὸν adversus SS. Patres, & Epistolam sextam ad Timotheum Apollinaristam laudat.

† Jac. Basnage Epistola de hæresi Apollinaris pag. 51. seq. & illustrissimus Vir H. Noris de uno in S. Trinitate passo pag. 45.

resi 65. colligitur, diversum à DEO induxit principium ποιητικὸν malorum, atqve adeo visus suffragari Manichæo. Confer Petavium dogmat. Theol. Tom. 2. pag. 36. seq. In Concilio Alex. A. 324. depositus, & ante A. 340. defunctus Colluthus fuit. Vide Tillemontium Tom. VI. pag. 231. Pro Colluthians apud Honorium male *Colicianorum* nomen legitur. Ab hoc diversus & junior Colluthus hæreticus Monophysita & Severianus, cujus fragmenta qvædam leguntur in Actis Concilii Lateranensis A. 649. Tom. 2. Binii, parte 2. pag. 468. ex ejus satisfactione pro Theodosio Alexandrino hæretico & ex rescriptis contra Themistium Agnoëtam pro eodem Theodosio.

HIERACAS Leontopolitanus, Ægyptius, auctor Hieracitarum, lingvæ Græcæ atq; pariter patriæ Ægyptiacæ, nec non Medicæ artis & Astronomiæ atqve aliarum scientiarum peritus, ut ex ejus λόγοις apparere testatur Epiphanius LXVII. 1. qvi mox mentionem facit ejus ἐξηγήσεων in libros Veteris & Novi Testamenti. Sed & prolixam ab eodem πραγματείαν sive commentationem de Spiritu S. compositam esse refert pag. 711 seq. qvod ex Epiphanio repetit etiam Nicetas IV. 34. thesauri Orthodoxæ fidei. Præterea commentarios allegoricos in Hexaëmeron Græce & Ægyptiace, & Psalmos novitios sive νεωτερικὰς. Cum Epiphanius ista scriberet A. C. 375. jam obierat Hieracas major nonagenario, cum ad obitum usqve calligraphi artem exercuisset. Vide pag. 712. Vetus Testamentum non recepisse, legas apud Athanasium contra hæreses Tom. 1. pag. 1083. licet Vetere & Novo Test. uti scribit Damascenus hæresi 67. Divinæ naturæ divisionem in Filio inducere est visus Hieracas, ἐδ' ὡς Ἱερακᾶς λύχνον ἀπὸ λύχνου, ἢ ὡς λαμπάδα εἰς δύο. Arius Epistola ad Alexandrum, apud Athanas. de Synodis Tom. 1. pag. 885. Epiphanium LXIX. 7. & Hilarium VI. de Trin. De Hieracitis locus insignis Joannis Carpathii Episcopi, ex MS. opere de Anachoretis, productus à Cangio in appendice ad Glossarium Græcum: πλανᾷ αὐτὸν ἀπὸ τῆς ἀληθοῦς πίστεως, καὶ ἄγει αὐτὸν εἰς τὸ φρόνημα τῶν λεγομένων Ἱερακιτῶν, οἵτινες λέγουσι, μὴ ἀνθρώπινον σῶμα ἀνειληφέναι τὸν Σωτῆρα, μήτε ἐγείρεσθαι τὸ ἡμέτερον σῶμα ὃ περικείμεθα. Καὶ οἵτινές εἰσιν ἀρχαὶ, Θεὸς καὶ Ὕλη καὶ Κακία. Ἐξ ὧν κατασκευάζεται, μηδὲ ἐνανθρωπικέναι τὸν Λόγον, καὶ τέλειον ἀνειληφθῆναι ἄνθρωπον, μήτε μὴν

σώζεσθαι, τὸ εἶναι ἕνα τῶν πάντων ὄλλιον. *In errorem abripit eum à rectâ fide & abducit ad sententiam Hieracitarum, qui ajunt à Salvatore non esse assumtum corpus, neque corpus nostrum quo sumus induti resurgere. Et tria esse Principia Dei, materiam & malitiam. Ex quibus consequitur nec Verbum factum esse hominem, neque perfectum hominem suscepisse, nec salvum teneri dogma quod una sit omnium causa.*

LUCIUS ὁ δεύτερος Ἄρειος Nazianzeno Orat. XXIII. pag. 417. ab Arianis in Samosatenam primum, deinde in Alexandrinam sedem, Petro Athanasii successore detruso, evectus A. C. 371. de cujus truculentia in Catholicos meminit Socrates IV. 36. Epiphanius LXXIII. 38. pag. 886. & LXVIII. 10. pag. 726. seq. & uberius Petrus ipse in Epistola apud Theodoretum IV. 22. Hist. ad qvam addendæ notæ Georgii Henschenii in Actis Sanctor. Maji Tom. 3. pag. 207. seq. Anno 375. adhuc sedisse constat ex Epiphanii LXVIII. 10. Postea iterum exturbatum Lucium CPolis excepit, ut narrat idem Socrates IV. 37. hinc CPoli etiam excedere coactus est una cum Demophilo A. 380. Niceph. XII. 8. Ex hujus Lucii sermone de Paschate pauca qvædam referuntur in Actis Concilii Romani Lateranensis sub Martino I. habitæ A. C. 649. Tom. 2. edit. Binianæ pag. 466.

MACEDONIUS, sed cujus nulla scripta memorari memini, Episcopus ab A. C. 343. CPolitanus, A. 361. depositus & in Concilio CPolitano qvod inter Oecumenica secundum est, damnatus A. 381. Hunc de Patre & Filio similia cum Catholicis sensisse scribit Ratramnus lib. 2. contra Græcos cap. 2. at enim noluit qvidem Macedonius cum Arianis creaturam affirmare, qvem Filium nuncupat S. Scriptura, tamen ὁμοιούσιον tantum cum Semi Arianis * etiam non ὁμοούσιον Patri illum esse docuit, ut ex Theodorito II. 2. Hist. & aliis veteribus scriptoribus patet. Spiritum S. vero κτίσμα esse & ποίημα haud erubuit profiteri, ut post alios plurimos tradunt Jo. Zonaras apud Cotelerium III. monument. p. 465. & Photius Epist. 1. pag 6.

MARCELLUS Ancyranus circa A. C. 373. demum, biennio anteqvam Epiphanius adversus hæreses scriberet, obiit. Facere

* Vide Epiphanium LXXIII. 23. & 27. pag. 870. & 875 ubi Macedonium semi Arianis accenset. Confer qvæ idem de Pneumatomachis hæresi LXXIV.

cere cum Sabellio, licet negaret, ** visus atqve ideo in Synodo CPol. A. C. 336. depositus, sed in Sardicensi A. 347. restitutus est. Vide Epiphanium hæresi LXXII. qvi ejus expositionem fidei pag. 842 seq. & Epistolam de fide qva se Julio Episcopo Romano purgare voluit, servavit pag. 834-836 Contra Marcellum scripsit non modo *Acacius* Cæsareensis ex qvo idem Epiphanius pag. 838-842. sed & *Basilius* Ancyranus teste Hieronymo cap. 89. & Svida Βασίλειος: tum Acacii decessor *Eusebius*, de cujus qvinqve libris contra Marcellum dixi Volumine sexto cap. 4. pag. 92. ubi etiam de prolixo Marcelli opere adversus Asterium Sophistam & alios Arianos, ex qvo fragmenta apud Eusebium supersunt. Gregorii Nysseni Epistola ad Sebastenos qvæ Apologiam de receptis in communionem Marcellianis continet, edita est à Laur. Alexandro Zaccagnio in collectaneis monumentorum Veterum pag. 358.

Arii fautores, principio proditæ hæreseos.

Achilles presbyter.
Aëtius Diospolitanus Episcopus.
Aithalus presbyter.
Ammon sive Parammon Diaconus.
Antonius Tarsensis.
Arius presbyter (diversus ab Ario hæresiarcha.)
Asterius Sophista.
Athanasius Anazarbensis.
Auxentius Mediolanensis.
Cajus Pannonius.
Cares Presbyter.
Carponas presbyter.
Ethales, Ἐθάλης, presbyter.
Eudoxius Germaniciæ Episcopus. Eu-

** De SABELLII hæresi doleo intercidisse dissertationem qvam promisit B. Doctor meus Tho. Ittigius in appendice de hæresiarchis Apostolicæ ætatis pag. 432 Duos fuisse Sabellios ὑιοπατορίας & ταυτουσίας propugnatores, unum Libycum sive Afrum, alterum Pentapolitanum Episcopum, scribit Timotheus presbyter de receptione hæreticorum, editus à Cotelerio III. monument. pag. 385. Sed Libycus ab illo Pentapolitano neutiqvam diversus est, qvi hæresin præceptoris sui Noëti disseminare latius cœpit A. C. 257. ut notarunt Benedictini notis ad S. Ambrosium Tom. 2. pag. 445. Petavius dogm. Theol. Tom. 2. pag. 33 seq. & Rev. Christianus Wormius in Historia Sabellianismi edita Francof. 1696. 8. capite 3. Idem de Marcello Ancyrano videndus capite 5.

Euſebius Cæſareenſis Epiſc.
Euſebius Nicomedienſis Epiſc.
Euſtathius Sebaſtenus.
Euzoius Antiochenus.
Gregorius Beryti Epiſc.
Georgius Alexandrinus atqve inde Arethuſæpresbyter, ac deniqve Epiſcopus Laodicenus.
Helladius Diaconus.
Irenæus Diaconus.
Julianus Diaconus.
Julius Diaconus qvi cum Ario ſubſcripſit Epiſtolæ apud Epiphan. LXIX. 7.
Leontius Antiochenus.
Lucius Diaconus.
Macarius Diaconus.
Marcus Alexandrinus.
Maris Epiſcopus Chalcedonenſis.
Menas Diaconus.
Menophantus Epheſi Epiſc.
Menophilus.
Narciſſus Neroniadis ſive Irenopolis in Cilicia Epiſcopus.
Parammon ſive Ammon Diaconus.
Patrophilus Scythopolitanus Epiſcopus.
Paulinus Tyri Epiſcopus.
Piſtus presbyter Mareotis, & deinde Arianorum Epiſcopus Alex.
Saras ſive Seras presbyter ac deinde Epiſcopus Paretoinenſis in Libya.
Sarmatas presbyter.
Secundus Epiſcopus Ptolemaidis Pentapolitanus.
Serapion Diaconus.
Siſinnius Libycus.
Theodotus Laodicenus Epiſcopus.
Theognis Nicænus Epiſc.
Theonas Libyæ Epiſcopus Marmaricenſis.
Valens Pannonius.
Urſacius Pannonius.
Zoſimus Diaconus.

CAPUT

CAPUT XXIV.

De aliis sæculi IV. Scriptoribus, hactenus indictis.

ACACIUS luscus, Eusebii A.C. 339. defuncti in Episcopatu Cæsareensi successor librorumqve hæres, sed in fide mire inconstans & jam semiArianorum jam Anomœorum promachus, jam Nicæni subsignator Symboli, obiit circa A.C. 366. Vide Tillemontium Tom. VI. memoriar. Historiæ Eccles.

Hujus Acacii expositio fidei in Synodo Seleucienſi A.359. edita, cujus meminit Svidas in Ἰωβιανὸς, exstat apud Epiphan. LXXIII. 25. cui subscripsere:

Apollonius Episcopus Oxyrinchi.
Arabion, Adraorum, Ἀδράων in Arabia.
Augarus Cyri Euphrateſiæ.
Augustus Euphrateſiæ.
Barochius Arabiæ.
Basilius Cauniorum Lydiæ.
Charisius Azoti.
Cyrion, Doliches Episcopus.
Elissæus, Diocletianopolitanus.
Evagrius Episcopus Mytilenes insularum.
Eudoxius Episcopus.
Eusebius Sebastenus in Palæstina.
Eusebius Seleucienſis in Syria.
Eustathius Epiphaniæ Episcopus.
Eustathius Pinarorum & Didymorum.
Eutychianus Patarorum in Lycia.
Eutychius Eleutheropolitanus.
Exeresius Gerasorum.
Georgius Alexandriæ.
Germanus Petrarum.

Heliodorus Sozusæ Pentapolis Episcopus.
Irenæus Tripolitanus in Phœnicia.
Leontius Lydiæ.
Magnus Themisorum in Phrygia.
Pancratius Pelusii.
Paulus Emesenus.
Petrus Hippi Palæstinæ.
Philicadus Angustadorum in Phrygia.
Phœbus Polychalandæ Lydiæ.
Ptolemæus Thmueos Augustonices.
Pollux provinciæ secundæ Libyæ.
Serapion Antipyrgi Libyæ.
Seras, Σέρας Parætonii Libyæ.
Stephanus Ptolemaidis Libyæ.
Theoctistus Ostracines.
Theodosius Philadelphiæ Lydiæ.
Uranius Tyri.
Zoilus Lariſſæ Syriæ.

De cæteris Acacii scriptis dixi supra in Eusebio Tom. VI. hujus Bibl. pag. 31. ubi & de aliis Acaciis. Fuit eodem tempore Acacius qvoqve Cæsareensis Sophista Ethnicus, Libanii amicus eloqventia illum etiam superaturus, nisi juvenis obiisset, de qvo Eunapius pag. 135. seq. & Svidas in Λιβάνιος. Sed occasione Acacii Cæsareensis Episcopi juvat hoc loco syllabum Cæsareensium Episcoporum subjicere qvalem ex Actis Conciliorum V. C. Hadrianus Relandus in Palæstina sua lib. 3. pag. 676. seq. exhibuit. Præmittam autem illi locum de antiqvioribus Cæsareensibus Episcopis, qvi exstat in Constitutionibus Apostolorum Clementinis lib. VII. cap. 46. Καισαρείας δὲ τῆς Παλαιστίνης πρότερον μὲν Ζακχαῖος ὁ ποτὲ τελώνης, μεθ' ὃν Κορνήλιος, καὶ τέλος Θεόφιλος. Ad qvæ verba Cotelerius: *Concordant in* Zacchæo *alia Clementi pariter adscripta, itemque Rufinus præfatione ad recognitiones, ac hæresiographus Sirmondianus, hæresi* 11. & 13. *In* Cornelio *Martyrologia, nec non Egesippus tractatu de distantiis locorum terræ sanctæ.* Theophili *autem Episcopi, hujus aut alterius, ad quem Evangelista Lucas scripserit, mentio fit ab Isidoro, Originum libro 6. cap. 2. Verum Pseudo Clementis Apocryphos libros aut non legit, aut potius lectos sprevit Eusebius Cæsarienſis, alias tanta Ecclesiæ suæ ornamenta nequaquam in Operibus suis omissurus.* Epi-

Episcopos Cæsareæ hos invenio in actis Conciliorum commemoratos:

THEOPHILUM, qvi actis concilii Cæsareensis, habiti anno æræ Christianæ 198. subscripsit. Vide Eusebium *Histor. Eccles.* V. 23. Hieron. cap. 43. Catalog. & Stephani Baluzii novam collectionem conciliorum Parisiis editam anno hujus sæculi septimo pag. 13

AGRICOLAUM. Hic subscripsit concilio Ancyrano habito anno 314. Vide *tomum* 1. conciliorum generalium pag 1475. At alii Agricolam hunc non agnoscunt, sed seriem episcoporum à Theoctisto ad Eusebium ita texunt: THEOCTISTUS, DOMNUS, THEOTECNUS, AGAPIUS, EUSEBIUS. Confer Eusebii *Histor. Eccles.* VI. 19. & VII. 14.

EUSEBIUM, * ab amicitia martyris Pamphili dictum, virum scriptis clarissimum. Hic subscripsit concilio Palæstino habito anno 318. Vide Baluzii novam collectionem conciliorum p. 23. Subscripsit & concilio Nicæno. Vide tom. II. conciliorum general. pag. 51.

ACACIUM. Hic successit Eusebio. Theophanes in Chron. Ἀπέθανεν (Εὐσέβιος) Ἀκάκιον μαθητὴν καὶ διάδοχον τῆς θρόνου Καισαρείας ἐάσας. Hieronymus Epist. ad Minervium: *Acacius Cæsareæ quæ prius turris Stratonis vocabatur, post Eusebium Pamphili episcopus.* Hic subscripsit conciliabulo Seleuciensi anno 359. (Vide Epiphanium *Hæres.* LXXIII. pag. 874. aut Baluzii supplement. Concilior. pag. 66.) & Concilio Antiocheno anno 363. Vide Socratis *Histor. Eccles.* III. 25. aut *tom.* II. concilior. pag. 828. Hujus & Euzoii studium in instauranda celebri bibliotheca Cæsareensi, qvam Pamphilus dedicaverat, laudat Hieronymus in Epist. ad Marcellam & in catal. script. Ecclesiasticorum. Laudat plus semel codicem Evangelii Matthæi, Chaldaïco & Syro sermone, sed Hebraïcis literis conscriptum, qvi in illa Bibliotheca erat. Hinc discimus Evangelia Matthæi Hebræa qvæ circumferuntur esse commentitia. Chaldaïcum Syrumqve erat id qvod citat Hieronymus, sed Hebraïcum appellat, qvod literis esset conscriptum Hebræis. Vide eum l. III. *dial. adversus Pelagianos*, p. 533.

* Ante Eusebium perperam scribunt Episcopatu Cæsareensi functum Pamphilum Martyrem, Jvo Carnotensis & Petrus de Natalibus.

(De Acacii successore Evzoio ita Epiphanius LXXIII. 37. p. 885. Ἐξ αὐτῶν γὰρ Εὐζώϊος &c. *Ex hoc enim grege Cæsarienſis* EUZOIUS *prodiit illorum* (Semiarianorum) *discipulus, qui post Acacium sedi illi præfuit, cum ante* PHILUMENIUS *à Cyrillo Hierosolymitano in illa constitutus fuisset, ac deinde* CYRILLUS *senex ibidem ab Eutychio collocatus, ac demum* GELASIUS *ab Cyrillo Hierosol. cujus sororis erat filius, rursus esset impositus. Cum enim hi tres illis ordinati forent, & ob mutuas simultates dignitate cessissent, postmodum* EUZOIUS *sedem illam obtinit.* Hieronymus de Scriptor. E. cap. 113. *Euzoius apud Thespesium Rhetorem, cum Gregorio Nazianzeno Episcopo adolescens Cæsareæ eruditus est: & ejusdem postea Urbis Episcopus plurimo labore corruptam Bibliothecam Origenis & Pamphili in membranis instaurare conatus est. Feruntur ejus varii multiplicesque tractatus, quos nosse perfacile est.* Idem cap 131. *Gelasius Cæsareæ Palæstinæ post Euzoium Episcopus, accurati limatique sermonis, fertur quædam scribere, sed celare.*)

THALASSIUM. Subscripsit concilio Constantinopolitano anno 381. Vide tom. II. concilior. pag. 956.

EULOGIUM. Subscripsit concilio Diospolitano, anno 415. Vide tom. II. concilior. pag. 1532. an forte *Euzoius* legendum?

GLYCONEM. Subscripsit concilio Chalcedonensi per Zozimum, anno 451. Vide tom. IV. concilior. pag. 80. & 787.

IRENAEUM. Mentio ejus fit in actis concilio Chalcedonensi subjectis. Vide tom. IV. concilior. general. pag. 889.

ELIAM. Subscripsit concilio Hierosolymitano anno 536. Vide tom. V. concilior. pag. 284.

JOHANNEM. In actis concilii Constantinopolitani, anno 553. Vide novam collectionem Baluzii pag. 1497. & tom. V. concilior. pag. 192. & 416.

Alios qvosdam Cæsareæ Palæstinæ Episcopos vide apud Sandium pag. 33. appendicis ad nucleum Historiæ Ecclesiasticæ.

ALEXANDER, Alexandrinus ab A. C. 312. ad 326. Episcopus, successor Achillæ fratris, adversarius præcipuus Arii, qvem in Concilio Alexandrino A. 324. & Nicæno A. 325. damnavit post hæresin ipsius variis prius scriptis Epistolis confutatam, qvas cum responsoriis Episcoporum in unum volumen congessit, ut ex Socrate & Sozomeno notavi supra pag. 310. Ex his exstat:

1. Epistо-

1. Epistola Encyclica de depositione Arii, apud Socratem lib. 1. cap. 6. Gelasium II. 3. de Actis Concilii Nicæni, (ubi etiam subscriptiones) * tum apud Nicephorum VIII. 8. & in Tripartita I. 13.

2. Ad Alexandrum CPolitanum (sunt qvi Thessalonicensem malunt) τόμος sive Epistola de fide, apud Theodoritum lib. 1. Hist. cap. 4. ubi Valesius verba: πρὸς ὁμώνυμον, male vertit *ad gentilem suum.*

Tales fere septuaginta ad diversos Episcopos (τοῖς πανταχῆ Ἐπισκόποις Sozom. lib. 1. c. 15.) scripsisse refert Epiphanius LXIX. 4. Nominatim ad Macarium Hierosolymitanum Eusebium Cæsareensem, Asclepium Gazæum, Macrinum Jamnienſem, Zenonem Tyrium, Philogonum Antiochenum, Eustathium Berrhoënsem.

His accedit 3. qvam è Codice 2417. Regis Christianissimi ** dedit Cotelerius ad Constitutt. Apostol. VIII. 28.

Depositio Arii & eorum qui cum illo, per Alexandrum Archiepiscopum Alexandriæ.

Καθαίρεσις Ἀρείου καὶ τῶν σὺν αὐτῷ, ὑπὸ Ἀλεξάνδρου ἀρχιεπισκόπου Ἀλεξανδρείας.

Alexander Presbyteris & Diaconis Alexandriæ atque Mareotæ præsens præsentibus, dilectis fratribus in Domino salutem.

Ἀλέξανδρος πρεσβυτέροις καὶ διακόνοις Ἀλεξανδρείας καὶ Μαρεώτου παροῦσι παροῦσιν, ἀγαπητοῖς ἀδελφοῖς ἐν κυρίῳ χαίρειν.

Licèt jam subscripseritis illis quæ ad Arium & Arianos misi, adhortans eos ad negandam impietatem & ad assentiendum sanæ atque Catholicæ fidei, rectamque sententiam vestram ostenderitis, nec non in dogmatibus consonantiam cum Ecclesia Catholica; tamen quia & ad omnes ubique terrarum Comministros de Ariana secta litteras dedi, necessarium censui, ut vos qui-

Εἰ καὶ ὑπεγράψατε οἷς ἐπέστειλα τοῖς περὶ Ἄρειον προτρέπων † αὐτοῖς ἀρνήσασθαι μὲν τὴν ἀσέβειαν, πεισθῆναι δὲ τῇ ὑγιαινούσῃ καὶ καθολικῇ πίστει, καὶ ἐδείξατε ἑαυτῶν ὀρθὴν τὴν προαίρεσιν, καὶ τὴν ἐν τοῖς δόγμασι συμφωνίαν τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας, ὅμως ἐπειδὴ καὶ πρὸς τὰς ἀπανταχοῦ συλλειτουργοὺς ἐπέστειλα περὶ τῶν περὶ Ἄρειον, ἀναγ-

* In Gelasio subscribuntur nomina 33. Presbyterorum, & Diaconorum 29. sed in nova Athanasii editione Tom. 1. pag. 401. habes nomina presbyterorum 36. & Diaconorum 44.

** Exstat & in Cæsarea Bibl. teste Lambecio III. pag. 87. † f. αὐτὸς.

ναγκαῖον ἡγησάμην, ὑμᾶς μὲν τὸς τῆς πόλεως κληρικὸς συναγαγεῖν, ὑμᾶς δὲ τὸς ἀπὸ τῆ Μαρεώτε μεταπέμψασθαι, μάλιστα ὅτι καὶ ἀφ' ὑμῶν Χάρης καὶ Πιστὸς πρεσβύτεροι, καὶ Σαραπίων, καὶ Παράμμων, καὶ Ζώσιμος, καὶ Εἰρηναῖος διάκονοι, ἐπηκολούθησαν τοῖς περὶ Ἄρειον, καὶ ἠγάπησαν συνὼ αὐτοῖς καθαιρεθῆναι· ἵνα καὶ τὰ νῦν γραφόμενα γνῶτε, τήντε ἐν τούτοις συμφωνίαν ἑαυτῶν ἐπιδείξησθε, καὶ τῇ καθαιρέσει τῶν περὶ Ἄρειον καὶ τῶν περὶ Πιστὸν σύμψηφοι γένησθε. Πρέπει γὰρ τὰ παρ' ἐμοῦ γραφόμενα γινώσκειν ὑμᾶς, καὶ ἕκαστον ὡς παρ' αὐτοῦ γραφόμενα, ἐν τῇ καρδίᾳ κατέχειν.

dem civitatis Clericos congregarem, vos vero qui de Mareota estis arcesserem, præcipue cum ex vobis quoque Chares & Pistus Presbyteri, Serapio, Parammon, Zosimus, & Irenæus Diaconi, Arianos assectati fuerint, atque cum illis deponi voluerint; quo tum quæ nunc scriptis mandata sunt cognoscatis, tum vestrum in iis consensum demonstretis, itemque Arii, Pisti, sociorumque depositioni suffragemini. Decet enim vos quæ à me scripta sunt scire, & unumquemque ea quasi à se essent exarata, corde retinere.

Constantini M. Epistola scripta sub extremum A. 323. Nicomedia ad Alexandrum hunc & Arium extat integra apud Euseb. II. 64-72. de vita Const. & ex parte apud Socratem I. 4. Niceph. VIII. 13. Confer D. Balthasaris Bebelii diss. ad hanc Epistolam editam Argentorati 1663. Dannhavveri salve Reformatum contra Bergium pag. 171. seq. & Tillemontium Tom. 6. memor. pag. 228. qvi Eusebium Nicomediensem Imperatori stylum suum commodasse in hac Epistola scribenda suspicatur. De Alexandro altero, qvi S. Athanasium successorem habuit, accurate ut solet idem Tillemontius pag. 213-238. & de Alexandro CPolitano T. 7. p. 32. seq.

AMBROSIUS Alexandrinus, Didymi auditor, diversus ab Ambrosio Alexandrino, celebri illo * Origenis ἐργοδιώκτῃ, scri-

* Dixi de hoc in Volumine V. hujus Bibl. pag. 272. A. duobus his diversi I.) Ambrosius Mediolanensis Episc. de qvo nota vox Theodosii Imp. apud Theodoritum V. 18. Hist. Ἀμβρόσιον γὰρ οἶδα μόνον Ἐπίσκοπον ἀξίως καλούμενον, *Unum Ambrosium novi qui Episcopus dici mereatur.* Illum A. C. 398. obiisse probat Papebrochius in diss. de anno & die mortis S. Ambrosii, qvæ exstat ante Tomum I. Act. Sanctor. Aprilis pag. XXXVIII. seq. De ejus vita ex veteribus videndus Paulinus presbyter (diversus à Nolano) Ambrosii notarius: tum Metaphrastes à Benedictinis Græce & Latine editus. E recentioribus Erasmus XXVIII epist. 3. Baronius ante edit. Ambrosii Romanam & in Annalibus, Tomo IV. Tillemontius Tom. X. memor. Paris. 1705.

scripsit teste Hieronymo cap. 126. Catalogi, *adversus Apollinarem* volumen multorum versuum *de dogmatibus* & *commentarium in Job.* Vide Acta Sanctor. 17. Martii Tom. 2. p. 513. seq.

Apud Clariss. Caveum calami errore post Ambrosium Didymi auditorem, Ambrosius etiam Tomitarum Episcopus memoratur, sed pro Ambrosio ibi legendum Theotimus.

AMMON sive AMMONAS vel AMMONIUS inter primos * Monaches & cœnobii Nitriensis in Ægypto conditor, de quo Athanasius in vita Antonii & Epist. ad Dracontium Tom. 1. pag. 957. Palladius in Hist. Lausiaca cap. 7. Rufinus in Vitis Patrum cap. 29. Socrates IV. 23. Sozomenus lib. 1. cap. 14. atque inde Tripartita lib. 1. c. 11. Græci Menologio 4. Octob. Huic tribuuntur *capita XIX. Parænetica* sive Ascetica quæ è Græco versa Latine edidit Gerh. Vossius inter Ephræmi Syri opera Tom. 2. p. 499. Exstant eadem Ammonæ capita ascetica Græce MSS. in Bibl. Cæsarea: incipiunt: τήρει σεαυτὸν ἀκεραίως ἀγαπητέ. Ex Ejusdem institutionibus Ascetics capita XXII. Τέσσαρά πράγματά εἰσιν. Hoc idem scriptum memorat Labbeus pag. 91. Bibliothecæ novæ MSS. *de quatuor illis quorum si vel unum quis habeat nec pœnitentiam agere potest, nec DEus ejus orationem exaudit.* Alius Ammon Arianus quem ab Alexandro Episcopo Alex. ejectum Ecclesia testatur Athanasius ad solitariam vitam agentes Tom. 1. pag. 858. Alius Episcopus Pachnemunitanus in Ægypto ab Arianis sub Constantio & deinde iterum A. 373. missus in exilium, cujus mentio apud Athanas. in Apologia ad Constantium & Epist.

1705. 4. & hujus memoriis tunc necdum editis usi Godfridus Hermantius in vita Ambrosii libris XII. distincta editaque Gallice Paris. 1678. 4 & Benedictini Jac. Frichius & Nic. Nourritus ante luculentam suam Ambrosii editionem Paris 1686. fol. Non alienum ab instituto meo adscribere judicium quod de Ambrosio hoc fert Combefisius in Bibl. Concionatoria: *Suspexi Ambrosii in reddendis vertendisque Græcis* (Philonis) *Origenis, Eusebii, maximeque Basilii, dexteritatem, quo in genere omnium facile princeps videri possit, mihique sane multis partibus Hieronymo superior videtur, sic tota sensus expressione stylo ipse suo ac puriori nitet, nec tam ex aliorum scriptis in suos videtur alveos corrogare, quam à se propria fundere.* 2.) Ambrosius Monachus Græcus, cujus sermonem ad virgines sacras latine versum sub Ambrosii Mediolanensis nomine ediderc actorum Sanctorum curatores. Vide Baronium ad A. 328. n. 107. & Benedictinos not. ad Ambros. Tom 2. p. 478. 3.) Ambrosius Thavmaturgus quem περὶ σαρκώσεως καὶ πίστεως laudat Jo. Damascenus in parallelis p. 773. Ne dicam de Ambrosio Autperto, vel de Ambrosio ad quem Petrus Damiani scripsit Opusc. 1. aut de Ambrosio Coriolano, vel de Ambrosio Taëgio Ord. Prædicator. & de Ambrosio Camaldulensi aliisque junioribus.

* Vide Tillemont. Tom. 7. memor. pag. 153. seq.

Epist.ad Antiochen. Tom.1. p.705.580. & apud Epiphan.LXXII.11. Alius Ammon Thebaidis Episc. ad qvem exstat Epistola Canonica Theophili Alexandrini in Pandectis Canonum Bevereg. T.2. p.170. Idem Ammon Episcopus Elæarchiæ, cujus Epistolam ad Theophilium Alex. de vita & conversatione SS. Pachomii & Theodori edidit Papebrochius in Actis S. Pachomii. T.3. Maji p.63. Alius Ammon Episc. Hadrianopolitanus laudatus à Cyrillo Alex. libro ad Reginas Tom. V. parte 2. pag.50. & S. Maximo ad Dionysium Areopag.cap.7. de cœlesti Hierarch. pag.88. Ἄμμων ὁ Ἀδριανοπολίτης ἐν τοῖς περὶ ἀναστάσεως αὐτῷ κατὰ Ωριγένους λόγοις. Ejusdem Ammonis nomen excidit p.423. ad cap.7. de Eccles. Hierarchia, ita enim legendus ille locus: ἀνάγνωθι Μεθοδίᾳ τῷ ἁγίῳ μάρτυρι καὶ Ὀλυμπίῳ Ἐπισκόπῳ τῆς Λυκίας *sancti Martyris & Episcopi Olympi in Lycia* (hæc enim omnia ad unum Methodium pertinere, acute vidit Clariss. Caveus) καὶ Ἄμμωνος Ἀδριανοπόλεως τὰ κατ' αὐτὸν (Ὠριγένην) περὶ ἀναστάσεως γραφέντα. Præter hos Ammon sive Ammonius qvidam Alexandrinus scriptor Græcus qvinti sæculi subinde citatur in Catenis Græcorum Patrum. Sed de hoc & aliis Ammoniis dixi lib.IV. cap.26. Incertum cujus Ammonii *plures Epistolas* ferri apud Chaldæos scribit Hebedjesu in Catalogon. 50.

ANASTASIA sub Diocletiano Martyr Romana, cujus nomine Epistolæ duæ * ad Chrysogonum cum hujus responsoriis exstant apud Svidam in χρυσόγονος & Nicephorum lib. XIV. sub extrem. Hujus Anastasiæ vita apud Surium 25. Dec. Alia Anastasia Martyr Virgo, de qva apud eundem Surium ad 28. Octobr.

S. ANTONIUS Ammonis suppar, Monachorum & ipse Ægyptiorum atqve Eremitarum post Paulum Thebanum Pater, abstinentis vitæ, sanctitatis & Zeli pro CHristo in mediis persecutionibus probati laude clarissimus obiit in Thebaide 17. Januar. A. C. 357. ætatis

* Olivierus Maillardus sermone 4. post cineres: *Scotus dicit in tertio, quod quando quis offendit nos, non possumus optare damnationem suam sine peccato mortali, nec etiam quod moriatur, nisi in duobus casibus. Primo quando impedit bonum commune & servitium divinum: secundo, quando est publicus peccator, & non vult se corrigere. Et fundat se in una litera quam mandavit S. Anastasia beato Chrysogono, quæ habebat virum malum, & rogabat eum quod oraret ut moreretur: nec ipsa peccavit in hoc, quod impediebat eam à servitio divino.* Vide Menagiana Tom.4. pag.208.

ætatis CV. Neqve scriptis neqve sapientia externa neqve arte qvacunqve, sed sola in DEum pietate inclaruisse Antonium scribit Athanasius in ejus Vita pag. 121. ὁ γὰρ ἐκ συγγραμμάτων, οὐδὲ ἐκ τῆς ἔξωθεν σοφίας, οὐδὲ διά τινα τέχνην, διὰ δὲ μόνην θεοσέβειαν ὁ Ἀντώνιος ἐγνωρίσθη. Et p. 95. ὅτι μὴ μεμάθηκε γράμματα. Græce non calluisse Antonium testatur Palladius in Lausiaca historia cap. 69. verum *septem* ejus, Apostolici sensus sermonisq; *Epistolas* ad diversa Monasteria, ex Ægyptiaca in Græcam lingvam translatas jam olim testatus est Hieronymus c. 88. de scriptoribus Eccles. addens præcipuam ex his esse *ad Arsenoitas*. Hodie septem illas Epistolas Asceticas lectu dignas & præclaras habemus Latine, è Græco versas à *Valerio Sarasio*: Sed in Bibliotheca Patrum * qvod mireris, universæ præter primam ad fratres Arsenoitas inscribuntur, male hoc qvidem, excepta secunda qvam vere ad Arsenoitas scriptam & Hieronymi judicio cæteris prælatam dubium haud est. Hæc sola etiam ad Arsenotas inscribitur in antiqvioribus editionibus, ut in Microprebytico Basil. 1550. fol. & in Orthodoxographis 1555. fol.

2. Clariss. Caveus auctor est, in Bibliotheca Patrum haberi sub Antonii nomine *sermonum libros duos*, illosqve auctoris esse longe recentioris, atqve id Basilii, Chrysostomi, & aliorum in iis nomina deprehensa satis liqvido ostendere. Sed in Bibliotheca Patrum Lugd. nusqvam duos illos sermonum libros, verum unicum tantum brevem Antonii sermonem reperies, *de vanitate Mundi & resurrectione mortuorum*, qvalem Latine ex veteri Codice Aldi Manutii vulgaverat Gerhardus Vossius ad calcem Gregorii Thavmaturgi pag. 128. Mogunt. 1604. 4. At enim sermonum libri duo, qvos Antonio nostro Trithemius tribuit, & qvi in Bibliothecis Patrum antiqvioribus Paris. A. 1575. Tomo I. & 1589. Tomo V. Latine leguntur, sunt *Antonii* Monachi longe junioris, qvi ab excerpendi studio dictus est *Melissa*, libri duo locorum Communium de Virtutibus & Vitiis, de qvi-

* Bibl. Patrum edit. Lugd. Tomo IV. (sic & in aliis editionibus Bibliothecæ Patrum Paris & Colon.) Præmittitur Symphoriani Campegii sive Champerii Lugdunensis Epistola, cujus etiam latinam Epistolarum versionem esse, falso traditur in Hendreichii pandectis Brandenburgicis. Antonii Epistolas à Symphoriano primum editas Paris. 1515. & deinde cum Dionysio Carthusiano ad Dionysium Areopagitam recusas notat Rev. Jo. Godfridus Olearius in Bibliotheca scriptorum Ecclesiasticorum pag. 64.

bus dicam infra capite trigesimo, & qvorum auctorem Caveus alibi refert ad medium sæculum à CHristo nato duodecimum.

3. *Exhortatio ad Monachos*, apud Athanasium in Antonii vita pag. 25-60. edit. primæ Hœschelianæ.

4. *Regula* Monachis præscripta, primo loco legitur Latine in Codice Regularum Monasticarum collecto à Benedicto Anianensi Abbate (qvi A.C. 800. claruit,) edito à Luca Holstenio Rom. 1663. 4. & Paris. 1663. 4. Ejusdem Regulæ versionem ex Arabico edidit Abraham Ecchellensis Paris. 1646. 8.

5. *Epistolæ XX.* Latine versæ ex Arabico ab Abrahamo Ecchellensi, & Cardinali Barberino dicatæ, Paris. 1641. 4. Has Antonii ingenio, divina ejus sapientia, hominis vere θεοδιδάκτε dignissimas & ejus vivos characteres esse affirmat Combefisius in Bibl. Concionatoria. Aliæ illius Epistolæ, ut qvas ad Constantinum M. scriptas memorat Sozomenus II 31. qvemadmodum & Constantini ad Antonium de qvibus Hieron. in Chron. ad A. 335. &c. interciderunt.

6. *Sermones XX. ad Monachos.*

7. *Admonitiones & dogmata varia ad Monachos.*

8. *Sententiarum quarundam expositio & ad interrogata varia responsiones.* Hæc omnia itidem ex Arabico conversa à se, Latine vulgavit idem Ecchellensis, adjuncta duplici S. Antonii vita itidem ex Arabico versa, & Borhaneddini Alzernouchi, scriptoris Arabis libello Ethico qvi Enchiridion studiosi scribitur, qvem nuper Arabice cum ejusdem Ecchellensis, & altera illustris Viri Frid. Rostgaardi versione vulgavit eruditissimus Relandus Trajecti ad Rhen. 1709. 8.

De Antonii vita ab Athanasio scripta dixi lib. V. cap. 1. pag. 302. Illius lectione multos ab Ethnicismo ad dogma Christianum conversos scribit Augustinus VIII. 6. Confess. Laudant & Nazianzenus, Palladius multiqve alii. Illustrat etiam Caspar Barthius LVII. 1. Adversar. De symbolis S. Antonii imagini appingi solitis, igne, sue, libro, baculo, tintinnabulo, Tau vesti appicto, fuse disserit Theophilus Raynaudus Tom. VIII. Opp. pag. 367. seq. atqve Chronotaxin Antonianam, sive vitam S. Antonii, ordine annorum digestam exhibet pag. 411-421. Accurate etiam de illo Tillemontius T. 7. memor. pag. 101. seq. & de ejus scriptis pag. 134. seq. AQVI-

AQVILIUS * SEVERUS *in Hiſpania de genere illius Severi ad quem Lactantii duo Epiſtolarum ſcribuntur libri, compoſuit volumen quaſi ὁδοιπορικὸν totius ſuæ vitæ ſtatum continens, tam proſa quam verſibus, quod vocavit καταιροφὴν ſive πέιραν, & ſub Valentiniano Principe obiit.* Hæc Hieronymus cap 111. Catalogi. Sed Volumen illud Aqvilii, qvod ex Græco carmine & proſario ſermone miſtum fuiſſe innuit Hieronymus, perinde ut duos illos Lactantii, Latini ſcriptoris Epiſtolarum libros deſideramus. Ex Hieronymo idem repetit Pſeudo Dexter in Chronico ad A. C. 370. *Aquilius Severus domo Toletanus, ex genere alterius Aquilii Severi, ad quem Lactantius nuncupavit volumen Epiſtolarum, hoc tempore magno in pretio habetur.* In alio fragmento Chronici qvod ſub Dextri nomine exſtat ad calcem Bibliothecæ Hiſpanicæ Nic. Antonii ad A. C. 372. tantum hæc leguntur verba: *Aquilius Severus Toletanus floret.* De familia apud Romanos celebratiſſima Aqviliorum accurate Joannes Glandorpius in Onomaſtico p. 111. ſeq. & illuſtris Vir Philippus à Turre in monumentis veteris Antii cap. 2.

BASILIUS Epiſcopus Ancyranus (non confundendus cum Baſilio Ancyrano presbytero, qvi tempore Juliani martyrium ſubiit, & de qvo Acta Sanctor. ad diem XXII. Martii, ac Jo. Tillemontius Tom. VII. memor. pag. 375. ſeq. 728. ſeq.) Apud Hieron. cap. 89. Catalogi multi Codices, etiam Jo. Marcianæi editio habet: *Baſilius Ancyranus Epiſcopus, artis medicinæ* qvemadmodum & apud Freculfum & Honorium legitur, & Græcus Hieronymi interpres atq; Svidas: ἰατρὸς τὴν τέχνην, licet hæc verba in Francofurtenſi Sophronii editione ſunt omiſſa. Qvoniam mihi inſolens videbatur locutio, *Epiſcopus artis medicinæ*, pro artis illius perito: atqve in Miræi editione reperiebam, *Baſilius Ancyranus, Epiſcopus arcis Mecheæ*, hanc potius amplexus ſum lectionem, cum plures referrem Baſilios, ſupra pag 63. præcipue cum & Caveo illam vidiſſem placuiſſe. Jam vero attentius Hieronymi verba cogitans, fateor illum arcis Mecheæ Epiſcopatum ſuſpectiorem etiam mihi videri. Omitto qvod apud alios veteres de hac Baſilii ἐπισκοπῇ altum ſilentium. Illud tantum urgeo, apud Hieronymum neceſſario jungenda eſſe verba *Ancyranus Epiſcopus*, nam

* In qvibusdam Honorii Auguſtod. Codicibus male *Achillius.* Alii *Acilius.* Apud Freculphum Tom. 2. Chron. lib. 2. cap. 15. *Acylius* (Græcis Ἀκύλιος) Apud eundem pro verbis καταιροφὴν ſive πέιραν, monſtrum habes vocabuli *cinra ipoiam ſive petram.*

certe Hieronymus scripsit diu post A. C. 336. quo datus est Basilius Marcello Ancyrano successor. Ita arci Mecheæ nullus locus relinquitur. Cæterum Episcopos artis medicæ peritos plures habemus, (ne de Aëtio quæ supra dixi repetam,) quos referunt Andreas Tiraquellus lib. de nobilitate pag. 262. seq. Theophilus Raynaudus Tom. VIII. Opp. pag. 569. 587. Abraham Bzovius in Nomenclatore sanctorum professione Medicorum Colon. 1623. 12. Christianus Benedictus Carpzovius in diss. de Medicis ab Ecclesia pro sanctis habitis, Lips. 1709. 4. neque tamen cum Tiraquello * mihi facile persuaserim Basilium Ancyranum intelligi, quando à Paulo Ægineta IV. 55. & VII. 19. Basilii medicamenta referuntur. Deniqve nec genus loqvendi adeo insolens debet videri, qvod est Hieronymo usitatum. Sic statim de Theodoro cap. 90. *Theodorus, Heraclia Thraciarum Episcopus, elegantis apertique sermonis & magis Historicæ intelligentiæ.* Scripta Basilii qvæ Hieronymus commemorat, perierunt utraqve, *liber de Virginitate*, nec minus alter *adversus Marcellum Ancyranum*. Qvanqvam vero Semiarianos inter diu eminuit hic Basilius, ut apparet ex Epiphanii hæresi 73. ubi Acta Concilii Ancyrani A. 358. & Basilii professionem Fidei pag. 859. exhibet: cui jungendus Athanasius de Synodis Tom. 1. pag. 916. tamen Eunomianos in eodem Concilio condemnavit, & Photinum confutavit in Concilio Sirmiensi A. 351. Depositus postea in Concilio CPol. A. 360. & relegatus in Illyricum, una cum aliis Macedonianis Joviniano Imp. obtulit A. 363. libellum supplicem, rogans in Episcopatum suum restitui, ut narrat Socrates III. 25. Sed repulsam tulit, Athanasio in Ancyrana sede ipsi prælato. Confer Tillemontium Tom. 6. memor. Hist. Eccles.

CRESCENTII (Κρήσκεντιι) & Alexandri Alexandrini scripta contraria *de Paschate*, quo die celebrandum esset, qvibus acerrime inter se pugnaverint, memorat Epiphanius hæresi LXX. 9. p. 829.

DIADOCHUS Photices in veteri Epiro sive Illyrico Episcopus, à Viris Clariss. Oudino & Caveo ad A. C. 450. refertur, non aliam ob rationem, qvam qvod Victor Vitensis ** libros de Persecutio-

* Lib. de Nobilitate pag. 345.

** In Bibliotheca Johannea hujus Urbis Hamburgensis exstat editio Victoris Vitensis Parisina Anni 1569. 8. collata à Frid. Lindenbrogio cum Codice præclaro Lugdunensi. Cæterum cum iis qvæ de hoc scriptore observarunt Petrus Franciscus Chifletius in sua Victoris editione Divion. 1664. 4. & Theodoricus Ruinartus Paris. 1694. 8. conferendus Tillemontius Tom. XVI. memor. & Anonymus scriptor qvi vitam novam Victoris Gallica lingva edidit Paris. 1708. 8.

cutione Africana dicavit cuidam *erudico à tanto Pontifice totoque laudis genere prædicando beato Diadocho, cujus, ut aſtra lucentia, extant quamplurima Catholici dogmatis monumenta dictorum.* Ob eandem cauſam Cotelerius III. monument. Eccleſ. Græcæ p. 598. Victoris illius Hiſtoriam ſuſpicatur ſcriptam eſſe in veteri Epiro, non CPoli ut volebat Chifletius, nec Acacio CPol. dedicatam, qvod refellit etiam Tillemontius Tom. XVI. pag. 597. atqve præf. ad Victorem Theodoricus Ruinartus. Hic tamen non in Epiro ſed in Africa illum ſcripſiſſe exiſtimat, unde conſeqvitur eſſe etiam incertum, Photicesne Epiſcopus Diadochus an alius potius hoc nomine Epiſcopus Africanus à Victore innuatur. At *Marcum Diadochum*, cujus homilia adverſus Arianos in Codice Cæſareo pariter & Baſileenſi, ſcriptis S. Athanaſii admixta legitur, ad ſæculum IV. referunt viri docti, putantqve eſſe unum ex illis duobus Marcis Ægypti Epiſcopis (Philarum alter fuit, alter Zygrenſis) qvi ſubſcripſerunt Epiſtolæ Athanaſii ad Antiochenos Tom. 1. p. 580. & qvos ab Arianis miſſos in exilium qveritur Apologia pro fuga p. 705. & Epiſt. ad ſolitarios pag. 858. Illa homilia incipit ἀρχῆς κρεῖττονα τὸν λύγον ὁ Θεολόγος λέγει, eamqve Lambecius III. pag. 85. promiſit ſe vulgaturum eſſe è Codice Cæſareo in ſupplemento qvod edere in animo habuit Bibliothecæ Patrum. Sed primus è Codice Baſileenſi publicavit, Latinamqve verſionem ſuam addidit Jo. Rudolphus Wetſtenius, ad calcem Origenis de Oratione pag 152-173. Baſil. 1694. 4. Photius in Bibliotheca ſua Cod. 200. *Marci* ſed qvem Monachum appellat, *librorum novem aſceticorum* facit mentionem. In poſtremo adverſus Melchiſedecitas pugnaſſe, & proprio parenti hæreſin illam impegiſſe Marcum Photius annotat, ac deinde proxime Cod. 201. ſubjicit *Diadochi*, Photices in veteri Epiro Epiſcopi *definitiones decem* * *& capita centum aſcetica* de ſpiritali perfectione qvæ ex *Franciſci Turriani* verſione lucem viderunt Latine Florent. 1570. 8. Antvverp. 1575. 12. Lugd. 1627. 12. ne Bibliothecas Patrum memorem: ſed & Græce ** cum duabus Centuriis ſententiarum ſpiritalium S. Nili, collatis cum tribus MSS. exemplaribus, & ſcholiis appoſitis, Florentiæ apud Bartholomæum Sermaterellium 1578. 8. Ejusdem Diadochi Homi-

* Ex his S. Maximus in diſſ. cum Pyrrho Tom. 2. Opp. pag. 168. θέλησιν τὸ ἀντεξούσιον ὁ μακάριος ὡρίσατο Διάδοχος ὁ Φωτικῆς, ἔναγ. Et in opuſculis pag. 153. ejusdem Tom. 2. affert locum ex ſexto κεφαλαίῳ τῶν ἀσκητικῶν. & T. 1. p. 303. citat Diadochum ἐν τῷ ἑκατοστῷ κεφαλαίῳ.

** Oudin. ſupplemento de ſcriptoribus Eccleſ. pag. 91.

lia qvam memorat Allatius,& Holstenius edere voluit,in CHRISTI adscensionem, incipit : *Φέρε μοι νῦν τὰς ἱερατικὰς ἱερεῖς.*

Illos Marci libellos asceticos etiamnum habemus exceptò ultimo qvi hactenus in lucem non est prolatus. Exstat autem MS. apud Clariss Galeum *λόγος εἰς τὸν Μελχισεδέκ.* Cæteri editi sunt sed alio ordine qvam à Photio referuntur, præmittiturqve illis proœmii loco,qvod Marci non est,neqve à Photio agnoscitur,sed est pars homiliæ 37. S. Macarii, ut à multis jam fuit annotatum.

1. *De Paradiso & Lege spiritali*, capita sive sententiæ 200. Hæc cum Vincentii Opsopœi versione leguntur in Micropresbytico p. 263. & in priore Orthodoxographorum editione.
2. *De his qui putant ex operibus se justificari*,capita 211. Istos duos libellos Græce & Latine cum versione sua edidit *Vincentius Opsopœus*, Hagenoæ 1531. 8. atq; emendatius *Joannes à Fuchte*, Helmst. 1616. 8. dolens sibi ad manus haud fuisse editionem Græcam Paris. 1513. Libellum posteriorem,qvo tam præclare de beneficio DEI ex sola per CHristum Gratia credentes justificante Marcus scripsit, seperatim Latine fecit recudi *D. Samuel Schelwigius ὁ μακαρίτης* Gedani 1688. 4.
3. *De Pœnitentia cunctis necessaria.*
4. Responsio sive *Dialogus ad eos qui de divino baptismate dubitabant.* Hunc Latine etiam vertit *Petrus Franciscus Zinus*, cujus interpretatio cum S. Ephræmi, Nili atq; Esaiæ Ascetæ scriptis qvibusdam vidit lucem Venet. 1574. 8.
5. (Photio VIII.) *Præcepta salutaria* ad Nicolaum Monachum de ira & libidine compescenda, cum ejusdem Nicolai Epistola, qva gratias Marco agit.
6. (Photio VII.) *Capitula de temperantia & jejunio.* Partem posteriorem qvæ in editione Pici desideratur, vertit *Zinus* & cum superiore 4. Latine edidit.
7. (Photio VI.) *Disputatio cum seculari Causidico.*
8. (Photio V.) *Consultatio intellectus cum sua ipsius anima.* Hanc qvoqve *Zinus* vertit.

Hi octo libelli Latine versi à *Johanne Pico* viderunt lucem Paris. 1563. 8. atq; deinde sæpius in Bibliothecis Patrum cum fragmento *Epistolæ*. Græce vero & Latine in auctario Ducæano T. 1. Paris. 1624 fol.

Præ-

Præter illa octo, Nicephorus XIV. 54 testatur se evoluisse libros alios Marci hujus XXXII. δι' ὧν πᾶσαν, inqvit, ἀσκητικῆς πολιτείας ὁδὸν διεξέρχεται. Atqve Tho. Galeus habuit MSta sub illius nomine κεφάλαια ἠθικὰ & γνωστικὰ, ἀντίζυγα vitiorum & virtutum, Paræneſin Aſceticam, literarum ordine. Περὶ πράξεως καὶ θεωρίας πνευματικῆς. Orationem in S. Crucem, capita περὶ ἀγεννήτου. Laudatur hic Marcus inter clariſſimos ſæculo IV. Ægypti Monachos à Palladio in Lauſiaca cap. 20. qvi eum prope centum annos natum vidiſſe ſe teſtatur, & à Sozomeno VI. 29. Marci fragmenta qvædam leguntur in Corderii Catena ad Lucam, ubi præter rem appellatur Archi Epiſcopus. Nam in MS. Mazariniana Monachum diſerte vocari notatum Combefiſio in Bibl. Patrum Concionatoria.

DIDYMUS Alexandrinus, Didymo Alexandrino Grammatico Chalcentero annis prope qvadringentis junior, nec cum Monacho Ægyptio * Didymo (de qvo Socrates IV. 33.) confundendus, parva ætate qvadrimulus, cum adhuc etiam prima literarum ignoraret elementa, oculorum uſum amiſit: ſed majore inde deſiderio ſcientiæ veriqve luminis inflammatus, precibus & audiendi meditandiq; impigro ſtudio tantum profecit, ut non modo ** Grammaticæ, Rhetoricæ, Dialecticæ, Geometriæ, Arithmeticæ, Muſicæ & Aſtronomiæ, cæteræqve Philoſophiæ adyta penetraverit, ſed & ſacrarum literarum inſigni peritia inſtructus, Doctorem Eccleſiæ, præſtiterit tanto magis eximium, qvanto etiam magis vitæ exemplo & morum ſanctitate celebratum. Vivebat adhuc, Catechetæ Alexandrini fungens munere, cum Hieronymus A. C. 392. librum ſuum de ſcriptoribus Eccleſiaſticis componeret, qvo tempore annum octogeſimum tertium ætatis teſtatur eum excesſiſſe, qvod ego attigiſſe interpretor. Nam qvinqve & octoginta cum excesſit annos, obiit

* De aliis Didymis Jonſius III. 2.

** Vide Socratem IV. 25. Sozom. III. 15. Ruſin. XI. 7. Hiſt. Theodoritum IV. 29. Tripartitam VIII. 8. Caſſiodorum c. 5. Inſt. divin. lit. Nicephorum IX. 17. & è recentioribus Tillemontium Tom. X. p. 387. ſeq. Porro illuſtre Didymus exemplum eſt ex iis qvi oculorum luce orbati magnam doctrinæ laudem obtinuere: qvales commemorantur alii nonnulli à Jacobo Gutherio in Tireſia ſive diatriba de cœcitatis & ſapientiæ conjunctione.

obiit † A. 396. decennio postqvam eum freqventarant Hieronymus & Rufinus, ne de Palladio & Ambrosio Alexandr. Evagrio, Isidoro innumerisqve aliis qvi ejus audiendi causa concurrerunt, jam memorem.

Didymi scripta qvæ exstant.

1. *Liber* insignis *de Spiritu S.* Græce qvidem intercidit, sed ab *Hieronymo* circa A. 386. Latine è Græco versus exstat ex illius versione inter Hieronymi opera, etiam in nova Jo. Marcianæi editione T. IV. præter auctoris & interpretis * mentem discerptus in libros III. Meminit Augustinus lib. 2. qvæst. in Exod. cap. 25. Niceph. IX. 17. Prodiit separatim primum Coloniæ A. 1531. 8. deinde Joanne à Fuchte curante, Helmstadii 1614. 8. Occurrit & in qvibusdam Bibliothecæ Patrum editionibus Paris. 1589. 1654. Plura hujus scripti loca illustrat Caspar Barthius in Adversariis. Analysin ejus summaqve capita vide si lubet apud Abrahamum Scultetum Tom. IV. medullæ Patrum pag. 428.

2. Cum eodem libro de Spiritu S. lucem viderunt primum, sed itidem Latine tantum Didymi *breves enarrationes in Epistolas Canonicas*, Coloniæ 1531. 8. fallitur enim præclarus Caveus, qvi à Canisio primum editas scribit. Exstant & in editionibus Patrum omnibus Paris. A. 1575. Tom. 6. A. 1589. 1644. 1654. Tom. 9. Colon. 1618. & Lugd. 1677. Tom. 4. Illas enarrationes ex Græco Latine vertendas curavit Cassiodorus ab *Epiphanio* Scholastico, ut ipse narrat cap. 8. de instit. divinarum literarum. *Sed cum de reliquis Canonicis Epistolis magna nos cogitatio fatigaret, subito nobis codex Didymi Græco stylo conscriptus in expositionem septem Canonicarum Epistolarum, Domino largiente, concessus est, qui ab Epiphanio viro disertissimo, Divinitate juvante translatus est.* Labbeus ** testatur se hasce

† Ita Sigebertus Gemblacensis, cum qvo non difficile fuerit conciliare Palladium, ex cujus sententia ad annum 399. Didymi obitum referendum colligit Tillemontius T. X. memor. p. 392. 796. Annos 85. ætatis Didymo tribuit Palladius cap. 4. Lausiacæ Historiæ.

* Cave credas viro Clariss. Eliæ du Pin, qvi ab Hieronymo in tres libros distinctum scribit, nam unum librum agnoscit Hieronymus in Catalogo c. 109. & lib. 2. in Rufin. & qvi Hieronymi versionem legit Ratramnus lib. 2. contra Græcos, cap. 5.

** T. I. de scriptoribus Eccles. pag. 230.

haſce Didymi enarrationes vidiſſe MStas in qvodam Codice antiqvo Cœnobii S. Mariæ montis DEi, una cum Clementis Alexandrini adumbrationibus in easdem Epiſtolas, qvarum & ibidem Caſſiodorus mentionem facit.

3. *Liber adverſus Manichæos* ſive major certe libri pars, nam integer non videtur ad nos perveniſſe, qvoniam in eo non reperiuntur hæc verba qvæ ex Didymo adverſus Manichæos laudat Damaſcenus in parallelis pag. 507. φιλεῖσι τὰ ἁμαρτήματα ἐκ πλήθες ὄχλων καὶ εὐθηνίας τῶν ἀναγκαίων τίκτεσθαι. Qvantum vero illius libri habemus, è Græco vertit *Franciſcus Turrianus*, è cujus verſione dedit Latine primus *Antonius Poſſevinus* in Apparatu S. ad calcem literæ D. Venet. 1603. Colon. 1608. fol. Deinde *Henr. Caniſius* Tomo V. Lectionum Antiqvarum Ingolſtad. 1604. 4. pag. 17. Hinc in Bibliothecis Patrum Colon. & Lugd. Tomo IV. Græce porro primus exhibuit cum nova verſione *Franciſcus Combefis* in parte ſecunda auctarii noviſſimi pag. 21-32. Pariſ. 1672. fol. Donaverat ipſi Græcum apographum ſuum ex Italia redux Emericus Bigotius. Anteqvam Græce prodiret, initium ex illo produxit Petrus Poſſinus ad S. Nili Epiſtolas pag. 342.

Scripta Didymi deperdita.

Συγγραφέα & ſacrorum expoſitorem ſcriptorum, qvi multos S. Scripturæ libros explicaverit, laudat Palladius in Lauſiaca (pag. 15. edit. Meurſii) & in vitis Patrum Roſvveidi pag. 751. Qvin in Heraclidis Paradiſo (in iisdem Vitis pag. 710.) legas Teſtamentum Vetus ac Novum ad verbum interpretatum eſſe, ſectas autem omnes tam ſubtiliter firmiterqve, expoſita ſuper ipſas ratione diſſeruiſſe, ut omnium ſcientiam veterum peritiamqve transiret. *Hujus aliquanti dicta*, inqvit Rufinus lib. XI. hiſt Eccleſ. cap. 7. *vel communiter diſputata vel proponentibus reſponſa, adhibitis notariis deſcripſere, quæ etiam nunc in magna admiratione habentur. Nos tamen qui & vivæ vocis ejus ex parte aliqua fuimus auditores, & ea quæ à nonnullis dicente eo deſcripta, legimus: longe majorem gratiam & divinum neſcio quid, ac ſupra humanam vocem ſonans, in illis magis ſermonibus qui de ore ipſius proferebantur, cognovimus.*

Εἰς τὸν Λωτ καὶ τὸν Δαβίδ. citat Jo. Damaſcenus in ſacris parallelis pag. 789. T. 2. Opp.

In Jobum commentarii. Hieron. cap. 109. Catalogi. Fragmenta plurima in Catena Patrum Græcorum ad Jobi librum.

Λόγοι εἰς τὸν Ἰώβ. Damaſcenus in parallel. pag. 789.

Commentarii in Pſalmos omnes. Hieron. cap. 109. Catalogi. Et Epiſt. 89. ad Auguſtin. Nicephorus IX. 17. Fragmenta bene multa in Catena ad Pſalmos Corderiana.

In Proverbia. Caſſiodorus cap. 5. Inſtitut. divin. lit. *in quo libro Didymum expoſitorem in Græca lingua reperimus, qui ab amico noſtro viro diſertiſſimo Epiphanio in Latinum ſermonem diligentiſsime, Domino juvante translatus eſt.* Ex hoc commentario fragmenta in Catena Patrum ad Proverbia, qvam Latine Theodorus Peltanus edidit, & in Catena Corderiana ad Lucæ VIII. 5.

In Eccleſiaſtem. Jo. Damaſcenus in ſacris parallelis pag. 685.

In Canticum Canticor. Catena à Meurſio edita pag. 19.

In Eſaiæ poſtrema à quadrageſimo usque capita, Tomi XVIII. Hieronymus prologo in Eſaiam. *Didymus cujus amicitiis nuper uſi ſumus, ab eo loco ubi ſcriptum eſt:* Conſolamini, Conſolamini populum meum, Sacerdotes, loqvimini ad cor Jeruſalem, *usque ad finem voluminis, decem & octo edidit tomos.* Meminit & cap. 109. Catalogi & Nicephorus IX. 17. citat Damaſcenus pluribus locis ſacr. parallel. pag. 307. 341. 677. 721. 781.

In Jeremiam citat Catena Ghisleriana Tom. 1. pag. 39. Tom. 2. pag. 704. 753.

In Hoſeam libri III. ad Hieronymum ſcripti, teſte ipſo Hieronymo cap. 109. de S. E. & apologia ultima in Rufin. p. 164. & proœm. in Hoſeam, & Zachariam. Citat Damaſcenus in parallelis pag. 778. Hieronymi verba ex proœmio in Hoſeam adſcribere placet: *Ante annos circiter viginti duos, quum eſſe Alexandriæ, vidi Didymum & eum frequenter audivi, virum ſui temporis eruditiſsimum, rogavique eum ut quod Origenes non fecerat, ipſe compleret, & ſcriberet in Oſee commentarios: qui tres libros me petente dictavit, quinque alios in Zachariam.*

In Zachariam libri V. Hieronymo rogante ſcripti. Id. proœmio in Zachariam: *Didymus quinque explanationum libros me rogante dictavit, quos cum aliis tribus in Oſee & mihi προσεφώνησεν. Sed tota eorum ἐξήγησις allegorica fuit, & Hiſtoriæ vix pauca tetigerunt.*

Etiam

Etiam in Michæam scripsisse Didymum tres libros, notat Tillemontius Tom.X. memor. pag.393. sed decepit eum corruptus proœmii Hieronymiani in Zachariam locus: *quos cum tribus aliis in Oseè & Michæa προσεφώνησεν*, pro: *& mihi προσεφώνησεν*, ut è MSS. Cod. recte Marcianæus restituit.

In Evangelium Matthæi, meminit Hieron. cap. 109. Catalogi & proœm. in Matthæum: Nicephorus IX. 17. Citat Damascenus pag. 676. parallel. In Catena edita ad Matthæum nusqvam, qvod miratus sum, Didymi nomen occurrit.

In Evangelium Johannis. Hieron. c 109. Catalogi. Nicephorus IX. 17. citat Damascenus pag. 754 & sæpius auctor Catenæ Patrum Græcorum editæ in Johannem.

In Epistolam ad Galatas, (vel certe in illum locum ubi Petri à Paulo reprehensi fit mentio) Hieron Epist. 89. ad Augustin.

In Epistolam ad Ephesios Commentarioli. Hieron. 1. in Rufin. & proœm. in Epist. ad Ephes.

In Epistolam ad Corinthios. Hieron. Epist. 31. ad Pammachium: *Origenes, Dionysius, Pierius, Eusebius Cæsarienses, Didymus, Apollinaris, latissime hanc Epistolam interpretati sunt.* Citat *Damascenus in parallelis* pag. 721.

Sectarum volumen. Didymus ipse libro de Spiritu S. Tom. IX. Opp. Hieron pag. 323. *Quod autem ab aliis capiatur Spiritus S. & non alia capiat, & nunc & in sectarum volumine prout potuimus expressimus.* Et pag. 328. *Hoc ipsum, quod subsistit Spiritus, Sapientiæ est, & natura ejus nihil est aliud nisi Spiritus veritatis & Spiritus Dei, de quibus jam abundanter in sectarum volumine disputavimus.* Memorat & Didymi adversus sectas opus Heraclides in paradiso c. 1. p. 710. Ab hoc non distinguendum *Dogmatum volumen* cujus meminit p. 332. *Ex quibus ostenditur esse Spiritum S. Creatorem, ut jam in dogmatum volumine breviter ostendimus.* Hic est *liber de dogmatibus* cujus & Hieronymus cap. 109. Catalogi mentionem facit. Et Theodoritus IV. 29. Hist. testatur eodem tempore Ephraimum Edessæ, & Alexandriæ Didymum κατὰ τῶν ἀντιπάλων τῆς ἀληθείας δογμάτων scripta composuisse. Sed qvæ Stobæus Eclog. Ethic. pag. 151. ex Didymo περὶ αἱρέσεως affert, petita sunt ex Didymi alterius * Ethnici scriptoris

 libro

* Incertum sitne hic Didymus Heraclidæ F. Grammaticus & Musicus Nerone clarus imperante, Svidæ memoratus, cujus libro περὶ τῆς διαφορᾶς τῶν Ἀριστοξενείων τε καὶ Πυθαγορείων usi Ptolemæus & Porphyrius, ut dixi supra, lib. 2. cap. 13.

libro περὶ φιλοσοφίας πυθαγορικῆς qvem laudat Clemens Alex. I. Strom. pag. 309. & cujus περὶ τῶν Πλάτωνι δοκούντων laudat Eusebius XI. 23. præparat. *Epitomen* Stobæus florileg. serm. 101. pag. 557. Vide Rev. Jo. Christophori Wolfii, noſtri è Collega Scholarchæ & Paſtoris ad D. Catharinæ digniſſimi diſſertationem qva Philoſophumena, qvæ ſub Origenis feruntur nomine, pro illo Didymi ſectarum volumine haberi non poſſe, neqve volumen dogmatum Didymi Alex. à ſectarum volumine diverſum eſſe diſputat adverſus Clariſſ. Virum Chriſtophorum Auguſtum Heumannum. Prodiit illa diſſertatio una cum ſecundis laudati Wolfii ad φιλοσοφουμένων ſcriptorem curis Hamburg. 1714. 8.

Contra Arianos libri II. Hieron. cap. 109. de S. E. Nicephorus IX. 17. Hiſt. Videtur reſpicere Didymus ipſe ſub extremum explanat. in 1. Johannis, Arianos perſtringens, *horum*, inqvit, *ſingula examinationem, ut fuit poſſibile, in aliis habuerunt.*

Περὶ τριάδος *de S. Trinitate libri III.* (incertum an iidem cum libris duobus contra Arianos, atqve ſimul cum illis computato libro de Spiritu S. vel ſectarum volumine.) Meminit Socrates IV. 25. qvi μέγιστον συνήγορον τῆς οἰκείας πίστεως habitum ab Eccleſia ſuæ ætatis Didymum eodem loco teſtatur.

Πρὸς Φιλόσοφον. Damaſcenus pag. 643. parallel.

Liber ad Ruſinum, quare moriantur infantes cum propter peccata, corpora acceperint. Hieronymus Apologia ultima ad Ruſin. pag. 164. *Extat liber Didymi ad te, quo ſciſcitanti tibi reſpondit, non eos multa peccaſſe, & ideo corporum carceres tantum eis tetigiſſe ſufficere. Magiſter meus & tuus eo tempore, quo tu ab eo iſta quærebas.*

De impari numero ſive ſeptenario. Hieron. Apologia pro libris adverſus Jovinianum.

Περὶ ἀσωμάτων. Damaſcen. pag. 780. parallel.

Ὑπομήματα εἰς τὰ περὶ ἀρχῶν Ὠριγένους, *in libros Origenis de Principiis commentaria* Apologetica, adverſus ejus adverſarios, qvos calumniari qvæ non intelligerent arguit, teſte Socrate IV. 25. His præcipue in ſe odium multorum & invectivas contraxit bonus Didymus: atqve propter hos Commentarios factum eſt ut etiam poſt fata ſit cum Origene & Evagrio proſcriptus non uno in Concilio. Vide illuſtriſſ. Cardinalis H. Noriſii diſſ. de Synodo qvinta, capite VII, ubi contra Halloiſium docet à qvinta Synodo gene-

generali utiqve fuisse damnatos Evagrium, Didymumqve A. 553. neqve in hoc errasse Concilium Lateranense sub Martino Papa A. 649. Synodumqve sextam in Trullo A. 680. & septimam 787. Nicænam, qvæ exemplum illud Concilii qvinti sunt secutæ. Argumenta Norisii labefactare non potuit Jo. Garnerius in diss. de eadem qvinta Synodo qvam Liberati breviario subjunxit. Hieronymus lib. 2. in Rufin. pag. 148. *Quid respondebis pro Didymo qui certe in Trinitate Catholicus est, cujus etiam nos de Spiritu S. librum in latinam linguam vertimus. Certe hic in his quæ ab hæreticis in Origenis operibus* (ex Rufini scilicet opinione) *addita sunt, & in ipsos περὶ ἀρχῶν quos tu interpretatus es libros breves dictavit commentariolos, quibus non negaret ab Origene scripta quæ scripta sunt, sed nos simplices homines non posse intelligere quæ dicuntur, & quo sensu in bonam partem accipi debeant, persuadere conatur, hoc duntaxat de Filio & Spiritu S. Cæterum in aliis dogmatibus & Eusebius & Didymus apertissime in Eusebii scita concedunt, & quod omnes Ecclesiæ reprobant, Catholice & pie dictum esse defendunt.* Idem Apologia postrema pag. 163. *In Didymo memoriam prædicamus, & super Trinitate, fidei puritatem. Sed in cæteris quæ Origeni male credidit, nos ab eo retrahimus. Magistrorum enim non vitia imitanda sunt, sed virtutes.* Adde pag. 159.

De Providentia & judicio DEi in hac vita, ne erremus, jussit Didymus * observare diligenter varietatem corporum rerumq; qvibus mundi decus constat, & rationes qvibus DEus, per aspera nos ad virtutem ducit ac sapientiam. *Τὰς περὶ προνοίας καὶ κρίσεως κατὰ σαυτὸν ἀεὶ γύμναζε λόγας, φησὶν ὁ μέγας καὶ γνωστικὸς διδάσκαλος Δίδυμος, καὶ τάτων τας ὕλας διὰ μνήμης φέρειν πειράθη. Καὶ τὰς μὲν περὶ κρίσεως λόγας ἐν τῇ διαφορᾷ τῶν σωμάτων καὶ κατὰ τὸν κόσμον εὑρήσεις. Τὰς δὲ περὶ προνοίας, ἐν τοῖς τρόποις τοῖς ἀπὸ κακίας καὶ ἀγνωσίας ἐπὶ τὴν ἀρετὴν ἢ ἐπὶ τὴν γνῶσιν ἡμᾶς ἐπανάγουσι. Sermones de providentia & de judicio DEi, assidua meditatione tecum ipse recole, ait magnus ille Doctor & Spiritali scientia instructus Didymus, eorumque sermonum materias fac in memoria circumferas. Omnes enim fere in his labuntur. Et sermones quidem ac rationes de judicio, in differentia corporum & in partibus mundi reperies. Sermones autem de providentia, in modis illis quibus à vitio & ignorantia ad virtutem & cognitionem ducimur, deprehendes.*

* Apud Socratem IV. Hist. c. 23. pag. 237.

Styli ſimplicitatem ſignificare, non vitium reprehendere voluit Hieronymus, qvando præf. ad librum Didymi de Spiritu S. ſcripſit: *Imperitus ſermone eſt, ſed non ſcientia, Apoſtolicum virum ex ipſo ſtylo exprimens tam ſenſus lumine, quam ſimplicitate verborum.*

DIODORUS ſive THEODORUS, è Monacho *Antiochenus* presbyter, à Meletio poſt Valentis mortem reverſo ab exilio conſtitutus A. C. 378. *Tarſi* Epiſcopus & metropolitanus Ciliciæ; * Non diu poſt interfuit Concilio Antiocheno ſub extremum anni 379., & CPolitano Oecumenico 381. ubi Nectarium ordinavit Epiſcopum. Maximam adverſus Ethnicos partiter & hæreticos conſtantiæ, Zeli & induſtriæ laudem meruit adhuc presbyter, nam Epiſcopatus ejus incidit in tempora Eccleſiæ pacatiora ſub Theodoſio M. Laudatus à S. Chryſoſtomo tum presbytero eſt, cum Antiochiam Diodorus Epiſcopus inviſiſſet circa A. 387. & Chryſoſtomum pro Concione laudaſſet. Chryſoſtomi in Diodorum hunc duplex Encomium apud Facundum IV. 2. è qvibus alterum Græce & Latine editum eſt ab Emerico Bigotio ad calcem Palladii de Chryſoſtomi vita Pariſ. 1680. 4. pag. 229-235. Exſtat & S. Epiphanii ad eum Epiſtola, qva librum de gemmis ipſi dicavit. Obiit *plenus dierum* ante A. 394. qvo ſucceſſor ejus Phalerius Synodo CPolitanæ ſubſcripſit, ac fortaſſe jam anno 392. deceſſerat, ut perſvaſum Tillemontio qvi de hoc Diodoro tradit accurate Tomo VIII. memor. Sunt interdum qvi confundunt cum aliis Diodoris ſive Theodoris, ut Diodoro Tyrio ** & Theodoro Mopſveſteno à qvibus eſt diligenter diſtingvendus. Sed nunc ſcripta ejus ſtrictim percenſere juvat.

1.) Libri VIII. ſive capita LIII. κατὰ εἱμαρμένης *contra fatum*, illudqve aſſerentes Aſtronomos atqve Aſtrologos & hæreticos Bardeſanem aliosqve. Ex hoc opere, qvod memorat & Theodorus Lector apud Svidam Διόδωρος, atq; Syriace ſupereſſe Hebed Jeſu auctor eſt, exſtant ampla excerpta apud Photium Cod. 223. Qvod autem in hoc opere ſcripſit Diodorus pag. 358. τὸ τῶν χαλδαίων γένος πρὸ τετρακοσίων ἐτῶν τὴν ἀρχὴν ἐσχηκέναι, ἀθρόον δὲ πᾶσαν λαβεῖν τὴν οἰκουμένην. *Chri-*

* Vide Domni Antiocheni Epiſtolam Synodicam in Diodori laudem, qvam ſervavit Facundus VIII. 5. Theodorum pro Diodoro vocat Photius Cod. 223. Facundus IV. 2. Diodorum Tarſenſem Theodori Mopſveſteni Magiſtrum à Neſtorianæ hæreſeos ἐγκλήματι defendere cupiens laudat Epiſtolam Athanaſii, verum qvæ non ad illum ſed ad Diodorum Tyrium ſcripta eſt.

** Vide Tillemont. Tom. 8. pag. 239. 561. 712. ſeq.

Christianos cepisse ante annos CCCC., *atque totam occupasse terram*, non præcise sed cum aliqva latitudine accipiendum.

2) Singulare opus *adversus Ethnicos* eorumqve Idola scripsisse colligit Tillemontius ex Juliani Imp. Epistola ad Photinum, cujus magnam partem Latine versam refert Facundus IV. 2. pag. 522. ubi inter alia de Diodoro qvem *Nazaræi magum* blaspheme appellat: *Iste enim malo communis utilitatis Athenas navigans & philosophans imprudenter, musicorum participatus est rationem, & rhetoris confectionibus odibilem adarmavit linguam adversus cœlestes DEos, usque adeo ignorans paganorum mysteria, omnemque miserabiliter imbibens, ut ajunt, degenerum & imperitorum ejus Theologorum piscatorum errorem.* Videtur hoc esse qvod Theodorus Lector apud Svidam memorat κατὰ Πλάτωνος περὶ Θεοῦ καὶ Θεῶν. Mirum autem qvod ignorantiam sæcularium literarum Diodoro objectat Hieronymus in catalogo cap. 119.

3.) *Adversus Photinum, Malchionem, Sabellium & Marcellum Ancyranum* de qvo Theodoritus lib. 2. de hæreticis fabulis cap. ult. κατὰ τῶν τεττάρων τούτων συνέγραψεν ὁ θεῖος Διόδωρος ὁ τῶν Κιλίκων ἰθύνας μητρόπολιν, Θεοῦ προοιμιον τὸν χριστὸν ἀποδείξας, ἐπ' ἐσχάτων τῶν ἡμερῶν ἀνανθρωπήσαντα, καὶ τὴν τῶν ἀνθρώπων πραγματευσάμενον σωτηρίαν. Scripta cætera Diodori Theodoro Lectori apud Svidam in Διόδωρος memorata sunt:

4.) Χρονικὸν διορθούμενον τὸ σφάλμα Εὐσεβίου τοῦ Παμφίλου περὶ τῶν χρόνων. *Chronicon, quo errata ab Eusebio in libro de temporibus admissa emendantur.*

5.) Περὶ τοῦ εἷς Θεὸς ὁν Τριάδι. *De eo quod sit unus DEus in Trinitate.* Adversus Arianos sive Eunomianos, adversus qvos Diodori opus exstare apud Syros testatus est Hebed JEsu in Catalog. scriptorum Chaldaicorum.

6.) Κατὰ Μελχισεδεκιτῶν, *contra Melchesedecitas* hæreticos, qvibus Theodotum Byz. & Hieracen secutis Melchisedech erat Spiritus S. Ex auctore prædestinati cap. 34. cognoscimus adversus Melchisedecitas scripsisse etiam *Dionysium* Hierosolymorum Episcopum, qvemadmodum eosdem oppugnatos à *Diadocho* Photices Episcopo constat ex Photii Cod. 200.

7.) Κατὰ Ἰουδαίων. *Contra Judæos.* Etiam hoc est inter ea Diodori scripta qvæ Syriace supersse Hebed JEsu scripsit.

8.) Περὶ νεκρῶν ἀναστάσεως. *De resurrectione mortuorum.*

9) Περὶ

9.) Περὶ ψυχῆς, κατὰ διαφόρων περὶ αὐτῆς αἱρέσεων. *De anima adversus varias de illa hæreticorum opiniones.*

10.) Πρὸς Γρατιανὸν, Κεφάλαια. *Capita ad Gratianum Imp.* Hujus Gratiani, Valentiniani & majoris Theodosii edictum qvo solos illos habere Ecclesias permittunt qvi communicant Nectario CPol. Timotheo Alex. Pelagio Laodiceæ & Diodoro Tarsi & totius Concilii (κοινῷ) sub Vicario Asiæ constituti, apud Facundum IV. 2.

11.) Περὶ σφαίρας καὶ τῶν ἑ ζωνῶν καὶ τῆς ἐναντίας τῶν ἀστέρων πορείας. *De sphæra & quinque Zonis & contrario astrorum motu.*

12.) Περὶ τῆς Ἱππάρχε σφαίρας. *De sphæra Hipparchi* Bithyni qvi ut ait Plinius II. 26. ausus rem etiam DEo improbam, annumerare posteris stellas ac sidera ad nomen expungere, organis excogitatis per qvæ singularum loca atqve magnitudines signaret.

13.) Περὶ προνοίας, *de Providentia.* Hic est qvem Syriace adhuc superesse Hebed JEsu scripsit Diodori *liber* qvem vocat *Politicorum.* Vide Rich. Simonis Epistolas selectas Gallice editas III. 19. pag. 111.

14.) Περὶ Φύσεως καὶ ὕλης, ἐν ᾧ τί τὸ δίκαιόν ἐστι. *De natura & materia, in quo scripto tractatur & de eo quod justum est.*

15.) Περὶ Θεῦ καὶ ὕλης Ἑλληνικῆς πεπλασμένης. (al. minus bene πεπλανημένης.) *De DEo, & falsa Græcorum materia.*

16.) Ὅτι αἱ ἀόρατοι Φύσεις οὐκ ἐκ τῶν στοιχείων, ἀλλ' ἐκ μηδενὸς μετὰ τῶν στοιχείων ἐδημιουργήθησαν. *Naturas invisibiles non ex elementis, sed una cum elementis ex nihilo factas esse.*

17.) Πρὸς Εὐφρόνιον Φιλόσοφον, κατὰ πεῦσιν καὶ ἀπόκρισιν. *Ad Euphronium Philosophum, per interrogationem & responsionem.* Nescio an hic sit liber ille scriptus à Diodoro adhuc presbytero, in qvo amœnitatem dialogorum Platonicorum desiderat S. Basilius Epistola 167. Meminit illius Epistolæ Basilii ad Diodorum etiam Facundus IV. 2. p. 513.

18.) Κατὰ Ἀριστοτέλες περὶ σώματος ἐφνίε. Πῶς θερμὸς ὁ ἥλιος. Κατὰ τῶν λεγόντων ζῶον τὸν ἐφανόν. *Contra Aristotelem de corpore cœlesti: & quomodo Sol sit calidus. Et contra eos qui Cœlum animal esse dicunt.*

19.) Περὶ τῦ, πῶς ἀεὶ μὲν ὁ δημιουργὸς, οὐκ ἀεὶ δὲ τὰ δημιουργήματα. *De eo quomodo opifex quidem semper, opera vero ejus non semper permaneant.*

20.) Πῶς

20.) Πῶς τὸ θέλειν καὶ τὸ μὴ θέλειν ἐπὶ Θεοῦ, ἀϊδίε ὄντος. *Quomodo velle & nolle ſit in DEo æterno.*

21.) Κατὰ Πορφυρίε, περὶ ζώων καὶ θυσιῶν. *Contra Porphyrium de animalibus & ſacrificiis.*

22.) Κατὰ Μανιχαίων. *Contra Manichæos* & Addæ Manichæi μόδιον, libri XXV. Phot. Cod. 85. Meminit & Diodori inter Manichæorum adverſarios Theodoretus lib. 1. hæretic. fab. capite ult. Atqve Diodori contra Manichæos opus ferri apud Syros, teſtatus eſt Hebed Jeſu.

23.) Περὶ τῦ ἁγίε Πνεύματος, διάφορα ἐπιχειρήματα. *De Spiritu S. varia argumenta*, Macedonianis, ut videtur oppoſita. In his Neſtorio præluſiſſe Diodorum notat Photius Cod. 102. qvi illa in eodem volumine legit, qvo Gelaſii Cæſarienſis liber contra Eunomianos comprehenſus ferebatur. Duos magnos viros Diodorum Tarſi & Theodorum Mopſveſtiæ Epiſcopum adverſus Arianos & *Macedonium* & Apollinarem pugnaſſe, teſtatur etiam Leontius de ſectis p. 448.

24.) Πρὸς τὰς συνεσιαςὰς *adverſus Synuſiaſtas*, qvem titulum & Diodori noſtri, & Theodori Mopſveſteni & Theodoti Antiocheni & Cyrilli Alex. adverſus Apollinariſtas ſcriptis fuiſſe præpoſitum notat Sirmondus ad Facundi VIII. 4. Tom. 2. Opp. pag. 655. Diodori ex *libro primo* contra Synuſiaſtas fragmenta leguntur apud Leontium Byz. lib. 3. contra Neſtor. & Eutychem Tom. 9. Bibl. Patrum edit Lugd. pag. 704. Vide & Garnerium ad Marium Mercatorem Tom. 2. pag. 317. 318. Ob hos libros, qvos adhuc habent Syri, ſi Catalogo Hebed Jeſu fides, videtur potiſſimum Diodorus male audiſſe poſt mortem * Neſtorianis ad eum provocantibus: unde Cyrillus Epiſt. ad Succenſum & Acacium eundem perſtrinxit, & ſingulari opere qvod hodie non extat, Diodori & Theodori loca oppugnanda ſibi ſum ſit, qvæ vicisſim tueri conatus eſt in alio opere itidem deperdito Theodoretus. Qvemadmodum Diodorum ac Theodorum ſtrenue defendit & multis Facundus. Cæterum licet ambos Diodorum Tarſenſem & Theodorum Mopſveſtenum condemnatos eſſe in Synodo qvinta, ſcribit Photius Cod. 18. tamen in Synodi Actis hoc non reperitur.

* Confer Liberatum cap. 10. & Leontium Byz. de ſectis pag. 448. ſeq. Tillemontium Tom. VIII. pag. 565. ſeq.

25.) *Adversus Contentiosum* nescio qvem, liber qvem apud Syros exstare Hebed Jesu auctor est, testatus præterea composuisse Diodorum libros sexaginta qvos combusserunt Ariani.

26.) Præcipuus Diodori labor fuit qvo *plerosque Sacræ Scripturæ libros* interpretando, imitatus est Eusebium Emesenum * atqve ipse præivit Joanni Chrysostomo atqve Theodoro Mopsvesteno ita ut sensum literalem & Historiam potius qvam ex recepto apud plerosqve alios illis temporibus more allegorias sectaretur, ψιλῷ τῷ γράμματι τῶν θείων προσέχων γραφῶν, τὰς θεωρίας αὐτῶν ἐκτρεπομένῳ, ut est apud Socratem VI. 3. sive ut Sozomenus VIII. 2. περὶ τὸ ῥητὸν τῶν ἱερῶν λόγων τὰς ἐξηγήσεις ποιήσας τὰς δὲ θεωρίας ἀποφεύγων. Speciatim memorantur ejus ἑρμηνεῖαι *in Pentateuchum*, Svid. in Διόδωρος ex Theodoro Lectore.

In Psalmos. id.

In IV. Regnorum libros.

Εἰς τὰ ζητούμενα τῶν παραλειπομένων.

In Proverbia, cui addidit dissertationem *de differentia theoriæ atque allegoriæ* sive sensus mystici ab allegorico atq; morali. Τίς διαφορὰ θεωρίας καὶ ἀλληγορίας. Svid.

In Ecclesiastem

In Canticum Canticorum.

In Prophetas.

In quatuor Evangelia.

In Acta Apostolorum. Idem Svidas.

In Apostolum commentarii. Hieron. cap. 119. de scriptoribus Eccles.

In primam Epistolam Johannis. Svid in Διόδ.

Fragmenta horum commentariorum freqventia in Græcorum Patrum ad libros sacros catenis, in qvibus Diodori nomen freqventissimum est, sed & cum Theodori Mopsvesteni haud raro confunditur nomine.

Diodori & Theodori Mopsvest. scripta Nestorianis curantibus in Armenorum, Persarum & Syrorum lingvam conversa fuisse auctor est Liberatus cap. 10. breviarii.

Antiphonarum in Ecclesia usum ad Diodorum & Flavianum Antiochenum velut auctores refert Theodoritus lib. 2. Hist. cap. 24. de

* Hieron. c. 119. de Scriptor. Eccles.

de qvo consule Jo. Bonam de divina Psalmodia cap. XVI. §. 10. pag. 513.

Inter eos qvorum *Liturgiæ* apud Orientales feruntur, Diodorus qvoqve numeratur ab Abrahamo Ecchellensi ad Catalogum Hebed Jesu pag. 134. Confer Jo. Bonam rerum Liturg. lib. 1. cap. 9. Videtur tamen non Diodorus Tarsensis sed Theodorus Mopsvestenus intelligi. Illas Liturgias è Græco conversas Syriace habent Maronitæ, voluitqve illas edere qvi Latine se vertisse testatur Rich. Simon. Tom. 2. Bibl. selectæ pag. 173. Novissime has Liturgias Latine vulgavit ex versione sua V. C. Eusebius Renaudotus, in Volumine posteriore Collectionis Liturgiarum Orientalium Paris. 1716. 4. ubi inter alius Theodori Mopsvesteni qvoqve Liturgia legitur.

Pelagii perinde ut Nestorii præcursorem fuisse Diodorum Christianus Lupus in diss. ad Synodum Ephesinam cap. 1. non dubitat, sed liber adversus dogma de peccato originis lectus à Photio Cod. 177. qvo potissimum argumento Lupus utitur, non Diodori Tarsensis est sed Theodori Mopsvesteni, ut notavit Rigberius sive Gerberonius in notis ad Marium Mercatorem pag. 102.

In extremo judicio solum justos è vivis immutandos statuit, vide Elmenhorstii notas ad Gennadium de Eccles. dogmatibus cap. 8.

ESAIAS qvem male Archi Episcopum facit Corderius Catena ad Lucam pag. 473. inter Monachos celebratur à Palladio in Lausiaca cap. 15. sq. Ejus *capitula XIX. Ascetica* Græce & Latine vulgavit Petrus Possinus in thesauro Ascetico Paris. 1684. 4. *Præcepta LXVIII. pro tironibus*, Latine, Lucas Holstenius in Codice regularum Rom. 1661. 4. *Sermones XXIX.* ex Codice qvem Antonius Gibertus pervetustis characteribus scriptum ipsi commodavit, interpretatus est Petrus Franciscus Zinus Veronensis, inscriptosqve Petro Contareno, Paphi Episcopo Latine vulgavit Venet. 1574. 8. una cum scriptis de eodem argumento SS. Ephraimi, Nili & Marci Eremitæ. Inde recusi in Bibliothecis Patrum Latine, nam Græce nec dum viderunt lucem qvod sciam.

EVAGRIUS ab Iboris * Ponticus Hyperiborita qvem ſacras literas docuit Diaconumqve ** CPoli A. 381. Greg. Nazianzenus ordinavit, (non confundendus cum Evagrio presbytero circa idem tempus Antiocheno, à qvo vitam B. Antonii qvam Athanaſius ſcripſit Latine verſam teſtatur Hieronymus cap. 125. de Scriptor. Eccleſ. & ſub cujus nomine ſæpius illa verſio lucem vidit ut dixi lib. V. cap 1. pag. 303. confer Roſvveidum ad vitas Patrum Tom. 1. pag. 20. & Tillemontium Tom. 12. memoriar. pag. 14.) poſtea luſtratis Hieroſolymis cum eodem Nazianzeno adiit Ægyptum & Macarii utriusqve fuit diſcipulus, nec minore ſanctitatis (niſi qvod Origenis favore † male audiit) & doctrinæ gloria in Scetenſis Nitriæ Monaſterio per plurus annos vixit, plura etiam Aſcetica ſcripſit, ut veteribus memorantur:

1. Μοναχὸς ἢ περὶ πρακτικῆς. *Monachus ſive de vita practica.* Socrat. IV. 23. Svid. in Μακαρίῳ Palladius cap. 86. Nicephorus XI. 42. qvi c. 43. plura ex illo libro adducit. Hic eſt *liber centum ſententiarum* pro Anachoretis per capitula digeſtus, qvem *olim* (à Rufino ut opinor) *translatum quia vitiatum & per tempus confuſum vidit, partim reinterpretando partim emendando, auctoris ſe veritati reſtituiſſe* ait Gennadius cap. 11. de S. E. Hunc Evagrii libellum una cum Epiſtola ejusdem ad *Anatolium* Græce & Latine vulgavit Cotelerius Pariſ. 1686. 4. Tom. 3. monument. Græc. pag. 68-102. ſubjunctis aliis capitibus XI. qvæ inſcribuntur: τῶν κατὰ μοναχῶν τὰ οἰκεῖα καὶ καθ' ἡσυχίαντέτων παραθέσις. Rerum Monachalium rationes, earumqve juxta qvietem appoſitio p. 103-115.

2. Γνωστικὸς ἢ περὶ τῶν καταξιωθέντων γνώσεως *Gnoſticus, ſive de iis qui ſcientiam conſequi meruerunt.* Socrat. IV. 23. & Svid. Niceph. Hic eſt *liber quinquaginta ſententiarum* pro eruditis ac ſtudioſis, qvem idem Gennadius primum ſe Latinum feciſſe teſtatur. Citat S. Maximus in cap. 7. Dionyſii Areopag. de cœleſti Hierarchia & ex illo videntur eſſe Cotelerio qvæ velut è practico Evagrii affert

* Vide Cotelerium Tom. 3. monument. pag. 543.

** Ita Socratis IV. 23. At Sozomenus VI. 30. & Nicephorus XI. 42. ſcribit eum Gregorii illius fuiſſe Archidiaconum: Lectorem vero Cæſareæ à S. Baſilio & Diaconum à Greg. Nyſſeno ordinatum tradit Palladius Lauſiaca Hiſt. cap. 86.

† Condemnatus cum Origene in qvinta Synod. A. 553. & in Lateranenſi A. 649.

affert Socrates III. 7. Hist. Hunc Evagrii libellum videtur inter S. Nili opera Græce & Latine Svaresius vulgasse sub capitum gnosticorum titulo.

3. Ἀντιῤῥητικὸν *Antirrheticus* contra tentatores dæmones, in octo partes divisus secundum numerum *octo vitiosarum cogitationum.* Socrat. Niceph. & Svidas. Palladius cap. 86. Lausiac. ubi male *tres libri* pro *octo*, ut rectius Gennadius, qvi jussum se ait eundem eadem simplicitate qva in Græco invenerit Latine transtulisse. Hujus scripti compendium Latine in Bibliothecis Patrum prodiit atqve inter Jo. Damasceni opera: & Græce ac Latine vulgatum est ab Emerico Bigotio ad calcem Palladii de vita S. Chrysostomi Paris. 1680. 4. p. 349-355.

4. Προγνωστικὰ προβλήματα *Prognostica Problemata DC.* Socrat. & Svid. S. Maximus ad Dionys. Tom. 1 p. 94. & 395.

5. Στιχηρὰ *Sententiarum Libri II.* alter ad Monachos συνοδίτας † atqve in Cœnobiis degentes, alter ad Virginem. Socrat. Svid. Niceph. locis laudatis. Hieron. ad Ctesiphontem adversus Pelag. de Evagrio: *scribit ad virgines, scribit ad Monachos.* Gennadius: *composuit & cœnobitis & synoditis doctrinam aptam vitæ communis, & ad virgines DEo sacratas libellum competentem religioni & sexui.* Palladii Codices non memorant στιχηρὰ sed ἱερὰ, pro qvo in Heraclidis paradiso ἱερέα, utrumqve vitiose, ut est verisimile. Στιχηρὰ ista exstant ex Gennadii versione Latine in Holstenii appendice Regularum Rom. 1661. 4. pag. 34. atqve in Bibl. Patrum edit. Lugd. 1677. Tom. 27. pag. 469-471.

6. *Edidit & paucas sententiolas valde obscuras, & ut ipse in his ait, solis Monachorum cordibus cognoscibiles, quas similiter ego Latinis edidi.* Gennad.

7. Hieronymus ad Ctesiphontem contra Pelagium, de Evagrio: *scribit ad eam, cujus nomen nigredinis testatur perfidiæ tenebras: edidit librum & sententias* περὶ ἀπαθείας *quam nos impassibilitatem vel imperturbationem possumus dicere - - Hujus libros per Orientem Græcos, & interpretante discipulo ejus Rufino Latinos plerique in Occidente lectitant.*

† Synoditæ Monachi qvi non solitarii sed cum aliis eadem domo vel eremo simul degebant. Vide Clariss. Muratorii anecdota Græca pag. 48.

Svidas in Ἐυάγριος ait eum scripsisse ὑπόμνημα εἰς τὰς παροιμίας Σολομῶντος. Qvod viri docti * nihil esse volunt aliud qvam στιχηρὰ illa supra memorata & imitatione Proverbiorum Salomonis ab Evagrio scripta, qvæ & ipsa libris στιχηροῖς sive per commata ac στίχας scriptis annumerant. Cæterum in Catenis ad Proverbia, tam Peltaniana qvæ lucem vidit, qvam MStis qvæ in Bibl. Coisliniana aliqve Bibliothecis asservantur, Evagrius subinde allegatur. Hujus, non Evagrii ut Corderius putavit Scholastici videntur esse Combesisio qvæ in Catena ad X. Lucæ leguntur *de eo qui incidit in latrones*, & in Lucæ XIX. *de minarum distributione.* Citatur & Evagrius noster in Catenis aliis passim tam editis qvam MSS.

Scholion Evagrii *de* ΠΙΠΙ sive *tetragrammato DEi nomine* edidit Græce & Latine Cotelerius Tom. 3. monument. pag. 116. 117.

Sermonem dogmaticum de S. Trinitate, ad eos qui Monasticam vitam degunt in patria, dum esset CPoli cum S. Gregorio Naz. compositum edidit Græce & Latine Josephus Maria Svaresius inter S. Nili opuscula Rom. 1673. fol. p. 358. testatus Nili & Evagrii scripta sic permisceri in Codd. MSS. ut vix ac ne vix qvidem discerni qveant. Idem confirmans Cotelerius ad Tom. 3. monument Ecclesiæ Græcæ pag. 544. *Evagrium Monachum constat quidem multa scripsisse, eorumque quædam cum fragmenta & citationes habemus in Codice Regularum, in Patrum Vitis & Apophthegmatibus, in Catenis, in libris excerptorum, in thesauro ascetico & in scholiis ad Climacum, nec non apud Palladium, Socratem, Climacum, Dorotheum, Maximum & Nicephorum, itemque in Damasceno Billii & Palladio Bigotiano: sed difficultatem parit non mediocrem, quod fuse probatum est à doctis, & sæpe apparet, etiam in marginibus nostris, nempe eadem cum in libris impressis, tum in exemplaribus manu exaratis modo Evagrio, modo Nilo assignari.*

EUSEBIUS Emesenus Episcopus A. C. 360. defunctus, de qvo dictis à me lib. V. cap. 4. pag. 107. seq. adde qvod ab eo diversus est Eusebius Emesenus cognomento Pittacas, jussu Galli Imp. interfectus A. 354. qvem concitatum oratorem vocat Ammianus Marcellinus XIV. 7.

EUSTOCHIUS EUDOXIUS, STAGIRUS, PRONOUS, PHOTIUS Sophistæ clari amicitia & Epistolis Gregorii Nazianzeni, qvi Eustochii invidiam & ambitionem Sophisticam graviter perstringit Epist. 61. (55.) Ad hunc Eustochium Cappa-

* Vide Casimirum Oudinum supplemento de S. E. pag. 49.

padocem Epistola Juliani Imp. 20. & duæ vel tres Libanii. Teste Svida scripsit τὰ κατὰ τὸν Κώνσταντα τὸν βασιλέα (ita legendum) καὶ ἀρχαιολογίαν Καππαδοκίας καὶ λοιπῶν Ἐθνῶν, *Cappadociæ & reliquarum gentium Antiquitates & res gestas ab Imperatore Constante.* Vide Cangii notas ad Zonaram pag. 31. ex Eudociæ ioniis MSS. Hunc Eustochium citari à Stephano Byz. in παντικάπαιον assentior Clariss. Kustero.

EUTHALIUS Episcopus Sulcensis * à Turriano æqvalis existimatus magni Athanasii, à Clariss. Caveo refertur ad A. C. 396. qvod ipse prologo ad Epistolas Pauli Apostoli innuat se scripsisse *Arcadio quartum & Honorio tertium COSS.* Sed illa verba non Euthalii sunt, verum auctoris antiqvioris è qvo memoriam Martyrii S. Pauli Apostoli ibi repetit, & qvi illius Epistolas ante Euthalium diviserat in capitula. Itaq; mox deinde subjungit: ἀπὸ τῆς ὑπατίας τετάρτης μὲν Ἀρκαδίου, τρίτης δὲ Ὁνωρίου μέχρι τῆς παρούσης ταύτης ὑπατίας πρώτης Λεόντος Αὐγούστου, Ἰνδικτιῶνος δωδεκάτης Ἐπιφὶ ε, Διοκλητιανοῦ ροδ, ἔτη ξγ'. *à Consulatu quarto Arcadii, tertioque Honorii usque ad præsentem hunc Consulatum primum Leonis Augusti, Indictione XII. Epiphi mensis die V. Diocletiani vero annum CLXXIV. sunt anni LXIII.* Unde conficitur Euthalium hæc scripsisse A. C. 458. nam apud Clariss. Zaccagnium in notis p. 536. calami errore male excusum *quingentesimo* pro *quadringentesimo quinquagesimo octavo.* Hic *Pauli* qvidem *Epistolas* ** cum Diaconi adhuc munere fungeretur νέος χεῖρον καὶ μαθημάτων: *Actus* vero *Apostolorum* & *Catholicas Epistolas* Episcopalem dignitatem jam adeptus, Lectionibus capitulis ac versiculis distinxit (secutus pium qvendam Patrem qvi Pauli Epistolas in capita ut jam dixi circa A. C. 396. digesserat) argumentis præterea, (nisi & illa ab alio antiqviore sunt) capitulorum indi-

* Σέλκης Ἐπίσκοπος appellatur in Codice Vaticano & illo qvem laudat Turrianus præf. ad Constitutiones Apostol. Sed incertum ubi illa urbs fuerit. Vide Zaccagini præf. p. LXIV.

** Ἀποστολικῆς βίβλου versibus distinctæ meminit Hesychius Hierosol præf. ad χειρὸν duodecim Prophetarum, ubi ad Euthalium respicere videtur Rich. Simonio qvi illum sed sine nomine auctoris MS. evolvit in Bibl. Regis Christianissimi, Epist. Criticis Gallice editis Basil. 1699. 12. p. 78. seq. & Clariss. Zaccagnio qvem vide præf. ad vetera monumenta pag. LXVII. & in Opere ipso pag. 402. Idem observat Euthalii divisiones librorum sacrorum freqventi in usu apud Græcos Christianos fuisse, idqve plurimis Codicibus MSS. confirmari, qvibus fere omnibus habentur capitula ab Euthalio excogitata,

indicibus, atqve catalogis auctoritatum Scripturæ, qvæ in ipsis laudantur, illustravit. Misit illa deinde ex Codicibus Bibliothecæ Cæsareensis accurate recensita ad *Athanasium* Alexandrinum, non primum illum & magnum, sed alterum juniorem qvi A.C.450. Alexandrinæ Ecclesiæ Episcopatum obtinuit & Petro Moggo successit. Horum omnium partem primus edidit Franciscus Cardinalis Ximenius in celeberrima Complutensium Bibliorum editione A.1514. Etiam Erasmus jam in prima editione Novi Test. A.1516. qvæ mihi ad manus est, atqve deinde in cæteris, argumenta Epistolarum Pauli & septem Catholicarum edidit. Hinc cum commentariis Oecumenii Græce vulgatis curante Giberto Episcopo Veronæ 1532. fol. plura etiam Euthalii excusa sunt, & in luculenta editione Novi Test. Græca qvam dedit H. Stephanus Paris. 1550. fol. Prologum in Pauli Epistolas integrum primus publicavit è Berneggeri Codice Græce in sua Novi Test. editione Jo. Henricus Boclerus Argenrorat. 1660. 12. unde sæpius recusus est in variis Novi fœderis editionibus ut Curcelleana altera, etiam nuper in præclara Milliana, & in Criticis sacris Anglis Francofurti & in Belgio recusis Tomo VII. Berneggeri Codex à Bœclero Reginæ Christinæ oblatus, & ab Alexandro VIII. Pontifice Vaticanæ Bibl. illatus est. Deniqve universas Euthalii qvas supra memoravi lucubrationes ex Codd. Vaticanis accurate descripsit & cum latina versione sua notisqve ac prolegomenis eruditis vulgavit doctissimus ac præstantissimus Vir Laurentius Zaccagnius in Collectaneis monumentorum Veterum Ecclesiæ Græcæ. Rom. 1698. 4. Inter legendum duo mihi digna visa sunt animadversione. Pag. 407. verbis: ἢ οὖν πάλιν σοφῶν γε ὁ πανάριστος βιωφελῶς τῇ μελέτῃ τὸ πᾶν ἀνέθηκεν, non respicitur David Rex, sed Cleobulus Lindius, cujus notum apophthegma, μελέτη τὸ πᾶν. Pag. 523. de Epistola ad Romanos: διὸ πρώτην τέτακται διὰ δὴ πρὸς ἀρχὴν ἔχοντας εἰς θεοσέβειαν γραφεῖσα. *Propterea primum locum habet, utpote quæ ad eos qui prima principia pietatis tenebant, scripta fuerit.* Ita reddendus hic locus, non *qui pietatis principatum tenebant.* Nam ut pag. 528. docet Euthalius, putat Epistolas Pauli collocatas κατὰ προσάυξησιν profectuum eorum ad qvos ille scripsit, ut à minus perfectis incipiens ad perfectiores progrediatur.

Dubitari potest, inqvit idem vir dignissimus laude in præf. pag. LXX. an Euthalius præter horum novi Fœderis librorum distinctiones, commentarium aliqvod in Apostolorum Acta conscripserit.

Fran-

Franciscus enim Turrianus in præfatione ad Constitutiones Apostolicas pag. 17. Euthalium commentar. in Acta Apostolorum scripsisse, ejusq; eruditissimum in ea ipsa Acta prologum extare tradit, in qvo sic se Acta expositurum pollicetur, ut multis in locis τῶν ἀποστολικῶν διατάξεων, hoc est, Apostolicarum constitutionum mentionem faciat, qvas, inqvit, ἥ τε πρὸς τὰς ἐναντίους, ἥ τε πρὸς τὰς οἰκείας πεποίηνται, *quas sive contra adversarios, sive etiam ad fidelium usum fecerunt.* Holstenius qvoq; Vir Doctissimus in Observationibus ad Stephanum de Urbibus, verbo Ἀττάλεια, Euthalii Diaconi in Acta Apostolorum commentaria laudare videtur. Attaliam enim urbem notat ab Euthalio Diacono, aliisqve juxta D. Lucam in Actis c. XIV. Ver. XXIV. Pamphyliæ assignari. Præterea Lambecius lib. III. Bibliothecæ Cæsareæ testatur, in ejusdem Bibliothecæ codice Theologico XLVI. extare Catenam Patrum in Pauli Epistolam ad Romanos, in qva cum aliis Patrum expositionibus, Euthalii fragmenta qvædam fol. 4. & 5. continentur. Guilielmus deniqve Cave in Ecclesiasticorum Scriptorum Historiâ literariâ, ubi de Euthalio agit, ipsum in Apostolorum Acta, & in Lucæ Evangelium Commentaria, qvæ alicubi latent, scripsisse tradit. Et sane qvæ ex Euthalii in Acta Apostolorum commentariis laudant Turrianus, atqve Holstenius, in prologis, & capitulis, nunc primum à nobis editis, non reperiuntur: codices tamen, qvibus ipsi usi fuisse videntur, adhuc invenire non potui, licet eos in Urbanis Bibliothecis diu multumqve qvæsierim. Qvod autem Euthalii fragmentum in Catena Patrum in Pauli Epistolam ad Romanos extare, ait Lambecius, fieri potest, ut ex prologo in epistolas Pauli desumptum fuerit. Sed in vetustissimis Vaticanæ Bibliothecæ codicibus, qvi variorum continent commentaria in Pauli epistolas, nullum Euthalii operum fragmentum apparet, multumq; vereor ne ista commentaria in Lucæ Evangelium perperam à qvibusdam Euthalio tribuantur. *Hactenus Zaccagnius, V. C.*

Alius ut videtur Euthalius, qvi primarius Alexandrinus Diaconus interfuit Concilio Chalcedonensi A. C. 451. Alius Euthalius Monachus Rhodius S. Basilii, qvem circa A. 1300. Concordantias Græcas in S. Scripturam composuisse, sed nunqvam editas, narrat Sixtus Senensis.

FLAVIANUS Episcopus Antiochenus ab A. C. 381. ad 403. ex cujus Homilia in Joannem Baptistam & in illud, *Spiritus Domini super me*, fragmenta exhibet Theodoritus dialogo 1. & 2. Epistolam ad Osroënos Episcopos & alteram ad Episcopum qvendam Armenium laudat Photius Cod. 52. Orationem pro Antiochenis qva Theodosii adversus seditiosos illos iram sedavit, Chrysostomus Orat. 20. ad pop. Antiochen. Confer Petri Francii Orationem XXXIV. & Tillemontium T. V. Hist. Imperator. p. 592. seq.

Alius Flavianus Episcopus CPol. ab A. C. 446. ad 449. ad qvem extant Leonis M. Epistolæ. Hujus Flaviani Epistolam ad eundem Leonem Græce & Latine vulgavit Cotelerius Tom. 1. monument. pag. 50. & Baluzius in nova Concilior. collectione pag. 1373. Incipit: *εὐσεβείας καὶ τῆ ὀρθοτομεῖσθαι.* Alia legitur ante Acta Concilii Chalcedonensis, & incipit: *ὠδὲν ἴσησιν ἄρα τὴν τῆ διαβόλε πονηρίαν.* Ibidem exstat fides qvam Imp. Theodosio Flavianus obtulit. Confer Paschasii Qvesnelli notas ad Leonem M. speciatim dissertationem VIII. qvæ est de caussa hujus Flaviani.

GELASIUS Cæsareæ Palæstinæ post Evzoium Episcopus (supra pag 340.) circa A. 367. à Cyrillo Hierosol. avunculo constitutus, concilio CPol. interfuit A. 381. anno 394. defunctus. Ejus *expositio* * *Symboli* laudatur à Leontio lib. 1. contra Nestorium & Eutychen: *Homilia in Epiphania*, à Theodorito dialogo 2. *Practica στοιχείωσις secundum Ecclesiam*, ex cujus libro 2. fragmentum in c. 15. collectionis testimoniorum qvam sub Damasceni nomine in Codice Claromontano evolvit Labbeus. *Et Liber contra Anomœos* à Photio Cod. 102. Nam *λόγοι γ' ἱστορίας Ἐκκλησιαστικῆς, libri III. Historiæ Ecclesiasticæ* & *τὰ μετὰ τὴν Ἐκκλησιαστικὴν ἱστορίαν Εὐσεβίε τῆ Παμφίλε* sive *continuatio Historiæ Ecclesiasticæ Eusebii*, qvæ memorat Cod. 89. nihil aliud sunt qvam libri Historiæ Concilii Nicæni qvi exstant & de qvibus mox dicam in Gelasio Cyziceno. In illis pag. 6. alterius Gelasii fit mentio: *ὅγε μὴν Ῥεφῖνος ἤγειρε Γελάσιος τάυτα λέγει ὧδε.* Qvod autem dicto loco Photius ait alibi se legisse, qvod Gelasius Cæsareensis Histo-

* Hanc intellige Gelasii expositionem *μαθήματος*, ex qva fragmenta qvædam asserri in Collectione Græca MS. testimoniorum sub nomine Jo. Damasceni in Cod. Claromontano cap. 4. notavit Caveus ex Labbei conspectu Operum Damasceni p. 49. Μάθημα pro Symbolo, obvium apud veteres Christianos scriptores. Vide thesaurum Sviceri.

Hiſtoram Rufini Græce verterit à Cyrillo Hieroſol. adjutus, hoc temporis ratio qvi patitur, cum Rufinus hiſtoriam ſuam circa A. 400. Chromatio inſcripſerit, & Gelaſius A. 394. Cyrillus A. 386. ſit extinctus? Confer Tillemontium Tom. VIII. memor.

Alius Gelaſius auctor libri *de duabus Naturis* contra Eutychem & Neſtorium, atqve ut Fulgentii & Joannis II. Papæ, nec non Gennadii, aliorumqve auctoritate conſtat, Gelaſius Papa qvi Romæ Epiſcopus fuit ab A. 492. ad 496. *Quisquis ille eſt*, inqvit Petavius T. 4. dogm. Theol. de incarnatione Verbi II. 3. pag. 122. *Latine profecto ſcripſit & quidem terſe ac diſerte, in quo minime eſt audiendus Melchior Canus* (VI. 8. Locor. Commun. ad 9. argum.) *qui propterea negat ſe Gelaſio Cæſarienſi opus illud tribuere quod purum & politum ſermonem dicit eum Hieronymus habuiſſe, qualem in hoc libello non agnoſco.* Niſi, inqvit, bono & eleganti auctori contigit malus & impurus interpres. *Mirum ita pronunciaſſe de Gelaſio iſto, qui utrumque illum legiſſet. Nam commode ſane & pure loquitur, ut Eccleſiaſtico Scriptori & quidem ſæculi iſtius convenit.* Confer eundem Petavium III. 2. 2. & Forbeſium XI. 16. inſtruct. Hiſtorico Theol. Doctiſſimo Caveo non aſſentior, qvi poſt Voſſium aliosqve hunc librum Græce verſum putat memorari à Photio Cod 102. ubi laudat Gelaſii Cæſareenſis μονόβιβλον adverſus Anomoeos.

Alius Gelaſius, Presbyteri *Cyzicēni* filius, qvi teſtatur ad ſe perveniſſe Acta Synodi Nicænæ ἐν βίβλῳ ἀρχαιοτάτῃ ἐγγεγραμμένα ἐν μεμβράναις *in Codice antiquiſſimo ſcripta in membranis*, qvæ antea fuerint *Dalmatii* Archi Epiſcopi Cyziceni. Nihilominus tamen non hæc qvalia in illo Codice repetit Acta vulgaſſe ſe integra ſolaqve, ſed ex ſcriptis etiam Euſebii ac Rufini (qvem tamen falſo ſcribit Concilio Nicæno interfuiſſe) aliorumqve collecta in tres libros ſive τρία συντάγματα * digeſſiſſe ſe profitetur, pag. 2. *Cujus Synodi Acta omnia, τὰ πεπραγμένα πάντα, cum ut ſupra dixi cognoviſſem prius & perquiſiviſſem, vix tamen invenire poteram quæ illis tractata & conſcripta ſunt, apud plures viros literarum ſtudioſos, tam aperte expreſſa, quam apud Joannem quendam Ἰωάννῃ μέν τινι πρεσβυτέρῳ ἀνδρὶ παλαιῷ ἄγαν γραφικῷ ἐν τετραδίοις παλαιοῖς λίαν presbyterum virum ſenem & ſcribendi admodum peritum in quaternionibus valde antiquis: neque tamen omnia inde habui, ſed ex aliis etiam ſcriptoribus variis, ut ex Euſebio Pamphili, Epiſcopo Cæſareæ & Ru-*

* Tertii συντάγματις meminit pag. 54. edit. Commelinianæ.

fino presbytero Romano, τῶν καὶ τῇ ἁγίᾳ ἐκείνῃ κοινωνησάντων συνόδῳ, qui etiam ſanctæ illi Synodo interfuerunt, aliisque plurimis. Neque vero totius harmoniæ conſequentiam inveni in ſacro illo Codice, in quem, ut ſupra dixi, prius incideram. Solus admirandus Euſebius ἀτρεπτὶ τῇ λεωφόρῳ τῆς ἀληθείας conſtanter publicam veritatis viam ab adventu Domini usque ad magni Conſtantini tempora ingreſſus eſt. Sed neque omnia invenire potui, attamen quæ nota mihi & veritati conſentanea in libro quem antea legeram reperi, collecta ex utrisque neceſſarium exiſtimavi in hunc librum deſcripta conferre ad communem utilitatem, confirmationemque eorum qui in hæc inciderint. Tertius liber † non integer videtur ad nos perveniſſe, nam & brevior eſt cæteris, unaqve & altera Conſtantini Epiſtola abſolvitur, & nihil habet de baptiſmo Conſtantini M. qvod tamen in eo legiſſe ſe Photius profitetur Cod. 89. ubi hoc opus qvemadmodum & Cod. 88. refert ad Gelaſium Cæſareenſem, duos vel tres Gelaſios Cæſareenſes Epiſcopos reperiſſe ſe teſtatus: cum id Codice XV. ejusdem Bibliothecæ laudetur ſub ſimplici nomine Gelaſii: *πραχθικὸν τῆς πρώτης συνόδου ἐν τρισὶ τόμοις. Γελασίου δὲ ἔφερε τὸ βιβλίον ἐπιγραφήν.* Neqve Cæſareæ neqve Cyzici ſed in Bithynia * ſcripſiſſe ſe poſt A. C. 475. teſtatur auctor ipſe in præf. his verbis *μετὰ δὲ καιρός τινας Φθάσαν ἐνταῦθα, τῇ τῶν Βιθυνῶν ἐπαρχίᾳ λέγω, κατ' εὐδοκίαν Θεοῦ, non multo tempore poſt, cum huc, in provinciam dico Bithynorum, volente DEo perveniſſem, & commotio atque inquiſitio plurima fieret ſub impii Baſiliſci tyrannide adverſus Catholicam & Apoſtolicam DEi Eccleſiam, & fidem Apoſtolicam in ea conſtitutam, ſuccendente potiſſimum atq; commovente Imperatoris aulam eorum factione qui hæretico Eutychi conſentiebant, qui nobis ſubdole proponebant, ut fidem Patrum, Nicænam inquam, retineremus. Sed convincebantur à nobis illius fidei hoſtes &c.* Prodiit primum hoc opus cum Rob. Balforei Scoti verſione Pariſ. 1599. 8. adjunctum habens librum Theodori in Rhaitenſi monaſterio presbyteri, qvem utraqve lingua ante Balforeum vulgaverat Beza. Hinc cum Actis Synodi Epheſinæ & Synopſi Synodorum Oecumenicarum apud Commelin. 1604. fol. Poſtea in editione Conciliorum generalium Romana qvam curavit Sirmondus, 1608. fol. & in Conciliis Binii Colon. 1618. Labbei Pariſ. 1672. & Harduini 1716. fol. Hos Gelaſii libros & alia qvædam ad Nicænam Synodum & Arii cauſam pertinentia cum verſione Franciſci

† Voſſius II. 21. de Hiſt. Græcis pag. 264. *Videtur tertius liber omiſſus, quia non omnibus probarentur quæ ſcripſiſſet de baptizato Conſtantino paullo ante mortem, idque ab Epiſcopo Orthodoxo.* Confer B. D. Ittigii Hiſtoriam Concilii Nicæni pag. 4.

* Nota tamen, qvod fuit qvoqve Cæſarea qvædam Bithyniæ.

ciſci Junii ſoceri ſui, propriisqve notis editurum ſe promiſit Voſſius p 264. de Hiſt. Græcis. Sed nunqvam lucem vidit ille Gelaſius Junio Voſſianus, neqve qvo devenerit conſtat, cum nec in Catalogo MSS. Iſaaci Voſſii, qvæ jam acceſſerunt Bibliothecæ publicæ Leidenſi, illius fiat mentio. Errores Gelaſii perſeqvitur Jo. Launojus VIII. 1. Epiſt. p. 697. Non adeo eſſe contemnendum tamen oſtendunt B. Doctores Balthaſar Bebelius in Antiqvitatibus Sæculi IV. parte 1. p. 65. ſeq. & Jo. Georgius Dorsheus in διατυπώσει Concilii Nicæni p. 85. ſeq.

Fuit & Gelaſius Medicus, qvem commendat Symmachus lib. 1. Epiſt. 66. ne dicam de Gelaſio Africano Thanenſi Epiſcopo (cujus eſſe Dialogum Vigilio tributum monet Jo. Dallæus lib. de fidei ex S. Scripturis demonſtratione p. 40.) Nec de Gelaſio II. Papa qvi fuit A. C. 1118.

GEORGIUS Alexandrinus primum, deinde in Syria Arethuſanus presbyter, deniqve Epiſcopus Laodicenus, modo Arianas partes, modo iterum adverſarias Eunomianis Homœuſianorum ſecutus eſt, vide Jac. Gothofredum ad Philoſtorgii VIII. 17. p. 353.

Ejus *Homiliam in illud Prov. VIII.* Κύριος ἔκτισέ με Antiochiæ A. 361. habitam memorat Theodoritus II. 31. Hiſt. *Vitam Euſebii* Emeſeni Socrates II. 9. (ſive *encomium* ut idem appellat lib. 1. cap 24.) Sozomenus III. 6. *Epiſtolam ad Epiſcopos Ancyræ* congregatos, qvam ſervavit Sozomenus IV. 13. Epiſtolam *ad Alexandrum* Alex. & aliam *ad Arianos*. Athanaſ. de Synodo Ariminenſi & Seleucienſi. *Libros contra Manichæos*. Epiphan. Tom. 1. p. 638. Theodoritus lib. 1. de hæreticis fab. c. 28. Phot. Cod 85. Confer Allatium de Georgiis p. 305.

HELLADIUS qvi in Epiſcopatu Cæſareenſi Cappadociæ Baſilio M. ſucceſſit A. 379. atqve interfuit Concilio CPolitano non modo A. 381. ſed etiam 394. licet apud Balſamonem Palladiii nomen pro Helladio occurrit. De aſperis ejus moribus conſuli poteſt Tillemontius Tom. IX. p. 589. ſeq. *Vitam* deceſſoris ſui *Baſilii M.* ſcripſiſſe traditur, de qva dixi ſupra pag. 62. Sed qvæ Damaſcenus ex illa profert junioris ſcriptoris ætatem ſapere eruditis videntur.

S. HIERONYMI Stridonenſis Dalmatæ, Doctoris Eccleſiæ illuſtriſſimi licet Latini Scriptoris mentionem hoc loco omittere nefas duxi, qvoniam non modo ipſe plurima * de Græco conver-

* Sunt illa (præter libros ſacros) Origenis & Euſebii plurima nec non Theophili & Didymi Alexandrinorum. Tum regula Pachomii, Epiſtolæqve & regula Theodori atqve Oreſieſis doctrina.

tit, sed nonnulla ejus qvoqve jam olim è Latino Græce versa sunt à Sophronio, atqve *Catalogus Scriptorum Ecclesiasticorum* Hieronymianus Græce sive ab illo Sophronio sive ab alio translatus etiamnum exstat, ut dixi supra cap. 21. p. 195. seq. Nunc addo qvod *vitam S. Hilarionis* qvæ inter vitas Simeonis Metaphrastæ 24. Octobris legitur, illam ipsam esse, qvam Sophronium eleganti sermone Græco vertisse Hieronymus in Catalogo c. 134. Catalogi auctor est, sibi persuasit Heribertus Rosvveidus notis ad vitam Hilarionis ab Hieronymo scriptam, in vitis Patrum p. 65. *Extat inter vitas Metaphrastæ nomine editas à Lipomanno* (Tom 6. p. 360.) *Hilarionis vita è Græco per Gentianum Hervetum translata. Sed ea Sophronii nomen non præfert. Accepi eam Græce Parisiis beneficio Sirmondi nostri, ubi nullus vel auctor vel interpres assignatur. Existimo tamen eam esse quam Sophronius ex Hieronymi textu vertit. Eodem enim ordine procedit, etsi in quibusdam subinde variet, & quædam etiam addat.* Exstat & Græce MS. in Bibl. Cæsarea aliqvoties teste Lambecio T. VIII. p. 252. 259. 261. & incipit: ἐν παλαιστίνῃ πόλις ἐστὶν οὐκ ἔλαττον ἢ πέντε καὶ τεσσαράκοντα σταδίους ἀπέχουσα Γάζης. Sed ut Sophronii versione usum auctorem hujus Græcæ vitæ nemo negaverit, sic interpolationes & additiones si cum Hieronymi Latina conferantur, tales sunt, ut interpolatorem potius qvalis fuit Simeon Metaphrastes, qvam interpretem deceant. Confer Tillemontium Tom. VII. memor. p. 572. Metaphrastæ etiam tribuitur ab Allatio de Simeonum scriptis p. 126. MStorum codicum haud dubie auctoritate.

Præterea non omittendum, qvod post Origenis & Eusebii studia, Græcos Bibliorum V. T. Codices Hieronymus recensuisse & castigasse traditur, id non de ipsis Græcis Codicibus sed Latina versione intelligendum docuit Humfredus Hody lib. 3. de Bibliorum textibus originalibus p. 355. qvo Viro nemo diligentius de Hieronymi opera in libros sacros prisci fœderis impensa tractavit. Similiter intelligendum qvod capite ultimo Catalogi, ubi scripta sua recenset Hieronymus, *Novum Testamentum Græcæ fidei reddidisse* scribit, hoc est, accurata Latina versione donasse.

De Hieronymo ipso, qvi A. 331. natus, & nonagenario propior, presbyter Bethlehemiticus A. C. 420. obiit, nihil dicere qvam pauca præstat, post accuratam præcipue Tillemontii industriam T. XII. memor. Hujus commentariis usus etiam Jo. Marcianæus, cui Hieronymi

mi vitam Gallice editam Pariſ. 1706. 4. & præclaram Hieronymi operum editionem debemus Pariſ. 1693-1706. qvinqve Voluminibus fol. licet in hac nonnulla deſiderare viſi ſunt, non ſine ratione fortaſſe, Richardus Simon in Epiſtolis Criticis Gallice editis Baſileæ 1699. 12. & Joannes Clericus in Hieronymianis qvæſtionibus Amſt. 1700. 8. & Bibliothecæ ſelectæ Gallicè editæ Tomo XVII.

Alius fuit HIERONYMUS Theologus Græcus, ætatis non usqve qvaqve certæ, cujus φιλοπονίαν *dialogi* more ſcriptam *de ſenſu Gratiæ Divinæ in Baptiſmo & Chriſtianiſmi*, primus è Codice Regis Chriſtianiſſimi edidit Fed. Morellus in folio fugitivo Pariſ. 1598. 8. Atqve ſimiliter ſeparato ſchedio ibid. 1612. 8. ejusdem ſcriptoris *dialogum Chriſtiani cum Judæo*. Paucis viſum opinor opuſculum utrumqve, licet Chriſtiano Dammio τῷ μακαρίτῃ curante, Cygneæ poſterius qvidem A. 1677. & prius A. 1680. 8. ſed ſimiliter ſeparatis foliis recudi contigit. Ut tamen illa hoc loco recudi facerem, non modo movit me qvod antiqva, pia lectuqve digna & brevia ſunt, verum etiam qvod non paucis locis illa emendatiora exhibeo ope antiqvarum membranarum, in qvibus poſt Adriani utrumqve opuſculum MS ſervat Bibliotheca Johannea hujus Urbis Hamburgenſis. Alius ab utroqve Hieronymus in Ægypto degens, ad qvem exſtat Epiſtola Procopii Gazæi, ex qva Procopium male ad ſæculum IV. qvo S. Hieronymus Dalmata vixit, referre volebat Vir doctiſſimus Iſaacus Voſſius.

Προκόπιος Ἱερωνύμῳ.

Πάλιν Αἴγυπτος καὶ τρυφὴ, καὶ πένητες ἡμῖν παρὰ σοὶ, καὶ λόγος ἀπόντων ὠδίς. Οὐδὲν τοῦτο πρᾶγμα. γέλα μόνον χρυσῷ ῥέοντα τὸν Νεῖλον ὁρῶν. κἂν ἔτι μᾶλλον τὴν ὀφρῦν ἀνασπάσῃς, οἴσομεν πάντως ὑπεροφώμενοι. Ἔσεται γὰρ ἡμῖν ὅτε πάλιν ὄψει τὴν Ἑλοῦσαν καὶ δακρύσεις ψάμμον μεθισαμένην τοῖς πνεύμασι καὶ τέμνουσαν εἰς ῥίζας τὴν ἄμπελον, ἔνθα καὶ Νύμφαι ξέναι τινὲς καὶ θαλάττιαι, καὶ

Procopius * Hieronymo

Iterum Ægyptus & mollities, nosqve tibi pauperes, & abſentium ratio nulla? Nihil eſt iſtud: rideas modo auro fluentem ſpectans Nilum. Etiamſi magis etiamnum attollas ſupercilium, contemtum omnino patiemur Erit enim tempus cum iterum videbis Eluſam, & flebis arenam disjectam ventis & radice tenus vaſtantem vites. Peregrinæ aliqvæ & mari advenientes Nymphæ & Ju-

* Eſt hæc XXVI. inter Epiſtolas Procopii Gazæi de qvibus dixi lib. 2. c. 10. § 30.

& Jupiter pluvius ibi nusqvam. Tunc qvidem ipse ridebo & subsannabo fortunam. Tu vero me nunc abjectum, tum beatum putabis. Verum tamen dum tibi Nilus in deliciis vivere permittit, scribe tantummodo, & nos minutos & velut qvosdam humo prorepentes appelles. Sic enim & te scribente fruemur, & tuam superbiam futuri exspectatione mollius feram.

Ζεὺς ὑέτιος ἐδαμοῦ. Τότε γελάσω μὲν ἐγὼ καὶ κωμῳδήσω τὴν τύχην. Σὺ δὲ νομίσεις εὐδαίμονα τὸν νῦν ἀπερριμμένον ἐμέ. Πλὴν ἐν ὅσῳ ἄν σοι δίδωσιν ὁ Νεῖλος τρυφᾶν, γράφε μόνον καὶ κάλει σμικρὸς ἡμᾶς καὶ χαμαί τινας ἑρχομένους. Οὕτω γὰρ ἢ σοῦ γράφοντος ἀπολαύσομεν, ἢ σὺ ἀλαζονείαν τῇ τῦ μέλλοντος ἐλπίδι παραμυθήσομαι.

Possit aliqvis suspicari, cum alterutro ex his duobus, & maxime cum hoc posteriore commune aliqvid habere Hieronymum sub cujus nomine *Vitæ Patrum & Monachorum Ægypti* habentur MSS. post Historiam Palladii Lausiacam in Codice Colbertino 1213. hoc titulo: Ἑτέρα ἱστορία εἰς τὸς βίους τῶν ἁγίων τῆς Αἰγύπτε συγγραφεῖσα παρὰ Ἱερωνύμε μοναχῦ καὶ πρεσβυτέρε τῦ ἐκ Δαλματίας. Notat qvidem præstantissimus Cangius eam à Palladio in Lausiaca verbotenus exscribi, auctoremqve vixisse sub Theodosio Magno, ut ipsemet testetur in Joanne Abbate. Sed mihi qvidem videtur scriptor ille Græcus, qvisqvis fuit, antiqvis omnibus ignotus exscripsisse Palladium potius, eoqve esse junior, atqve ideo etiam Palladio in Codice non præmissus sed subjunctus. Tribui autem Hieronymo eum existimo, non qvod Græci illius scriptoris nomen hoc sit, sed qvod vitæ qvædam in hac collectione extent Græce versæ ex illis qvas S. Hieronymus, Latinæ Ecclesiæ lumen, Romano sermone * scripsit. Illum enim esse qvi per Hieronymum Monachum & Presbyterum τὸν ἐκ Δαλματίας intelligitur, ne dubitandum qvidem esse opinor. Atqve is ipse est qvi Theodosii Imp. ætate scribere se prodit in vita Joannis Abbatis. Sed nunc alterum Hieronymum Græcum loqventem audiamus.

TOY

* Ut Hilarionis, Malchi, Pauli Eremitæ &c.

ΤΟΥ ΜΑΚΑΡΙΟΥ ΙΕΡΩΝΥΜΟΥ

Φιλοπονία παντὶ χριστιανῷ ὠφελοῦσα.

ΕΡΩΤΗΜΑ.

ΔΙΑ τί ὑπάρχεις χριστιανός.

ΑΠΟΚΡΙΣΙΣ. Ὅτι πιστεύω εἰς τὸν χριστὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ.

(ΑΝΤΑΠΟΔΟΣΙΣ) ἀμαθῶς καὶ ἀλόγως ἀπεκρίθης. οὐ γὰρ ἐρωτῶ διὰ τί ὀνομάζῃ χριστιανός· ἀλλ' αὐτὸ τὸ χρῆμα, διὰ τί γέγονας. εἰ γὰρ ἠρώτησα διὰ τί ὀνομάζῃ χριστιανός, καλῶς ἀπεκρίθης ὅτι πιστεύω εἰς τὸν χριστόν· ἀλλὰ τὴν αἰτίαν ζητῶ, δι' ἣν γέγονας χριστιανός. καὶ μικρὰ μὲν καὶ ψιλὴ φαίνεται ἡ ἐρώτησις, ὀλίγοι δὲ αὐτὴν a) προσφόρως ἀποκρίνονται ἐρωτώμενοι. κὰν γὰρ ἂν b) εἴπῃ ὁ ἐρωτώμενος ὅτι ὁ θεὸς ἠθέλησεν ἵνα εἰμὶ χριστιανός· οὐκ ὀρθῶς ἀπεκρίθη. κὰν εἴπῃ ὅτι ἐγὼ ἠθέλησα εἶναι χριστιανὸς, οὐ καλῶς λέγει. ἀλλ' ὅτι ὁ θεὸς ἠθέλησε, κἀγὼ ἠθέλησα θελήσαι τὸ θέλημα τοῦ θεοῦ.

(ΕΡΩΤ.) θέλων γέγονας χριστιανὸς ἢ μὴ θέλων;

BEATI HIERONYMI *

Commentatio Christiano cuilibet utilis.

Fed. Morello interprete.

INTERROGATIO.

QVARE CHristianus es?

Responsio. Qvia credo in CHristum filium DEi.

(*Correctio Resp.*) Indocte & inconsiderate respondisti: non enim interrogo cur nomineris Christianus, sed hoc ipsum, qvam ob causſam factus es. Si enim interrogavissem, qvare appellaris Christianus, pulchrè respondisses, qvia credo in CHristum: sed qværo causſam ob qvam factus es Christianus. Et parva qvidem ac tenuis videtur hæc Interrogatio: verum pauci sunt, qvi interrogati apte respondeant. Etenim si interrogatus dixerit, qvia DEus voluit, ut Christianus essem, non recte responderit: Et, si dixerit, qvia ego volui esse Christianus, non pulchre loqvetur: sed rectius ita dixerit, qvia DEUS voluit, eqvidem voluntati DEi acqvievi.

Interr. An volens & sponte factus es Christianus, an invitus?

* In Morelli edit. titulus ita concipitur: S. Patris Hieronymi, Græci commentarius de effectu Baptismi & notis Christiani.

a) ita pro αὐτοῦ MS. b) κἂν γὰρ. MS.

RESP. Si dixero, volens, mentiar, & si dixero, nolens, verum non dicam. Nam cum infans tunc essem, neq; repugnavi neqve consensi.

INTERROG. Age vero, Unde nosti qvod omnino baptisatus es? velim à te discere: fortasse enim projectus es obiter à parentibus tuis, qvi occulte gentiles erant, & neutiqvam te baptisandum curaverant. Multa enim ejusmodi contigerunt, & accidunt hodie.

(*RESP.*) Novi veluti ex effectu (ut loqvitur Esaias) *Propter metum tuum Domine in ventre concepimus, & peperimus Spiritum salutis.* In qvo declarat nos Spiritum sanctum accepisse tum, cum illuminati sumus per baptisma. Ait enim DEUS rursus per Prophetam, de iis qvi baptisantur: *Inhabitabo in illis, & inambulabo.* Itemq; *Effundo de Spiritu meo super omnem carnem.* Qvotqvot igitur divinum Spiritum in ventre acceperunt, in sancto baptismate, intus in intimis præcordiis, ex agitationibus, motionibus & punctionibus, exultationibus & operationibus, atq;, ut ita dicam, saltationibus, gratiæ Spiritus, certissime noverunt in imo cordis sui, qvod baptisati sunt: Nullus enim homo non tinctus baptismo in terra, ejusmodi gra-

(ΑΠΟΚΡ.) κἂν εἴπω θέλων, ψεύδομαι· κἂν εἴπω μὴ θέλων, οὐκ ἀληθεύω. νήπιος γὰρ ὢν τότε ὅτ' ἀντεῖπον ἢ κατεθέμην

(ΕΡΩΤ.) Πόθεν (δὲ) γινώσκεις, ὅτι πάντως ἐβαπτίσθης, παρακαλῶ μαθεῖν. ἴσως γὰρ καὶ παρ' ὁδὸν ἐβλήθης ὑπὸ τῶν ἰδίων γονέων κρυπτῶς ἑλλήνων ὄντων, καὶ μηδαμῶς c) αὐτὸν βαπτισάντων. πολλὰ γὰρ τοιαῦτα γέγονε, καὶ γίνεται μέχρι τῆς σήμερον. e)

(ΑΠΟΚΡ.) ὡς ἐκ τῆς ἐνεργείας. (καθὼς) φησὶν ὁ Ἡσαΐας. f) διὰ τὸν φόβον σου κύριε ἐν γαστρὶ ἐλάβομεν καὶ ὠδινήσαμεν καὶ ἐτέκομεν πνεῦμα σωτηρίας. δηλῶν ὅτι τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐλάβομεν οἱ φωτισθέντες διὰ τοῦ βαπτίσματος, φησὶ γὰρ πάλιν διὰ τοῦ προφήτου ὁ θεὸς "περὶ τῶν βαπτιζομένων g) ὅτι "ἐνοικήσω ἐν αὐτοῖς καὶ ἐμπερι-"πατήσω, καὶ τὸ, h) ἐκχεῶ ἀπὸ "τοῦ πνεύματός μου ἐπὶ πᾶσαν σάρ-κα. ὅσοι οὖν τὸ θεῖον πνεῦμα ἐν γα-στρὶ ἔλαβον ἐν τῷ ἁγίῳ βαπτίσ-ματι, ἔσωθεν ἔσω ἐν τῇ ἑαυτῶν καρδίᾳ ἐκ τῶν σκιρτημάτων καὶ νυγμάτων καὶ ἀγαλλιαμάτων καὶ ἐνεργημάτων, (καὶ) ἵν' ἅπαξ εἴπω πηδημάτων τοῦ ἁγίου χαίρου, πληροφοροῦνται ἐν τῇ αὐτῶν καρ-δίᾳ ὅτι βεβαπτισμένοι εἰσίν. οἶδεις γὰρ

c) Morell. σεαυτὸν. e) Nota antiqvitatem hujus scripti. f) Es. XXVI. 18.
g) Levit. XXVI. 12. & 2. Cor. VI. 16 h) Joel. II. 28. Actor. II. 16.

γὰρ ἄνθρωπ@ ἀβάπτις@ ἐπὶ τῆς γῆς, τῆς τοιαύτης χάριτ@ ἢ ἐνεργείας εὐπορεῖ, ἢ αἰσθάνεται πώποτε, κἂν πάσας τὰς ἐντολὰς κ) "δικαιοσύνας ἐπιτελῇ τῷ θεῷ· εἰ "μὴ ὁι δι' ὕδατ@ καὶ πνεύματ@ "ἐν γαστρὶ λαβόντες, καὶ ταύτῃ "φυλάτ]οντες καθαρὰν κ) ἀμίαντ[ν. "ὥσπερ γὰρ ἡ γυνὴ ἔχουσα ἐν γα"στρὶ αἰσθάνεται τῶν σκιρτημάτων "τῷ βρέφους ἔνδον αὐτῆς· οὕτω καὶ "αὐτοὶ ὁπ τῆς ἐγγινομένης χα"ρᾶς καὶ εὐφροσύνης καὶ ἀγαλ"λιάσεως ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτῶν, γι"νώσκουσιν ὅτι τὸ πνεῦμα τῷ θεῷ "οἰκεῖ ἐν αὐτοῖς, ὅπερ ἐκομίσαντ" ἐν τῷ βαπτίσματι· περὶ ταύτης "γὰρ τῆς χάριτ@ τῷ ἁγίῳ βα"πτίσματ@ k) εἶπεν ὁ χριστὸς, ὅτι "ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν ἐντὸς ὑμῶν "ἐστί, κ) αὖθις, πῦρ ἦλθον βαλεῖν ἐπὶ "τὴν γῆν, κ) ἤθελον l) εἰ ἤδη ἀνήφθη.

(ΕΡΩΤ.) Καὶ πᾶς ἄνθρωπ@ ἰδιώτης κ) σοφὸς, διὰ ταύτης μόνης τῆς ἀποδείξεως γινώσκει ὅτι βεβάπτισται, καὶ ὐ δι' ἄλλου οἱουδήποτε τρόπου.

(ΑΠΟΚΡ.) ἡ ἀληθὴς κ) ἀπλανὴς ἀπόδειξις τῷ χριστιανῷ αὕτη ἐστί· καὶ ἄκουσον Παύλου πρός τινας ἐγκαλοῦντ@. καὶ λέγοντ@, m) ἢ "οὐκ ἐπιγινώσκετε ὅτι Ιησοῦς χρι"στὸς οἰκεῖ ἐν ὑμῖν; εἰ μήτι ἄρα ἀ"δόκιμοί ἐστε. καθὼς γὰρ εἶπον ὅτι ὥσπερ ἡ ἐν γαστρὶ ἔχουσα οὐκ ἀπὸ tia aut effectu abundat, aut plane perfruitur: licet omnia DEi mandata & justitiæ opera perficiat. Soli id assequuntur qvi per aqvam & spiritum regenerati sunt, & Spiritus sancti gratiam in ventre acceperunt, eamqve puram atqve impollutam conservant. Ut enim mulier uterum gerens sentit motiones fœtus intra se: ita etiam illi ex gratia innata & lætitia & exultatione qvæ in cordibus ipsorum est, cognoscunt qvod Spiritus DEi habitat in se ipsis: qvem qvidem acceperunt in baptismate. Etenim de hac gratia sancti baptismatis dixit CHristus, *Regnum cælorum intra vos est.* & rursus: *Ignem veni mittere in terram, & quid volo, nisi ut jam ardeat?*

(*INTERR.*) An omnis homo privatus, doctus & sapiens * per hanc solam demonstrationem, & non per alium ullum modum, novit se baptisatum esse?

RESP. Vera & ab omni errore libera demonstratio Christiani hæc est. Et audi Paulum apud qvosdam conqverentem, & ajentem: *An non agnoscitis quod J. CHRISTUS habitat in vobis? Nisi forte reprobi estis.* Ut enim dixi, qvæ mulier uterum gerit, non verbis, sed rebus

k) MS. πνέυματος. l) al. τίθελω. Luc. XVII, 21. XII, 49. * indoctus & doctus.
m) 2. Cor. XIII, 5.

rebus ipsis & fœtus motionibus cognoscit accurate, se concepisse: Ita & verus Christianus non ex auditu parentum qvi baptisaverunt ipsum, neqve ullo alio modo præterqvam ex corde suo certam cognitionem habere debet, qvod acceperit sanctum baptisma, & dignus factus sit Spiritu sancto. Propterea dixit ad qvosdam idem Paulus, *Spiritum ne extinguatis*: hoc est ne perseqvamini, & *ne contristemini Spiritum sanctum, cujus sigillo signati estis ad diem liberationis.* Et rursus: *Non enim ac cepistis spiritum servitutis, sed libertatis.* Porro cum David hanc gratiam amisisset per adulterium, orabat DEum dicens: *Redde mihi lætitiam salutaris, & Spiritum rectum innova in visceribus meis.* Qvia in intimis sensibus fidelis, habitat Spiritus sanctus. Ceterum prout qvisqve servat domum sui cordis puram, illuminatur, & percipit ignem divinum habitantem in se per lacrymas, per gaudium, per exultationem & consolationem & lætitiam: ac præcipue tempore festorum dierum & sacrarum synaxium, & illustrationum, * conversante & afflante Spiritu sancto, simul exultat gratia ipsius qvæ habitat in animo hominis, unde perfecte instruitur & firmatur qvod vere Christianus sit,

ῥημάτων, ἀλλ' ἀπὸ n) πραγμάτων καὶ τῶν τῆ βρέφες σκιρτημάτων γινώσκῃ ἀκριβῶς ὅτι σωτὲ λαβεν. ὕτω καὶ ὁ ἀληθὴς χριστιανὸς οὐκ ἐξ ἀκοῆς γονέων τῶν βαπτισάντων, ἀδὲ ἐξ ἑτέρα τρόπα, ἀλλ' ἐκ τῆς αὐτῆ καρδίας ὀφείλει τλῶ πληροφορίαν ἔχειν ὅτι ἔλαβεν τὸ ἅγιον βάπτισμα, καὶ ὅτι ἠξίωται τῆ ἁγίε πνεύματ☉. διὰ τῆτο ἔλεγε πρὸς τινας ὁ Παῦλ☉, "o) τὸ πνεῦμα μὴ σβέννυτε, ἤγουν "μὴ διώξητε, καὶ p) μὴ λυπεῖτε "τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἐν ᾧ ἐσφρα- "γίσθητε εἰς ἡμέραν ἀπολυτρώσεως. "καὶ πάλιν. q) ὐ γὰρ ἐλάβετε "πνεῦμα δελείας, ἀλλ' ἐλευθερίας. ταύτλω τὴν χάριν ἀπολέσας ὁ Δαυὶδ, διὰ τῆς μοιχείας, παρε- "κάλει τὸν θεὸν, λέγων. r) ἀπό- "δ☉ μοι τὴν ἀγαλλίασιν τῆ σω- "τηρίε, καὶ πνεῦμα εὐθὲς ἐγκαίνισον ἐν τοῖς ἐγκάτοις με. ὁρᾷς ὅτι ἔσω "ἐν τοῖς τῆ πιςῆ κατοικεῖτο πνεῦ- μα τὸ ἅγιον, λοιπὸν, καθ' ὃ ἂν φυλάτῃ τὸν οἶκον τῆς ἑαυτῆ καρ- δίας καθαρὸν, ὁ ἄνθρωπ☉ φωτί- ζεται καὶ αὐθάνεται, τῆ θείε πυρὸς οἰκῆντ☉ ἐν αὐτῷ διὰ δακρύων, διὰ χαρᾶς, δι' ἀγαλλιάσεως καὶ παρα- κλήσεως καὶ εὐφροσύνης, καὶ μά- λιστα τῷ καιρῷ τῶν ἑορτῶν καὶ σωά- ξεων καὶ φωτισμάτων, ἐπιδημῆντ☉ τῆ ἁγίε πνεύματ☉ συσκιρτᾷ ἡ χάρις αὐτῆ ἡ κατοικῆσα ἐν τῇ ψυχῇ τῆ ἀνθρώπε, καὶ ἐντεῦθεν πλη- ροφο-

n) ἀπὸ deest in MS. o) 1. Thess V. 19. p) Ephes. IV. 30. q) Rom. VIII. 15.
r) Ps. L. 12. * Baptismi, sive qvando baptismus in Ecclesia confertur.

ροφορεῖται ὁ ἄνθρωπος ὅτι ἀληθῶς χριστιανός ἐστι καὶ εἴληφε τὸ ἅγιον βάπτισμα. καὶ μὴ φανῇ s) σοι ξένα καὶ βαρέα τὰ λεγόμενα. καὶ γὰρ οἱ προφῆται γυναιξὶ συγκοιμώμενοι καὶ μέσον βίου καὶ ἀνθρώπων καὶ πραγμάτων ὑπάρχοντες, τὴν χάριν ταύτην τοῦ ἁγίου πνεύματος εἶχον· καὶ οὐ μόνον ἄνδρες, ἀλλὰ καὶ γυναῖκες προφητεύσασι. οὐ γὰρ * ἀναχωρεῖ οὐδὲ βδελύττεται τὸ ἅγιον πνεῦμα τὴν κοινωνίαν τοῦ τιμίου γάμου. ὅθεν καὶ πολλοὶ τῶν ἐν κόσμῳ πάθεσιν ἐνεργήματα τῆς τοιαύτης χάριτος τοῦ ἁγίου πνεύματος. Φημὶ δὴ οὔτε τῷ θυσιαστηρίῳ παριστάμενοι, οὔτε τῶν τοῦ χριστοῦ μυστηρίων μεταλαβεῖν προσερχόμενοι· ἐξαίφνης γὰρ δακρύων, καὶ χαρᾶς καὶ εὐφροσύνης πληρεῖνται. ὅθεν καὶ πληροφορεῖται ὁ χριστιανὸς, ὁ ψιλὸν ἄρτον καὶ οἶνον μεταλαμβάνειν, t) ἀλλὰ σῶμα ἀληθῶς καὶ αἷμα τοῦ γῆς τοῦ θεοῦ, πνεύματι ἁγίῳ ἡγιασμένον. ὁ γὰρ πάσχομέν τι τοιοῦτον ἢ τοιαύτην χαρὰν καὶ ἐνέργειαν ἢ γλυκύτητα ἢ κατάνυξιν πώποτε, ὅταν τὸν ψιλὸν ἄρτον καὶ οἶνον ἐπὶ τῆς τραπέζης ἡμῶν ἐσθίωμεν· κἂν καθαρώτερος ἦται ὁ ἄρτος τοῦ ἄρτου, καὶ παλαιότερος καὶ βελτίων ὁ οἶνος τοῦ οἴνου τοῦ ἐν τῷ θυσιαστηρίῳ προφερομένου. Ταῦτα ἀνάγκη πᾶσα τὸν χριστιανὸν ἐπίστασθαι· ὁ γὰρ ἔστιν ἐν πάσῃ τῇ πίστει ἡμῶν, καὶ ἐν πάσῃ τῇ ἐκ-

& acceperit ſanctum Baptiſma. Porro ne videantur tibi abſurda, aliena & gravia qvæ dicuntur: Etenim Prophetæ qvi cum mulieribus dormiebant, & in medio vitæ & hominum & negotiorum conſtituti erant, iſtam Spiritus ſancti gratiam habebant. Neqve viri tantum, ſed etiam mulieres qvæ vaticinabantur: Non enim refugit neqve abominatur ſpiritus ſanctus ſocietatem venerandi Conjugii. Unde pleriqve eorum qvi communem vitam degunt, effectus ejusmodi Spiritus Sancti gratiæ ſentiunt. illi inqvam, qvi ſacro Altari adſiſtunt, & qvi accedunt ad CHRISTI myſteria percipienda: nam repente è veſtigio implentur lachrymis & gaudio & lætitia. Unde compertum habet Chriſtianus, qvod non ſimplicem panem & vinum tantum, ſed vere Corpus & Sangvinem filii DEI, Spiritu ſancto ſanctificatum, percipiat. Non enim ſentimus unqvam aliqvid tale, aut ejusmodi gratiam & operationem, aut ſvavitatem, aut compunctionem, qvando ſimplicem panem & vinum in menſa noſtra comedimus & bibimus: Et licet purior ſit hic panis illo pane, & vetuſtius ac melius vinum, vino qvod propoſitum

s) MS. φανῶσι. * Nota ſanctitatem Conjugii. t) MSS. μεταλαμβάνων. Nota Veritatem Corporis & ſanguinis CHriſti in S. Euchariſtia.

situm & oblatum est in Altari. Isthæc ad cognoscendum utrum qvis Christianus sit, conferunt: neqve enim est in tota fide nostra, & in omni ecclesia, & in tota scriptura sacra qvidqvam magis necessarium hac re aut ei simile. Ex hoc enim penit⁹ intelligit homo, qvod DEus in ipso est & cum ipso. Ex hoc etiam confirmatur qvod re vera alia fides non est in terra præter solam Christianorum fidem. Tametsi scripturas & ecclesias & sacrificia & Doctores & Libros & DEi notitiam * particulrem, & qvasdam actiones bonas, & festos dies & permutationes vestimentorum, & preces & pervigilia & sacerdotes, & alia qvam plurima alii † habeant. Hanc vero abditam in corde Christiani gratiam ac Spiritus sancti operationem, nemo unqvam in terra accipit, nisi soli duntaxat rite baptisati fide in Patrem & Filium & Spiritum sanctum. De his divitiis nostris dicit Dominus, qvod simile est Regnum Cœlorum Thesauro abscondito in agro, hoc est Spiritus sanctus, qvi reconditus est in nobis in die divini baptismatis. de hoc etiam Paulus dicit: *Habemus thesaurum istum in testaceis vasis*: scilicet in luteis corporibus nostris. Ac rursus, *Nescitis qvod corpora vestra templum DEi sunt, & Spiritus DEI*

κλησία ϗ ἐν πάσῃ τῇ θείᾳ γραφῇ ἕτερόν τι τοῦτο τὸ πρᾶγμα ἀναγκαιότερον ἢ ὅμοιον. ἐκ τούτου γὰρ πληροφορεῖται ὁ ἄνθρωπος, ὅτι θεός ἐστιν ἐν αὐτῷ ϗ μετ' αὐτοῦ· ἐκ τούτου γινώσκει ὅτι ἀληθῶς οὐκ ἔστι πίστις ἑτέρα ἐπὶ (τῆς) γῆς, εἰ μὴ μόνον ἡ τῶν Χριστιανῶν. ἐπεί τοι γε καὶ γραφὰς ϗ ἐκκλησίας καὶ θυσίας καὶ διδασκάλους ϗ βίβλους καὶ θεογνωσίαν μεμελημένην, ϗ τινὰς ἀγαθοεργίας καὶ ἑορτὰς καὶ ἀλλαγὰς (τῶν) ἱματίων καὶ εὐχὰς καὶ παννυχίδας καὶ ἱερεῖς καὶ ἄλλα πλεῖστα, ἐθνία ἔχουσι. ταύτην δὲ τὴν κεκρυμμένην ἐν τῇ καρδίᾳ τοῦ χριστιανοῦ χάριν καὶ ἐνέργειαν τοῦ ἁγίου πνεύματος οὐδεὶς οὐδαμοῦ ἐπὶ γῆς, εἰ μὴ μόνοι οἱ ὀρθῶς βεβαπτισμένοι, u) εἰς πατέρα καὶ υἱὸν καὶ ἅγιον πνεῦμα, πίστει λαμβάνουσι. περὶ τούτου τοῦ πλούτου ἡμῶν λέγει ὁ κύριος, x) ὅτι ὅμοιά ἐστι ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν θησαυρῷ κε-
"κρυμμένῳ ἐν ἀγρῷ, ἤγουν τὸ πνεῦ-
"μα τὸ ἅγιον τὸ κρυβὲν ἐν ἡμῖν
"ἐν ἡμέρᾳ τοῦ θείου βαπτίσματος.
"περὶ τοῦ καὶ ὁ Παῦλος y) φη-
"σί, ἔχομεν δὲ τὸν θησαυρὸν τοῦτον
"ἐν ὀστρακίνοις σκεύεσιν, ἤγουν ἐν τοῖς
"πηλίνοις ἡμῶν σώμασι. καὶ πάλιν.
z) οὐκ οἴδατε ὅτι τὰ σώματα
ὑμῶν ναὸς θεοῦ ἐστί. καὶ τὸ πνεῦ-
μα τοῦ θεοῦ οἰκεῖ ἐν ὑμῖν; ταῦτα
δὲ ἡμῖν ἀναγκαίως εἰς μέσον ἦλ-
θε, πόθεν ὀφείλει γινώσκειν ὁ χρι-
στια-

* ex parte. † Gentes.

u) MS. βαπτιζόμενοι x) Matth. XIII. 44. y) 2. Cor. IV. 4. z) 1. Cor. VI. 19.

σιανὸς ὅλι ἔλαβε τὸ ἅγιον βάπτισμα, καὶ ὅλι ἐστὶ χριστιανὸς ἀληθινός. ἐδὲ γὰρ τὸ εἰσέρχεσθαι εἰς τὴν ἐκκλησίαν τοῦτό ἐστι τὸ σημεῖον τοῦ ἀληθινοῦ χριστιανοῦ. πολλοὶ γὰρ καὶ ἀνάξιοι εἰσέρχονται σὺν ἡμῖν. ἐδὲ τὸ ποιεῖν τὸ σημεῖον τοῦ σταυροῦ a) ἐδὲ τὸ μεταλαμβάνειν τοῦ σώματος τοῦ χριστοῦ τοῦτό ἐστι τὸ σημεῖον τοῦ ἀληθινοῦ χριστιανοῦ. ἴσως γὰρ καὶ ἄπιστοί τινες καὶ αἱρετικοὶ μεταλαμβάνουσι. καὶ πάντα ὅσα ποιοῦμεν ποιοῦσι αὐτοί. ἀλλ' ὡς προεῖπον, τὸ σημεῖον τοῦ ἀληθινοῦ χριστιανοῦ, b) ὅπερ ἐχαρίσατο ὁ θεὸς τῷ χριστιανῷ, οὐκ ἔξωθέν ποθεν, ἐδὲ ἐν πλαξὶ λιθίναις αὐτὸ δέδωκεν, ἀλλ' ἐν πλαξὶ καρδίας σαρκίναις. οὐκοῦν ἔσωθεν ἐν ἑαυτοῖς ψηλαφήσωμεν εἰ ἔχομεν ὅπερ ἐδωρήσατο ἡμῖν ὁ θεὸς ἐν τῷ βαπτίσματι σημεῖον, καὶ δῶρον καὶ χάρισμα καὶ θησαυρόν. τὰ γὰρ εὐαγγέλια καὶ οἱ προφῆται καὶ οἱ διδάσκαλοι καὶ Ἀπόστολοι, πίστιν ῥηματικὴν τοῦ θεοῦ ἡμᾶς ἐξ ἀκοῆς διδάσκουσιν. Ὁ δὲ θεὸς οὐ διὰ ῥημάτων ἀκοῆς, ἀλλὰ διὰ πραγμάτων ἐνυποστάτων ἐν τῇ ψυχῇ διδάσκει τὸν ἄνθρωπον τί ἐστι Χριστιανός. Διὰ τοῦτο, Φησὶν ὁ Παῦλος c) ὅτι ἔστι πίστις ἐξ ἀκοῆς, καὶ d) ἔστι πίστις ἐλπιζομένων ὑπόστασις πραγμάτων, καὶ ἔλεγχος οὐ βλεπομένων. Τοιγαροῦν ἰδοὺ μεμαθήκαμεν τί τὸ σημεῖον τοῦ

sunt, & Spiritus DEi habitat in vobis? hæc autem necessario à nobis adducta sunt, unde qvis cognoscere debeat, qvod accepit sanctum Baptisma, & qvod verus est Christianus. Non enim ingressus in ecclesiam indicium est veri Christiani: multi enim indigni nobiscum ingrediuntur: neqve vero munire se crucis signo: neqve percipere corpus CHRISTI, argumentum est veri Christiani. Fortasse enim infideles qvidam & hæretici sacrorum participes fiunt, & omnia qvæ facimus faciunt etiam ipsi: sed, ut ante dixi, nota veri Christiani est, qvam concesit DEUS Christiano, non extrinsecus, neqve in tabulis lapideis ipsam dedit, sed in tabulis cordis carneis. Igitur tentemus in nobis ipsis ex imis sensibus, an habeamus indicium qvod largitus est nobis DEus in baptismate, & donum & munus & thesaurum. Nam Evangelia & Prophetæ, & Apostoli, & Doctores verbo tenus DEI fidem nos edocent ex auditu. Sed DEus non per verba, sed per actiones qvæ inhærent in animo, docet hominem qvid sit Christianus. Idcirco inqvit Paulus, *Fides ex auditu: & Fides est rerum sperandarum substantia, argumentum eorum quæ non videntur.* Qvapropter jam di-

a) Nota, signum Crucis. b) MS. χρισιανισμῷ. c) Galat. III. 2.
d) Hebr. XI. 1.

didicimus qvod sit indicium Christiani, qvod qvidem nulla res alia comparavit in terra: verum beati qvi hoc perceperunt & continent & cum ipso ex hac vita excedunt: eorum enim est Regnum cœlorum.

Χριστιανῶ, ὅπερ ἀδεμία ἄλλη πίστις κέκτηται ἐπὶ τῆς γῆς. ἀλλὰ μακάριοι οἱ τᾶτο λαβόντες καὶ ἔχοντες, καὶ σὺν αὐτῷ ἐκ τοῦ βίου ὑπάγοντες. αὐτῶν γάρ ἐστιν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν.

EJUSDEM HIERONYMI
Colloqvium cum Judæo.

JUDÆI ad eundem interrogatio. Cum DEus dicat * *videte, videte qvod Ego sum, nec DEUS est præter me*, qvomodo vos creditis & adoratis Patrem, qvem nos DEum confitemur, & Filium, & Spiritum Sanctum? Nam idololatrarum more cum tres DEos doceatis, DEum legis istius auctorem afficitis injuria.

CHRISTIANUS. Tremendum est & incomprehensibile Mysterium DEus, itaqve non una similiqve oportet nos defensione ad qvoslibet uti, sed convenienter unicuiqve & decenter ad interrogatum respondere. Ad te itaqve, Judæe & ad circumcisos qvi tecum unum DEum colunt, ita dicimus. Confiteris, Judæe DEum unum, cœli & terræ factorem?

JUDÆUS. Utiqve.

CHRISTIANUS. Et qvalis est ille qvem colis DEus, unde aut

* Deuteron. XXXII. 39.

Ἐρώτησις Ἰουδαίου πρὸς τὸν αὐτόν. Τῷ Θεῷ λέγοντος. Ἴδετε ἴδετε ὅτι ἐγώ εἰμι, καὶ οὐκ ἔστι Θεὸς πλὴν ἐμοῦ. Πῶς ὑμεῖς πιστεύετε καὶ προσκυνεῖτε Πατέρα, ὃν ἡμεῖς Θεὸν ὁμολογοῦμεν, καὶ Υἱὸν καὶ ἅγιον Πνεῦμα; ὡς γὰρ εἰδωλολάτραι τρεῖς Θεοὺς δογματίζοντες, τὸν νομοθετήσαντα Θεὸν, ὅτι οὐκ ἔστι Θεὸς πλὴν ἐμοῦ, ἐνυβρίσατε.

Ὁ Πιστός. Φοβεροῦ καὶ ἀκαταλήπτου ὑπάρχοντος τὸ περὶ Θεοῦ μυστήριον, διὸ μίαν ἁδὲ ὁμοίαν δέον ἡμᾶς ποιεῖσθαι τὴν ἀπολογίαν, ἀλλὰ προσφόρως καὶ πρεπόντως ἑκάστῳ ἐρωτῶντι ἀποκρίνασθαι. Ἔχω πρὸς σὲ τὸν Ἰουδαῖον καὶ τοὺς σὺν σοὶ ἐμπεριλόμους μοναρχίαν σέβοντας λέγομεν οὕτως. Ὁμολογεῖς, ὦ Ἰουδαῖε, Θεὸν ἕνα, ποιητὴν οὐρανοῦ καὶ γῆς;

Ὁ Ἰουδαῖος. Ναί.

Ὁ Πιστός. Καὶ ποῖος ἐστὶν οὗτος Θεὸς ὃν σέβεις, πόθεν ἐστὶν

ἐστιν καὶ πῦ ἐστι; καὶ πῶς κάθηται καὶ κινεῖται; καὶ πῶς λαλεῖ καὶ ζῇ καὶ θεωρεῖ καὶ ψηλαφᾶται, καὶ πῶς καταλαμβάνεται ἡ δύναμις αὐτῦ;

Ὁ ΙΟΥΔΑΙΟΣ. Πάντως ὅλι ἀκατάληπτός ἐστι καὶ ἀθεώρητος καὶ ἀδιήγητος ὁ Θεός. καὶ ἡ σοφία, καὶ ἡ ἰσχὺς καὶ ὁ λόγος καὶ τὸ πνεῦμα αὐτῦ.

Ὁ ΠΙΣΤΟΣ. Καὶ πῶς, ὦ ἀνόητε, ἐμὲ ἀπαιτεῖς λέγειν πῶς ἐστιν ὁ τόκος τῦ Θεῦ, καὶ πῶς ἔχει γὸν ὁ Θεός, καὶ πότε καὶ πῶς τῦτον ἐγέννησε. καὶ πῶς ἡ Τριάς ἐστι τριάς. εἰπέ μοι σὺ τὸν τόπον καὶ τὸ πλάτος καὶ μῆκος τῦ Θεῦ ἐὰν δύνῃ, καὶ λέγω σοι κἀγὼ τὸ πότε καὶ πῶς ἐγέννησεν ὁ Θεός. Εἰπέ μοι σὺ, ὁποῖος ἐστὶν ὁ λόγος τῦ Θεῦ, καὶ πῶς λαλεῖ αὐτὸν ὁ Θεὸς, καὶ λέγω σοι κἀγὼ πῶς ἐκ γαστρὸς πρὸ ἑωσφόρυ ἐγέννησεν Υἱόν. Εἰ δὲ ὁ λόγος καὶ τὸ πνεῦμα καὶ ὁ τόπος καὶ τὸ ὕψος καὶ τὸ βάθος καὶ ὁ θρόνος καὶ ὁ χρόνος τῦ Θεῦ ἀκατάληπτά ἐσι, δῆλον ὅλι καὶ ὁ τόκος αὐτῦ ἄῤῥητος καὶ ἀνερμήνευτος. Ἐρωμένῳ δὲ πάλιν φράσον μοι ὦ σκληροτράχηλε καὶ ἀπερίτμητε τῇ καρδία ὦ Ἰουδαῖε, πῶς ἐξέρχεται ὁ ἡμέτερος λόγος; καὶ εἰ τῦτο δοίης, ἀντερῶ σοι ἀυθις κἀγώ, σὸν καὶ χεῖλη σωματικὰ καὶ γλῶσσαν καὶ ὀδόντας καὶ λάρυγγα κατὰ σε ἔχει ὁ Θεός. ὥστε λοιπὸν καὶ σωματικὸς καὶ τοπικὸς καὶ

ubi est, & qvomodo sedet vel movetur, & qvomodo loqvitur & vivit & videt & tangit & qvomodo comprehendit ipsius potentia?

JUDÆUS. Omnino incomprehensibilis incontemplabilis & inenarrabilis DEus est & sapientia & Vis & Sermo & Spiritus DEI.

CHRISTIANUS. Et qvomodo, o stolide, à me petis ut tibi dicam qvomodo generatio contingat DEi, & qvomodo Filium DEus habeat & qvando & qvomodo illum genuerit, & qvomodo Trinitas sit Trinitas? Dicito tu mihi si potes locum & latitudinem & longitudinem DEI, & dicam tibi vicissim qvando & qvomodo genuerit DEus. Die tu mihi qvalis sit DEi Sermo & qvomodo illum DEus eloqvitur: & ego tibi dicam qva ratione ante luciferum ex utero Filium generaverit. Si vero & Sermo & Spiritus locusqve & altitudo & profunditas & thronus & tempus DEI incomprehensibilia sunt, evidens est etiam generationem ejus exprimi verbis & explicari non posse. Sed ut iterum interrogem te duræ cervicis & incircumcise corde Judæe, qvomodo noster sermo profertur? atqve si hoc dixeris mihi, rogabo vicissim te, numqvid & labia corpora-

lia & lingvam & dentes gutturqve ex tua ſententia DEus habeat, ut porro & ipſe ſit corporeus atq; in loco & viſibilis ac circumſcriptus, atqve ſi hæc ita ſint, creatus: qvicqvid enim corporeum & circumſcriptum eſt, creatum eſſe manifeſtum eſt. Jam dic mihi adhæc audacule, qvis ille ſit qvi DEUM condidit & fecit? O peſſimam tuam & imprudentiſſimam cœcitatem! Rogatus enim à me qvomodo Verbum DEI ſit, aut qvalis ſit Spiritus DEI, locuſve aut thronus DEI, fateris te hærere & minime ſcire: me vero jubes adigisqve dicere qvomodo DEus ſit & generatio DEI ac Filius. Tumultuaris atqve ægre fers qvod ajo DEO eſſe filium æternum, ſanctiſſimum, increatum, incomprehenſibilem, ſanctiſſimum, ſapientiſſimum, mundo priorem, ac bonitatis ſummæ. Et qvomodo non mihi magis liceat tumultuari, qvod te, Judæe impudens, DEI filium appellas, *filius* enim * *DEI primogenitus Iſraël.* Tu ſtulte & neutiqvam ſapiens, ingrate, obmurmurator, inobediens, inviſe DEo, à DEo diſperſe illiqve repugnans tu filium DEI te appellas, & ego qvando Filium DEI nuncupo bonum illum & benefactorem, Salvatorem juſtumqve, fers ægre, & velut crimen impingis mihi, & à blasphemia

* Exod IV. 22.

ὁρατὸς καὶ περίγραπτός ἐστι, καὶ εἰ τοῦτο, καὶ κτιστός. Πᾶν γὰρ σωματικὸν καὶ περίγραπτον πρᾶγμα, δῆλον καὶ κτιστόν. Ἐπεὶ δή μοι λοιπὸν ὦ τολμηρὲ καὶ τὸ τίς ἔκλισε καὶ ἐποίησε τὸν Θεόν; ὦ τῆς σῆς κακίσης καὶ ἀφρονεστάτης πωρώσεως. Ἐρωτώμενος γὰρ σὺ παρ' ἐμοῦ πῶς ἐστιν ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ, ἢ ποῖόν ἐστι τὸ πνεῦμα τοῦ Θεοῦ, ἢ ὁ τόπος ἢ ὁ θρόνος τοῦ Θεοῦ, λέγεις ἀπορῶ, ὅτι οὐκ οἶδα. καὶ ἐμὲ εἰσπράτ[τ]εις καὶ ἀναγκάζεις λέγειν πῶς ἐστιν ὁ τόκος καὶ ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ. Σὺ θορυβῇ καὶ ἀγανακτεῖς διότι λέγω ὅτι ἔχει ὁ Θεὸς ἡμῶν προαιώνιον, παναγιον, ἄκτιστον, ἀκατάληπτον, ὑπεράμωμον, ὑπέρσοφον, ὑπερκόσμιον, ὑπεράγαθον. Καὶ πῶς ἐγὼ μᾶλλον μὴ θορυβηθῶ ὦ ἀναίσχυντε Ἰουδαῖε, ὅτι σὺ ἑαυτὸν Υἱὸν Θεοῦ ὀνομάζεις λέγων, ὅτι Υἱὸς πρωτότοκος τοῦ Θεοῦ ὁ Ἰσραήλ. Σὺ ὁ μωρὸς καὶ οὐχὶ σοφὸς, ὁ ἀχάριστος, ὁ γογγυστὴς, ὁ ἀνήκοος, ὁ θεομίσητος, ὁ θεοσκόρπις, ὁ θεῷ ἀντίδικος, υἱὸν Θεοῦ ἑαυτὸν ὀνομάζεις, κἀγὼ ἐπειδὴ λέγω Υἱὸν Θεοῦ ἀγαθὸν καὶ εὐεργέτην καὶ Σωτῆρα καὶ δίκαιον, ἀγανακτεῖς καὶ ἐγκαλεῖς καὶ βλασφημεῖς, καὶ εἰδωλολάτρην με ἀποκαλεῖς. Τί θερμάζῃ ὦ ἀνό-

ὦ ἀνόητε καὶ τί ταράσσῃ ἐπὰν ἐμὸν Θεὸν ἀκούσῃς. Σὺ ἕνα ἐμὸν ὃ βάλει ὁμολογεῖν Θεὸν, καὶ πῶς ἡ Θεία γραφὴ καὶ ὁ Δαβὶδ, μᾶλλον δὲ αὐτὸ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον λέγει; ὅτι ἐγὼ εἶπα Θεοὶ ἐστὲ καὶ ἐμοὶ ὑψίστῳ πάντες. Ἐὰν ἀνθρώπους ψιλοὺς καὶ φθαρτοὺς καὶ θνητοὺς κατεδέξατο ὁ Θεὸς ἐμοὺς Θεοὺς καὶ Θεοὺς ὀνομάζειν, πῶς σὺ νομίζων πάντων δικαιότερος καὶ ἀκριβέστερος εἶναι, ἕνα ἐμὸν ἄμωμον καὶ πανάγιον ὁμολογεῖν ὃ καταδέχῃ Θεὸν;

Ὁ ΙΟΥΔΑΙΟΣ. Ἀλλ' ὃ, καθὼς σὺ λέγεις, ἐμὸν Θεὸν προαιώνιον καὶ ἄκτιστον, ὅτω λέγει ὁ Θεὸς ἐμὸν αὐτὸν εἶναι καὶ τὸν Ἰσραὴλ, ὅδε τοὺς λοιποὺς ἀνθρώπους περὶ ὧν εἶπεν· ἐγὼ εἶπα Θεοί ἐστε καὶ ἐμοὶ ὑψίστῳ πάντες.

Ὁ ΠΙΣΤΟΣ. Ἀλλὰ ποίους λέγει ὁ θεὸς τούτους θεοὺς καὶ ἐμοὺς αὐτοῦ τοῦ ὑψίστου;

Ὁ ΙΟΥΔΑΙΟΣ. Ἀνθρώπους τινὰς λέγει φθαρτοὺς καὶ θνητοὺς, ἐμοὺς λεγομένους.

Ὁ ΠΙΣΤΟΣ. Εἶτα ἀνόητε, πεπωρωμένε τῇ καρδίᾳ, πόσον διαφέρει τὸ ὁμολογεῖν ὅτι ἔχει ἐμὸν ὁ θεὸς ἄφθαρτον, ἀθάνατον, ἀγνὸν, ἀναμάρτητον, ἀίδιον, ἄτρεπτον, ἀπαθῆ, ὑπὲρ τὸ ὀνομάζειν ἀνθρώπους ὑλικοὺς καὶ φθαρτοὺς καὶ τρεπ-

* Psal. LXXXII. 6.

non abstines atqve idololatram me appellas. Qvid ita efferveſcis ira, ſtolide, & perturbaris, qvando filium DEi audis. Tu unum non vis confiteri filium DEI, & qvomodo divina ſcriptura & * David, ſive potius ſanctus ipſe Spiritus ait: *Dixi Dii eſtis, atque filii omnes altiſſimi.* Si nudos homines & corruptibiles ac mortales admiſit DEus filias DEi Deosqve nominari, qvomodo tu qvi omnibus juſtior accuratiorqve tibi eſſe videris, unum ſine labe & ſanctiſſimum DEi Filium non ſuſcipis?

JUDÆUS. Non ita ut tu filium DEi æternum & increatum DEus filium ſum eſſe Iſraëlem affirmat, neqve alios homines de qvibus ait: *Dixi Dii eſtis, atque filii omnes altiſſimi.*

CHRISTIANUS. Qvales itaqve DEus hoſce DEos filiosqve altiſſimi appellat?

JUDÆUS. Homines qvosdam ita vocat corruptibiles ac mortales, qvi filiorum illi veniunt nomine.

CHRISTIANUS. Qvantum igitur præſtat, o ſtolide & corde occœcate, confiteri DEo unum eſſe Filium incorruptibilem, immortalem, ſanctum, ſine peccato, æternum, incorruptibilem, impaſſibilem, qvam homi-

nes materiales, corruptibiles, mutabiles ac mortales DEi filios appellare. Nam affirmare qvod filium habet DEus corruptionis expertem & immortalem alienumq; à peccato, dignum DEo est, & honor illi major, qvam dicere primogenitum DEi esse Israelem populum illum stultum & peccatis obsitum, violatorem legis impiumqve. Nam apud gentes à fide alienas hoc etiam blasphemiæ ansam præbet, qvi possunt objicere: qvomodo verus ille DEus est stolidæ prolis pater?

JUDÆUS. Si Filium DEus habet, dicito mihi qvomodo & qvando illum genuerit.

CHRISTIANUS. Non possum non confiteri qvod Filium habet DEus, cum S. Scriptura ex persona DEI & Patris palam dicat ad Filium: * *Ex utero ante luciferum genui Te.* Et Filius vicissim de se ex Persona Parentis ait: ** *Dominus dixit ad me, Filius meus es Tu, ego hodie Te genui.* Neq; possum non confiteri qvod DEus habet Spiritum, DEo ipso dicente: † *effundam de Spiritu meo in omnem carnem.* Tamen qværam ex te, Judæe, tu mihi respondeto. Qvalem ais Spiritum DEo esse? num ejusmodi qvalis est hominis ex ore & naribus exeuntem & exspiratum effusumqve, qvi cerni potest & separari?

τὲς καὶ θνητὲς, ὑὸς θεῦ; τὸ μὲν γὰρ εἰπεῖν ὅτι ἔχει ὑὸν ὁ θεὸς ἄφθαρτον καὶ ἀθάνατον καὶ ἀναμάρτητον, πρέπει τῷ θεῷ, καὶ τιμή ἐστι τῷ θεῷ, ὑπὲρ τὸ λέγειν ὅτι ὑὸς πρωτότοκός ἐστι τῦ θεῦ ὁ Ἰσραὴλ, ὁ μωρὸς λαὸς καὶ ἁμαρτωλὸς καὶ παράνομος καὶ ἀσεβής. Βλασφημίαν γὰρ τῦτ προσφέρει θεῷ παρὰ τῶν ἀπίστων ἐθνῶν. δύνανται γὰρ λέγειν, πῶς θεός ἐστιν ἀληθινὸς ὅτι πατὴρ ὑπάρχει ὑὸ μωρῦ;

Ὁ ΙΟΥΔΑΙΟΣ. Εἰ ὑὸν ἔχει ὁ θεὸς, εἰπέ μοι πῶς καὶ πότε τῦτον ἐγέννησεν;

Ὁ ΠΙΣΤΟΣ. ἃ δύναμαι μὴ ὁμολογῆσαι ὅτι ἔχει ὑὸν ὁ θεὸς, τῆς γραφῆς μάλιστα προφανῶς λεγούσης ἐκ προσώπυ τῦ Θεῦ καὶ Πατρὸς πρὸς τὸν ὑόν, ὅτι ἐκ γαστρὸς πρὸ ἑωσφόρυ ἐγέννησά σε. Καὶ τῷ ὑῷ πάλιν περὶ ἑαυτῦ ὡς ἐκ προσώπυ τῦ Πατρός. Κύριος εἶπε πρός με, ὑός μυ εἶ σύ, ἐγὼ σήμερον γεγέννηκά σε. Καὶ ἃ δύναμαι πάλιν μὴ ὁμολογεῖν, ὅτι ἔχει πνεῦμα ὁ θεὸς, αὐτῷ τῷ θεῷ λέγοντος, ἐκχεῶ ἀπὸ τῦ πνεύματός μυ ἐπὶ πᾶσαν σάρκα. Ὅμως ἐρωτήσω σε Ἰεδαῖε, σὺ δέ μοι ἀποκρίθηθι. Ὁποῖον Πνεῦμα λέγεις ἔχειν τὸν θεόν; ἆρ' ὅιον τὸ τῦ ἀνθρώπυ τὶ ἐκ σώματος καὶ ῥινῶν ἐξερχόμενον καὶ διαπνεόμενον καὶ ἐκχεόμενον ἢ φαινόμενον ἢ χωριζόμενον;

* Psal. CX. 3. ** Psal. II. 7. † Es. XLIV. 3. Ὁ ΙΟΥ-

Ὁ ΙΟΥΔΑΙΟΣ. Μὴ γένοιτο. Ἀλλὰ πνεῦμα ἀόρατον, πνεῦμα ἅγιον, πνεῦμα θεῖον, πνεῦμα ἀληθὲς, πνεῦμα ἡγεμονικὸν, πνεῦμα ἀχώριστον τοῦ θεοῦ.

Ὁ ΠΙΣΤΟΣ. Καὶ πότε ἐποίησεν ὁ θεὸς ἢ ἐξήγαγεν τὸ πνεῦμα τοῦτο; ἢ πῶς καὶ πόθεν αὐτὸ συνέστησεν;

Ὁ ΙΟΥΔΑΙΟΣ. Ἄκτιστόν ἐστι τὸ πνεῦμα τοῦ θεοῦ, ἄναρχον καὶ ἀκατάληπτον ὥσπερ ὁ θεός.

Ὁ ΠΙΣΤΟΣ. Ἰδοὺ καὶ σὺ σαφῶς ἐλέγχῃ εἶναι δυάδα προσκυνεῖς. λέγω δὴ θεὸν καὶ πνεῦμα θεοῦ. ὥσπερ οὖν σὺ οὐκ ἴσχυσας εἰπεῖν πόθεν ἢ πότε ἢ πῶς ἐστι τὸ πνεῦμα τοῦ θεοῦ μετὰ τοῦ θεοῦ, ἀλλὰ μόνον ἀκούσας ἐκ τῶν θείων γραφῶν ὁμολογεῖς καὶ πιστεύεις ἔχειν πνεῦμα τὸν θεόν. οὕτω κἀγὼ ὁ χριστιανὸς ἀπερισκέπτως καὶ ἀνερμηνεύτως ὁμολογῶ τὸν υἱὸν καὶ λόγον τοῦ θεοῦ. Εἰ δὲ ἀπαιτεῖς με εἰπεῖν πότε καὶ πόθεν καὶ πῶς ἔχει υἱὸν ὁ θεὸς, εἰπέ μοι σὺ πρῶτον πότε καὶ πόθεν καὶ πῶς ἔχει πνεῦμα ὁ θεός. κἀγὼ λέγω σοι κἀγὼ πῶς προανάρχως ὁ θεὸς ἐγέννησε τὸν υἱόν. ὥσπερ γὰρ σὺ οὐ λέγεις τὸν θεὸν καὶ τὸ πνεῦμα τοῦ θεοῦ δύο θεούς, οὕτως οὐδὲ ἐγὼ λέγω πατέρα καὶ υἱὸν καὶ ἅγιον πνεῦμα τρεῖς θεούς, μὴ γένοιτο. ἀλλ' ὥσπερ ὁ ἥλιος καὶ ἡ θέρμη

JUDÆUS. Absit hoc qvidem, sed vero Spiritum invisibilem, Spiritum sanctum, Spiritum divinum, Spiritum verum, Spiritum ductorem, * Spiritum à DEo inseparabilem.

CHRISTIANUS. Et qvando fecit DEus aut eduxit Spiritum hunc, aut qvomodo & qvando illum fecit consistere?

JUDÆUS. Increatus est Spiritus DEi, principii expers & incomprehensibilis, perinde ut ipse DEus.

CHRISTIANUS. En tu qvoqve evidenter convinceris duitatem adorare, DEum nempe DEIqve Spiritum. Qvemadmodum itaqve tu non potes edissere- re unde vel qvando aut qvomodo DEI Spiritus cum DEo est, sed tantum edoctus ex sacris literis confiteris & credis DEo esse Spiritum: ita & ego Christianus sine curiosiore scrutatione profiteor Filium, & Verbum DEI. Si vero desideras à me ut dicam qvando vel unde & qvando Filium DEus habet, dicito & Tu prius mihi qvando & unde & qvomodo DEus Spiritum habeat, tunc & tibi exponam qvomodo ante omne principium DEus Filium genuerit. Sicut enim tu DEum DEiq; Spiritum non dicis duos DEos, ita nec ego Patrem, Filium & Spiritum S.

* Psal. LI. 12.

tres nuncupo DEos, abſit ſane: ſed qvemadmodum ſol ejusqve calor & radiorum vis ex eo progrediens tria nomina ſunt, una ſolis ſubſtantia: & ſicut anima & ratio & corpus hominis non tres ſunt homines: & ſicut ungvis digiti cum oſſe & carne non ſunt tres digiti: ac veluti radix & ramus ac folia arboris tres arbores non ſunt: & ſicut oculus & pupilla luxqve oculi non tres reddunt oculos: & ſicut fons & fluvius rivusqve ex fluvio promanans non ſunt triplices undæ: & ſicut brachium, carpus & palma non ſunt tres manus; & ſicut in rubo Moſis erat ſermo & flamma & qvi loqvebatur: & qvemadmodum in camino trium puerorum erat hymnus & flamma & ros, unus vero caminus erat: & ſicut in numiſmate eſt aurum & imago & inſcriptio Imperatoris, ſic & in ſacroſancta Trinitate inconfuſa eſt unio in una trium perſonarum eſſentia ac Divinitate.

JUDÆUS. Etiamſi CHriſtum confitear DEum eſſe, Patri tamen conſubſtantialem non auſim affirmare.

CHRISTIANUS. Si omnino eũ recipis ita ut DEum confitearis, noſces accurate & evidenter qvod ipſe te per ſacras ſcripturas & per Prophetas illuminabit, ſitqve

ἀυτῆ καὶ ἡ ἀκτὶς ἐξερχομένη ἐξ ἀυτῆ, τρία μὲν ὀνόματά εἰσι, μία δὲ ὐσία ἡλίε. καὶ ὥσπερ ἡ ψυχὴ καὶ ὁ λόγος καὶ τὸ σῶμα τῆ ἀνθρώπε οὐκ εἰσὶ τρεῖς ἄνθρωποι. καὶ ὥσπερ ὁ ὄνυξ τῆ δακτύλε καὶ τὸ ὀστῦν καὶ ἡ σαρξ οὐκ εἰσὶ τρεῖς δάκτυλοι. καὶ ὥσπερ ἡ ῥίζα καὶ ὁ κλάδος καὶ τὸ φύλλον τῆ δένδρε οὐκ ἔσι τρία δένδρα. καὶ ὥσπερ ὁ ὀφθαλμὸς καὶ ἡ κόρη καὶ τὸ φῶς τῆ ὀφθαλμῆ οὐκ εἰσὶ τρεῖς ὀφθαλμοί. καὶ ὥσπερ ἡ πηγὴ καὶ ὁ ποταμὸς καὶ ὁ ῥύαξ ὁ ἐκ τῆ ποταμῆ οὐκ εἰσὶ τρία ὕδατα. καὶ ὥσπερ ὁ βραχίων καὶ ὁ καρπὸς καὶ ἡ παλάμη οὐκ εἰσὶ τρεῖς χεῖρες. καὶ ὥσπερ ἡ ἐπὶ Μωσέως βάτος εἶχε λόγον καὶ φλόγα καὶ λαλοῦντα. καὶ ὥσπερ ἡ κάμινος τῶν τριῶν παίδων εἶχον ὕμνον καὶ φλόγα καὶ δρόσον, μία κάμινος ἦσα. καὶ ὥσπερ τὸ νόμισμα ἔχει χρυσὸν καὶ εἰκόνα καὶ λόγον τῆ βασιλέως· ὕτως ἐν τῇ παναγία Τριάδι ἀσύγχυτος ἡ ἕνωσις ἐν τρισυποστάτῳ μιᾷ ὐσίᾳ καὶ θεότητι.

Ὁ ΙΟΥΔΑΙΟΣ. Κἂν εἴπω θεὸν τὸν χριστὸν, ὐ τολμῶ λέγειν ἀυτὸν ὁμοούσιον τῆ Πατρός.

Ὁ ΠΙΣΤΟΣ. Ἐὰν ὅλως καταδέξῃ ὁμολογεῖν ἀυτὸν θεὸν, γινώσκεις ἀκριβῶς καὶ ἀναμφιβόλως, ὅτι ἀυτὸς φωτίζει σε διὰ τῶν θείων γραφῶν καὶ Προφητῶν, ὅτι θεός ἐστιν ὁ υἱὸς

ὁ υἱὸς προαιώνιος, ἀ Ἑλληκῶς καθὼς οἱ λοιποὶ ἄνθρωποι, ἀλλὰ φυσικῶς, ὡς φῶς ἐκ φωτὸς, ἢ θεὸς ἐκ θεοῦ. οὔτε γὰρ ὡς Ἀβραὰμ ἢ Ἰσαὰκ ἢ Ἰακὼβ τρεῖς εἰσὶν ἄνθρωποι ἐξ ἀλλήλων μεμερισμένοι, οὕτω λέγομεν πατέρα καὶ υἱὸν ἢ ἅγιον πνεῦμα. οὔτε ὥσπερ τρεῖς λαμπάδες διηρημέναι, ἢ τρεῖς σύλοι κεχωρισμένοι. ἢ ὥσπερ Μιχαὴλ ἢ Γαβριὴλ, οὕτως ἀπέχουσιν ἀλλήλων Πατὴρ καὶ υἱός. οὔτε ὥσπερ Ἀδὰμ γεγέννηκε τὸν Ἄβελ, οὕτως ὁ θεὸς γεγέννηκε υἱὸν ἐκπορευτῶς, ἢ ῥευστῶς, σπαρτῶς καὶ σωματικῶς. ἄπαγε. ἀ γὰρ ὥσπερ προτερεύω ἐγὼ καὶ μείζων εἰμὶ τοῦ ἐμοῦ υἱοῦ, οὕτω καὶ ὁ Πατὴρ ἢ θεὸς προϋπάρχει τοῦ υἱοῦ. ἀλλ' ἅμα Πατὴρ, ἅμα υἱός, ὡς ἅμα ἡμέρα τὸ φῶς. καὶ ὥσπερ ἅμα ἡ ἡμέρα καὶ ὁ ἥλιος καὶ τὸ φῶς, οὕτως ἅμα Πατὴρ καὶ υἱὸς καὶ τὸ Πνεῦμα. Καὶ μὴ εἴπῃς πῶς εἰσὶ ταῦτα; ὑπὲρ γὰρ τὸ πῶς ταῦτα. Μὴ εἴπῃς, ποίῳ τρόπῳ; ὑπὲρ γὰρ τρόπον, τοῦ θεοῦ ὁ τόκος. μὴ εἴπῃς, ποίῳ λόγῳ; ὑπὲρ λόγον ὁ Λόγος. μὴ ζήτει, ποίῳ χρόνῳ; ὑπὲρ γὰρ χρόνον ὁ ἄχρονος. μὴ εἴπῃς, ἐν ποίῳ τόπῳ; ὑπὲρ γὰρ τόπον. Μὴ ζήτει ἐν ποίᾳ ἀρχῇ, ὑπὲρ ἀρχὴν γὰρ ἡ ἀναρχος ἀρχή. Προσκύνει θεὸν μὴ ἐρεύνων θεόν. Ὁμολόγει Πατέρα, ἀλλὰ μὴ ζήτει τὸ πρᾶγμα τοῦ κατὰ θεὸν μυστηρίου. Πίστευε εἰς υἱὸν, μὴ ψηλαφῶν τὸν τρόπον τῆς προαναρχου γεννήσεως. ἀνύμνει τὸ

DEus filius æternus, non per relationem ſicut cæteri homines, ſed per naturam, ut lumen de lumine, & DEus ex DEo. Non enim ſicut Abraham, Iſaac & Jacob tres ſunt homines ex invicem diſtincti, ſic Patrem, Filium & Spiritum ſanctum dicimus. Neqve ut tres Incernæ diſtinctæ, aut tres ſeparatæ columnæ. Neqve ſicut Michaël & Gabriel ita invicem ſejuncti ſunt Pater & Filius. Neq; ſicut Adam Abelem genuit, ita DEus genuit Filium ut ex ſe egrederetur, efflueret, ſeminali & corporali ratione. Apage. Non enim ſicut ego prior ſum filio meo majorqve, ita & Pater & DEus eſt ante Filium. Sed ſimul Pater, ſimul Filius, ut ſimul cum die lux: & qvemadmodum ſimul dies, ſol & lux, ſic ſimul ſunt Pater, Filius & Spiritus. Nec dixeris qvomodo hæc? ſunt enim ſupra modū. Ne dixeris qua ratione? ſupra rationem enim, DEI generatio. Ne dicas qvo conſilio? conſilio ſuperius DEI Verbum. Ne qværas qvo tempore, ſupra tempus enim qvi temporis expers eſt & æternus. Ne dicas qvonam loco? nam eſt ſupra locum. Ne qværito qvonam principio, ſuper principium enim eſt carens principio principium. Adora DEum, ne ſcrutare DEum. Confitere Patrem, ſed

sed ne qværito divini naturam mysterii. Crede in Filium, nec manibus palpare institue modum æternæ generationis. Nam Mysterium si comprehenditur non amplius mysterium manet, qvicqvid vero mysterium non est, id non amplius miramur. Qvanto magis igitur naturam DEI scrutaris, tanto magis ignoratur occultaturqve. Qvo magis eum inseqveris & exqviris, tanto minus comprehenditur & manifestatur. Qvanto magis conaris eum manibus palpare, tanto apparet minus, minusqve reperitur. Omnes qvotqvot scrutari DEum aggressi sunt, umbram comprehendere studuerunt, & qvotqvot DEI naturam instituerunt perspectam habere, ventos sinu concludere voluerunt. Qviqve existimant Divinitatem se comprehendere, somnium & imaginationem amplectuntur. Et qvi ad profunda naturæ DEI visi sunt sibi penetrasse, in hæreses inciderunt. Et qvi DEum se ajunt assecutos, ne guttulam qvidem ex universa abysso comprehenderunt, sed umbram persecuti longe à DEO absunt. Itaq; ideo fides nuncupatur, qvod qvis qvis credit neutiqvam scrutatur DEum, ut qvi alieni à fide sunt. Ac qvid dico DEum? nam ne opera qvidem à DEo condita possunt ab hominibus faule intel-

Πνεῦμα, μὴ πολυπραγμονῶν τὸ χρῆμα τῆς ἐκπορεύσεως. μυστήριον γὰρ καταλαμβανόμενον οὐκέτι μένει μυστήριον. πᾶν δὲ τὸ μὴ ὂν μυστήριον, οὐδέν ἐστι θαυμαζόμενον. Ὅσον ἂν ἐρευνᾶται θεὸς, τοσοῦτον πλέον ἀγνοεῖται καὶ κρύπτεται. καὶ ὅσον καταδιώκεται καὶ ἐξερευνᾶται, τοσοῦτον πλέον οὐ καταλαμβάνεται, οὐδὲ φανεροῦται· καὶ ὅσον ψηλαφᾶται, τοσούτῳ πλέον οὐ φθάνεται οὐδὲ εὑρίσκεται. Πάντες οἱ θεὸν ἐρευνήσαντες σκιὰν κρατῆσαι ἐσπούδασαν, καὶ ὅσοι θεὸν μαθεῖν ἐδοκίμασαν, ἀνέμους ἀποκλεῖσαι ἐν κόλπῳ ἠθέλησαν. καὶ ὅσοι καταλαβεῖν τὴν θεότητα νομίζουσιν, ἐνύπνιον καὶ φαντασίαν κατέχουσι. καὶ ὅσοι βαθεῖαν περὶ θεοῦ φύσεως ἐνόμισαν, εἰς αἱρέσεις ἐτράπησαν. καὶ ὅσοι θεοῦ λέγουσιν ὅτι ἔφθασαν, οὐδὲ βαθέος ἐκ πάσης τῆς ἀβύσσου ἐκράτησαν, ἀλλὰ σκιὰν καταδιώξαντες οὐκ ἔφθασαν. Πίστις οὖν διὰ τοῦτο ἀκούει, ὅτι πᾶς ὁ πιστεύων οὐκ ἐρευνᾷ ὡς οἱ ἄπιστοι θεόν. καὶ τί λέγω θεόν; οὐδὲ τὰ τοῦ θεοῦ ποιήματα ἀνθρώποις εὔληπτα. εἰπὲ γάρ μοι σὺ ὁ θέλων ἐξερευνᾶν καὶ μαθεῖν φύσιν θεοῦ, ποῦ εἰσιν οἱ ἄγγελοι; καὶ ὁποῖοι εἰσὶ, καὶ πότε ἐγένοντο καὶ πόθεν συνίστανται, καὶ διὰ τί οὐ φαίνονται, καὶ τίς ἐστιν ἡ φύσις αὐτῶν, καὶ ὁποῖον ἐστὶν τὸ σῶμα αὐτῶν, καὶ ἡ φωνὴ αὐτῶν, καὶ ὁ δεσμός; οὐ μόνον δὲ περὶ ἀγγέλων ἐρευνῶ σε, ἀλλὰ καὶ περὶ οὐρανοῦ. ὁποῖα ἐστὶν, εἰπέ μοι, ἡ φύσις αὐτοῦ; καὶ

καὶ ἡ ἔκτασις τῆς πλάτους, καὶ πόσον τὸ ὕψος; Καὶ τί λέγω τὰ ἐπουράνια; ἔλθωμεν λοιπὸν κάτω εἰς τὰ ἐπίγεια, ἐν οἷς ζῶμεν καὶ κινούμεθα καὶ ἐσμέν. Τίς ἀναργῶς ἔγνω τὴν ἰδίαν τῆς ψυχῆς κατασκευήν, ὁποία ἐστι καὶ πῶς συμπεριέρχεται μετὰ τοῦ σώματος, καὶ ὁποία τῷ εἴδει ἐστί. καὶ πῆ καὶ πόθεν συνίσταται, καὶ πῶς χωρίζεται τοῦ σώματος. Εἶτα πάλιν περὶ σώματος ἐρευνητέον, πῶς συνίσταται, πῶς διαλύεται, πῶς δὲ ἀνίσταται, ποίῳ δὲ τρόπῳ ἐν τῇ ἀναστάσει συνάγεται, καὶ πῶς ἢ πόθεν παραγίνεται καὶ εἰς τὸ ἓν αὖθις μετὰ τῆς ψυχῆς ἀποκαθίσταται. ἃ μόνον δὲ ἡ τοῦ ἀνθρώπου κατασκευή ἐστιν ἡμῖν ἀκατάληπτος, ἀλλὰ καὶ ἡ τῶν ζώων καὶ τῶν πετεινῶν καὶ ἰχθύων. Εἰπὲ γάρ μοι ὁ τὰ περὶ Θεοῦ ἐρευνῶν, πῶς ἡ τῶν ἀλόγων φύσις ὑφέστηκε; πῶς ψυχὴν λογικὴν μὴ ἔχοντα ταῦτα θνήσκουσι, τί ἐξ αὐτῶν ἐν καιρῷ τοῦ θανάτου χωρίζεται; ἂν εἴπῃς μοι, ψυχὴν ὑποστατικὴν οὐκ ἐκτήσαντο ἀλλὰ τὸ αἷμα. Ἀλλὰ πλεῖστα ζῶα καὶ μὴ αἱμορραγήσαντα θνήσκουσι. πῶς δὲ πάλιν οἱ ἰχθύες ἐν τοῖς ὕδασιν ἀναπνεῖν δύνανται, πῶς αὐτοῖς ἡ τῶν ὑδάτων φύσις οὐκ ἀποπνίγει ὡς * τὰ ἄλογα; πόθεν δὲ τὸ ἄλογον ζῶον

ligi. Dicito enim tu mihi qvi exſcrutari naturam DEi & perſpectam habere cupis, ubinam ſunt Angeli & qvales & qvando facti ſunt atqve unde conſtitere & qvare non cernuntur, & qvænam eſt ipſorum natura & qvalis figura, ipſorum & vox curſusqve. Nec de angelis ſolum ex te qværam ſed & de cœlo qvoqve. Qvæ eſt, dic mihi, ejus natura, qvæ in latum expanſio, qvanta altitudo? Sed qvid cœleſtia dico? Deſcendamus porro in hæc terrena, in qvibus vivimus ipſi & movemur & ſumus. Qvis clare novit propriæ naturam animæ, qvalis ſit, & qvomodo cum corpore obambulet, & qvalis ejus forma ſpeciesqve, ubi atqve unde conſiſtat & qvomodo à corpore ſeparetur. Deinde iterum de corpore inqvirendum, qvomodo conſiſtit, qvomodo diſſolvitur, qvomodo iterum reſurgit & qvaratione in reſurrectione colligitur & qvomodo aut unde exſtat atqve in unum rurſus cum anima reſtituitur? Nec vero hominis tantum natura comprehendi non poteſt ab homine, ſed nec qvadrupedum, volucriumve, nec piſcium. Dicito enim mihi, qvi divina ſcrutaris, qvomodo mutarum animantium natura conſiſtit? qvomodo moriuntur qvibus anima rationabilis non eſt? qvid ab

* Puto leg. τὰ ἄλλα.

illis mortis tempore ſeparatur? ſi dixeris mihi animam ſubſtantialem non ſortitas eſſe ſed ſangvinem: at plurima animalia moriuntur ſangvine nullo effluente. Qvomodo vero piſces in aqvis poſſunt reſpirare, & qvomodo illis aqvarum natura non ut cætera animalia ſuffocantur? Unde vero animal ratione deſtitutum ſi cum homine ad DEI condito imaginem proceſſerit, in via inter redeundum minus errare qvam ratione gaudens & viam melius noſſe deprehenditur? Unde rurſus volucres & piſces feræqve beſtiæ, qvibus nec ſermo nec ratio eſt, neqve intellectus nec judicium, intelligunt & retia tranſiliunt & laqveos pedicasqve venatorum? Atqve ut porro amplius vilitatem tuam miſeramqve inſcitiam agnoſcas, rogabo te inſuper & hoc. Dic mihi tu qvi incomprehenſibilem Factorem ac DEum noſſe ac curioſe te ſcrutari profiteris, dic mihi prius qvæ eſt ſubſtantia pulicis, & qvalis ſubſtantia animæ ejus, & qvalis eſt ejus anima? qvomodo citra ſemen ſponte exiſtit? Qvomodo rationem & ſapientiam cum neſciat, videt hominem, & mortem metuens fugit? unde novit morti ſe obnoxium fore? qvibus ratiociniis conſultat? unde didicit hoſtem ſibi hominem eſſe? ubi me-

σὺν τῷ κατ' εἰκόνα Θεῦ ὄντι ἀνθρώπῳ ἐν ὁδῷ ἀπερχόμενον ἐν τῷ ἐπανέρχεσθαι ὑπὲρ τὸν λογικὸν εὑρίσκεται ἁπλανῶς τὴν ὁδὸν ἐπισάμενον; πόθεν δὲ πάλιν πετεινὰ καὶ ἰχθύες καὶ θηρία μήτε λόγον μήτε λογισμὸν ἔχοντα, μήτε διάνοιαν καὶ διάκρισιν, νοῦσι καὶ ὑπερβαίνουσι δίκτυα καὶ παγίδας καὶ θηρεύματα; καὶ ἵνα λοιπὸν ἐπιγνοίης ἐπὶ πλέον τὴν σαυτῦ ταπείνωσιν καὶ ἄγνοιαν καὶ ταλαιπωρίαν, ἐρῶ σοι πάλιν καὶ τοῦτο. Ἐπέμοι σὺ ὁ τὸν ἀκατάληπτον ποιητὴν καὶ Θεὸν δοκιμάζων μαθεῖν καὶ πολυπραγμονεῖν, λέγε μοι πρῶτον τί ἐστιν ἡ οὐσία τῦ ψύλλε, καὶ ὁποία ἐστὶν ἡ οὐσία τῆς ψυχῆς αὐτε, καὶ ὁποία ἡ ψυχὴ αὐτῦ, καὶ πῶς αὐτὴ ἄνευ σπορᾶς αὐτομάτως συνίσταται; καὶ πῶς λογισμὸν ἢ σοφίαν μὴ ἐπισάμενον ὁρᾷ τὸν ἄνθρωπον καὶ φεύγει φοβέμενον τὸν θάνατον; πόθεν δὲ οἶδεν ὅτι θανάτῳ ὑπόκειται; ποίοις δὲ λογισμοῖς βυλέυεται; πόθεν ἔμαθεν ὅτι ἐχθρὸς αὐτῦ καθέστηκεν ὁ ἄνθρωπος; πῦ δὲ ἡ μνημονευτικὴ αὐτῦ ἀπόκειται διάνοια; τίς δὲ ὁ διδάξας αὐτὸν ἐν ταῖς ῥαφαῖς καὶ διπλώσεσι τῶν ἱματίων κρύπτεσθαι; Τί δὲ ἄρα καὶ ὀνομάζειν τὸν ψύλλον ὀφείλομεν ὅσοι ἐξερευνηταὶ τῆς θεότη-

τητος; ἆρα τετράποδον αὐτὸν ἐιπομεν; ἀλλ' οὐκ ἔστιν. Ἆρα δίποδον; ἀλλ' οὐκ ἔστιν. Ἆρα ἑρπετόν; ἀλλ' οὐκ ἔστιν, ἀλλὰ ζῶον. Διὸ παρακαλῶ πάντα τὸν θέλοντα Φυσιολογεῖν τὸν Θεὸν, Φυσιολογῆσαι ἡμῖν περὶ τῦ Θεῦ τὴν τῦ βραχυτάτυ ψύλλυ κατασκευὴν καὶ κατάστασιν καὶ σύνθεσιν καὶ ὕπαρξιν καὶ ψύχωσιν καὶ αἴσθησιν καὶ νόησιν. καὶ ὅτε καλῶς καὶ ἁπλανῶς καταλάβῃ, καὶ ἔιπῃ ἡμῖν τί τὸ εἶδος καὶ γένος τῆς ψυχικῆς ὐσίας τῦ ψύλλυ, τότε λοιπὸν πιστεύσομεν αὐτῷ, ὅτι καὶ τὰ περὶ Θεοῦ τῦ ἀκαταλήπτυ καταμαθεῖν καὶ ἐξειπεῖν δύναται. Κἄν μοι ἔιπῃς σὺ, ὁ ἀστύνετος, ὅτι τὸ αἷμα τῦ ψύλλυ, καὶ παντὸς ἀλόγυ ἡ ψυχὴ αὐτῦ ἐστίν. Ἐρῶ κἀγώ· Πῶς ὁρῶμεν, ὡς προεῖπον, πολλὰ τῶν ἀλόγων χωρὶς ῥεύσεως αἵματος τελευτῶντα; Τοίνυν λέγε ἡμῖν σὺ Θεόγνωστε, τί ἐστι τὸ ἐκ τῦ ζώυ ἐκπορευόμενον χωρὶς αἵματος ἐν τῇ τελευτῇ αὐτῦ; ψυχὴν γὰρ ὑποσαλικὴν μόνος ὁ ἄνθρωπος κέκτηται. Πλὴν ἐὰν ἡ ψυχὴ τῦ ζώυ, ὡς ἄνθρωπος· καὶ γὰρ πᾶς ἄνθρωπος τῦ ἰδίυ αἵματος χωριζόμενος τελευτᾷ πάντως καθὼς καὶ τὸ ἄλογον. καὶ πῦ λοιπὸν ἡ morativa ejus vis & collectiva facultas est repositа? qvis vero docuit eum in futuris plicisqve vestium se abscondere? & qvo nomine pulicem nuncupare debemus qvi exscrutatores Divinitatis esse volumus? igiturne qvadrupedem dicemus? at non est qvadrupes Bipedem ergo? non est. Itaq; reptile? non est, sed animal est. Ideoqve hortor unumqvemq; qvi velit DEi naturam commentari, ut prius explicet naturam parvissimi pulicis, ejusqve conditionem constitutionemqve & compositionem & originem, animam, sensum & intellectum: ac qvando is certo comprehenderit nobisqve explicaverit speciem & genus substantiæ qva constat pulicis anima, tunc porro ipsi habemimus fidem, qvod etiam res DEi incomprehensibilis attingere & exponere qveat. Etiamsi dixeris mihi, homo stolide, qvod anima pulicis & cujusqve brutæ animantis sit sangvis, regeram ego: qvomodo ut ante dixi videmus multa animalia nullo effuso sangvine mori? dicito itaq; nobis tu cui DEus ita notus est, qvid est illud qvod in morte animalis citra sangvinem ex illo egreditur? Animam enim substantialem solus homo possidet. Si autem animalianima est, non differet illud ab homine, nam & homo sangvine suo destitutus perinde ut

brutum omnino moritur. Ubinam itaqve est differentia inter hominem ad imaginem & similitudinem factum DEI, & irrationabile jumentum? Ostendi enim qvod & homo & pulex si sangvine suo exhaustasint moriuntur. Hæc non temere hoc loco dicta à me sunt. Sed qvod tecum, o Deicida Judæe, cohibere volui plerosqve ab incomprehensibilibus de DEO qvæstionibus, & persvadere ac demonstrare qvod non Conditor solum, sed & ipsæ res creatæ ab hominibus comprehendi neqveunt.

JUDÆUS. Ubi vero Trinitatem in Veteri Testamento docemur, & ubi eam in Novo discimus?

CHRISTIANUS. In Veteri qvidem, in primo Mosis libro, ait enim ubi origines Mundi describit: * *Et dixit DEus: faciamus hominem ad imaginem nostram & ad similitudinem.* Manifestum est qvod ad Filium & Spiritum S. hæc locutus est Pater. Atq; iterum **: *Et dixit DEus: Ecce factus est Adam ut unus è nobis.* Qvod enim ait, *ut unus è nobis*, omnino duos vel tres significat, ut ostenderet porro per verba *ut unus è nobis*, trium personarum differentiam. Atqve iterum idem Legislator: † *Et fecit DEus hominem: secundum imaginem*

διαφορὰ τῶ λογικῶ ἀνθρώπω καὶ κατ' εἰκόνα καὶ ὁμοίωσιν Θεῶ γενομένω, καὶ τῶ ἀλόγω κτήνει; Ἔδειξα μενῶν ὅτι καὶ ὁ ἄνθρωπος καὶ ὁ ψύλλος χωριζόμενοι τῶ ἰδίω αἵματος ἀποθνήσκουσι. Ταῦτα δὲ ἡμῖν ἃ μάτην ἐνταῦθα ἐρρήθησαν, ἀλλ' ἀνακόψαι τὰς πολλὰς μετὰ σῶ τῶ θεοκτόνω Ἰουδαίω τῶν ἀκαταλήπτων τῶ Θεῶ ζητήσεων θέλοντες, καὶ πεῖσαι καὶ δεῖξαι ὅτι ἃ μόνον ὁ κλῆσις, ἀλλὰ καὶ αὐτὴ ἡ κτίσις ἐστὶ τοῖς ἀνθρώποις ἀκατάληπτος.

Ὁ ΙΟΥΔΑΙΟΣ. Πῶ δὲ τριάδα ἐν τῆ παλαιᾶ διαθήκη διδασκόμεθα, καὶ πῶ ταύτην ἐν τῆ καινῆ ἐγνωμεν;

Ὁ ΠΙΣΤΟΣ. Ἐν μὲν τῆ παλαιᾶ, ἐν τῶ πρώτω βιβλίω Μωσέως, φησὶ γὰρ ἐν τῆ τῶ κόσμου γενέσει. Καὶ εἶπεν ὁ Θεός. Ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα ἡμετέραν καὶ καθ' ὁμοίωσιν. Δῆλον δὲ ὅτι πρὸς τὸν Υἱὸν καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον εἶπεν ὁ Πατήρ. Καὶ πάλιν. καὶ εἶπεν ὁ Θεός. Ἰδὲ γέγονεν Ἀδὰμ ὡς εἷς ἐξ ἡμῶν. Τὸ δὲ εἰπεῖν, ὡς εἷς ἐξ ἡμῶν, πάντως δύο καὶ τρεῖς ἐσήμανεν, ἵνα δείξῃ λοιπὸν διὰ τῶ, ὡς εἷς ἐξ ἡμῶν, τὸ διάφορον τῶν τριῶν ὑποστάσεων. Καὶ αὖθις ὁ αὐτὸς νομοθέτης. Καὶ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν ἄνθρωπον, κατ' εἰκόνα

* Genes. I. 26. ** III. 22. † I. 27.

εἰκόνα Θεῦ ἐποίησεν αὐτόν. ἵνα δείξῃ τὸ μοναδικὸν τῆς θεότητος. οὐ γὰρ εἶπεν ὅτι ἐποίησαν οἱ Θεοὶ τὸν ἄνθρωπον, ἀλλ' ὁ Θεὸς ὁ εἷς ὁ ἐν Τριάδι προσκυνούμενος. Ὅταν τοίνυν ἀκούσῃς Θεὸν λέγοντος, ἰδὲ Ἀδὰμ γέγονεν ὡς εἷς ἐξ ἡμῶν, τρισυπόστατον φωνὴν ἐννόησον. Ὅταν δὲ πάλιν, ὅτι ἐν εἰκόνι Θεοῦ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν ἄνθρωπον, τὴν μίαν οὐσίαν καὶ Θεότητα ὁμολογεῖς. Τοιγαροῦν οὐ μόνον ἐντεῦθεν, ἀλλὰ καὶ ἐξ ἑτέρων πλειόνων τρόπων τῆς θείας γραφῆς τὸ τῆς ἁγίας καὶ ὁμοουσίου Τριάδος διδασκόμεθα μυστήριον, καὶ μάλιστα τὰς περὶ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ τηλαυγεῖς καὶ σαφεστάτας φωνὰς καὶ μαρτυρίας εὑρίσκοντες. Τὸ γὰρ εἰρημένον, ὅτι ἔβρεξε Κύριος παρὰ Κυρίου πῦρ ἐπὶ Σόδομα καὶ Γόμορρα, τί ἄλλο, εἰ μὴ Πατέρα καὶ Υἱόν, καὶ Κύριον παρὰ Κυρίου ἤγαγεν ἐκ τοῦ Πατρὸς γεννηθέντα παρίστησι. Καὶ πάλιν τὸ ἐν τῷ ρθ' ψαλμῷ εἰρημένον· ὅτι εἶπεν ὁ Κύριος τῷ Κυρίῳ μου, κάθου ἐκ δεξιῶν μου, σαφῶς, τὸν Πατέρα καὶ τὸν καθήμενον ἐκ δεξιῶν αὐτοῦ Υἱὸν ἡμῖν ἐφανέρωσεν. οὐ κατὰ τὰς θέσεις δὲ τὰς ἐπιγείους, οὐδὲ τὰς καθέδρας, ὅτε κατὰ τὰ δεξιὰ καὶ ἀριστερὰ μέρη τῶν ἀνθρώπων, οὕτω καὶ ὁ Θεὸς καθέζεται. μὴ γένοιτο. ἀλλ' ὥσπερ Θεϊκῶς ὑπὲρ λόγον ἐγεννήθη ὁ Θεὸς λόγος ἐκ Θεοῦ πρὸ αἰώνων, καὶ ὥσπερ ἀσώματος καὶ ἀχημάτιστος καὶ ἀπερίγραπτός ἐστιν, οὕτω μοι νόει

DEi fecit eum, ut ostenderet Deitatis unitatem. Non enim dixit DEos esse qvi hominem fecerunt, sed DEum unum qvi in Trinitate adoratur. Qvando igitur audis DEum dicentem: *Ecce Adam factus est sicut unus è nobis*, trium personarum vocem cogita. Qvando deinde, qvod *in imagine DEi DEus hominem fecit*, unam essentiam ac Deitatem confiteris. Igitur non ex hoc tantum sed & ex aliis pluribus Divinæ Scripturæ locis sanctæ & consubstantialis Trinitatis mysterium edocemur, & maxime de Patre ac Filio perspicua ac clarissima testimonia reperimus. Nam qvod dicitur * *Dominus pluit à Domino ignem super Sodoma & Gomorra*, ecqvid aliud nisi Patrem & Filium, & Dominum à Domino sive ex Patre natum sistit? Atqve rursus qvod in Psalmo centesimo nono dicitur: ** *Dixit Dominus Domino meo, sede à dextris meis*, perspicue nobis Patrem & sedentem à dextris ejus Filium declarat. Neqve vero ut in throno vel sede terrestri, aut ut à dextra vel sinistra parte hominum ita sedet DEUS. Sed sicut divino modo super omnem rationem natus est DEus Verbum ex DEo ante sæcula, & sicut incorporale, figura destitutum & incircumscriptum est, sic & sedem & thronum & dextram DEI mihi intellige. Sed & qvod apud

* Genes. XIX. 24. ** Psal. CX. 1.

ipsum Esaiam dictum exstat, clare docet nos mysterium de Patre & Filio, ait enim: * *Puer natus est nobis, Filius datus est nobis*, videlicet Gentibus à DEo. *Et vocatur nomen ejus magni consilii Angelus, admirabilis, consiliarius, DEus fortis, potens, princeps Pacis, Pater futuri sæculi.* David vero per DEi nomen in tribus personis sanctam Trinitatem velut in benedictionis gratiam nobis subinnuit cum ait: ** *Benedicat nos DEus, o DEus, benedicat nos DEus!* Ipsi gloria in sæcula, Amen.

καὶ τὴν καθέδραν καὶ τὸν θρόνον καὶ τὰ δεξιὰ τοῦ Θεοῦ. Καὶ τὸ παρ' αὐτῷ Ἡσαΐας δὲ εἰρημένον σαφῶς ἡμᾶς διδάσκει τὸ περὶ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ μυστήριον. λέγει γάρ, Ὅτι παιδίον ἐγεννήθη ἡμῖν, δῆλον τοῖς ἔθνεσι παρὰ Θεοῦ. Καὶ καλεῖται τὸ ὄνομα αὐτοῦ μεγάλης βουλῆς ἄγγελος, θαυμαστὸς σύμβουλος, θεὸς ἰσχυρὸς, ἐξουσιαστὴς, ἄρχων εἰρήνης, πατὴρ τοῦ μέλλοντος αἰῶνος. Ὁ δὲ Δαυὶδ τελεσποσάτως διὰ τοῦ Θεοῦ ὀνόματος τὴν ἁγίαν Τριάδα ὡς χάριν εὐλογίας ἡμῖν ὑπηνίξατο, εἰπών· Εὐλογήσαι ἡμᾶς ὁ Θεὸς, ὁ Θεὸς ἡμῶν, εὐλογήσαι ἡμᾶς ὁ Θεός. Αὐτῷ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας Ἀμήν.

Apud Joannem Damascenum 3. de imagg. Tom. I. Opp. edit. præclaræ Leqvinianæ pag. 385.

Hieronymi presbyteri Hierosolymorum.

JUDÆI *Interrogatio.* Qvandoqvidem Scriptura vestra crucem adorare nusqvam vobis permittit, cur igitur ipsam vos adoratis? Respondete nobis Judæis & Græcis, ceterisqve omnibus qvi hoc à vobis qværimus.

CHRISTIANI *responsio.* Idcirco, o stulti & vesani corde, forsitan permisit DEus omni genti

Ἱερωνύμου πρεσβυτέρου Ἱεροσολύμων.

Ἐρώτησις. Τῆς γραφῆς ὑμῶν μηδαμοῦ ἐπιτρεπούσης ὑμῖν προσκυνεῖν τὸν σταυρὸν, τίνος χάριν λοιπὸν αὐτὸν προσκυνεῖτε; Εἴπατε ἡμῖν τοῖς Ἰουδαίοις καὶ Ἕλλησι, καὶ πᾶσι τοῖς ἐπερωτῶσιν ὑμᾶς ἔθνεσι.

Ἀπόκρισις. Διὰ τοῦτο, ὦ ἀνόητοι καὶ ἀναιδεῖς τῇ καρδίᾳ, τάχα συνεχώρησεν ὁ Θεὸς † παντὶ ἔθνει σεβομένῳ τὸν Θεὸν, πάν-

* Es. IX. 6. ** Psal. LXVII. 6.

† Eadem Leqvinius reperit in Codice Regis Christianiss. 2951. expressa his verbis: καὶ γὰρ ὡς συνεχώρησεν ὁ Θεὸς προσκυνεῖν πᾶν ἔθνος χειροποίητα, Ἰουδαίους τινὰς πλάκας ἐκείνας, ἃς ἐλατόμησε Μωϋσῆς, καὶ τὰ δύο χερουβὶμ τὰ χρυσᾶ. ἔτως καὶ ἡμῖν τοῖς χριστιανοῖς ἐδωρήσατο τὸν σταυρὸν, καὶ τῶν ἀγαθῶν ἔργων τὰς εἰκόνας γράφειν καὶ προσκυνεῖν, καὶ δέξαι τὸ ἔργον ἡμῶν.

πάντως προσκυνεῖν τι ἐπὶ τῆς γῆς, ἔργον ἀνθρώπε ὑπάρχον, ἵνα μηκέτι δύνωνται ἐγκαλεῖν τοῖς χριστιανοῖς περὶ τοῦ σταυροῦ, καὶ τῆς τῶν εἰκόνων προσκυνήσεως. Ὥσπερ οὖν ὁ Ἰουδαῖος προσεκύνει τὴν κιβωτὸν τῆς διαθήκης, καὶ τὰ δύο χερουβὶμ τὰ χωνευτὰ καὶ χρυσᾶ, καὶ τὰς δύο πλάκας, ἃς ἐλάξευσε Μωϋσῆς, μηδαμοῦ ἐπιτραπεὶς ὑπὸ τοῦ θεοῦ ταῦτα προσκυνεῖν ἢ ἀσπάζεσθαι. ἔτω καὶ οἱ χριστιανοὶ ἔχωσι θεὸν τὸν σταυρὸν ἀσπαζόμεθα, ἀλλὰ δεικνύντες τὴν τῆς ψυχῆς ἡμῶν γνησίαν πρὸς τὸν σταυρωθέντα διάθεσιν.

colenti se, ut aliqvid in terris omnino veneraretur, qvod hominis arte factum esset, ne in crimen Christianis verteretur qvod crucem & imagines adorarent. Qvemadmodum igitur Judæus arcam fœderis adoravit, & duo Cherubim aurea & conflatilia, duasqve tabulas qvas dolaverat Moyses, cum tamen DEus nullibi concesserit ut ea adoraret & coleret: ita nos qvoqve Christiani, non tanqvam DEum crucem colimus, sed ut sincerum animi nostri erga eum qvi crucifixus est, affectum demonstremus.

HOSIUS Cordubensis ultra sexaginta annos Episcopus, cum pluribus Synodis Catholicus interfuisset, Nicænæ * vero A. C. 323. & Sardicensi A. 347. etiam præfuisset, postea prævalentibus sub Constantio Arianis *ad horam cessit*, ut de eo Athanasius de fuga Tom. 1. pag. 304. qvi tamen non mansisse Hosium in Arianis partibus sed Catholicum obiisse testatur. Discessit è vita major centenario A. C. 361. De illo Isidorus Hisp. de scriptoribus Eccles. cap. 1. *Hosius Cordubensis Ecclesiæ Civitatis Hispaniarum Episcopus, eloquentiæ viribus exercitatus, scripsit ad sororem suam* de laude virginitatis *Epistolam pulchro ac diserto comptam eloquio. Composuitque & aliud opus* de interpretatione vestium sacerdotalium, *quæ sunt in veteri Testamento, egregio quidem sensu & ingenio elaboratum.* In Sardicensi *etiam* Concilio *quam plurimus edidit ipse sententias.* Ex his nihil hodie exstat præter Canones XX. Concilii Sardicensis. Præterea *Epistolam* Hosii insignem *ad Constantium Imp.* servavit Athanasius in sua ad solitarios scripta, qvi etiam Nicænam fidei formulam ab eo maxime conceptam innuit. De Hosio accurate Tillemontius Tomo VII. memoriar. pag. 313. seq. & Nicolaus

* Vide Jo. Launojum lib. VIII. Epist. 1. pag. 693. Tillemont. Tom. VI. pag. 637. edit. Paris.

colaus Antonius Bibl. Hispanæ libro II. cap. 1. Utrum hic sit ille Hosius cui commentarium Latine scriptum in Timæum Platonis *Chalcidius* dicavit, non plane exploratum esse profiteor, uti nec qvod in Codice Bibl. Bodlejanæ annotatum reperit Christophorus Wase Exercitatione 3. animadversionum Nonianarum pag. 40. Chalcidium Hosii Hispani Episcopi fuisse Archidiaconum.

JACOBUS Nisibenus qvi Concilio Nicæno A. 325. interfuit, ut plurima scripsit Syriaco sermone qvæ Gennadius cap. 1. commemorat, ita videntur illius nonnulla Græce versa jam innotuisse tempore Athanasii, qvi cum Hosio, Alexandro Alex. Philogonio, Eustathio aliisqve orthodoxis Episcopis scriptoribus Jacobum qvoq; Mesopotamiæ præsulem laudat 1. adversus Arianos T. 1. pag. 252. De Jacobo illo præter Tillemontium Tom. VII. pag. 260. seq. Wilhelmus noster Ernestus Tentzelius ὁ μαναξίτης in Exercitationibus selectis parte 1. Exerc. 6.

JOANNES ab A. C. 386. Episcopus HIEROSOLYMITANUS famæ Origenis adversus Epiphanium & Hieronymum strennus defensor, obiit A. C. 416. Vide Tillemont. T. XII. memor. Non exstat ejus *liber adversus obtrectatores studii sui* memoratus Gennadio cap. 30. in qvo demonstravit se Origenis ingenium, non fidem secutum. Hanc suspicor esse illam apologiam ad Theophilum Alex. ad qvam respondet Hieronymus Epistola 61. Librum de institutione Monachorum Carmelitici Ordinis ad Caprasium Monachum, libenter omitto, qvi velut è Græco versus Latine à Carmelitis falso jactatur, sæpiusqve editus est (etiam in operibus Thomæ à Jesu Tom. 1. pag. 416. seq.) & cum pluribus aliis scriptis non majori pudore suppositis huic Johanni Hierosol. vulgatus à Petro Wastelio, additis amplissimis vindiciis Bruxell. 1643. fol. Sed his vindiciis & ejusdem Wastelii Apologetico pro Joannis Hierosol. Monachismo in Carmelo, ibid. 1611. 8. nec non Bernhardo Alegre, qvi in paradiso Carmelitici decoris pag. 576. seq. prolixe disputat adversus Baronium & Bignæum, ut Johannem Hierosol. adscribat Carmelitis, videre juvabit qvæ opposuit Papebrochius in tractatu præliminari ad Tom. III. Act. Sanctor. Maji pag. XX. seq. & Tom. 1. April. p. 780. seq. nec non Conradus Janningus in Apologia pro Papebrochio adversus Sebastianum à S. Paulo, præmissam Actis T. 1. Junii §. 49. seq. pag. XL. &c.

Ju-

JULIUS I. Episcopus Romanus ab A. 337. ad 352. de qvo Tillemontinus Tomo septimo, & Henschenius Tom. 2. Act. Sanctor. April. 12. pag. 82. seq. *Epistola* sub ejus nomine ad *Dionysium Corinthium*, qvæ incipit θαυμάζω πυνθανόμενον, Græce & Latine vulgatus est ab exqvisitæ eruditionis viro *Lud. Antonio Muratorio* in Anecdotis Græcis p. 341-346. subjuncta disqvisitione ad C. V. Antonium Mariam Salvinium, qva adversus Gennadium cap. 2. de S. E. negat auctorem illius Julium esse, sed ab Apollinari vel Timotheo Apollinaris discipulo suppositam probat auctoritate Facundi, lib. 1. cap. 5. Evagrii lib. 1 Hist. cap. 31. ac Leontii Byz. Plura de Epistolis Julio aliisq; per Apollinaristas suppositis Michael le Qvien in diss. secunda Damascenica. Julii Epistola *ad Docimum* citatur Act. 1. Concilii Ephesini, & à Cyrillo Alex. in Apologetico. Ex verbis πρὸς Δόκιμον, apud Facundum est ad Prosdocimum. Epistola *ad Alexandrinos* pro Athanasio, qvæ incipit: συγχαίρω κἀγὼ ὑμῖν, ἀδελφοί, exstat apud Socratem II. 23. Hist. & Apologia secunda S. Athanasii, qvi Epistolam Julii *ad Orientales* etiam in sua Apologia de fuga conservavit. Tom. 1. pag. 739-754. Incipit: ἀνέγνων τὰ γράμματα. Præter has Epistolas in tomis Conciliorum sub Julii nomine exstat Latine Epistola increpatoria ad Orientales pro causa Athanasii & excessibus contra Romanam Ecclesiam, qvæ incipit: *Decuerat vos, fratres*, cum Epistola Orientalium ad Julium, cujus initium: *Licet circa omnes Romanam Ecclesiam.* Juliiqve Epistola ad Orientales Theognium, Theodorum, Berinthum, altera qvæ incipit: *Decuerat vos adversus sanctam Ecclesiam.* Has Blondellus etiam in Pseudo Isidoro suo pag. 443. sq. exhibet cum censuris suis, qvibus eas suppositas esse demonstravit.

LIBERIUS Romanus Episcopus ab A. 352. ad 366. qvi communione cum Arianis labem nomini suo adsperšit, à Catholico dogmate alioqvi haud alienus. Vide Tillemontium Tom. 6. p. 781. 790. T. 8. p. 714. & Benedictinorum notas ad S. Ambrosium Tom. 2. pag. 173. Jo. Morinum de sacris Ordinationibus p. 346. sed & Matthæi Larroqvani diss. de Liberio Romano, Genev. 1670. 8. De scriptis ejus non habeo qvæ addam præclari Cavei industriæ, qvem si placet consule.

LUCIFER Calaritanus, sive ut veteres Caralitanus (Καράλων) in Sardinia Episcopus A. C. 371. defunctus, licet Latine scripserit, non tacendus est mihi, qvoniam scripta ejus Græce transferenda curavit S. Athanasius, sive ut in Marcellini & Faustini libello precum pag. 38. traditur, ipse transtulit. *Dicant nunc quid Lucifer novum docuerit - - Et bene quod libros scripsit ad Constantium, non ut plerique, gloriam captans ingenii, sed divina testimonia aptissime congerens contra hæreticos* (Arianos) *& contra ipsum Patronum hæreticorum* (Constantium.) *Quos quidem libros cum per omnia ex integro ageret, suspexit & Athanasius ut veri vindices, atque in Græcum stylum transtulit, ne tantum boni Græca lingua non haberet.* Ad hunc Luciferum duæ Athanasii Epistolæ exstant Latine inter Luciferi opera & inter Athanasii T. 2. edit. novæ p. 965. Earum alteram emendatiorem qvoqve dedit Chifletius ad Vigilium p. 109. De Lucifero qvem Zelus incredibilis & constantia confessoribus, asperitas in Episcopos pœnitentes horumq; receptores, Schismatis reis adscripsit, videndi Godfridus Hermantius in vita Athanasii, libro præcipue IX. cap. 11. Tillemontius T. VII. memoriar. p. 514. seq. & T. XII. p. 50. ubi de Hieronymi Dialogo adversus Luciferianos, qvi Luciferum ipsum tamen beatum vocare non dubitat & bonum pastorem. Paschasius Qvesnellus dissertatione XIV. ad Leonem M. è qva repetitæ notæ qvæ Faustini & Marcellini libello precum in editione Oxonienſi subjiciuntur. Benedictini notis ad S. Ambrosium pag. 1127. & Papebrochius Tom. V. Act. Sanctor. Maji 20. p. 197. ad 225. qvi p. 205. laudat Ambrosii Machin, Archi Episcopi Calaritani defensionem sanctitatis Luciferi, ad Urbanum VIII. editam Carali A. 1639. fol. Pro eadem pugnat Antonius Macedo in libro de Diis tutelaribus Orbis Christiani p. 215. seq. licet contra eandem multi, ut Natalis Alexander in selectis capitulis Historiæ Sæculi IV. parte 1. pag. 245. seq. Apostolicus vir dicitur in libello precum à Luciferianis compositio p. 10. *Sed & Apostolicus vir Lucifer, ob hoc quod bene esset agnitus per contemtum sæculi, per studium sacrarum litterarum, per vitæ puritatem, per constantiam fidei, per gratiam divinam, à Romana Ecclesia missus est legatus ad Constantium: & ob hoc quod fidem venerabilem vindicavit, quod detexit & convicit hæreticos, ductus est in exilium cum omni atrocitate injuriarum.* In scriptis ejus familiam ducunt *libri duo pro Athanasio ad Constantium Imp.* in qvibus totam S. Scripturam ordine percurrit ex singulis libris ordine repetens qvæ ad Constantium applicet & qvibus persecutionem ejus de-

deteſtetur. Liber ſecundus à Jeremia incipit. Qvoniam vero alia verſione uſus eſt Lucifer, loca pleraqve aliter leguntur qvam in Latinis noſtris Bibliorum Codicibus, ut apparet ex collatione qva J. Ludovicus de la Cerda cap. CLXIII. Adverſariorum ſacrorum p. 404-414. dicta in priore Luciferi libro allegata cum interpretatione Vulgata contulit. Cætera Luciferi ſcripta non minorem Zelum ſpirantia ſunt: *De Regibus Apoſtaticis. De non conveniendo cum Hæreticis. De non parcendo delinquentibus in DEum. Quod non oriendum ſit pro Filio DEi.* Qvibus deniqve *Epiſtola* brevis *ad Florentium* ſubjicitur. Nonnullæ Latini Latinii caſtigationes ad editionem Luciferi curatam à Joanne Tilio, Pariſ. 1568. 8. atqve in editionibus Patrum Pariſ. Colon. & Lugd. repetitam exſtant in ejus Bibliotheca ſacro profana pag. 157-163. Sed merito doleas cum Caveo & Colomeſio (in paralipomenis p. 255. & Obſervatt. ſacr. p. 139.) non vidiſſe lucem editionem Luciferi qvam parare ſe profeſſus eſt Cotelerius ad Conſtitutt. Apoſtol. II. 57. his verbis: *Cæterum hic ubi locum Luciferi illuſtrare conatus ſuum, Auctoris omnium (quod nemo neſcit) depravatiſſimi, utiliſſimi tamen ad cognitionem Scripturarum, admonitum te velim, Lector candide, me in purgando eo Augiæ ſtabulo plurimum laboris impendiſſe, paratumque eſſe ad procurandam editionem, ſi librum aliquem MS. nactus fuero. Ut ſi forte in manus tuas, aut notitiam venerit, mecum communicare non dedigneris, hominem non ingratum ſingulari beneficio tibi deviincturus.* Sunt qvi ſuſpicantur conſilium illud deinde Cotelerium abjeciſſe, ne Luciferi verbis Regem ſuum Hugonottis tunc gravem pulſare videretur. Qvi vero Luciferi in Conſtantium, Imperatorem ſuum laceſſentis acerrime ſcripta laudant, facilius excuſabunt qvæ Lutherus externi Regis ſcripto reſpondens paullo aſperius ſcripſit.

MARCUS Arethuſius, auctor confeſſionis editæ in Concilio Sirmienſi A. 351. teſte Socrate II. 30. deinde martyr ſub Juliano, laudatus in Nazianzeni Orat. 48. Vide Tillemont. Tom. VII. memor. pag. 726. & B. Doctoris mei Tho. Ittigii Hiſtoriam Photini p. 454.

MELETIUS Melitenus ab Acacio A. 360. ex Sebaſteno * Antiochiæ ordinatus Epiſcopus, mox poſt menſis ſpatium ab Arianis iterum expulſus eſt Euzoio in ejus locum evecto. Cum hoc Meletio qvod communicare nollent Euſtathiani, non mediocris in

* Vide Philoſtorg. V. 1. Socratem II. 44.

Eccleſia motus concitatus eſt qvem ordinatus à Lucifero Paulinus Euſtathianorûm Epiſcopus etiam auxit. Sed ſub Joviano redditus Eccleſiæ ſuæ Meletius A. 363. atqve ſub Valente iterum ejectus in exilium A. 364. Paulino locum dedit, donec ſub Gratiano tertium A. 378. revocatus eodem Paulino fruſtra per aliqvod tempus ſchiſma continuante tandem cum eo in gratiam rediit. Vide Acta Sanctor. 12. Febr. & Tillemontium Tom. VIII. memor. p. 341. ſeq. 760. ſeq. Meletium hunc durante Concilio CPoli A. 381. cum Nazianzenus ab eo Epiſcopus CPol. ordinatus eſſet, defunctum, pro funere laudavit Gregorius Nyſſenus cujus Oratio adhuc exſtat ut dixi ſupra p. 159. qvemadmodum & exſtat ſermo Chryſoſtomi in ipſius laudem dictus Antiochiæ A. 386. qvi incipit: πανταχῆ τῆς ὑμίας καὶ ἱερᾶς τάυτης ἀγέλης, & citatur in Synodo ſecunda Nicæna Actione IV.

Hujus Meletii primum qvem Antiochiæ habuit ſermonem ſervavit Epiphanius LXXIII. 29-33. Meminit Sozomenus IV. 28.

Præterea Epiſtolam ad Jovianum Imp. in Concilio Antiocheno A. 363. ſcriptam Socrates III. 25. & Sozomenus VI. 4. Perſtringunt illud Concilium Hieron. in Chron. & Athanaſius Tom. 3. edit. novæ pag. 31.

Alii Meletii decem.

Cum hoc Meletio non confundendus 1.) MELETIUS Lycopolitanus in Thebaide Ægypti Epiſcopus atqve ſub Diocletiano & Maximiano Confeſſor, à qvo ſchisma *Meletianorum*, negantium ad pœnitentiam recipiendos qvi perſecutionis metu CHriſtum abnegaverant. De hoc Epiphanius hæreſi LXVIII. Hi deinde male audierunt ob communionem cum Arianis a) unde non à melle Meletianos ſed ab amaritudine *Picritianos* appellat S. Athanaſius, b) licet Meletius ipſe inter primos Arii hæreſin notaſſet & ad Alexandrum detuliſſet. c) Meletianum ſchiſma utcunqve ſopitum in Concilio Nicæno, qvibusdam illud adhuc continuantibus ut Johanne Memphitano, & Callinio Peluſiota Epiſcopo atqve Paphnutio Anachoreta. Vide Tillemontium T. VI. pag. 233. 662. 735. & B. Ittigii Hiſtoriam Concilii Nicæni p. 13. & 62. 2.) Alius

a) Epiphanius LXVIII. 4.

b) Athanaſ. Epiſt. ad ſolitarios Tom. 1. p 864. D. Ittig. diſſ. de Photino pag. 427.

c) Epiphanius LXVIII. 6. ad qvem confer Godfr. Hermantium lib. 1. de vita Athanaſii cap. 7.

2.) Alius Meletius *Sebaſtopolitanus* Epiſcopus qvem Concilio Nicæno A. 325. interfuiſſe teſtatur Athanaſius Orat. 1. in Arianos T. 1. p. 291. & Philoſtorgius lib. 1. c. 8. Vide Valeſium ad Euſebii VII. 32.

3.) *Meletius* ad qvem hæc exſtat Libanii Epiſtola, necdum edita qvod ſciam.

Μελετίῳ.

Ἐγὼ τὸν μὲν παρὰ σοῦ καὶ εἶδον κὴ φιλῶ, σὲ δ' ὅπω μὲν εἶδον. φιλῶ δὲ ὥσπερ ἐκεῖνον, ἐπεὶ καὶ αὐτὸν ἀκήκοα σε γνώμης ὅτως ἔχειν πρὸς ἡμᾶς, ὥσπερ ἂν εἰ μετεσχήκεις ἡμῖν. τοῦ δὲ ταῦτά με πιστεύειν ἔστω σοι σημεῖον τὸ καὶ χάριν αἰτεῖν ἤδη. ἔστι δὲ ἡ χάρις, Μαρκελλῖνον καὶ Καρτιον τῆς σῆς ἀπολαύειν εὐνοίας, χρηστούς τε ὄντας καὶ ἡμῖν ἐπιτηδείους κὴ Σπεκτάτα φίλους. Οἰμαι δὲ αὐτοὺς ἁδὲν ἧττον φορτικὸν ἧτε ἔξω τῶν νόμων ἐπαγγέλλειν. πεῖθε δὴ κὴ Παμφυλίαν * ὅτι με τιμᾶν ὅλον δεῖν. κὴ ἡμᾶς, ὅτι σοὶ χρὴ πολλάκις ἐπιστέλλειν.

Meletio.

Qvem ad me miſiſti, & vidi & amo. Te nondum vidi, nec minus qvam illum amo tamen, qvoniam audio te perinde in nos animatum eſſe ac ſi familiariter nobis uſus fuiſſes. Idqve credi à me, documento eſto tibi qvod jam beneficium à te poſtulo. Eſt hoc, ut Marcellinum Cartiumqve tua frui benevolentia permittas, probos homines neceſſariosqve noſtros & Spectati amicos. Nihil certe illos qvicqvam vel grave vel à legibus alienum præ ſe ferre exiſtimo. Fac vero norit & Pamphilia (Marcellini Cartiiqve mater) me loco aliqvo apud te eſſe, & nobis ſæpius ad te ſcribendi anſam præbe.

4.) Meletius Epiſcopus *Mopſueſtenus* in Cilicia ſecunda, Neſtorianus: cujus Epiſtolæ undecim ſuperſunt Latine in Synodico adverſus tragœdiam Irenæi. Depoſitus eſt in Concilio Epheſino A.C. 431.

5.) Meletius Chorepiſcopus. Garnerii auctar. ad Theodoriti Opera p. 198.

6.) Meletius Monachus cujus liber de natura hominis ita inſcribitur in Codice Segvieriano & altero Cæſareo: πόνημα κατὰ σύνοψιν περὶ φύσεως ἀνθρώπου ἐξεργασθὲν κὴ συντεθὲν παρὰ Μελετίου μο-

* Schol. τὴν μητέρα Μαρκελλίνου καὶ Καρτίου.

ναχῦ θέματ@ τῆς Ὀψικίκ βάνδκ ἀρέσκκ * χωρίκ Τιβεριπόλεως (in Phrygia majore) μονῆς λεγομένης τρεῖς, ἤτοι τῆς ἁγίας Τριάδ@. Συλλογὴ ἐκ τῶν τῆς Ἐκκλησίας ἐνδόξων κ λογάδων Φιλοσόφων. Prodiit tantum Latine Venet. A. 1552. 4. ex verſione *Nic. Petreji* Corcyræi. Græce habetur etiam aliqvoties MS. Oxonii in Bibl. Bodlej. Græco altero Bibl. Cæſareæ Codice, caput XXXV. de anima qvintuplo majus occurrit. In eadem Bibl. etiam Græca Anonymi ex Meletii libro epitome, & *iatroſophion* ejusdem, capitulis CCXVII. in compendium redactum.

Incertum diverſus ne ab hoc (vel illo qvem mox referam) ſit Meletius ad qvem Theodori Studitæ Epiſtolæ ſuperſunt inter ineditas illas CCLXXVII. qvas Sirmondo haud viſas ſervat Codex Bibl. Segvierianæ.

7.) Μελέτιός τις, Θεοφόρ@ ἀνὴρ κ τῶν γραφῶν ἀκριβὴς ἐξεταστὴς, cujus de azymis ſcriptum inter S. Johannis Damaſceni opera edidit doctiſſimus Vir Mich. le Qvien T. 1. p. 648. ſeq.

8.) Meletius ὁ Πηγᾶ, Cretenſis, à Sylveſtro Patriarcha Alex. ordinatus presbyter & A. 1582. protoſyncellus, inde Exarchus Patriarchæ CPol. & in Patriarchatu Alexandrino, Sylveſtri ſucceſſor digniſſimus laudatus Joſepho Scaligero Epiſt. 157. & Georgio Douſæ in itinere CPol. de cujus ſcriptis adverſus Latinos, aliisqve dicendi locus infra libro VI. Vide interim Cruſii Turco Græciam p. 234. Hottingerum parte V. Hiſt. Eccleſ. p. 62. ſeq. Allatium de conſenſu pag. 996. Rich. Simonis Hiſt. Critic. Tom. 4. pag. 11. ſeq. & præcipue Euſebium Renaudotum ad Gennadii & aliorum recentium Græcorum ſcripta p. 91. ſeq. Epiſtola hujus Meletii ad Janum Douſam exſtat inter Arminii ejusqve ſeqvacium Epiſtolas n. XXV.

9.) Meletius Syrigus, Cretenſis qvi juſſu Synodi CPol. & Patriarcharum mandato A. 1638. oppugnavit Confeſſionem Cyrilli Lucaris, Vide laudatum Renaudotum p. 151. ſeq. & Rich. Simonem in libro de ſententia Eccleſ. Oriental. circa transſubſtantiationem edito Gallice adverſus Tho. Smithum, Pariſ. 1684 12.

10.) Meletius Calligraphus XI. ſæculi cujus aliqvot Codices MSti Græci in Bibl. Segvieriana & Colbertina. Omitto Meletium Ducem de qvo Martyrologia & Menologia 24. Maji, Alios item Martyres,

* Al. ἀκρακῦ. Ὀψίκιον & Θέμα Ὀψικίκ qvid ſit, dixi ſupra, pag. 319.

tyres hoc nomine, nec non duos Meletios Hegumenos Monasterii S. Pauli Latris, qvorum alter sæculo XIV. alter sæculo XV. fuit, qvorum mentio in Codice Colbertino operum S. Ephraim apud Clariss. Montfauconum in Palæographia Græca p. 78. Meletii Macris mox infra faciam mentionem in Nectario Hierosol.

NECTARIUS ortu Tarsensis Cilix, è Senatore ac Prætore CPol. atqve adeo Laico * nec dum baptizato Episcopus CPolitanus A. 381. post Nazianzeni abdicationem constitutus, præfuit Concilio CPol. A. 394. 27. Sept. & A. 393. defunctus successorem habuit Joannem Chrysostomum. Vide Tillemont. Tom. IX. pag. 486. seq. qvi eundem esse putat Nectarium qvem una cum conjuge de jactura filii unici solatur Basilius M. Epist. 188. 189. Ejus *homilia in Theodorum* τρατηλάτην Martyrem, qvem primo sancto jejunii Sabbato Græci colunt, (& in qvem Gregorii Nysseni etiam homilia exstat) Latine sæpius prodiit, Joach. Perionio interprete, & inter homilias qvasdam Chrysostomi Paris. 1554. 8. & T. V. Lipomanni, & apud Surium 9. Nov. Græce MS. exstat in variis Bibliothecis & in Cæsarea qvidem sæpius. Vide Lambecium IV. pag. 97. 124. seq. VIII. p. 86. 231. 349. Incipit: ὡς πολὺ τὸ πλῆθος τῆς χρηστότητός σε Κύριε. *Sententiam Synodicam* de Agapio & Gabadio qvorum uterqve Bostrensem Episcopatum sibi vindicabat, habes in jure Græco Romano Marqv. Freheri lib. IV. pag. 247. petitam ut habet titulus ἐκ τῶν πεφαλαιωθέντων ἐν Κωνσταντινουπόλει ὑπομνημάτων. Data est Arcadio tertium & Honorio iterum COSS. hoc est A. C. 394. qvo Concilium celebratum est.

Alii Nectarii.

Nectarius Hieromonachus, cujus lucubrationem carmine scriptam Græco de Abbatibus qvi ante ipsum claruerunt exstare MS. in Bibl. Regis Galliæ Codice 2198. testatus est Labbeus in Bibl. nov. MSS. p. 135.

Nectarius Hierosolymitanus Patriarcha, patria Cretensis defunctus A. 1665. successore Dorotheo qvi ejus vitam scripsit, in qva narrat Poëtica illum didicisse à Meletio Macre: Philosophiam hausisse Athenis à Theophilo Corydale Philosopho Peripatetico. Hujus Nectarii *Confutatio Imperii Papæ in Ecclesiam* liber haud con-

* Alia exempla Episcoporum è Laicis habes apud Allatium de ætate & interstitiis in collatione Ordinum pag. 170. seq.

contemnendus lucem vidit Moldavensibus typis A. 1682. † & Latine Petro Allixio interprete Lond. 1702. 8.

Nectarium Pictaviensem qvem pro Victorino aliqvi commiscuntur, libenter omitto.

NICOBULUS Gregorii Nazianzeni amicus & propinqvus, auctor carminis epici ad filium cognominem, qvo respondet carmini qvod ejus nomine ad Parentem Nazianzenus scripserat, veniamqve pro filio petierat, ut liceret illi extra patriam dare operam eloqventiæ. Legitur inter Nazianzeni poëmata T. 2. Opp. p. 115-120. Incipit : τέκνον ἐμὸν, μύθῳ ποθέων ποθέεις τὰ φέρτερα. De Nicobulo multis antiqviore sæculis, qvi de Alexandro M. scripsit, feci mentionem lib. III. cap. 8.

ORESIESIS (aliis *Oriesis*, *Orsesius* vel *Orsisius*, vide Rosvveidum ad vitas Patrum p. 110.) inter Ægypti Monachos in vico Thebaidis Tabbena sive Tabbenesio, cum Pachomio & Theodoro clarus, de qvo Tillemontius T. VII pag. 479. seq. 499. 686. 761. Ejus *Testamentum* Gennadio cap. 9. tantopere laudatum & qvod pro deperdito habet Clariss. Caveus, utiqve videtur esse illa doctrina monastica qvam ex Græco versam, Latine tantum habemus, editam ad calcem S. Prosperi de vita contemplativa Colon. apud Jo. Gymnicum 1538. 8. & in Bibliothecis Patrum Paris. Colon. & Lugd. (Tom. IV. p. 91.) & in Codice Regularum Monasticarum Holsteniano Tom. 1. pag. 121. Rom. 1661. 4. Paris. 1663. 4.

Junior existimatur Oresius Abbas, cujus libellus brevis de sex Cogitationibus Sanctorum ex Goldasti Codice Latine editus ab Henrico Canisio Tom. V. Lect. Antiqvar. parte 2. p. 951.

PACHOMII Monachorum Tabbenensim auctoris præcipui & medio sæculo qvarto defuncti Vitam, ab auctore incerto, sed qvi illis temporibus vixisse se profitetur, traditam exhibet Bollandus Tom. 3. Act. Sanctor. Maji, Græce qvidem in appendice ad calcem illius Voluminis è MSS. Florentino, Vaticano & Ambrosiano p. 25. & 51. Latine autem ex versione Danielis Cardoni S. I. p. 295. & 334. Ammonis qvoqve Episcopi Epistolam περὶ βίου μοναχῆς καὶ πολιτείας Παχωμίου καὶ Θεοδώρου, è MS. Florentino Græce ad calcem Volum. p. 63.

† Vide Ephemerides Paris. A. 1710. pag 11. 13. Novellas Reip. litterar. A. 1702. T. 2. pag. 112. Acta Er. 1703. pag. 292. Memorias Trevoltinas A. 1704. Tom. 2. pag. 35. edit. Amst.

pag. 63. & Latine pag. 347. Cui præmissa qvædam ἐκ τῶν ἐντολῶν τοῦ Παχωμίου, cujus generis sunt *monita spiritalia* Pachomii ex MS. Aldino Latine edita à Gerhardo Vossio in appendice ad Gregorium Thavmaturgum pag. 130. Mogunt. 1604. 4. Incipiunt: *Honora DEum, & valebis.* Tabulam æneam instituti Monastici regulas complectentem Pachomio traditam ab Angelo narrat Palladius in Lausiaca cap. 38. & argumentum ejus refert. Prodiit etiam sæpius *Pachomii Regula* uberior Latine, qvam ab auctore primum scriptam Ægyptiaco sermone, deinde versam Græce, & è Græco ad Silvani Monachi preces Latine redditam à S. Hieronymo, nolim inficiari. Primus edidit Achilles Statius Romæ 1575. deinde Petrus Ciacconus ibid. 1588. Hinc Bibliothecæ Patrum collectores. Non hanc modo Regulam cum Hieronymi præfatione, sed etiam *Pachomii Epistolas* qvas Gennadius memorat, & plures etiam illi non memoratas Latine ex interpretatione ejusdem Hieronymi servavit Benedictus Anianensis, qvi sæculo IX. claruit, in Concordia sive Codice Regularum qvi ex Lucæ Holstenii editione prodiit Rom. 1661. 4. recusus Paris. 1663. 4. Plura de Pachomio Rosvveidus in vitis Patrum pag. 81. sqq. præludio ad vitam Pachomii à Dionysio Exiguo Latine versam, & Tillemontius Tom. VII.

PAULINUS qvi ex presbytero A. 362. ordinatus à Lucifero Episcopus Antiochenus magnorum motuum materia fuit, qvarum supra in Meletio mentionem feci. Ejus *fidei Professio* ab Athanasio probata extat apud Epiphanium LXXVII. 21. Hunc Paulinum ætate anteceſſit non modo Paulinus, qvi ex Tyrio præsule Episcopus Antiochenus A. 331. favens Arianis, & amicus Eusebii Cæsar. qvi illi scripta qvædam dedicavit: sed etiam Paulinus qvi ante Eustathium & post Philogonium per breve tempus Episcopus Antiochenus fuit A.C. 324. & cujus *maleficiorum libros* à Macedonio Episcopo Mopsvesteno & confessore combustos referunt Orientales in Epistola Synodica qvæ edita est à Pithoeo in Hilarii fragmentis parte 2. p. 26. Confer Valesium ad Sozomeni III. 11. & Tillemontium Tom. VII. Alii Paulini qvi uno Pnevmatomacho excepto Latine omnes scripserunt:

Paulinus *Aquilejensis* Patriarcha qvi Felicem Orgelitanum & Elipandum Toletanum oppugnavit, defunctus A. C. 804. de eo Bol-

landus in actis Sanctor. ad XI. Januar. T. 1. pag. 713. seq. Vide & Sirmondi Opera Tom. 4. p. 641.

Paulinus *Bitterenſis* in Gallia Epiſcopus, clarus ſub qvinti ſæculi initia. Ejus Epiſtolam de ſignis terrificis apud Baronium ad A. 418. extare ſcribit Clariſſ. Oudinus. Sed ego incaſſum eam illo loco qvæſivi.

Benedictus Paulinus *Burdegalenſis*, ad qvem ſcripſit Fauſtus Rejenſis, & qvem cum Nolano videtur confundere S. Avitus Epiſt 4.

Paulinus *Mediolanenſis* Presbyter, qvi Vitam Magiſtri ſui S. Ambroſii Mediolanenſis Epiſcopi ſcripſit. Idem qvi ut Diaconus adhuc Cæleſtium Pelagianum Carthagine oppugnavit. Vide Baron. ad A. C. 369. n. 37. & A. 418. n. 11. ſeq.

Meropius Pontius Anicius Paulinus amicus Auſonii, Epiſcopus *Nolanus* A. C. 431. defunctus, doctrinæ & eloqventiæ laude, poëticæ qvoqve facultatis gloria clariſſimus. Operibus ejus à Ducæo, Roſvveido, Chifletio, & Jo. Baptiſta Brun * illuſtratis addenda qvæ in lucem protulit πολυμαθέστατος Muratorius in anecdotis Latinis Tom. 1. Mediolan. 1697. 4. Caroli Peraulti poëma Gallicum de hoc Paulino prodiit Pariſ. 1686. 8.

Paulinus *Pellæus* Auſonii nepos, cujus euchariſticon de vita ſua qvod carmine Heroico ſcripſit, octogenario major A. 456. exſtat ad calcem Paulini Petrocorii, de qvo infra. Confer Tillemontium Tom. XVI. p. 416. ſeq.

Paulinus cujus tractatus de initio qvadrageſimæ, de die Dominico Paſchæ, de obedientia, de pœnitentia, de Neophytis memorat Gennadius de S. E. cap. 68.

Benedictus Paulinus *Petrocorius*, Aqvitanus qvi libros ſex de vita S. Martini ſcriptos carmine Heroico dedicavit Perpetuo Turonenſi Epiſcopo, qvem Patronum ſuum appellat. Is Perpetuus Concilio Turonenſi præſedit A. C. 461. Hujus Paulini editionem meliorem cum Franciſci Jureti & Jo. Frid. Gronovii notis debemus Chriſtiano Daumio τῷ μακαρίτῃ, Lipſiæ 1681. 8.

Paulinus *Pnevmatomachus*, de qvo Palladius in hiſt. Lauſiaca capite de Rufino pag. 124. edit. Meurſii.

Pau-

* Paulini opera à Brunio expolita & illuſtrata prodierunt Pariſ. 1685. 4. Petri Franc. Chifletii Paulinus illuſtratus, Divione 1662. 4.

Paulinus *Suetonius* Conſul A. C. 66. qvem de Atlante monte citat Plinius V. 1. Hiſt. Nam alios Paulinos Conſules libenter prætereo qvos in Clariſſ. Almelovenii faſtis pag. 191. ſi placet videbis. Tantum notabo Paulinum qvoqve Nolanum accenſendum iis qvi conſulatum honorarium geſſerunt. Vide Antonii Pagi præf. ad diſſ. Hypaticam §. 26.

Paulinus *Trevirenſis* Epiſcopus depoſitus in Concilio Arelatenſi A. 353. atqve inde à Conſtantio miſſus in exilium. Vide Baluzium ad Lupum Ferruenſem pag. 498. ſeq. edit. Lipſienſis.

PETRUS ab A. 300. Alexandrinus Epiſcopus, qvi Martyrium obiit A. C. 311. Acta ejus Martyrii Latine ex Anaſtaſii Bibl. verſione exſtant apud Surium 25. Nov. Incip. *Ad corroboranda corda credentium.* Alia ex Simeone Metaphraſte Græce & Latine cum notis in Combefiſii ſelectis triumphis Martyrum Pariſ. 1660. 8. pag. 189. Incipit: ἦχε μὲν ἡ ἐπιφανὴς Νικομήδεια. De ejus *Canonibus XV. pœnitentialibus* A. C. 306. ſcriptis qvi cum Jo. Zonaræ & Theodori Balſamonis ſcholiis Pariſ. primum à Frontone Ducæo, deinde Oxoniæ à Gvil. Beveregio T. 2. magni Synodici Græce & Latine vulgati ſunt, conferendus Tillemontius Tom. V. p. 450. ſeq. & Lambecius VIII. p. 414. *Liber de Divinitate* à Cyrillo Alex. atq; in Actis Concilii Epheſini & Chalcedonenſis citatus, nec non *Homilia de adventu Salvatoris* qvam laudat Leontius Byzantinus contra Neſtorium & Eutychem, interciderunt. *Diatribam de Paſchate* Chronico Alex. ſive Paſchali præfixam & à Petavio pridem Græce in Uranologio editam, non Petro huic Alexandrino, ſed longe juniori ſcriptori ſub ſexti extremum ſæculi tribuendum eſſe, jam notarunt viri doctiſſimi. *Proterium* Alexandrinum de qvæſtione Paſchali videtur vocare Jo. Lelandus de ſcriptoribus Britannicis p. 387.

PETRUS S. Athanaſii A. C. 373. 2. Maj. defuncti in Epiſcopatu Alexandrino ſucceſſor, ab Arianis qvi Lucium ejus loco intruſerant, in carcerem conjectus in illo ſcripſit *Epiſtolam Encyclicam*, cujus præcipua pars legitur apud Theodoritum IV. 22. Hiſt. & Nicephorum XI. 28. & cum notis Georg. Henſchenii Tom. 3. Act. Sanctor. Maj. p. 207. ſeq. Alterius *Epiſtolæ ad Epiſcopos Ægyptios fidei cauſſa exules* fragmenta duo, Latine ſervavit Facundus IV. 2. XI. 2. Poſt Valentis Imp. mortem A. 378. ſedi Alexandrinæ reſtitutus Maximum Philoſophum loco Nazianzeni in CPolitanam ſedem evexit A. 379. Vide Va-

lesium ad Sozomeni VII. 9. & Theodoriti V. 8. Annalium scriptores ad A. C. 379. Defunctus A. 381. successorem habuit Timotheum. Tillemont. Tom. 6. memor. pag. 620. seq.

PETRUS S. Basilii & Gregorii Nysseni frater, Episcopus Sebastenus A. 391. adhuc superstes, de qvo Bollandus in Actis Sanctor. ad 9. Januar. Tom. 1. p. 588. seq. & Tillemontius Tom. IX. p. 572. 737. seqq.

Exstat ejus *Epistola ad* fratrem *Gregorium Nyssenum*, præmissa hujus libris adversus Eunomium. Meminit hujus Petri Basilius frater Epist. 272. & 307.

THEODORUS presbyter, Pachomii (de qvo supra) in Abbatia Tabennensis Monasterii successor, à vitæ Pachomii scriptoribus etiam atqve etiam celebratus, scripsit Gennadio c. 8. teste, Epistolas tres ad monasteria, ex qvibus unam de paschate ex Græco versam Latine habemus in Codice Regularum qvem edidit Holstenius Tom. 1. p. 117. De hoc Theodoro Tillemontius Tom. VII. p. 469. seq. Alius Theodorus Monachus, discipulus S. Antonii & Amonis qvem in Antonii vita Athanasius memorat.

THEODORUS Heracleæ qvæ ipsum genuerat Episcopus in Thracia, depositus in Synodo Sardicensi A. 347. Obiit sentiens cum Homœusiastis sive semi Arianis circa A. 355. (adeoqve non confundendus cum juniore Theodoro sive Dorotheo * qvi ex Heracleæ Episcopo factus Episcopus Antiochenus post A. 370.) *Elegantis apertique sermonis & magis historicæ intelligentiæ, edidit sub Constantio Principe commentarios in Matthæum & in Johannem & in Apostolum* (sive Pauli Apostoli Epistolas) *& in Psalterium*, Hieron. c. 90. de S. E. Ex hisce commentariis fragmenta bene multa leguntur in Catenis editis atqve ineditis Græcorum Patrum ad jam dictos S. Scripturæ libros, & in alios qvoqve, ut in Catena ad Lucam edita: & in inedita ad Prophetas Majores, cujus mentio apud Clariss. Montfauconum Palæographiæ Græcæ p. 317. Non pauca etiam ex Catenis MSS. excerpsit deditqve Latine Combefisius in Bibliotheca Concionatoria. Commentarium Theodori in Psalmos integrum cum Patrum in Psalmos Catena Balthasar Corderius Græce & Latine edidit Antvverp. 1643. fol. qvem Codex Cæsareus anonymum Mazarinianus cum expresso auctoris nomine illi suppeditavit. THEO-

* Vide Tillemont. Tom. 6. memor. pag. 794.

THEOTIMUS *Scythiæ Tomorum Episcopus, in morem Dialogorum & veteris eloquentiæ breves commaticosque tractatus edidit. Audio eum & alia scribere.* Hæc Hieronymus c. 131. de S. E. scribens ipse A. C. 392. Citatur Theotimus à Damasceno in parallel. De eodem Baronius ad Martyrolog. & Acta Sanctor. XX. April. Alius Theotimus junior itidem Scythiæ Episcopus, cujus Epistola ad Leonem Imp. de Timotheo Æluro & Synodo Chalcedonensi exstat Latine in Actis Concil. Tom 4. edit. Labbei p. 911.

TITUS Bostrorum (Arabiæ metropolis) Episcopus sub Valente defunctus, de qvo Tillemontius Tom. VII. p 382. seq. scripsit *libros quatuor adversus Manichæos*, qvorum argumenta dedi è Codice Holsteniano in volumine V. hujus Bibliothecæ pag. 293. ubi etiam de editione Latina Henrici Canisii, qvi libros duos priores integros cum tertii initio vulgavit è versione Francisci Turriani. Non plura qvam vertit Turrianus exstant Græce MS. in Codice Holsteniano, qvem servat Bibliotheca Johannea hujus Urbis Hamb. *Commentarius in Lucam* sub Titi nomine editus ex Theodori Peltani versione Latine Ingolstad. 1580. & Græcis additis à Frontone Ducæo in Auctario Bibl. Patrum Paris. 1624. fol. Tom. 2. p. 762. non est hujus Titi, sed scriptoris Cyrillo Alexandrino ac fortasse sæculo sexto junioris, qvi ex variis antiqvioribus Ecclesiæ Doctoribus illum Commentarium collegit. Vide Rich. Simonem lib. 3. Hist. Criticæ N. T. c. 30. Eliam du Pin T. 2. Bibl. scriptor. Eccles. p. 129. Petitdidierium in observationibus ad Dupinii Bibliothecam Gallice editis Tom. 2. p. 368. seq. Savilii notas ad Chrysostomum Tom. VIII. p. 215. qvi ejusdem auctoris *quæstiones in Matthæum & Johannem* Græce se habere MStas testatus est. In Matthæum etiam editæ sunt Latine Venetiis A. 1555. à Christophoro Serrarigo & incipiunt: Διὰ τί λέγεται εὐαγγέλιον; ἡ παροῦσα βίβλος λέγεται διὰ κολάσεως ἀναίρεσιν καὶ ἁμαρτημάτων λύσιν καὶ δικαιοσύνην καὶ ἁγιασμὸν καὶ ἀπολύτρωσιν καὶ υἱοθεσίαν καὶ κληρονομίαν τῶν ἀρχαίων πᾶσιν εὐαγγελίζεται. Qvæstionum in Johannem hoc est initium: Τίνος ἕνεκα πάντα τἆλλα παραδραμὼν ὁ τοῦ Εὐαγγελιστὴς περὶ τῆς ἀϊδίου γενέσεως εὐθέως διηγεῖται; ἐπειδὴ οἱ ἄλλοι εὐαγγελισταὶ &c. In Catena Corderiana ad Lucam exstant nonnulla Titi, qvæ in vulgato ad Lucam commentario desiderantur. Atqve ut Combefisio in Bibl. Concionatoria notatum, *in catena Regia in Matthæum & Lucam sæpius allegantur Titi, editis meliora. Quumque Regia in Lucam Catena ipse fere*

sit sub compendio Titi commentarius, cui similis quæ exstat in Codice Raphaëlis du Fresne, quum Titi vulgati sunt quæ in illa habentur, nunquam ille citatur, sed quum nova illa & qualia etiam occurrunt in Matthæi catena. Existimem ergo perditos commentarios senioris Titi esse, cui in Catena Regia Sancti nomen subinde tribuitur. Deniq; Titi Bostrensis junioris Homiliam in ramos Palmarum Græce & Latine vulgavit Combefisius Tom. I. auctarii novi p. 635. Incipit: ὥσπερ ἡ ἀμέτρητ&. Eadem Latine in Bibliotheca Combefisii concionatoria, atqve (ubi cætera etiam Titi, adversus Manichæos & qvæ in Lucam ipsi tribuuntur) in Tomo qvarto Bibliothecæ Patrum, edit. Lugd.

TRIPHYLLIUS Constantii Imp. temporibus clarus Ledrorum Λεδρῶν in Cypro Episcopus, descripsit *miracula* Magistri sui *Spyridonis* versibus Jambicis, ut narrat Svidas Τριφύλι&. Eloqventissimum suæ ætatis cum appellasset Hieronymus cap. 92. de S. E. *Legi*, inqvit, *ejus in Cantica commentarios. Et multa alia composuisse fertur, quæ in nostras manus minime pervenerunt.* Plura de Triphyllio, de cujus scriptis nihil plane ætatem tulit, clarissimus amicus noster Jacobus Hasæus erudita diatriba de Berytensi JCtorum Academia cap. IX §. 5. p. 91. sq.

CAPUT XXV.

MAXIMI Philosophi carmen περὶ ἀπαρχῶν, nunc primum editum è Codice Mediceo.

NActus MAXIMI Philosophi, * qvem Julianus audivit & magni fecit, Poëma Svidæ memoratum περὶ καταρχῶν de electionibus sive auspiciis actionum qvas aliqvis suscipit, ex posituLunæ prosperene an secus succesturæ sint dijudicandis, descriptum è Codice Mediceo: rogavi præclarum atqve insigniter eruditum virum D. JOANNEM RENTDORFIUM, ut versionem ejus componeret, qvod ille qvidem pro suo in bonas litteras amore & in me benevolentia fecit, unde illud antiqvitatis monumen-

* Vide qvæ infra p. 769. & in Volumine secundo hujus Bibliothecæ p. 514.

mentum cum illius interpretatione exſtare hoc loco volui. Argumentum qvidem vanum eſt ut vel maxime, atqve ut Nobiliſſ. Doblerus recte annotavit, Electionum doctrina, à Ptolemæo cunctisq; ſanioribus Aſtrologis ſemper neglecta, à nugatoribus inventa & tradita fuit: tamen Græcæ lingvæ & Antiqvitatis amatores in hoc monumento, licet capite mutilo, invenient nonnulla qvæ non illibenter fortaſſe percipient ex ſcriptore tam vetuſto tamqve clari nominis: atqve vanitatis ipſius vanitatem haud melius licebit cognoſcere, qvam ſi à tam celebris auctoris ingenio nihil tamen ei acceſſerit, per qvod hominibus minus ſuperſtitioſis credibilior videri poſſit.

ΜΑΞΙΜΟΥ ΦΙΛΟΣΟΦΟΥ

Περὶ καταρχῶν

Deſunt multa.

Περὶ ξενιτείας.

Εἰ δὲ νεμεήταο μέσην κατὰ μοῖραν ὀδεύοι ☽ in Ω
Δευτέρῃ εἰν ἠοῖ, ἀγανωτέρη ἔσεται ὁιμή,
Ἤματι νυκτί τε δίη ἀπειρέσια τροχάσσα.
Μαψίδιοί τε πέλοιντο πόνοι τῆμος δὲ βροτοῖσιν
5. Γαίῃ ἐν ἀλλοδαπῇ, τῷ καὶ πεφυλαγμένος εἶης.
Μή σε λάθῃ κέρης Θεανδίδος ὠκέα κύκλα
Λοίγιον εἰς ἀρχὴν ἰχνευμένα θηρὸς ἐν αὐγῇ.
Εἰ δὲ κόρην αὐγῇσι περισκέπτοις ἐπιλάμποι in ny
Ἀστράσιν, δηρὸν μὲν ὁμιλήσεις ξένῃ αἴῃ

10. Ἀβλα-

MAXIMI PHILOSOPHI

De electionum auſpiciis.

SI vero Nemeæi (Leonis) mediam partem ingrediatur luna
Secunda die, mollius erit iter
Interdiu noctuqve per immenſa procurrens,
Vani tunc erunt hominibus labores
5. Terra in aliena, qvod obſervare debes.
Nec tibi lateant puellæ Theantidis * celeres orbes,
Exitiale principium veſtigiis conſeqventes, Scorpii in ſplendore,
Si vero virginem radiis conſpicuis illuſtret
Aſtræam, ſatis diu deges ætatem in terra aliena,

10. In-

* Lunæ.

Α ἁβλαβέως δ' ὅικον τε φίλης τ' εἰσόψεαι ἄυτις.
Εἰ δ' ἐν ὀπωρινοῖς ἐνὶ γλήνεσιν αὐγάζοιτο ☽ in ♑
Χηλάων αἵ τ' τ' ἠελίῳ ἀτάλαντα φέρουσιν,
Εἰ μὲν ἐπὶ πρήξει τε καὶ ἔργοις ἰθυδίκοισιν
Οὔτ' ἔτι χάρμα φέρει περιώσιον οὐδ' ἔτι πῆμα.
Εἰ δέ τ' ἐπὶ σκολιοῖσι καὶ οὐκ εὐήρεσιν ἔργοις,
Τῆμος δ' ἀντύνηται ὁδὸν πολυπαίπαλος ἀνὴρ,
Ἦκε παλιμποίνησιν ὅγ' ἐγκύρσειε δίκησι.
Εἰ δὲ πέλοι τιτηνὶς ἐν ἀστράσιν ἠερίοισιν in ♏
Σκορπίῳ αἰθερίοιο, φέροιό κεν ἐσθλὸν ὄνειαρ.
Εἰ δέ κεν οἰκειήνδε λιλαίεαι αὖλιν νέεσθαι
Καὶ δ' ἂν ἐπίπυρφον ὄιμον ἐπιφραδέως ἀν ἔλοιο
Δεικήλῳ δ' ἐνὶ τῶδε φάει παντδία σελήνη
Κερδαλέον τ' ἀνύσαιο θοῶς ἐρικυδὲς ὄνειαρ
Εἰδώλῳ ἐν τῷδε σεληναίην ἐσαθρήσας.
Εἰ δέ κε τοξευτῆρος ἐλαφρῷ φαίδιμον ἄστρον in ♐
Τιτηνὶς φαιδρῇσιν ἐπαυγάζῃ ἀμαρυγαῖς
Γαῖαν ἐς ἀλλοδαπὴν δ' ἐθέλοις τῆμος δὲ νέεσθαι
Ἤ τ' ἂν ἔτι προτέρω δολιχὴν τελέσειας ἀταρπὸν
Θηθύνων καὶ δηρὸν ἀπέσσεαι ἀσπασίως δὲ
Πολλῶν ἠελίων ἀνύσας περιμήκεα κύκλα
Σὰς ἑτάρας κτῆσιν τε καὶ ἀγλαὸν ὄψεαι ὅικον.
Ἐς δὲ πάτρην νόστησον ἰδὼν ἐρίωπα σελήνην
Τοξευτῆρι θέουσαν ὁμῶ, τῆμος γὰρ ἅπασαν
Εὐφροσύνην ἕξεις ἐσιδὼν πατρώϊον ἕδας.
Μὴ μὲν ὁδοιπορίης μιμνήσκεο φάεϊ ἀθρήσας in ♑
Μήνης αἰγοκερῆος ἐν ἀστράσιν ἰχνεύοντα
Ἦ γάρ σοι δολιχόσε πόρος καὶ ἄπρηκτα κέλευθα
Ἕσεται καὶ δ' ἄν * κε κατηφείησιν ἔχοιο.
Πάτρην δ' εἰσανιόντι μετ' αἰγοκερῆος ἐοῦσα
Ὑψίκερως μήνη, πρηΰν καὶ ἀπήμονα νόστον
Σημαίνει, σὺ δὲ μήτι νόῳ νοσφίζεο τῶνδε.
Ὑδροχόᾳ δ' ἠὼ πρώτην πεφυλαγμένος ἔσσο, in ♒
Εἰ δέ κε δεύτερον ἦμαρ ἄγοι πρηΐα κεν εἴη
Καὶ πρῆξίν κε φέρησιν ἀπήμονα κερδαλέηντε. in ♓
Ἰχθύσι δ' εἰαρινοῖσιν ἐπὶ στρατὸν πολεμόντε
Στειχέμεναι. καὶ δ' ἄν κε φέροιο γελπῦσιν ὄνειαρ.
Ἡδὲ

* Fortasse δαπάνην. Holsten.

Innoxius tamen domum amicosqve rursus visurus,
Si vero in autumnalibus luminibus splendeat
Chelarum, soli paria ferentibus:
Si ob actionem ac facta recti justiqve judicii,
Non feret amplius gaudium nimium neqve damnum:
At si ob perversa ac non expedita opera
Tunc iter carpet vir admodum vafer,
Iterum incurret laboriosas in lites ac molesta judicia.
Si autem luna sit astris in vernis
Scorpii ætherei, feret qvoqve eximium emolumentum.
Si vero cupit ad res domesticas reverti,
Et secretum iter prudenter agere;
In hoc signo qvum splendet nobilis luna:
Promte feret lucrosum ac præstans emolumentum,
In simulachro hoc lunam qvum adspexerit.
Qvum vero sagittarii celeris clarum sidus
Luna illustrat splendidis fulgoribus,
In terram alienam tunc optes abire,
Aut si jam prius longam perfeceris viam,
Tempus producens diu aberis, verum lubenter:
Multorum solium peractis magnis circulis
Amicos, opes ac claram adspicies domum.
In patriam redi videns lumen magnum habentem lunam,
Cum sagittario simul incedentem, tunc enim omnino
Lætus eris patrium ingrediens solum.
Itineris noli recordari, lumen adspiciens
Lunæ, capricorni in astris incedentis;
Nam longum tibi iter ac molestæ viæ
Erunt, & dedecus non deerit.
Patriam vero ingredienti, cum capricorno dum incedit
Luna, celsa gerens cornua, amœnum ac commodum reditum
Designat; tu vero noli hæc mente excidant.
Aqvarii primam auroram (l. diem) observato,
Etiam diem alterum qvum peragit, nam erit auspicatus,
Actionem ferens non molestam sed lucrosam.
Piscibus in vernis, ad pugnam bellumqve
Ire juvat: feres & tunc piscatoribus emolumentum:

Ἠδὲ καὶ ὅσοι φῶτες ἀνὰ δρυμὰ βοσκήεντα
Στείχοντες ταχυνῆσι κυνηλασίησι μέλονται.
Χρὴ δὲ καὶ εἰς ἑτέρης σε περιφραδέως ἐσαθρήσας in planetarum
Ἀστέρας, οἳ κεραῆς ταυρώπιδος ἀργέτιν ἄιγλην
Δέρκονται τετράγωνον ἐπιστείχοντες ἀταρπόν □
Μὴ τρίπλευρον ἔχωσι σεληναίης ἀμαρυγὴν △
Ἢ διάμετρα φέρωσιν ἐπ' ἄγλαα φάεα μήνης. ☍
Εἰ μὲν γὰρ κακοεργοὶ ἐπ' ἀκτίνας τανύσαντο,
Δειδιθ' ὁδοιπλανίην. ἐσθλοῖς δ' ὁρόωσι σελήνην
Βαίνουσαν κατὰ μέτρον εὐσταθέων εἰδώλων,
Θαρσήσας ξείνης ἐπὶ ἤθεα καλὰ πόλησθα
Στειχέμεναι καὶ δ' αὐτος ἀτάρβητος πέλοι οἰμος. Περὶ γάμων.
Εἰ δὲ γάμων λελίησαι ἐπαυρέμεν ἱμερόεντος
Ἐς θαλάμους δ' ἀγαγέσθαι ἐνηέα βύσσαν ἑὴν ἰν,
Σκέπτεσθαι κεραὴν ἑλικόδρομον. Κὴν μὲν ἕπῃσι
Τοξευτῆρα κατ' αὐτὸν ἡ ἰχθύας ὑγροκελεύθους
Ἢ καὶ ὑδροχόον περὶ τείρεσιν αὐγάζηται.
Ὄλβιον ἐκτελέσεις γάμον ἠνεκὲς, ὅττινα λώβην
Οὐδ' ἔτ' ἐπεσβολίην δυερὴν οἴκοισι φέροντα,
Οὐ μὴν νείκεα λυγρὰ τὰ καὶ πινυτὴν περ ἐόσαν
Ἀνέρα καὶ ποθέοντα θοῶς ἤχθηρεν ἀκοίτην,
Ἔσαν δ' ἠπιόμυθος, ἐχέφρων, ἀγλαοεργός.
Οὕνεκεν ἥμασι τοῖσδε πόρων περικαλλέα ἕδνα
Κυρηδὴν οἴκοισιν ἑοῖς εἰσήγαγον ἄνασσαν
Ἀνὴρ εἰ μονίην συγέοι καὶ ἐλεύθερον ἦμαρ. Luna
Ἦν δ' ἄρα νυκτιφαὴς ἐπέχῃ κλυτὸν ὀρνιοῖο in ♈ vel ♉
Ἀστέρας ἢ ταύροιο κατ' εὐκεράοιο πολεύῃ,
Μὴ σύγε μοι μνώοιο πολυκτεάνων ὑμεναίων,
Τεύξει γὰρ φαέθουσα σεληναίη κλυτοπώλῳ
Τῆμος καὶ Φιλίην μινυανθέα καὶ ταχύβουλον
Ἀσασίην. λήσει δ' ἐρατῆς καὶ ἀκηράτου εὐνῆς
Κυρίδιόντε λέχος προλιπεῖν πόσιός τε λαθέσθαι.
Τεύξει ὁμοφροσύνην τῷ σε φράζεσθαι ἄνωγα
Ὁππότ' ἐνὶ κριοῖο παλινστρέπτοιο κελεύθου
Ἄιγλη ἐρευθομένην ἐσίδῃς χρυσάμπυκα μήνην.
Εἰ δὲ κόρης ἀτάλαντος ὁ μὴν ἀνύῃσι κέλευθον
Ἢ ἧς μοιρονίῃσιν ἐφ' ὑάσιν ἰνδάλληται,

85. Ἀιτε

Etiam iis qvi per ſilvoſos ſaltus
Incedunt, & citas venationes curant.
Oportet & ut alios prudenter inſpicias (rem (lunæ)
Planetas, qvi cornutæ tauri faciem habentis candidum ſplendo-
Contemplantur, qvadrata dum inambulant in via,
Nec triangularem habeant lunæ fulgorem,
Aut adverſa ferant ſplendida lunælumina:
Nam ſi malefici ad radios ſe extendant,
Eſt qvod metuas vagationes, bonis vero adſpicientibus lunam
Per gradus ſignorum fixorum incedentem,
Confidens bonis peregrinæ urbis moribus,
Licebit iter facere, imperturbata erit via.
Si autem coniugio cupis deſiderabili frui
Inqve thalamos vis ducere frugi uxorem: (dem ſi ſit
Inſpicere oportet cornutam flexuoſe currentem lunam, & qvi-
Juxta ſagittarium aut piſcium humidas vias,
Vel Aqvarii circa aſtrum ſi ſplendeat:
Felices nuptias obtinebis ſine noxa, qvæ nullum damnum
Neqve moleſtas rixas in domum inferent,
Neqve aſpera jurgia, qvæ & prudentem,
Viro amore flagranti, celeriter reddunt uxorem inimicam.
Erit vero mitis, prudens, operibus ſplendens;
Qvapropter his diebus præbens pulchra dona
Juvenem indomum ſuam introducet dominam,
Vir qvi ſolitudinem ac liberum diem odit.
Qvum vero noctiluca occupat præclari arietis
Sidus, vel juxta taurum pulchre cornutum incedit,
Divites hymenæos ne cogites,
Nam faciet ſplendens luna, citatis gaudens eqvis, (conſilii
Tunc amicitiam ad exiguum tempus durantem, & præcipitis
Diſcordiam: volet enim amabilem ac incorruptum amplexum
Connubialemqve lectum relinqvere, ac mariti obliviſci.
Faciet autem concordiam, cui animum ut advertas hortor,
Qvando in arietis iterum viam vertentis ſemita,
Splendore rubram inſpexeris, ac frænis aureis inſignem lunam.
Si vero cum virgine pari paſſu Luna perficiat viam,
Vel obſtetricibus ſub Hyadibus appareat,

Ἄιτε κατ' ἐυκρήμνητον ἐρυγμήλοιο Φέρονται
Σιδονίης ταύροιο, καὶ ἐς δόμον ἀρτύνοιο
Ἐδνοισιν βρίθουσαν χλιδάνην ἑλικώπιδα νύμφην
Ἣ τ' ἀν γείτοσι χάρμα δυσηλεγέεσσιν ἄγοιο
Ξυνὴν ὀθνείοισιν ἔχων δυσπέμφελον ἐυνήν
Οὐ γάρ κεν σέρξειεν ἑνὸς λέχος ἥμασι τοῖσδε
Γημαμένη, ἀδ' εἰ νόον αἰνετὸν ἱκαρίωνης
Ἠὲ καὶ ἐυαδνῆς καπανηίδος ἐντύναιτο
Ἠὲ καὶ ἀρσινόης * ἐρικυδέος, ἠὲ καὶ αὐτῆς
Λαοδάμης ἥτ' αἶψα ἐπ' ἀνέρι κηραίνουσα,
Πάντα γὰρ ἤθεα καλὰ διασκίδνησι γυναικῶν
Τάυρῳ ἐπεμβεβαυῖα Θεαντὶς χρυσοέθειρα.
Εἰ δὲ θεραπαίοισιν ἐπορνυμένη διδύμοισιν ☽ in ♊
Δεύτερον ἦμαρ ἄγῃσι, γάμος μεμνημένος εἶναι,
Οἰκοσόον γὰρ ἄκοιτιν ἐνιμμεγάροισι κομίζεις.
Μὴ μὲν ἐοὶ Φλογερῷ ἐνὶ Καρκίνῳ, ἢ γὰρ ἂν ὦκα in ♋
Ἐκπροφύγοι μεγάρων ἄλοχος πόσιν ἐχθήρασα
Ἄσπετ' ἐπεσβολέουσα ἢ ἄκριτα παυφάσσουσα.
Εἰ δὲ τύχοι γλήνεσσι νεμεήταο Λέοντος in ♌
Θειαντὶς κύρη Φορέουσ' ἐριλαμπέτιν ἄιγλην,
Ητ' ἂν ὑπερφιάλοντε δυσόργητόντε γυναῖκα
Τέτμοι ἀνὴρ, ἀτενεῖ δὲ νόῳ κεχαρημένη εἴη
Οὐδέκεν εὐπειθῆ μιν ἔχοι πόσις ἔτ' ἐπέεσσιν
Οὔτ' ἔργοις, ἀλλ' ἀεί κε πανήμερον ὀρσοπολεύοι
Μύθῳ ὀνειδίωι κέτε πληγῆσιν ἰάπτοι,
Μαψίδιοι μῦθοι κενὰ δ' ἔργματα τῆδε πέλοιντο,
Πολλάκι καὶ χείρεσσιν ἑὸν λωβήσατ' ἄκοιτιν
Δρησσομένη χαίτης ἣ καὶ ῥεθέεσσιν ἐφεῖσα
Ἀτηρὰς παλάμας, ἢ ἐπιῤῥήσσουσα χιτῶνας.
Ἣν δέ γε δῖα Θεὰ ὑπερλονὶς ἐν σαχύεσσιν ☽ in ♍
Ἀστράσιν κύρης εὐωπιδος ἀυγάζηται,
Χήρην μοι τῆμος δὲ συνάορον ἐντύναιο,
Παρθενικὴν δ' ἀλέασθαι, ἐπεὶ μογερῷ βιότοιο
Αὐτήτ' ἠδὲ πόσις κεκορήσεται πήματα πάντα.
Ἣν δέ νυ χηλάων ἐνὶ τειρεσιν ἀυγάζηται, ☽ in ♎
Κερλοίην μὲν ἀεικὲς ἑὸν πρὸς δῶμ' ἀγαγέσθαι.
Ὠνητὴ δ' ἂν ἔοι πολυφιλτέρη ἔυτε πέλητα

Πολ-

* MS. ἀρσέππης.

Qvæ juxta capitonis & graviter boantis
Sidonii tauri, ut & domum arcturi:
Donis onustam, delicatam, ac venustam sponsam,
Vicinis etiam molestis gaudium afferentem, adducit,
Commune cum alienis pernicioſum qvæ habeat cubile:
Non enim diliget unius viri lectum, his diebus
Qvæ nupserit, & si animum laudatum Icariones (Penelopes)
Vel Evadnes Capanei uxoris instructum gerat,
Vel inclytæ Arsinoæ, sive etiam
Laodamiæ, ob virum dolore semper se lacerantis
Omnes enim castos mulierum mores dissipat
Tauro incedens velociter in aureo æthere luna.
Qvum vero ministrantibus procedit geminis,
Secundus dies dum agitur, coniugii ne immemor esto,
Nam uxorem domus curam habentem domum deduces.
Noli ardenti in cancro dum vadit, (uxorem ducere) nam celeriter
E domo pedibus aufugiet uxor inimicitias gerens;
Magna & innumera probra effutiens ac iterans.
Qvum vero incurrit in lumina Nemeæi leonis,
Theæ filia diva puella ferens splendidum fulgorem,
Certe perfidam ac graviter irascentem mulierem
Inveniet vir, qvæ obstinato animo se delectabit,
Neqve enim obseqventem sibi habebit maritus neqve verbis
Neq; operibus, sed semper & per totum diem propera versabitur
Verbis probrosis; atqve plagis incesset:
Vani sermones, vanaqve illi erunt opera.
Sæpe & manibus contumelioſe suum maritum excipiet,
Prensans comam, aut etiam genis injiciens
Infestas manus, aut lacerans vestes.
Si vero diva luna in spicis
Astrææ virginis venustæ splendet,
Viduam mihi videtur tunc conveniens uxorem accipere,
Virginem vero vitare, laborioſa enim vitâ, postqvam
Eam acceperit, maritus satiabitur, in omnibus damna erunt.
Qvum vero in chelarum lumine splendet,
Virginem ætate juvenili conducit in domum suam deducere.
Utilis namqve ac amicissima erit,

Πολλάκις ὧδε γὰρ ἄστρον ἀναγκαίη ὑπὸ λυγρῇ
Λέκτρον ἀεικέλιον γαμίων πάρ☉ ἤγαγε θεσμῶν.
Ἐι δὲ πέλοι παυδία χαλαζήεντα κατ' αὐτὸν ☽ in ♏
Σκόρπιον ἀλγινόεντα, τότ' ἐν πρώτῃ γαμέοιο
125. Ἠοῖ παρθενικὴν καμέειν φρένας ἠπιν εἶη
Ἀρτίφρων ἀγάνῃσι πεπυιθοῖα πραπίδεσσιν.
Ἐι δέ τε δεύτερον ἦμαρ ἠὲ τρίτον ἰθύσειεν
Ητ' ἂν καὶ δμώεσσι δυηπαθέεσσι μιγείη.
Ην δὲ πελάζηται μήνη κλυτῷ ἀιγοκερῆϊ ☽ in ♑
130. Πρῶτα, γάμῳ μὲν ἄγει λύπας καὶ πήματα λυγρά.
Ἐι δ' ἄρα δεύτερον ἴσχοι ἀνὴρ λέχ☉, ἔσετ' ἄμεινον
Ἢ χήρην ὀπάσει παντερπέα τῷδε δάμαρτα.
Μὴ μὲν δὴ συνόδοισι σεληναίης ἀγάγοιο ☽ ☉ ♂ ♌
Ἐυνέτιν ἐν μεγάροισιν ἢ ἐν διχομήνιδι πλείῃ,
135. Οὐ γάρ κεν γάμ☉ εἴη ὀφέλιμ☉ ἥμασι τέτοις.
Σκέπτεο δ' εἰ κ' ἐθέλοισι σὺν ἄστρασι δινέυηται ☽ ♂ ♃ ♀ ☿
Ἢ φαέθοντι κλυτῷ ἢ ἑωσφόρῳ αἰγλήεντι
Ἠὲ καὶ ἐυπέπλῳ μαίης ἐρικυδεῖ παυδί.
Τεύξει γὰρ βιότῳ τε μέγα κλέ☉ ἐυφροσύνηντε
140. Ἤθεα, μειλιχίην τε χάριν τ' ἐυεργέα δώσει.
Νῦν δ' ἄγε μοι κέρη πιμπλήϊας ἔννεπε Μῶσα Περὶ Νόσων
Ὅσσα φέρει νέοισιν ἀκήματα δῖα σελήνη
Ὅσσα τε λυγρὰ πέλονται ἐν εἰδώλοισι θεούσης
Δωδεκάτοις ἐνὶ τέρμα πολυτλήτῳ βιότοιο.
145. Ει μὲν γ' εἰαρινοῖσιν ἐν ἄστρασιν ἔρνεϊ οἴῳ Luna in ♈
Πασιφαὴς εἰλοῖτο βροτοῖς παυδία σελήνη
Ὁππότε τις νέῳ ἀρήμεν☉ ἀλγινοέσσῃ
Ἀργαλέων ἴσχῃσι μελῃδόνα μηνυθμὸν πῆμα
Δειδέχθαι, παιὼν γὰρ ἀκέσιμ☉ * ἀνθρώποισι.
150. Ἐι δέ τε ὅις κεν τῇδε κατ' εἰδώλοιο φέρηται
Ἐυδερκὴς κεράεσσα σεληναίη κλυτοπῶλ☉
Ἔμπλην ἀργαλέων ὀδυνάων ὀξειάων
Αἴτε κάρηνον ἔχουσιν ὀϊζυροῖο βροτοῖο,
Αἱ δὲ γὰρ ἔθι ταχέως ἐπαυρίσκονται ἀρωγήν.
155. Ἡ δὲ γυνὴ βαρύθῃσιν ἐπ' ὠδίνεσσι μογεῦσα
Ἡμιτελῆ γυίων ἀποσείσεται ἀκλέα παῖδα.

* MS. ἀνέσιμ☉. Πελὶν

Sæpe enim sic sidus tristi sub necessitate
Lectum conjugalem induxit noxium ac nefarium.
Si vero sit nobilis (luna) juxta grandinem ferentem
Scorpium dolore afficientem, tunc primâ nuptias contrahe
Luce cum virgine, nam ingenium mite habebit,
Mentis integra, placidis confidens præcordiis.
Si vero secundum aut tertium diem dirigat,
Certe & cum ancillis miseris corpus miscebit.
Qvum vero luna in vicinia est inclyti capricorni,
Nuptiis primo die tristitias affert atqve horridas noxas.
Si vero secundo, vir meliorem habebit lectum,
aut viduam conseqvetur jucundam uxorem.
Noli in congressibus lunaribus ducere
Uxorem in domum, aut in pleniluniis,
Nam nuptiæ his diebus non erunt proficuæ.
Inspecta, si cum bonis astris circumagatur,
Vel cum inclyto Jove, vel cum phosphoro lucente,
Vel etiam cum glorioso filio Majæ pulcrum peplum habentis:
Nam faciet vitam valde glorioſam hilaremqve,
pulchra & domicilia, ac blandam svavitatem, dabit.
Nunc vero ades mihi puella Pimpleia, cane Musa,
Qvot fert ægris medicamina diva luna,
Qvot graves (morbi) sunt, in signis dum currit
Duodecim, ad terminum usqve multum ærumnosæ vitæ.
Si enim verno in sidere arietis,
Omnibus apparens circumagitur diva luna,
Qvisqvis morbo corripitur doloroso
Molestam qvi habet curam menti noxiam,
Oportet exspectare, nam medicus sanat homines.
Si vero his signi viis fertur
Pulchro visu luna cornuta citatis gaudens eqvis
Propior, molestis ac acutis doloribus
Gravatum habebunt caput miseri homines,
Neqve invenient facile promtum auxilium.
Mulier vero gravibus ex partu doloribus laborans,
Enitetur membris imperfectum, infantem ignobilem

Pri-

Περὶ φάος ἠελίοιο φίλοις ὤπασσιν ἀθρῆσαι
Ἥμαλι μὲν πρώτῳ μάλ' ἀεικελίη ὑπὸ νύσσῃ.
Μοχθήσει καίτ' ἐγγὺς ἀδευκέος ἔσσετ' ὀλέθρου.
Εἰ δὲ φάος μὲν ἔχοι κεριῷ ἔπι, δεύτερον, ἤδη
Σώζεται ἐκ καμάτοιο φυγὼν ἐριώδυνον ἄτην.
Ἢν δὲ κατ' ἐυκερέοιο βόος μέτ' ἀνεισομένης πε Luna in ♉
Ἰνδαλθῇ κερέεσσα, τότ' αὖ μέγα θαρσαλέοσσι
Αὐγῆς ὠκτοίησιν ἐπ' ἀνέρι πορσύνασαν
Ἦτορ καὶ περαπίδων ἑτέρη ῥέα δύσφορον ὁρμὴν
Πλαζομέναιο, νόοιο πότμον γέ μιν ἔδι φέρεσσαν
Νῆσον ἔχειν δωκεῖαν ἀκεσφορίην ἐρατεινήν.
Εἰ δέ τι δειρῆς ἐντὸς ἔχοι ὀλοφῶιον ἄλγος
Ἠχί τε σύριγγες σφάγιαι βροτὸν ἀμφὶς ἔχουσιν,
Φράζεσθαι σ' ἐπέοικε συναγχικὸς λοίγιον ἄχθος
Μὴ μὲν δὴ πρώτῳ ἐνὶ ἤματι τῷ δὲ λεχῶϊς
Ἀμβλώσοι ῥιγηλὸν ὀπαζομένη κακὸν ὄιστρον.
Δευτέρῃ εἰν ἠοῖ δὲ πέλοι ἐλαφρότερον ἄλγος
Εἰ τόκος ἐκ μελέων ἀνεμώλιος αἰζήσιν.
Μὴ μὲν δὴ διδύμοισιν ἐπιθρώσκουσα σελήνη in ♊
Ἰξύος ἄλγος ἄγοι μηδ' ὤμοισιν κακότητα
Ἢ πάρεσιν μελέεσσι φέροι, δύσλητα γὰρ ἔσται
Κήδεα καὶ δ' ἂν ἀκεσφορίην ἀνεμώλιον ἔλποι.
Ἢν δέ τις ἄλλη νοῦσος ἐπιβρέμπει μὲν ἐν ἠοῖ
Πρώτῃ κλινοπετῆ τεύχοι βροτὸν ἐς χρόνον ἄξει
Ἴσιν δηρὸν δ' ἂν ἐνὶ λεχέεσσι κλιθείη
Τηκόμενος δυερῇσι πανημαδὸν ἐλπωρῇσιν.
Εἰ δ' ἀρχὴ καμάτοιο πέλοι ἐνὶ δευτέρῃ ἠοῖ,
Ἦτ' ἂν ὄγ' ὠκοίησιν ὑπ' ἀρτεμίῃσι ἔχοιτο.
Ἡματ' ἐπὶ τρίτα μᾶλλον ἐνὶ λέκτροισι μογήσας
Ἢν δὲ γυνὴ τῆμος δὲ φέρῃσ' ὑπομήτριον υἱέα
Ἀμβλώσῃ ξυνήν κεν ἐς αἶδα παυδὶ κέλευθον
Στέλλοιτ' εἰ μή οἱ μὲν ἐρύσσεται ἥπιος ἀσὴρ
Ἀγλαοφεγγέα δῖαν ἐσαθρήσας περέεσσαν.
Πρηΰτατος δὲ πέλει κάματος βροτῷ αὐδήεντι
Εἰ κεν συμφορέηται ἀγαυῇ θειαντῖνι in ♋
Καρκίνῳ ἀγληεντι θοὴν δὲ φέρει ἐπ' ἀρωγὴν
Μῆνον μοι τέρνοισιν ἔχοι ὀλοφῶιον ἄλγος Δυ-

Anteqvam lumen ſolis dulcibus oculis adſpiciat,
Primo die, valde acerbo ex morbo
Laborabit, vicinusqve erit amaro exitio:
Si vero adhuc ſecundam lucem in ariete adſpexerit,
Liberabitur ex morbo, fugiens ſummos mortis dolores.
Qvum vero juxta inſignem cornibus taurum orientem
Apparet cornuta luna, tunc valde audacem (injicet)
Impotenti * deſiderio flagrantem viri
Cor & mentem qvi agitet gravem impetum
Animi mire jactati, mortem tamen non afferentem
Morbum, qvi deſideret levari medela amoris.
Si qvis vero intra collum habeat exitialem dolorem
Ulcerave in jugulo habeant exedentia homines, ſeorſum
Cavere convenit cynanches noxium dolorem.
Si primo die qvo puerpera
Abortit, non incurrit horrificum malum exitium,
Secunda luce mitior erit dolor,
Ubi fœtus ex membris abortivus prodierit.
Ne ſane geminis incedens luna
Lumbi dolorem afferat, neqve humeris malignitatem,
Neqve diſſolutionem membris ferat, nam toleratu difficilis
Eſt cura, & remedium qvod affertur in vanum ſperare facit.
Si vero alius morbus adfremat luce
Prima, in lectum procumbentem hominem facit, protrahitqve
Sanationem, diu ut in lecto reclinatus
Conſumatur moleſta ſpe per totum diem.
At qvum initium morbi erit ſecundo die,
Si domibus ſub proſperis ſe habeat,
Tribus ſolum diebus in lecto laborabit.
Si tunc mulier puerum in utero ferens
Abortierit, communem obſcuram viam cum infante
Petet, niſi mitis ſtella ſervaverit
Pulchre ſplendentem divam adſpiciens cornutam lunam,
Mitiſſimus autem tunc erit morbus homini ſpiranti.
Si vero ** fulgida Theantine (Luna) fertur
Cum Cancro ſplendente, promtum auxilium feret;
Solum ne † in pectore adſit exitialis dolor,

* Leg. ἀυδῆς ἀπτόητον. & ἐτερηρέα Heſych. ἀμφίβολα.
** ἀγαυὴ Θειαντίνη. † Μῆνον μὴ.

Δυσπονέως γὰρ μὶν παιηόν☉ ἔργα σαώσει.
Μηδὲ ποδὸς πληγή μιν ἐπεισέρχοι ὀδύνῃσιν
Τῆμ☉, δὴ γὰρ ἂν ἕλι μετ' ὀρτιπόδεσσι λέγοιτο
Ἀμβλώσει δ' ὅπερ τι φέρει κακὸν ἐδέτι λοιγόν
Κἤφως δ' ἀιμορέυτοισιν ἐπ' ὠδίνεσσι πονοῖτο
Ἡμιτελὲς ῥίψασα γυνὴ ἀνεμώλιον ἄχθ☉.
Ναὶ μὴν ἠὐγένειον ἐπισείχσα λέοντα ☽ in ♌
Εἴη τοι ὠρήια καὶ ἤπι☉ ἔτι γὰρ ἐθλὸν
Ἄρξασθαι τῆμ☉ δὲ δυσηλεγέ☉ καμάτοιο
Οὐ γάρ κεν προφύγοιθα κακὸν Φλογερῶν ὀδυνάων
Εἰ μὴ γαστέρ☉ ὦκα βάλοις ἄπο λύματα πάντα,
Οὐ μὲν δὴ κυέσσαν ὅτ' ἀμβλώσειε γυναῖκα
Ῥεῖά κεν ἐδ' αὐτὴ παιηονὶς ἰήσαιτο
Ἠπιόνῃ χείρεσσιν ἀκεσφορίην γ' ἐπάγουσα.
Εἰ δ' ἄρα συμφορέοιτο δίκη πανδία σελήνη, ☽ in ♍
Δηρὸν ἀμυδρὴ νέσ☉ ἐφημερίοις κε πέλοιτο
Ἀνθρώποις, πότμον δ' ὑπαλεύεται ὅσκεν ἐν ἠοῖ
Ἄρξηται κείνη μογέων εὐήρεα γῦια,
Μέγον μὴ σομαχοῖο κακὴ πελίη βαρύθοιτο
Ἢ πλευρῆς, ἃ γάρ τι φέρει λαιψηρὰν ὑγείην.
Μηδέ τις αἵματ☉ ἀνδρὶ ῥοὴ τῆμ☉ δὲ πέλοιτο,
Μηδέ τι θηλυτέρῃσιν ἐφανδάνοι ἀμβλώεσθαι
Τηνίκα λοιγὸν ἄγει γὰρ ἀνάρσιον. εἰ δὲ τύχῃσιν
Ὠδίνα ζώοισιν ἐπὶ βρεφέεσσι λύεσθαι,
Ἦτ' ἂν ἐλαφρίσαιτο πόνου συγερῶν ὀδυνάων
Ἀσφάλη κάρη σαχυηφόρ☉ ἠπιοδώρ☉.
Δείδιθι χηλάων ἐνὶ τειρεσι χρυσοέθειραν ☽ in ♎
Μήνην, μηδέ τε νέσῳ ὑπ' ἀργαλέῃ μεμογηκὼς
Κλινοπετὴς γίνοιο, φέρει δ' ὀλοφώϊον ἄστρον
Δοιῶν μοιράων ἑτέρην βροτῷ ἀλγινόεσσι,
Λαιψηρὴν ὑγίην ἢ ἀινότλητον ἀνίην,
Εἶκεν δηθύνῃσι πόν☉, καὶ ἀδευκέα πότμον
Καίτε γυναιξὶν ὄλεθρον ὅτ' ἂν βρέφ☉ ἐκπροθέρῃσιν
Ψυχολιπὲς μολέον, τὰ δέ σε φρεσὶ πευκαλίμῃσι
Φράζεσθαι ἐπέοικεν ἵν' ἄλγεα δεινὰ φύγῃθα.
Ὀκταπόδην δ' ἐπὶ θῆρα φανεῖσ' εὐωπις ἄνασσα ☽ in ♏
Σκορπίον, ἐν πρώτῃ μεν ἐναισιμ☉ ἠελγενείῃ,

Εἰ

Difficili enim cum labore medicamenta eum ſanabunt.
Ne plaga pedis ſuperveniat doloribus partus;
Tunc enim non cum integris pedibus ſi cubet,
Abortiet, nullum tamen fert malum neqve noxium,
Sed leviter cruentis partus doloribus laborabit,
Imperfectum excutiens mulier inutile onus.
In barbigero leone incedens (luna)
Jucunda ſit tibi & mitis: non enim bonum eſt
Tunc incipere ærumnoſum morbum.
Nam tunc non effugies malum acerrimorum dolorum;
Niſi ex utero celeriter excutias omnes ſordes.
Gravidam, ſi abortierit, mulierem, non
Facile ſanabit ipſa Pæonia
Epione, manibus afferens remedium.
Si vero feratur cum Virgine juſtitiæ præſide, nobilis luna,
Diu obſcurus morbus ad exiguum tempus viventibus erit
Hominibus: mortem tamen effugiet ſi in luce
Illâ incipiat morbus, dolore infeſtans pulchra membra,
Modo ne ſtomachum maligni livores ingravent
Aut latus, (dolores) non enim facile ſanabitur.
Ne tunc aliqva fluxio ſangvinis viro obveniat,
Neve qvid feminis placeat ut abortum inferant,
Tunc enim noxium & intolerabile fert malum. Si vero contingat
Parturientem vivos fœtus eniti,
Allevabit ſenſus ſævi doloris
Aſtræa virgo ſpicam ferens & ſuavis muneribus.
Metue chelarum in ſigno auream
Lunam, ne morbo afflictus moleſto,
Lecto ſis affixus: fert enim exitiale aſtrum
Homini ægroto unam ex duabus ſortibus,
Aut celerem ſanationem aut intolerabilem angorem;
Si morbus moretur, ac amaram mortem;
Etiam mulieribus exitium, fœtus qvando prodiit
Mortuus in lucem veniens, qvod prudenti mente
Conſiderare convenit, ut graves dolores effugias.
Octipede in fera ſplendens pulchra regina
Scorpio, primo qvidem die propitia orietur,

Εἰ δέ γε δεύτερον ἦμαρ ἄγοι, κίνδυνον ἀάψει.
Τοξευτῆϊ δ' ἐλαφρῷ ὁμοδρέυσα σελήνη ☽ in ♐
Μειότερον θήσει κάματον βροτῷ, ὦκα δὲ καλὴν
Ἀρτεμὶν ὀπάσειε φίλην καὶ εὐήρεα γυῖα,
Αὐτως δ' αἰγοκερῆα διασχέσα φερέσση ☽ in ♑
Ὠκείην γυίοισιν ἄγασ' ἐπιτάρροθον ἀλκὴν
Μὴ μεν ἔοι τῆμος δὲ ἐπὶ πλευρῆσι μογῆσαι
Ἀνέρι μηδέ τε λῦμαρ ἐν ἰχίῳ ἐμπελάσειεν,
Δηρὸν γὰρ βροτὸν ἄνδρα κακὴ πελίη δαμάσειε.
Εἰ δὲ γυνὴ μογερῶν γυίων βρέφος ἠλιτόμηνον
Ἐνδοθεν ἐκ προβαλῆσιν ὑφ' αἱματέεντι μιασμῷ,
Ἠμαλὴ μὲν πρότερον πᾶυρον πένον ἐγγυαλίξει,
Ἐμπης δ' ἠελίῳ κεχαρήσεται ἀκτίνεσσιν
Δηρὸν ὁρῶσα φάος τερψιμβρότῳ ἠελίοιο.
Δευτέρη εἰν ἠοῖ δὲ κακώτερον ἄλγος ὀπάσει.
Τὸ ροχόον δ' ἐφέπουσα φαεσφόρος αὐγλήεσσα ☽ in ♒
Ἄλλας μὲν νάσσας ἰήσεται, εἰ δέ κε κρείσσων
Χρειὼ ἀναγκαίη σε βιήσεται αἰνὰ πάθοντα
Ἀργαλέῳ ὑδέροιο, τότ' ἂυ κακότητα φράσασθαι
Δυστλητον. Τοιὴ γὰρ ἐπὶ μογερὴν ἄγει ἄτην.
Ἠοῖ δὲ πρώτη χαλεπὴ πέλει ἔυτε γυναικὶ
Ἄμβλωσις γίνηται ἰήζυροῖο τόκοιο.
Εἰ δ' ἄρα δεύτερον ἦμαρ ἄγοι φαεσίμβροτος αὐγλη,
Μειότερον τελέσειε πόνον, λῆξιν τ' ὀδυνάων.
Ἰχθύσι δ' ἐαρινοῖσι παλίνκοτα πήματα φεύγει ☽ in ♓
Ῥηϊδίως ἔπερτε νόσῳ δέμας ἀλγυνθείη.
Εἰ δέ τε νειαίρης γαστρὸς λύσις ἀντήσειεν
Ἢ νεύρων τάτε φωτὶ ποδῶν ὑποέκλασεν ἄρθρα,
Οὐκ ἂν ῥηϊδίως μὶν ἀπήμονα πορσύνειας.
Χρὴ δέ σ' ἐπίφρονα μῆτιν ἐνὶ στέρνοισιν ἔχοντα ☽ cum ♃
Ἰδμενα ἕνεκα δία σεληναίη κλυτοπῶλος ☿ ♀
Εἰ μὲν συμφορέηται ἐνηέσιν ἀστράσι καλοῖς,
Εὐδερκεῖ Φαέθοντι ἢ εὐσκόπῳ Ἑρμάωνι
Ἠὲ πάρα μεδέσῃ ἀγαυῇ Κυπρογενείῃ,
Κυφότερον τελέει πόνον ἀνέρι καὶ χύσιν ἄλγος
Ὦκα φέρει πελὶν αἴσῃσα εὐήρεα γυῖα.

Εἰ

Secundum vero diem cum agit, periculum afferet.
Sagittario celeri vero concurrens luna,
Morbum leviorem reddet homini, præterea bonam
Et gratam incolumitatem præbet & ſana membra.
Pariter ſi per capricornum incedens feratur,
Promtum membris adducit auxilium, fert & robur ſalubre,
Ne vero tunc laterum dolore laboret aliqvis,
Neqve lumbis viri noxium qvid appropinqvet,
Nam diu malignum malum hominem domabit.
Qvum vero mulier infantem immaturum
Ejicit cruento cum inqvinamento,
Prima qvidem die brevem laborem tribuet,
Solis tamen radiis gaudebit
Diu, intuens lumen oblectantis homines ſolis.
Secundo vero die graviorem dolorem afferet.
Aqvarium at inſeqvens lucida ſplendidaqve luna,
Alios qvidem morbos ſanabit, ſi vero potentior
Dura neceſſitate tibi vim fecerit gravia perpetienti
Moleſtæ aqvæ intercutis, malignitatem cave
Toleratu difficilem, hæcce enim ad triſtem ducit noxam.
Primo dieqvum difficilis fuerit mulieri,
Abortio erit ærumnoſi partus.
Secundam at diem qvum agit homines delectans ſplendor,
Levior erit labor, ceſſabuntqve dolores.
Piſcibus in vernis mala infeſta fugat
Facile, ſi corpus morbo tunc doleat,
Si vero imi ventris fluxio occurrat,
Aut artus infringat nervorum homini in pedibus,
Non facile ſanum reſtitues.
Oportet autem prudentem mentem in pectore gerentem
Scire, qvando alma luna citatis gaudens eqvis,
Feratur vel cum benignis ac beneficis ſtellis,
Aut ſole late vidente, aut provido Mercurio,
Sive in Cypro nata imperante admirabili Venere:
Mitiorem efficiet laborem viro, ceſſationemqve doloris
Celeriter affert, anteqvam extingvantur bona membra,

Ἐ. δέ τε λοίγιον ἄστρον ὁμοδρομέῃ κεροέσσῃ, ☽ cum ♄
Ἢ Φαέων δύσλητος, ἢ Ἄρης εἰρεκύδοιμος, & ♂
Πλείτερον κάματον τελέσει καὶ ἀεικέα νῶσον.
Θηλυτέρῃσι δὲ πάντα κακώτερα φαίνεται ἄστρα ☽ in signis
Ὅσσα διασείχῃσιν ἀγαυὴ Θειαντίνη. fœmin.
Καὶ γὰρ Ζηνὶ συνῦσα καὶ αὐτῇ Κυπρογενείῃ,
Ἀμβλώσεις χαλεπάσε δυσηλεγέασε τιθῆσιν.
Ἀλλὰ σὺ μὴ μύνην πανδερκέα βάλεο μήνην ☽ vacua
Ἔμμεναι, ἔυτε γυναικὶ πέλει ἀμβλώσιμον ἦμαρ. curſu.
Νῦν δ' ἄγε μοι κατάλεξον ἐϋθρονε πότνια μῆσα Περὶ τομῆς
Πῶς κεν ἀν ἐν λοίγοιο τομεὺς ἐπὶ ἄνδρα σίδηρον καὶ χειρεργίας.
Ἀρτεμίην τεύξειεν ὑπ' ἰητῆρον ἀγαυῦ
Σώμαλι δυσπαθέοντι λύσιν καμάτοιο λιτύσκων.
Εἰ μὲν ἀπ' ὠκεανοῖο νέον προφάῃσιν ἀγαυὴ
Πληιὰς ἀιόρως' ἢ καὶ πανδία σελήνη
Ταύρῳ ἐνιδρομέουσα καὶ ἀρμενὸν ἐνδάλληται
Ἠὲ καὶ ὑγροφόροιο κατ' αἰγοκερῆος ὀδεύοι.
Φείδεο μὴ, χάλυβος μήδ' ἐς χέρα τῆμος ἵκοιτο
Ἀκμὴ παμφαίνοντος ἐϋσμήκτοιο σιδήρου
Μηδέ τε μοι χρόα φωτὸς ἐπὶ μογεροῖσιν ἰάψει
Ὧκα πόνοις καὶ δ' αὖλις ἀναβλήδην γε τάμοιο
Ἄυτως δ' ἢν φορέῃται ἐπ' ἄστρασιν ἰκαρίωνης
Παρθένος ἡσυχίην ἀγέμεν καὶ λῷον εἶη
Μὴ μὲν δὴ κελάδοντος ἀπ' ὠκεανοῖο φέροιτο
Ἀστραίη κύρη σαχυηφόρος ἡ γὰρ ἀνίας
Τεύξει τεμνομένοισι καὶ ἄλγεα δακρυόεντα.
Ὡς δ' ἄυτως τροπικοῖσιν ἐν εἰδώλοις ἀλέασθαι
Πανδίαν σείχεσαν ἐπὶ πολὺ βέλτερον ἔσαι
Ἀτρεμίην ἐχέμεν μηδ' ἐν συνόδοισιν ἐέσης ☽ ☉ ♂
Θηγαλέωγε τάμοιο δέμας πυρόεντι σιδήρῳ.
Αὐτως δ' ἂν δίχόμηνον ἀλεύεσθαι ἐπέοικεν ☽ ☉ ♂
Φράζεσθαι δ' εἶκεν ζυγερῷ πυρόεντι συνείῃ ☽ ♂ ♂
Μήθ' ἁμάκις χρειώ σε τομῆς ἐπὶ φωτὶ λάβῃσιν.
Ὡς δ' ἄυτως τοῖς ἔσιν Ἄρης ἐνὶ δεικηλοισιν
Ὡρονομῶν πολλὰς μὲν ἐφημερίας κακότητι,
Βλάψει ἔικεν ἄκμὴν χαλυβηίδα σώματος ἄγχι
Δέξωνται καὶ δ' ἄν κε καὶ αἵματος ἄχετον ὁρμὴν

Τέυ-

Si vero noxium aſtrum ſimul currat cum cornuta luna,
Aut Saturnus noxius, aut Mars bellicum canens,
Intentiorem faciet laborem atqve minus ſanabilem morbum.
In femineis at ſignis omnia aſtra apparent magis maligna
Qvotqvot permeat illuſtris Theæ filia:
Nam & cum Venere & cum Jove conjuncta
Abortiones duras ac acerbas efficit.
Sed tu ne ſolam omnia videntem optes lunam
Permanere in die, qvando mulieri accidit abortio.
Nunc adſis mihi, recenſe, pulchri throni auguſta Muſa
Qvomodo in noxiis morbis ſecans viri venas ferrum,
Sanitatem efficiat, ſub præclaro medico,
Corpori gravia perpetienti, ut morbus ceſſet, intento.
Si qvidem ab oceano recenter præfulgeat mira
Pleias, auſpicato & incedat alma luna
In tauro currens cœlum illuminet,
Aut in aqvario aut capricorno eat,
Parce, ne chalybs tunc in manus veniat,
Aciesve fulgorem vibrantis & bene deterſi ferri,
Ne cutem hominis in ærumnoſis feriat
Celeriter laboribus ſed potius dilationem patiatur.
Similiter qvando fertur in aſtris Icariæ
Virginis, qvieſcere juvat, & melius erit. (Oceano oritur
Noli venæſectionem adhibere tempore qvo reſonante ab
Aſtræa virgo, ſpicam gerens, nam ærumnas
Excitat venam ſecantibus, doloresqve lachrymoſos.
Illico autem tropicis in ſignis qvum verſatur
Diva incedens luna, multo melius erit.
Qvieſcamus, ne, in congreſſibus dum incedit,
Qvis acuto feriat corporis venas candente ferro.
Similiter & qvum dimiatum lumen efficit, conſentaneum eſt
Ut caveas: Si vero horrido Marti ſit vicina,
Non ſimul oportet ut venas homini incidas.
Qvando itidem Mars in ſimulacris
Horam regit, multis qvidem hominibus malignitate
Nocebit, ſi ferreum mucronem corpori prope
Admoverint: præterea & ſangvinis irrevocabilem impetum.

Effi-

Τεύξειεν βλύζοντ@ ἄδην συγερῇ ἐπ' ἀκωκῇ.
Εἰ δὲ Κρόνῳ συνίοι Φαεσφόρ@ ἀργέτα μήνη ☽ σ ♄
Καίγε τομὴν ἐπάγησιν ἀνὴρ παγῶνι μεμηλὼς
Δηρὸν μοχθήσειεν, τέλ@ δ' ἀναδέξεται αἰνὸν
Καίτε δυσαχθέα νῆσον ἐπ' ἀνέρι τῷ δ' ὀπάσειεν.
Εἰ δέ τ' ἄνευ καμάτοιο καὶ αἰνοτλήτε ἀνίης
Βάλεαι ἐντύναθαι ἀοσσητῆρα σίδηρον
Μήνην αὐγάζοιο σὺν αἰγιόχῳ Κρονίωνι ☽ cum ♃ vel ♀
Ἠὲ διωναίη, καὶ εἰ φάε@ ἐλλιπὲς εἴη
Λῆγον ἀπὸ διχομήνε ἐπ' εἰκάδι καὶ δ' ἔλι πρόσω
Πλὴν συνόδε. λώϊον γὰρ ἀκεσορίην ἀνύσαιο,
Ἦν ἀλέῃ συνόδοιο μεμυκότα φάεα μήνης.
Ὡς δ' αὔτως συνιόντες ἀπ' ὠκεανοῖο ῥοάων
Φωσφόρ@ ἠ Φαέθων τελέσσ' εὐήρεα τμῆσιν
Ἄυτως δ' εἰ φλέβα κῆρας ὑφ' αἵματι πεπληθῖαν
Ἰμείρεις τάυτῃσιν ἐφημοσύνης πεπίθοιο.
Εἰ δ' ἄρα καὶ δμώων ὀλοφῶια ἔργα πύθοιο Περὶ δραπετῶν.
Οἵτε ἑὰς λείποντες ἐνιμμεγάροισιν ἄνακτας
Γαῖαν ἐς ὀθνείην ποσὶ καρπαλίμοις ἀλάλητα
Δρηστὰ ἀταρτηροὶ φιλίην λείποντες ἐδητὺν
Οὔτε τραπέζης μνῆσιν ἐφέσιον ἠ Κρονίων@
Ἑρκείᾳ, ἠ σέβας ἀγνὸν ἐνὶ πραπίδεσι σέβοντες.
Ἀλλὰ σὺ καὶ τοίων μερόπων ἐπιφράζεο μοῖραν.
Ἦν μὲν ἔῃ παυδία μετ' ἐυσκόπῳ ἀρνειοῖο ☽ in ♈
Ὧκα μιν ἐξανάγοιο τάχ' ἂν δὲ καὶ αὐτὸς ἵκοιτο
Δεσπόσυνον ποτὶ δῶμ' ὑπὸ δείλε@ ἠὔτε τις φώρ
Παλλόμεν@ κραδίην ὑπὸ δείμαλι καὶ δέ κεν ὦπας
Ταρβαλέοις δακρύοισι πεφυρμένος ἰνδάλλοιτο.
Ἦν δέ γε τᾶυρον ἔχῃσι παλέμφοιτος κερέεσσα ☽ in ♉
Ἀνέρος ἀφνειῷ ἐνὶ δώμασιν ἠλασκάζων.
Δμῶες ὁλοὸς κρύπτοιτ'. Μόλις δέ κεν εἰς ἑὸν οἶκον
Σπερδῇ ἀναγκαίῃ μιν ἄναξ ὑποδέξεται αὐλὶς
Οἴτλήσας μάλα πολλὰ καὶ ἐν πραπίδεσι μογήσας.
Ἦν δ' ἐν Ἀμυκλαίοισιν ἰδοὶς κερόωπα σελήνην ☽ in ♊
Ἠὐθέοις, ταχέως μιν ἐὴν δόμον εἰσανάγοιο.
Ἦν δ' ἄρ' ἀλεύηται πεντ' ἤματα κρυπταδίητε
Λανθάνοι ἦτ' ἂν μιν τείταρ@ μετὰ μῆνα δέχοιο.

Εἰ

Efficiet, abunde ſcatentis aſpero ſub mucrone.
Si autem Saturno congrediatur lucifera candida luna,
Atqve venas inciderit vir medicinæ intentus;
Diuturnum tempus laborabit, tandem vero referet laudem,
Qvamvis gravem morbum illi viro induxerit.
Si vero ſine labore ac gravi mœrore
Velis dirigere auxiliare ferrum,
Lunam ſplendentem cum Jove Ægiocho inſpice
Aut cum Venere, & qvum lux decreſcens
Ceſſat, à dimidiato menſe vigeſima (die) & ulterius,
Præterqvam in congreſſu, nam ſanitatem melius perficies,
Si vitaveris extenſum lunæ in conjunctione ſplendorem.
Similiter qvum una procedunt oceani ab aqvis
Lucifer vel Jupiter, efficiunt ſalutarem venæſectionem,
Sic qvando venam incidere ſangvine repletam
Deſideras, his mandatis * obediens eſto.
Si vero vis ſcire opera noxia ſervorum,
Qvi ſuos relinqvunt in ædibus dominos,
In terram externam celeri pede vagantur,
Famuli damnoſi ſuavem linqventes cibum,
Neqve memoriam menſæ domeſticæ, neqve Jovis
Hercæi ſacram reverentiam mente venerantes.
Attamen tu talium qvoqve hominum conſidera fatum.
Si qvidem incedat diva luna conſpicuo cum ariete,
Statim illum adduxeris, celeriter & ipſe adveniet
Herilem ad domum, à metu velut qvidam fur,
Corde palpitante & timore ſtimulante
Lachrymis terribilibus perfuſus apparebit.
Qvum vero taurum habet iterum veniens cornuta luna,
Divitis in ædibus viri errans
Pernicioſus ſervus in occulto lateat: vix enim ſuas in ædes
Induſtria neceſſariâ eum dominus rurſus recipiet,
Valde multa perpeſſus & cogitationibus laborans.
Qvum vero in Amycleis vides cornutam lunam
Invenibus, celeriter eum in domum tuam introducas.
At ſi aufugerit & per qvinqve dies occultos
Lateat, eum vel poſt tertium menſem recipies.

 * ἐφημοσύναις.

Εἰ δέ γε καρκίνου οἶκον ἐὸν βασιλῆα σελήνη ☽ in ♋
Οἰχνέυῃ, τέτμοις κεν ἐν ἱερῷ ἄλσεϊ δμῶα,
Ἥ κε καὶ ἐν τεμένει κρυφίην ποιεύμενον αὐλιν
Δευτέρῃ εἰν ἠοῖ Θεόθεν δ' ἱκέτην δ' ἀνάγοιο
Ὀρθῆσιν χαίτῃσιν πεφεικότα βαμβαίνοντα.
Ἦν δὲ νεμειήταο πέλῃ κατὰ ἄστρα λέοντος, ☽ in ♌
Ἡ μὲν ἐπὶ πρώτῃ ἠοῖ δρόμον ἐντύνειεν,
Λήσεται, ἐδέ μιν αὖτις ἐφεσίοισιν ἄνακτος
Ἀρθρήσας θεράποντα φυγόπτολιν. Εἰ δέ γ' ἐν ἠοῖ
Δευτατίῃ ἄρροιτο φυγὴν, ἐ πάντα τελέσσει
Δρησμοσύνης. Ἔυροις δ' ἂν ἐνιμμεγάροισί μιν ἀνδρῶς
Ἀφνειῷ ναίοντος ἀγηνορίῃσι νόοιο,
Δίζεο δ' ἐν χώρῃ μιν ἢ εἰν ἐρεθηλεῖ κήπῳ.
Εἰ δὲ σεληναίης ἐνὶ παρθένῳ ἰχνευούσης ☽ in ♍
Λείποι οἶκον ἄνακτος, ἕλοις κέ μιν ἐν πολέεσσιν
Ἥμασι. δηθύνει γὰρ ἀπόκρυφος εἴ κ' ἐνὶ τῷδε
Δεικήλῳ μήνης εὐφέγγεος αἰθροπολεύσης
Φύξιμον ἦμαρ ἕλῃσι καὶ ἐν θαλεροῖσι πετηλοῖς
Πεπτηὼς ἀλέηται ἑὸν δηναιὸν ἄνακτα.
Χηλαῖσιν δ' ἵκεν σὺ σεληναίην ἐσαθρήσας ☽ in ♎
Θαρσαλέως δρήσην προτιόσσεο, δὴ γὰρ ἄνεισιν
Αὐτόματος σκέψει δὲ καὶ ἀμυλίοισι λόγοισι
Πρηΰνέει θυμὸν δυσπέμφελον οἷο ἄνακτος.
Ἦν δὲ σκορπιόεν δέμας ἴχῃ δῖα σελήνη ☽ in ♏
Ἦτ ἂν ἔοι θεράπων ἐν ἀνακτόρῳ ἢ τεμένεσσι
Κρυπτόμενος, καὶ δ' ἄν κεν ἑκὼν οἶκον δὲ νέοιτο.
Εἰ δ' ἄρα τοξευτῆρα διϊχνεύοι κερέεσσα, ☽ in ♐
Ἦν μὲν ἐνὶ πρώτοις πέντ' ἤμασιν αἰσυλοεργὸν
Δμῶ ἂν ἄγῃ δοίητε δίκην δρησμοῖο ταχεῖαν.
Εἰν δ' ἂν ὑπερβάλλοι πέντ' ἤματα δηρὸν ἂν αὖτως
Πλάζοιτ', ἐδέ μιν ὦκα κιχήσεαι, ἀλλὰ χρόνοιο
Πολλῷ μεσσάτιον τελέει χρόνον ἠλασκάζων.
Ἦν δ' ἄρ' ἐν ἀιγόκερῳ φυγῇ δμὼς οἷο ἄνακτος ☽ in ♑
Ἐν ξείνῃ ληφθεὶς ἄγεται ποτὶ δώματα θᾶσσον.
Τδροχόῳ εἴκειν κεραὴν ἐυῶπιν ἀθρήσας ☽ in ♒
Νεισομένην ὅτε δρῆσις ἐπεντύνῃσι κέλευθον
Δμῳῇ ἀνὴρ τοτ' ἄνακτος ἐὲ πάτρην ἱπολιπὼν

Ἐν

Qvum vero ad cancrum domum ſuam luna regina
Proficiſcitur, invenies ſacro in luco famulum,
Vel in delubro occulte degentem.
Secunda in die à templo ſupplicem adduces
Porrectis manibus horreſcentem, dentibus ſtridentem.
Si vero ſit circa ſtellas Nemeæi leonis,
Et ipſa qvidem primo die curſum dirigat,
Latebit, nec eum iterum in ædibus heri
Viſurus es ſervum qvi civitate exceſſit. Si vero in die
Altera aufugerit, non omnino perficit
Fugam: at invenies eum in ædibus viri
Divitis degentem feroci mente,
Qvære & in agro ſive in horto amœno.
Lunâ in virgine incedente, ſi
Linquat heri domum, recipies eum poſt multas
Dies: morabitur enim diu occulte, ſi in hoc
Signo dum luna ſplendens in æthere gyrat,
Diem fugæ elegerit, in foliis virentibus
Procumbens vitabit ſuum antiqvum dominum.
Lunam in chelis ubi inſpexeris,
Fidenter ſervum adſciſce: utilitatem enim
Sponte curabit, & blandis verbis
Leniet gravem iram domini ſui.
Si autem ſcorpium teneat alma luna,
Famulus erit in templo aut delubro
Se abſcondens, tamen ſuaſponte domum revertetur.
At enim ſagittarium ſi pertranſeat cornuta luna,
Et primis qvinqve diebus nefaria perpetrantem
Servum faciat, luet ille celerem fugæ pœnam:
Si vero qvinqve dies excedat, diu
Errabit, neqve tam cito invenietur, ſed tempus
Medium non exiguum tranſiget oberrans.
In capricorno attamen qvi fugit ſervus dominum ſuum,
In peregrina terra captus ad ædes citius reducetur.
In aqvario qvum venuſtam adſpicis cornutam lunam,
Ac ſervus fugæ in viam ſe dat,
Audax homo, tunc heri ſui patriam relinqvens

Ἐν πόλει ὀθνείῃ βίον ἄρνυται, ἤτ' ἐπὶ δηρὸν
Λήσεται, ἀλλά μιν ὦκα τέτμοι ἐπὶ φωτὶ κυρῶντα
Ὃς δήμῳ θεράπων κοινὸς πέλει ἠὲ φερόπλῳ
Ἀνέρι τῷ στρατίαι τε βοηδρομίαι τε μέλονται. ☽ in ♓
Εἰ δ' ἄρ' ἐν ἰαερνοῖσι φαεινομένη φορέηται
Ἰχθύσιν ἠοῖ μὲν προτέρη κίνδυνον ἀΐψει
Δρήσῃ ἀταρτηρῷ τάχα δ' ἂν καὶ ὀλέθριον ἦμαρ.
Αἶψα δ' ἄρα ξίφει τμηθεὶς ἀμφηκεῖ δειρήν.
Δευτέρῃ εἰν ἠοῖ δὲ φυγὼν σῶός κε πέλοιτο
Καίκεν ἄνακτ' ἴκοιτο δόμον περίαλλα πεπονθώς.
Χρὴ δὲ περίφρονα μῆτιν ἐνὶ φρεσὶν αἶψα ἰδέσθαι ☽ vacua
Εἰ μὲν γὰρ μίνυην σὺ σεληναίην ὁράᾳς cursu.
Οὖλι φέρει δρησμὸν βροτῷ ἀνέρι, μαψιδίην δὲ
Οἶσει ἀλὴν τῇ καὶ τῇ ἀλυσκάζοντι κέλευθον
Ἀγχύθι δεσποσύνων μεγάρων καὶ ἐμῇθεν οἴκου.
Εἰ δὲ τύχοι πανδῖα σὺν ἀστέρι δινεύουσα ☽ cum planetis.
Ὄντε πλάνητα λέγουσιν ἐπὶ χθονὶ φῦλ' ἀνθρώπων.
Ἦτ' ἂν προσοτέρω θεράπων ὁδὸν ἐντύνοιτο
Φεύγων νείκε' ἄνακτος ὁμοκλήν τ' ἀλγινόεσσαν.
Ἀλλ' ἢν μὲν φαίνοντι συνῇ κεράεσσα σελήνη
Ἡ φλογερῷ πυρόεντι, φυγὴν ἀνεμώλιον ἴσχει
Δῆλος ἀνὴρ κενεῆσιν ἐπ' ἐλπωρῇσι γεγηθώς.
Ἦ γὰρ ἂν ἐς δόμον αἶψα λυγρῇ πεπεδημένος ἄτῃ
Βαιῇ ἀναγκαίῃ βεβιημένος ἀλγινοέσσῃ.
Εἰ δὲ ζηνὸς ἄνακτος ἢ ἀγυιᾶς ἀφρογενείης
Ἴχνια βαίνησιν θεαυλιὰς ἀγλαόφοιτος
Ἦτ' ἂν κρυπταδίην εὑήρεα φύξιν ἕλοιτο
Ὀτρηρὸς θεράπων ποσὶ καρπαλίμοισι πιθήσας
Μὴ μὲν ἀταρτηρῇσιν ἐνὶ φρεσὶ μητίσασθαι
Δεσπότεω φερέμεν κειμήλιον, ἦ γὰρ ἂν εἴη
Διχθαδίη ἄτη, καὶ κτήματος οἰχομένοιο,
Καὶ δμωὸς ὠροφυγόντος ἀμειλίχου, ἀλλὰ σ' ἄνωγα
Μιμνέμεν εἰν οἴκοισι, φέρειν τ' εὐήρει θυμῷ
Φωρίδιον βλάβος αἶνον, ἐπεὶ μετὰ ποσὶ δίωκων
Οὐκ ἐκίχης ὀδ' εἰ μὲν ἔχοις πόδας εὐφήμοιο
Εὐρωπῆιάδα, τὸν ἐν πολυηχεῖ πόντῳ
Ὦκα θέειν ἐνέπουσιν ὁδῷ πεφορημένον ὑγρῇ,

415. Οὐδ'

In urbe externa vitam deget, at non diu
Latebit, sed cito inveniet versantem cum homine
Qvi populi communis sit minister sive arma ferens
Cui exercitus ac sacra certamina sint curæ.
Si vero in vernis splendens feratur
Piscibus, primo die periculum obveniet
Servo damnoso, fortassis & exitialis dies
Statim gladio ancipiti secabit collum.
Secundo die fugiens erit incolumis
Etsi domini ingrediatur domum gravia passus.
Oportet autem sagaci mente jam observare,
Nam si qvidem lunam cernas solam,
Non affert homini fugam, vanum vero
Adducit fugæ conatum hanc vel illam declinanti semitam
Prope heriles ædes & familiarem domum.
Si vero alma luna cum stella occidat
Qvam errantem nominant in terra humanæ gentes,
Ulterius qvidem famulus viam diriget,
Fugiens heri rixas ac molestam vociferationem.
Luna vero cornuta vicina si sit Saturno
Vel Marti ignito, fugam inanem habebit
Servus vanis spebus gaudens:
Statim enim ad domum vinculis constrictus horrida noxa
Cogetur vi adactus vitam ærumnose ducere.
Si vero Jovis Regis sive castæ Veneris
Vestigiis inhæreat Theæ filia splendore clara,
Tunc occultam fugam feliciter capiat
Fugitivus servus passibus citatis fretus.
Modo ne tunc scelestum in animum inducat
Res pretiosas domini ut auferat, nam esset
Duplex damnum & rerum amissarum
Et neqvam fugientis servi: verum te hortor,
Memineris in ædibus ferre & æqva mente tolerare
Noxium furtivum damnum: qvoniam pedibus persequens
Nihil obtinebis, etiamsi pedes habeas celebris
Europam qvæ abstulit tauri, qvem in resonante mari
Celeriter cucurrisse ajunt humida cum ferretur via:

Οὐδ' εἴ σοι πτερύγεσσιν ἐπήρεα νῶτα γένοιτο
Οἷα γ' ἐνιμμελέεσσι βορήϊοι υἷες ἔχεσκον
Οὓς ὑποκυσαμένη βαδινὴ τέκεν ὠρειθυῖα
Ὁππότε μιν χόρον ἀγνὸν ἐπ' Ἰλλίσσοιο βοῆσιν
Ἱσαμένην Βορέης ἀνερέψατο τῆλε δὲ γαίης
Ἀτθίδος ἐν νεφέεσσι μεταχρόνιον φορέεσκεν
Μεσφότ' ἐπὶ θρήκης χιονώδεος ἷξεν ἀύλης.
Οὐδ' ἢν * ἰφίκλοιο θοώτερος αὐγάζοιο
Ὅσσε καὶ ἀνθερίκεσσιν ἐπέτρεχεν ὀδέτι καρπόν
Σίνετ' ἀήσυρος υἷα φέρων ἐπὶ λήϊον ἄνου.
Εἰ δέ τ' ἔοι κεράεσσα σὺν εὐσκόπῳ Ἑρμάωνι ☽ ☿
Οὐκ ἀκφύγοι θερσίπτων ὀλοφῶιος ἀλλὰ τάχιστα
Εὕροις εἰ καὶ γῆνα θοώτερα καὶ πόδας ἴκα
Κεφοτέρης Λάδαο καὶ ὠκυδρόμοιο Φαάλλης.
Μὴ μὲν δὴ συνόδοισιν ἐπισείκτα σελήνη
Ἢ καὶ πλησιφαὴς εἴη δρησμοῖο τυχόντος.
Ἢ γὰρ ἂν ἠλασκάζοι ἐπὶ ξείνης τότε γαίης,
Ἢ δέσμοισιν ἔχοιτο παρ' ὀθνείοισι βροτοῖσι.
Εἰ δὲ Κρόνῳ κρυόεντι συνείη δῖα σελήνη,
Καίτε δμῳὸς προφύσησιν ἔχων κλωπήϊον ἄχθος.
Ἄλλοις φώρεσι κέρδος ἀποίσεται, ἃ γὰρ ὄνησιν
Ἁρπακτοῖς κτεάτεσσι φέρει τηλεσκόπος ἀστὴρ,
Ἀλλ' ἐπάγει θερσίποντι δολόφρονι πολλάκις ἄνδρα
Λαμπρότερον φαίνων καὶ φῶς ἐπὶ φώρεϊ κύρσει.
Εἰ δὲ τέχνης ἐθέλεις δεδαηκότας εὑρίσκεσθαι Περὶ παιδῶν διδασκαλίας.
Ἢ σοφίης υἷῆας ἢ ὀτρηρὸς θερσίποντας,
Χρυσοφαὴς εἴη τοι ἐπ' ἀργεϊοῖο σελήνη ☽ in ♈ ♉ my ♌
Ἠὲ ἢ ὠκυπόροισιν ἐπ' ἰχθύσι καλὰ φαείνοι in ♃ vel ♀ □ △ ♂
Ἢ κύρης ἐπέχοι φιαρὸν δέμας ἰκαρίωνης, & extra ☉ ☌ ♂
Ἠὲ καὶ αἰπυτάτῳ ἐνὶ καρκίνῳ ἐνδάλλοιτο neq; decrescentem.
Ζηνὸς μηλιέταο κεχαρμένη ἀκτίνεσσιν
Ἢ παφίης ἄγλῃσιν ἐρευθομένη τετραγώνοι
Ἠὲ τριπλεύροισιν καὶτ' ἂν πολυλῴϊον εἴη
Ἠὲ κατ' ἰθὺν ἴῃσιν ἐπ' ὀκδομάτοιο βεβῶσα
Δεκήλῃ, καὶ γὰρ τὸ πέλει τέχνῃσιν ὄνειαρ.
Μὴ μὲν δὴ σύνοδον τούτοις ἐνὶ τείρεσι θείη
Ἢ διχόμηνον ἄγοι σέλας ἐκφατον ἔνθα σε χρειὼ

Τέχνην

* Versus Orphei apud Tzetzem Chil. II. hist. 42.

Neqve, si tibi essent alis instructa terga
Qvalia suo Boreæ nati habebant in corpore,
Qvos gravida facta facilis peperit Orithyia
Qvando castum chorum ad Elissi fluenta
Componentem Boreas rapuit procul à terra
Attica, nubibusqve percœlum detulit,
Donec ad Thraciæ nivosæ perduxisset antra.
Nihil proderit, etiamlicet Iphiclo sis velocior,
Qvi super extremis frugum currebat aristis, nec fructus
Lædebat, levia membra ferens super siccas segetes.
Si vero cornuta luna cum conspicuo Mercurio incedat,
Servus noxius non effugiet, sed qvam celerrime
Reperies, licet Euro velociora habeat genua, & pedes
Leviores qvam Ladas habuit ac velox cursor Phaallus.
Ne qvidem in conjunctionibus means luna,
Vel pleno lumine fugam capientibus favet:
Aut enim terra in peregrina errabit,
Aut in vinculis erit exteras apud gentes.
Si vero Saturno Saturnioqve vicina sit alma luna,
Atqve servus se immiscuerit, habens furtivum onus,
Furibus aliis lucrum exiget: non enim emolumentum
Rapacibus fert procul apparens stella,
Sed inducit famulo dolosо sæpe virum
Procaciorem, Saturnus, & fur furi superveniet.
Si vero velis parare artium doctos,
Aut sapientiæ filios sagaces cultores:
Sit tibi aureo fulgens lumine in ariete luna,
Sive in piscibus cito permeantibus pulchre splendeat,
Sive Virginis Icariæ ambiat lucidum corpus
Aut in excelso cancro appareat,
Jovis consi læta radiis
Aut Veneris splendore rubens qvadratuam locum obtineat,
Vel trigonum, qvod & multo melius fuerit:
Vel oppositа eat è domo progrediens
Signi, nam & hoc artibus erit emolumento.
Non qvidem, in conjunctione cum his astris si currat,
Aut dimidiatum agat lumen perspicuum, tunc te oportet

Artes

Τέχνην ἢ σοφίην δεδαήμεναι ὑτρύνησιν·
Οὐ γὰρ ἂν ἐκτελέσειαι ἀβλέαι, οὐδέ τοι ἐθλὴν
Παιδὶ δαημοσύνην διχομήνιας ἐντύνειεν.
Οὐδ' ἔτι λειψιφανὴς, ἀνεμώλια δ' ἔργα τίθησιν.
Εἰ δὲ γεωπονίης σε φιλομβρέτω ἵμερος αἱρεῖ Περὶ γεωργίας.
Καίτ' ἐπὶ χρυσείης γενεῆς ἐντύνεαι ἔργα
Γαῖαν ἐπὶ ζείδωρον ἄγοις ἑυκαμπέας ἄροτρον
Ἢ γύροις ἐνὶ κλῆμα μεθυμναίῳ λελίησαι,
Κατθέμεναι καλαρὸν ὀπώρης εἰδ' ἄρ' ἐλέσθαι
Ἱμείρεις σκαπάνῃ τε λαχαινέμεν ἄμβροτον οἶαν,
Αὐτίκα τοι καὶ πᾶσαν ἐτητυμίην καταλέξω
Ὅππως ἂν δία γε σεληναίη πεπίθοιτο
Ὀμπνιά σοι Δήμητρος ἀερσινόοιοτε Βάκχος
Δῶρ' ἀναπεμπέμεναι καὶ ἐπήτανον ὄλβον ὀπάζειν.
Εἰ μὲν γὰρ τείχῃσιν ἐπ' ἀρνείοιο θοοῖο ☽ in ♈
Πάντα φέρει κλυτὰ ἔργα φυτευέμεν ἠδὲ βαλέσθαι
Σπέρματα καὶ σηκὸς ἐυργέας ἀμφιπένεσθαι
Καὶ δ' ἂν ἀεργηλὸν χῶρον τότε καλὰ τάμοιο
Βυσίτε καὶ σμηνύῃσιν, ἔοι δὲ καὶ κάρπιμος ὦκα.
Ὡς δ' ἄυτως ταύρῳ κεραῷ πονέοιο ἕκαστα ☽ in ♉
Ὅσσα τε γειοπόνων ἐρικύδεα φαίνεται ἔργα.
Μὴ μὲν δὴ τῆμος δὲ θέλειν ἐρίβωλον ἄρουραν
Ἄρνυσθαι μιθῷ ἐπιλατείῳ, ἀ γὰρ ἄμεινον
Οὐδὲ φέροικεν ὄνειαρ ἐπ' ἀλλοτρείῳ μογέοντι.
Εἰ δὲ θερμναίοισιν ἐν ἄεργοι δινέυηται ☽ in ♊
Κέροις ἐυεάνδ αὐτωλίδος, ἢτ' ἂν ἐμοῖσι
Μύθοισιν πεπίθοιο καὶ δεξάμενος πονέεσθαι
Ἀμφὶ γεωπονίῃ τε φυτίῃ θ' ἱμεροέσσῃ
Ζηλωτὸς πολλοῖς δὲ πέλοις ἐπὶ κέρδεϊ τῷδε
Κήπους δ' ἐυθαλέας τεύξεις καὶ γῦρον ὀρύξεις
Γαῖαν ἀεργήλην τε προμηθιόως ἀνύσαιο ☽ in ♋
Ἐυεργὸν μήνης ἐνὶ καρκίνῳ αὐθροπολύσης.
Εἰ φλογερῷ δὲ λέοντι φάος πολυδερκὲς ἐφείη ☽ in ♌
Ἡερόφοιτος ἄναστα, τότε σπόρον ὁπλίσαιο
Κριθῶν ἠὲ πυρῶν καὶ τ' ἂν πολύχοια γένοιτο.
Ἄλλο δὲ μήτε βάλοι κατ' ἄυλακος, ἀ γὰρ ἄμεινον.
Ἀεργίη κύρη δὲ πέλει πρὸς ἅπαντα φερίστη ☽ in ♍

Σπέρ-

Artes ſive ſapientiam ut diſcant incitare (juvenes.)
Neqve enim perficies qvæ vis, neqve bonarum artium
Scientiam puero dimidiata lunæ lux parabit,
Nec deficiens utilem operam ponit.
Si vero agriculturæ hominibus gratæ deſiderio tenearis
Et aureæ ætatis aggredi vis opera,
Terram frugiferam proſcindere curvo aratro:
Aut in ſcrobibus palmitem Bacchi deſideras
Accumulare dulcemqve autumni fructum condere,
Deſideras & ligone exercere terram,
Statim tibi omnem veritatem dicam,
Ut nobilis luna obſeqvatur
Almaqve tibi Cereris & ſuperbi Bacchi
Dona mittat, ac abundantem felicitatem præbeat.
Si qvidem in celeri ariete incedit,
Omnia fert opera plantationis præclara, facitqve jactare
Semina, ac de ſtabulis bene munitis * ſatagere.
Et ſi tunc terram incultam bene proſcideris
Bobus & mulis, celeriter fruges dabit.
Similiter in cornuto tauro perfice ſingula
Agricolarum opera præclara, qvæcunqve ſe offerunt.
Tunc vero noli gleboſum agrum
Elocare certum pretium perſolventi: non enim bonum
Neqve utile laboranti alienum agrum.
Si vero in aſtris famulantibus occidit
Pueris pulchre veſtitæ Ætolicæ (Ledæ,) meis
Verbis obſeqvens incipias laborare
Agros ut colas & plantas deſiderabiles,
Multi invidebunt tibi lucrum qvo
Hortos virentes inſtrues & foſſam duces.
Terram incultam provide perficies
Facilem qve experieris, luna in cancro dum incedit.
Qvando ſævo in leone lumen multa intuens verſatur
Aërem freqventans Regina, tunc ſemina para
Hordei aut tritici; & fœcunda erunt:
Alia vero ne committas ſulcis, non enim bonum.
Aſtræa virgo præſtantiſſima eſt ad omnia

Σπέρματα καὶ δὲ φυτοῖσιν ἐναίσιον ἔντε βόθροισιν
Βάλλειν ἔρνεα πάντα τάτε δρυὸς ἄκρα λέγοντας,
Οἶνας δ' ἐξαλέασθαι, ἐπεὶ συγέει περὶ ἄλλα
Ἰκαρίῃ κέρη ἐλινὰς καὶ ἀδευκέας οἴνας,
Μνωομένη ὅσα λυγρὰ διωνύσοιο ἔκηλι
Ἀκταῖοι μήσαντο μέθη δεδμημένοι αἰνῇ
Ἰκάριον καὶ μὴν σαφελεῖς κορύνας ἐδαίξαν
Σφαλλόμενοι δώροισι χοροιμανέως ἰοβάκχου.
Ἀλλὰ σὺ χηλάων ἐνὶ τείρεσιν αἰθροπολοῦσαν ☽ in ♎
Εἰσορόων κερόεσσαν ἐπιφραδέως ποτέεσθαι
Ἀμφὶ γεωτμίῃ σὺ δέ κεν νέοιο βάλοιο
Σπέρματα θαρσαλέως θεῖναι τ' ἐπὶ κλήματα γύροις
Πάντα τε δένδρεα καλὰ τάτ' ἔαρι τηλεθάοντα
Τέρχνεσιν ἀργέννοισι φίλην δείκυσιν ὀπώρην.
Ἦν δὲ σκορπίος δέμας αἴθερον ἐκπερόῃσιν ☽ in ♏
Αἴγλαις ἀργεννῆσι κλυτὴ παγδία σελήνη
Σπέρματα δάσσεσθαι νειῆς ἔνι καὶ δέκεν εἴη
Τῇμος ἐνιβληθέντα κατ' αὐλακόεσσαν ἄρουραν
Ὄμπνια Δηοῦς δῶρα καὶ ἐμπλήσειεν ἀλωήν
Καὶ δέ κ' ἀεργὴλην γαῖαν τῆμος δὲ τάμοιο.
Εἰ δ' ἄρα τοξευτῆρι φάοι ταυρῶπις ἄναστα ☽ in ♐
Μὴ σύγε πύροισιν βαλέειν χθόνα βωλιάνειραν
Μὴ δὲ θέμεν κεῖ λευκὸν ἐν αὔλακι, μηδέ τιν' ἄλλα
Χέδροπα, πάντα γὰρ αὖψ' ἀλιώσεται ἐδ' ἔτι ποίη
Βλωθρὴ ὑπερτείλασα πυκάσσεται ὄινοπα βῶλον.
Ἀλλὰ σύ μοι τῆμος δὲ βάλοις περμήκεα σῆκον
Ἄρνασιν ἢ ἐρίφοισι βοῶντ' ἐυερκέα μάνδρην
Πορσύναι πονέοις δὲ καὶ ὠκοπόδεσσιν ἐφ' ἵπποις
Φορβήν τ' ἐντύναι νεοζυγέας περὶ πῶλυς.
Αὐτὰρ ὁ' αἰγοκερῆα διαστείχουσα σελήνη ☽ in ♑
Μήλοισιν σύμπασιν ἐναίσιμος ἠδὲ φερέσβη
Ἔνθεν ἄγοις ἑτέρην χώρην ἐρυηχθέα ποίμνην
Ἠδ' ἀγέλας καὶ δ' ἂν καὶ ἀπόλιν πλατέ' αἰγῶν
Ὦκα θοοὶ, νομὸν ἄλλον ἐπιστείβοντα πόδεσσιν.
Ὑδροχόος Φέρων εὐώπιδος ἀργέτιν αἴγλην ☽ in ♒
Μήνης, ἐν μὲν ἄροτρα καὶ αὔλακα πορσύνειας
Εὖ δὲ καὶ ἐν γύροις ὑποδέξεται ἔρνεα καλὰ

Εὖ

Semina ac plantis fausta est sulcisque
Et ad inserendos stolones omnis generis arbuteorum fructuum,
Vites vero (juvat) vitare, nam odio persequitur vehementi
Icarii filia vineas & ingrata vina,
Memor quot mala propter Bacchum
Actæi (maritimi) machinati sint turpissima ebrietate subacti:
Icarium siquidem clavis duris obtruncarunt
Titubantes donis insanientis tripudiis Bacchi.
Sed tu chelarum in signo ætheris incolam
Contemplans cornutam lunam, consulto labora,
Humum ut scindas (vomere,) & novali ingeras
Confidenter semina, & in fossis ut palmites ponas,
Omnes quippe arbores frugiferæ in vere virentes,
Novis celeribus plantis gratum ostendent fructum.
Si autem cœleste scorpii corpus pertranseat
Candidis splendoribus inclyta nobilis luna,
Semina copiose dividas novalibus & sint
Tunc jacta in sulcata terra
Munera Cerealia auroræ dona, & impleant trituram.
Et tunc agrum incultum vomere scindas.
Si vero in sagittario splendeat taurino vultu Regina,
Ne triticum mandes terræ viros alenti,
Neque album hordeum sulcis committas, neque alia
Legumina: nam omnia celeriter pereunt, nec ulla herba
Proveniens perfecta densabit nigram glebam.
Sed tu mihi amplum tunc struas stabulum,
Agnis & hædis bobusque bene septam mandram
Para laboriosis, pedibusque qui sunt celeres, equis
Pabulum ac dirige circa recens lactentes equulos.
Illico ut capricornum pervadit luna,
Ovibus universis utilis est atque præstans,
Si præ te agas aliam in terram gregem ovium
Aut armenta boum, aut greges magnos caprarum,
Velociter currentes, & aliud pascuum pedibus calcantes.
Aquario ferente pulchræ aspectu candidum splendorem
Lunæ, opportune aratris ac sulcis dabis operam,
Et bene excipiet in fossis germina egregia,

Ἦυ δ' ἀν ἀεργήλοις σῦνιν πήξειας ἀρύραις.
Ὣυτως δ' ἰαερνοῖσιν ἐν ἰχθύσιν ἐσὶ φερίσση ☽ in ♓
Γειοπόνοις θειαντὶς ὅτ' ὄμπνια ἔργα πέλωνται
Δηῶς ἐυωδεινὸς ἐυσεφέος ἰοβακχε.
Σκέπτεσθαι δ' ἐπέοικε καὶ ἀσέρας ἠνεκὲς ἄλλης. ☽ cum ♃ vel ♀
Ἦν μὲν γὰρ φαέθων τε καὶ ἀγνὴ Κυπρογένεια
Μήνη συμφορέοντ' ἢ ἔυπτερος ἀργεφόντης,
Πάντα τὰ δ' ἀλδήεντα καὶ ἄυξιμα τοῖσδε πιφάσκοις
Πολλὴν τ' ἐυεσὼ φερέμεν καὶ θεσφατον ὄλβον.
Εἰ δὲ Κρόνος κρυόεις ἄρης τ' ὀλοφῶιος εἶεν ☽ cum ♄ vel ♂
Ἀμφὶ σεληναίη, μινύθεσ' ἐρικύδεα ἔργα
Ἠδ' ἄλιον φαίνεσι γεωπονίην μερόπεσσι.
Τοὶ γὰρ ὅρα δίκηλα κατ' ἠρανὸν ἀγλαὰ πρῶτον
Οἷς κέρη θειαντὶς ἀναίσιμα ἔργα προφαίνει ☽ cum ♃ ♀
Ὣυτις δ' ἀσέρα καλὸν ἐρισθενέως Κρονίωνος vel ☿
Ἡ παφίης ἢ φαεσφόρον ἐύσκοπον ἑρμάωνα
Ξυνὴν γὰρ τέτοισι διϊχνέυσα κέλευθον
Ἀρχὴν ἠδὲ τέλος ἐσθλὸν ἄγει μερόπων ἐπὶ ἔργοις.
Εἰ δ' ἀρα καὶ δεσμοῖσιν ἀεικέσσιν ἀιχμάζοιτο Περὶ τῶν ἐν δεσμοῖς.
Δειλὸς ἀνὴρ κελῷ μὲν ἔχων ἐρικύπεα μήνην ☽ in ♈ ♊ ♌ ♎
Δηναίην ἔυροί κε λύσιν δυερῶν ὀδυνάων.
Ὡς δὲ καὶ ἐν θερινοῖσιν ὁρωμένη εἰδώλοισιν
Ἢ διδύμοις ἢ δ' αὖτυτάτῳ ἐνὶ καρκίνῳ ἕσα.
Ἠὲ νεμειήταο κατ' ἀργαλέοιο λέοντος,
Πηλὸν ἐπὶ χρόνον ἔισει ἀπείρατα δεσμὰ βροτοῖσιν.
Ὡς δὲ καὶ ἐν σκορπίῳ αἰθερίῳ ἠδέ τ' ἐλαφρῷ
Τοξευτῇ, ταύρῳ τε καὶ ἐν ζυγῷ ἀγλαέντι
Ἠὲ καὶ Ἀσσυρίῃ καχυηφόρῳ ἀμφὶ θυγατρὶ
Δινεύσα, ταχέῃσιν ἄγει λύσιν ἠμερίοισιν,
Ἔκ τε πόνων ἀνέπαυσε καὶ ἄψεα κἀφισεν ἀνδρός,
Μὴ μὲν ἀλιπλάγκτοισιν ἐν ἰχθύσιν αὐγάζοιτο,
Εἰ γὰρ, ἀνατλήσειεν ἀεικέλιον βροτὸς ἄλγος
Καὶ δὲ μόλις δεσμοῖο δυσήχεος ἄσπετον ἄχθος
Ἐκπροφύγοι, πολλοὶ δὲ καὶ ἐς βιότοιο τελευτὴν
Ἑλλάδας ἀργαλέας γυίων ἐφόρησαν ὕπερθεν.
Ἦν δὲ σὺν ἀσέρι μήνη ἐνήῖ καλὰ φανείη ☽ ♃ ♀ ☿
Ζηνὸς ἢ Ἑρμείαο ἢ ἐυεάνδρου Ἀφροδίτης,
Ἦτ' ἀν κἀφότερόσε πόνος παύρισε γένοιτο

Εἰ

Recte etiam incultis vomerem infiges agris.
Similiter vernis in piſcibus optima eſt
Agricolis Theæ filia, dum alma opera exercent
Cereris odoriferæ ac florente corona cincti Bacchi.
Diu multumqve etiam obſervare conveniet & alias ſtellas.
Si enim Jupiter ac caſta Venus
Lunæ circumferatur, ſive alatus Mercurius:
Omnibus in lucem qvæ proferuntur incrementum dat,
Multumqve fert facile fructum ac opes divinitus auget.
Si vero Saturnus humidus noxiusqve Mars eant
Circa lunam, imminuunt opera ne ſint glorioſa,
Agriculturamqve hominibus oſtendunt multi ſudoris.
Hæc ergo præclara ſigna in cœlo inprimis expende,
Qvibus filia Theæ utilia opera profert,
Statim ut eximiam Jovis validi ſtellam,
Sive Veneris, ſive fulgentem ac conſpicuum Mercurium
Habeat comitem & ineadem ſimul cum illis ſit ſemita,
Præclarum initium facit atq; finem hominum operibus.
Si vero indecoris duris in vinculis teneatur
Ærumnoſus vir, in ariete dum eſt venuſta luna,
Tardam invenit ſolutionem acerbiſſimorum dolorum.
Sic & in æſtivis ſi conſpiciatur ſignis,
Sive in geminis ſive in excelſo ſit cancro,
Vel etiam in Nemæo moleſto leone,
Longo tempore feret hominibus graviſſima vincula.
Qvum vero in ſcorpio æthereo, ſive veloci
Sagittario, tauro, ut & lucida libra,
Sive in Aſtræi ſpicamferente filia
Verſatur, celerem liberationem affert mortalibus,
Finemqve laboribus imponit & ſtatim hominem levat.
In piſcibus pontum pererrantibus Luna ne ſplendeat,
Si enim ibi oriatur, exantlandus homini noxius eſt dolor,
Et vix vinculi moleſti ingens onus
Effugere licet: multi vero usqve ad vitæ finem
Truces compedes ſuper artubus tulerunt.
Si vero Luna cum benefica ſtella pulchre ſplendeat,
Jovis vel Mercurii vel pulchre veſtitæ Veneris,
Leviores ac pauci erunt labores.

Ἐι δὲ Κρόνῳ κρυερῷ ἢ Ἄρεϊ συμφορέηται, ☽ ☌ ♄
Πολλάκις ἀργαλέοιο βίη δεσμοῖο πονηθεὶς
Μέσφα πότμε φερεβίην συναπτῶι ἀδάμαντι.
Ἐι δέ τι κλεμμάδιον μεγάρων κειμήλιον ἔρροι Περὶ κλοπῆς.
Ἢ μὲν ὑπ' ἀρνειῷ κεραὴ τροχάῃσι σελήνη, ☽ in ♈
Σώεται ἀψ ἐς δῶμα καὶ ἐς χέρας εἰσιν ἄνακτος.
Ταύρῳ δ' ἐμβεβαῦια παλίμφοιτος κεράεσσα ☽ in ♉
Πέμπει πρὸς θεναρὸν κτῆμα βροτὸν, ἠδέ τε ῥεῖα
Αὐτὸ κίχοις, ἠδ' αὐτὸς ὀνήσεται ἠλίθιος φώρ
Κέρδεος ἀρπαλέοιο δίκην ἰθεῖαν ὑποχών,
Φράζεο δ' εἰς δεκάτην τόδε μοι ταύροιο κέλευθον.
Αἱ δ' ἄλλαι καλαὶ καὶ ἀπήμονες ἀνέρι μοῖραι
Ἠδέ τ' ἀνειρὴν ἐπάγυσ' ἀιδήτμονα θωὴν
Ἢν μὴ Ἄρει ξυνοῖο δρόμε τετύχῃσι σελήνη.
Ἢν δέ κε δεικηλοις διδύμων περάῃσιν ἄνασσα ☽ in ♊
Ἐι τέτμοις μὲν * παῦρον δὲ νόῳ νοσφίζεο πῆμα.
Καρκίνῳ αὖ ἐφέπουσα φαεσφόρος εἰ μὲν ἕλοιτο ☽ in ♋
Ἄργυρος ἀγλήεις, ἀνάγει πάλιν εἰς τεὸν οἶκον
Χρυσόντ' εὐλαμπῆ κτῆσιν δ' ἀλιώσεται ἄλλην
Ἥτις ἂν ἐκ μεγάρων συλήσι ἰχνεύσιεν.
Ἐι δὲ λέοντι ἔχῃσι μένος πολυωπέτις ἀγλη ☽ in ♌
Μήνης ἠύκομοιο τότ' ἀμάλα θαρσαλέος σοι
Αὐδήσω παλίνορσον ἐλεῖν κτέαρ. εἰ δέ τε κέρην
Ἀστραίη δ' ἵῃσι κερασφόρος ἀργέτα μήνη ☽ in ♍
Δηθύνει κλόπιον χρέος δ' ἀναφαίνεται αὐλις
Δήεις κ' εἰ χηλῆσιν ὁμοδρομέοι κεράεσσα.
Εὐρυις τ' εἰ καὶ ἐπ' ὀκταποδῆ βεβαυῖα τύχῃσιν ☽ in ♎ ♏
Σκορπίῳ. Ἢν δέγε τοξότεω δέμας αὐτὸν ἔχῃσι,
Ὀλλυται, ἑρμαῖον δὲ πέλει φώρεσσιν ἀνιγροῖς.
Αἰγοκέρω δ' εἴ κεν κλυτὰ τείρεα παμφαίνῃσιν ☽ in ♑
Ἄιγληῆσιν φιαρῇσι παλιπρεπτοῖο σελήνης
Ἦτ' ἂν δηναιὴ πέλοι ἔυρεσις. Ἐι δέ κεν ἄστρον ☽ in ♒
Ὑδροχόῃ διίῃσιν ἀγαυὴ θειαντίνη
Ἐν δοίῃ σώσειε ἀπολλυμένε κτεάνοιο.
Ὡς δὲ καὶ εἰαρινοῖσιν ὑπ' ἰχθύσιν αὐθροπολήσῃς ☽ in ♓
Ἐυκεράε μήνης, μέλις ὄισεαι ὅττι καὶ φῶρος

* μὲν versus non patitur.

600. Εἰς

Si autem rigido cum Saturno vel Marte cirumferatur,
Sæpe vi ærumnosa vinculorum laborans,
Ad mortem usqve in custodia adamantina habebitur.
Si vero aliqvid pretiosæ supellectilis ædium furto pereat.
In ariete cornuta currente luna,
Mox servabitur, ac in domum manusqve heri redibit.
In tauro autem dum incedit vicibus splendens luna,
Immittit molesto furto hominem, neqve enim facile
Id recuperabis, neqve juvabitur ipse stolidus fur,
Lucri rapacis pœnam aperte subiturus.
Decimam cave maxime tauri semitam:
Namqve aliæ bonæ & innoxiæ sunt viro partes,
Neqve gravem & ignominiosam adducunt pœnam
Si non cum Marte communi cursu pergat luna.
Qvum vero per signa geminorum transit Regina,
Si invenias furem, exiguum æqva mente ferto damnum.
Cancrum qvum insequitur lucifera, si auferatur
Argentum splendidum, rursus in domum tuam adducit
Fulgidum Aurum: possessionem deprædabitur aliam,
Qvæ ex ædibus furti vestigia indicaverit.
Sed si validum leonem teneat splendens varia facie
Luna, bene comatum, tunc non valde confidenter tibi
Dicam Te rem tuam recuperaturum: si vero puellam
Astræam trajiciat cornifera candida luna,
Longo tempore res furtiva morabitur: sed rursus apparebit
Infestus prædo, in chelis qvando decurrit cornuta luna.
Invenies etiam si in octipede incedere eam contingat
Scorpio: At si teneat sagittarii corpus noxium,
Periit, lucrum vero erit furibus pernicioſis.
Capricorni vero inclytum sidus si illuminetur
Lucidis radiis per vices revertentis lunæ,
Licet tarda, tamen erit inventio. Sed si astrum
Aqvarii pertranseat illustris Theæ filia,
Dubia erit perditæ rei recuperatio.
In vernis piscibus si ætherem permeet
Conspicua cornibus luna, vix referes qvod fur

600. Εἰς παλάμας κεν ἕλοι, θαμέως δέ κεν ἀμφὶ κλοπείῃ
Εἰσαΐοις, τὰ δὲ πολλὰ πέλονθ' ἀνεμώλιοι αὔτως
Μῦθοι ἐπαγγελίῃσι κενοῖς θέλγοντες ἀκοάς.
Εἰ δὲ σεληναίῃ ξυνὸν τρέμβον ἐν κονέῃσιν ☽ cum
Ἀσροις ἀργαλέοις, δήεις κτέαρ. ἢν δὲ φερίσοις planetis male-
605. Ζηνὶ κελαινεφέϊ, κλόπιον κτέαρ ὄλλυται αὔτως. ficis & beneficis.
Ἦν δ' ἴῃ Κρονίωνα σεληναίη ἁμαδίη
Ἐν γενέθλῃ, παράδος μιν ἐπ' ἠγάθεον φαέθοντα
Οὔ τι λίην φώρεσσι δ' ἐναίσιμα γίνεται ἐθλὰ
Τείρεα Κυπρογένεια καὶ ἀιγλήεις Διὸς ἀστὴρ
Ἠδὲ καὶ ὠκυδρόμοιο φερεπτέρυ Ἑρμάωνος.

ΜΑΞΙΜΟΥ ΠΕΡΙ ΚΑΤΑΡΧΩΝ ΠΕΠΛΗΡΩΤΑΙ ΒΙΒΛΙΟΝ Ἓν.

600. In manus ceperit: Sæpe qvidem de fure
Inaudies, plerumqve autem futuri ſunt inanes
Sermones, vano rumore qvi aures demulceant.
Si vero lunæ communis ſimul ſit curſus cnm feſtinantibus
Malignis ſtellis, rem recipies: ſed ſi cum benignis,
605. Jove nubes cogente, res furtiva ſimpliciter periit.
Si vero habeat Saturnium luna ſimul incedens
Cum naſcitur, permitte ipſum divino Jovi,
Neqve enimfuribus admodum utilia ſunt aut faventia
Aſtra Venus, & lucidi Jovis ſtella
Vel etiam velocis alati Mercurii.

CAPUT XXVI.

De Philoſophis SYRIANO, PROCLO ET MARINO.

Syriani ætas & monumenta. Index ſcriptorum in ejus commentariis ad Metaphyſica Ariſtotelis laudatorum. Procli Lycii ætas & Præceptores. Alii Procli. Marinus Procli diſcipulus. Alii Marini. Procli Liber de Providentia & Fato & eo quod in nobis, ad Theodorum Mechanicum, nunc pri-

mum Latine editus ex veteri verſione Guilelmi de Morbeka. 1. *Excerpta ex libro inedito de decem dubitationibus circa Providentiam.* 2. *Excerpta monobibli inediti* * *de Malorum ſubſiſtentia.* 3. *De Procli Hymnis editis ac deperditis. Hymni quatuor Græce & Latine duo cum Hug. Grotii, duo cum Godfridi Olearii τῦ μακαρίτυ verſione.* 4. *De Procli ſcriptis aliis editis: Theologia Platonica,* 5. *Inſtitutione Theologica* 6. *libris duobus de motu.* 7. *Hypotypoſi Aſtronomicar. Poſitionum.* 8. *Sphæra.* 9. *Paraphraſi tetrabibli Ptolemæi* 10. *Commentariis in primum Euclidis librum* 10. *In Heſiodi Opera & dies.* 11. *Chreſtomathia Grammatica.* 12. *Argumentis XVIII. adverſus Chriſtianos de mundi æternitate.* 13. *Commentariis in Timæum,* 14. *Alcibiadem* 15. *& Politiam Platonis.* 16. *Index ſcriptorum in his Commentariis laudatorum.* 17. *Characteres Epiſtolici* 18. *De effectibus eclipſium Solis & Lunæ.* 19. *Scripta Procli inedita.* 20. *Deperdita.* 21.

SYRIANUS Philoxeni F. Patria Alexandrinus, Philoſophus eximius & poſt præceptorem Plutarchum Neſtorii F. Athenienſis Scholæ magna gloria fuit, in qva Platonicam præcipue docuit Philoſophiam & ſucceſſore relicto Proclo diſcipulo, diem obiit circa annum CHriſti ut conjicio 450. Laudat hunc ſæpe Proclus in ſuis Commentariis ſub διδασκάλε & καθηγεμόνος ſui nomine, & eodem tumulo oſſa ſua mortui ad Syriani corpus reponi juſſit in ſuburbio Athenienſi ut narrat Marinus in Procli vita cap. 36. Defuncti manes

* Proclus Theol. Platon. III. 18. pag 151. εἴρηται γὰρ περὶ τύτων ἡμῖν ἐν ἑνὶ τῶν μονοβίβλων, ὅπε καὶ δεδείχαμεν τὴν μὲν ἀλήθειαν τῷ Φιλοσόφῳ σύνοιχον. Damaſcius inedito περὶ ἀρχῶν opere: καὶ τύτό ἐσιν ὅπερ ὁ Φιλόσοφος Πρόκλος ἐν τῷ μονοβίβλῳ ἀπόῤῥητον ἀξίωμα κέκληκεν τὸ κατὰ τὴν ὠδίνεσαν ἐκᾶνα γνῶσιν, ὡς ῥητὸν ἀξίωμα τὸ κατὰ τὴν ἤδη διαῤῥωμένην. Hunc de ſubſiſtentia mali librum etiam in Bibl. quadam Patavina exſtare notat Tho. Galeus ad Jamblichum de Myſteriis Ægypt. pag. 201. Cæterum ex dubitationibus circa Providentiam habet Beſſario qvæ affert lib. II. contra calumniatorem Platonis cap. 9. *Quam obrem Proclus Lycius, vir eximia ſingularisque doctrinæ in hunc modum neceſſitatem exponit, ſive eam Providentiæ, ſive Prædeſtinationi ſive Fato tribuerit.* DEus, *inquit, res diviſibiles indiviſibiliter intelligit, qua in tempore ſunt, ſine tempore: non neceſſarias neceſſario, mutabiles immutabiliter, longe omnia melius quam ordo ipſorum & ratio poſtulat.*

nes Isidorus Philosophus ἐπιτάφιον θυμιαθρίδα sive thuribulum secum afferens cultu est prosecutus, teste Damascio apud Photium Cod. 242. pag. 564. Scripta Syriani hæc memorat Svidas:

Εἰς Ὅμηρον ὅλον ὑπόμνημα ἐν βιβλίοις ζ'. *Commentarium libris VII. distinctum, in totum Homerum.*

Εἰς τὴν πολιτείαν Πλάτωνος, *in Remp. Platonis, libris IV.*

Εἰς τὴν Ὀρφέως Θεολογίαν, *in Orphei Theologiam libris II.*

Περὶ τῶν παρ' Ὁμήρῳ Θεῶν. * *De Diis apud Homerum.*

Συμφωνίαν Ὀρφέως, Πυθαγόρου καὶ Πλάτωνος. *Consensum Orphei, Pythagoræ & Platonis.*

Περὶ τὰ λόγια *in Oracula* (Chaldaica) *libros X.*

Ex his omnibus nihil tulit ætatem, & fortasse Syrianus illa nunqvam scripsit sed Proclus, in cujus scriptis eadem Svidas diserte memorat, licet ex Marino constat Proclum ansam eorum ex Syriani scholis accepisse. *Timæum Platonicum* commentariis illustratum à Syriano, ex Proclo in eundem Timæum patet, qvi etiam laudat Præceptoris sui συμφωνίας γράμματα, qvibus consensum doctrinæ Platonicæ cum cæteris Philosophis, præcipue antiqvioribus Pythagora, Orpheo & Chaldaicis Oraculis persecutus fuit. Cæterum hodie nihil eorum omnium, sed tantummodo habemus Syriani (hujus ut mihi persvadeo) *commentarium in Hermogenis Rhetoris* περὶ στάσεων, (de qvo

* Apud Svidam legitur εἰς τὰ πρόκλου περὶ τῶν παρ' Ὁμήρῳ Θεῶν. Verum si qvis cogitet Proclum fuisse juniorem Syriano, ejusqve discipulum, & apud eundem Svidam in Πρόκλου videat scripta eadem plane memorari, ὑπόμνημα εἰς ὅλον τὸν Ὅμηρον, εἰς τὴν πολιτείαν Πλάτωνος, εἰς τὴν Ὀρφέως Θεολογίαν, περὶ τῶν παρ' Ὁμήρῳ Θεῶν, συμφωνίαν Ὀρφέως, Πυθαγόρου καὶ Πλάτωνος & περὶ τὰ λόγια, facile veniet illi in mentem cogitare, verba εἰς τὰ Πρόκλου vel esse notam marginalem Lectoris, memoriam Svidæ coarguentis & ad Proclum hæc referenda esse observantis: aut si verba Svidæ sunt, qvod tamen ægre mihi persvadeo, ita intelligenda sunt ut innuant Syrianum simul in hisce Procli scriptis elaborasse, & sub illius Præceptoris sui ductu Proclum hæc elucubrasse, aut ex ejus ore vel scriptis pleraqve eorum repetiisse. Hæc certe malim qvam cum Jonsio ista habere pro commentariis Syriani εἰς τὰ Πρόκλου, ac Syriano alicui juniori tribuere. Licet verum est fuisse Syrianum juniorem Philosophum, æqvalem Hegiæ & Isidori qvi Marino succesit, cujus meminit Damascius in Isidori vita apud Photium Cod. 242. pag. 568. Παρῆνει δὲ Συριανὸν καὶ Ἡγίαν ὁ Ἰσίδωρος, χρεὼν εἶη φιλοσοφίαν ὑποῤῥέξαν ἀνασώσασθαι. Omitto Syrianum Ducem in Ægypto, à qvo gravia passus A. C. 355. S. Athanasius, qvi in Apologiis pro fuga atqve alibi mentionem ejus facit.

qvo dixi lib. IV. c. 31.) Græce editum cum Hermogene & aliis Rhetoribus Venet. apud Aldum 1509. fol.

Præterea, ſed Latine tantum, lucem viderunt Syriani *commentarii in librum III. XIII. & XIV. Metaphyſicorum Ariſtotelis*, in qvibus hoc inprimis dat ſibi negotii, ut Platonem ſuum adverſus Ariſtotelis & Peripateticorum objectiones defendat. Prodierunt ex Hieronymi Bagolini interpretatione Venetiis 1558. 4 Græce nondum viderunt lucem licet exſtant MSS. in variis Bibliothecis Italiæ & Galliæ, etiam ex doctiſſimi Holſtenii beneficio in Bibliotheca Johannea hujus Urbis Hamb. & qvidem duobus foliis in extremo, Latinis editis auctiora. De Codicibus Segvierianæ ſive Coislinianæ Bibliothecæ vide Clariſſ. Montfauconi Catalogum p. 221. ſeq. & 446. Obſervoq; in altero Codice ibi eadem extare, qvæ Bagolinus vel non habuit, vel in verſione ſua omiſit, atqve in Holſteniani MSti duabus poſtremis paginis exſtant *de Providentia*. Sive ut Græcus habet titulus: Εἰς τὰ περὶ προνοίας τίνα συντελοῦντα. Incipit: τῶν ὐσιῶν κατὰ Ἀριστοτέλην ἡ μέν ἐστιν ἀσώματός τε καὶ ἄνευ σώματος εἶδός τι ἄϋλον καὶ χωρὶς ἐνεργεία τις ὅσα ἁπάσης δυνάμεως κεχωρισμένη ἣν ὐσίαν καὶ νῦν καλεῖν &c.

Catalogus ſcriptorum à Syriano in Commentariis ad Metaphyſ. allegatorum, compoſitus à me ad paginas edit. Latinæ Venetæ.

Ægyptii pag. 120. b.
Alexander Aphrodiſeus 52. b. 55. in Metaphyſica 13. 17. b. 24. b. 28. 40. 61. b. 63. b. 71. 98. 101. b. 103. 116. b. 132.
Amelius 47. 61. b. 69. Platonicus. 88.
Anaxagoræ homœomeriæ. 67. b.
Antiqviores (i. e. Pythagorici) 88.
Antoninus permiſcens Cleanthis & Longini opinionem 59.
Archedemus Stoicus. 59.
Archemenis qvidam. 102. b. Archedemum legit Meurſ. pag. 1240. Bibl. Gr.
Archinus. 120. b.
Archytas. 56. b. 91. b. 101. b.
Ariſtippus. 11. 55. b.

Aristoteles junior, expositor Aristotelis Philosophi. 55.
Aristotelis Philosophi in his qvæ de Philosophia Platonis. 93. b.
de Ideis libri duo. 123.
Metaphys. ά μᾶζον. 1. 17. deridendi qvi pro spurio habent. ibid.
ά ἔλατ]ον 1. 54.
β. 1. a.
γ. 22. 98.
sexto. 6. b.
septimo 66. b.
nono hujus πραγματείας 4. b.
decimo. 47. b. 65. b.
undecimo. 6. 8.
duodecimo qvi M. apud Græcos 41. 43. b. diversimo-de liber ille distingvitur ac finitur. 98. 101. b.
decimo tertio. 7. qvi N apud Græcos. 41. 43. b.
in Topicis 4. b. in Rhetoricis artibus 101.
Physices secundo 10. liber de reminiscentia. 98. b. in naturalibus considerationibus. 122.
Analytica posteriora 23. demonstrativa. 98. de generatione & corruptione, ex Eccello de universi naturâ hausit Aristoteles. 109.
primus de partibus Animalium 25. b. Moralia. 98. secundo Politicorum. 104.
Atticus. 59. Platonicus.
Boëthus peripateticus 59. b.
Brotinus 102. b.
Chaldæi. 120. b.
Chrysippus 59. 115. b.
Cleanthes. 59.
Comœdiarum scurrilitas. 112. b.
Cornutus. 59. b.
Cronius. 61. b.
Crotinus Pythagoricus. (an Brotinus?) 114.
Democritus 58. b. 86.
Democritici. 92.
Democritus (junior, Platonicus) 59.
Eccelus de universi natura. 109.

Elea-

Eleatici ludi principes. 59.
Empedocles Pythagoricus. 8. b. 23. & Orphicus 32. b. 33. b. 34. 39. 106. 115. b. 117. b. 118.
ejus ſphærus 8. b. 33. 117. b. Theologia ibid.
Eudoxus. 67. b.
Eurpius Pythagoricus 118. Euryticus. ibid. lege Eurytus.
Heraclitus. 58. 98. b.
Heraclitici. 58.
Heſiodus 31. b.
Hippaſus. 71. b. 85 b.
Homerus 19. 104. ſeq. 121.
Jamblichus 6. 20. 35. b. 65.
Commentarius in Parmenidem Platonis 29. b.
Collectio Pythagoricorum dogmatum. 57. b. liber qvintus 90. ſeptimus 83. b.
Longinus. 59.
Moderatus 91. b. ubi male Oderatus.
Muſæus. 89.
Nicomachus 91. b. ejus collectio Pythagoreorum dogmatum. 57. b.
Numenius 61. b.
Ocellus. Vide ſupra Eccellus.
Oderatus (lege Moderatus) 91. b.
Orpheus 7. 33. 59. b. 89. 114.
Orphica, Pythagorica & Platonica principia eadem. 7. b. 9. 32. b. 59. b. 71.
Parmenidei. 59.
Poëſis divina. 43. Poëtæ. 88.
Philolaus. 71. b. 85. b. 88. b. 102. a. b.
Philoſophi ſtatuentes materiam ſeipſam formare. 29.
Philoſophi Jonicæ ſectæ naturales. 34.
Plato, ſingulis fere paginis. Præceptor. 47. 110. b. pater 47.
ſeqvitur Pythagoricos. 57. b.
in Cratylo. 58.
in Parmenide. 4. 20. 30. a. b. 32. b. 33. b. 35. b. 36. 67. 73. b. 102. b. 106. 108. a. b.
Philebo. 7. 102. b.
Phædro 42. b. 58. b.

Plato Phædone 58. b. 67. 78. b. 104. b. 108.
Protagora 21. 28. 29. b.
Theæteto 28. 58. 115.
Epistolis 66. 102. b.
in Sophista 4. 105. b. 106.
in Timæo 3. 30. 42. b. 45. 117.
de Rep 42. b. 56. 102. b.
libro decimo. 58. b.
Platonici 44. 45. 56. b. 61. a. b. 71. 97. notionibus ditissimi 99. b.
Platonica, Orphica, Pythagorica principia eadem sunt 7. b. 43. 71.
Plotinus. 6. 20. 35. b. 65.
consideratione de intellectu, & de speciebus & de ente 29. b.
Plutarchus Platonicus 59.
Porphyrius 20. 35. b. 61. b.
Pythagoras 32. b. 33. 42. 59. b. 85. 102. b. 104. 114. 120. b. 120.
in sacro sermone 7. 71. b 83. b. 108. b.
Pythagorei 7. 8. b. 20. 23. 26. b. 32. b. 34. 37. b. 41. b. 43. 44. 45. 49. 56. b. 57. 58. a. b. 59. 72. a. b. 73. b. 81. b. 84. b. 85. a. b. 91. b. 97. 108. 110. b. 111. 113. 114. 115. b. 120. a. b. 121.
ἀκεσματικοί 71. b. qvi ex Pythagoræ doctrinario 91.
Simonides 112. b.
Severus (Platonicus) 44.
Socrates simus & ventrosus 103.
Socratici 58.
Speusippus 84. b.
Stoici 6. 21. b. 44. 58. b. 59. 83. b.
Syriani scopus est ostendere qvomodo Platonicus & Pythagoricus Aristotelis objectionibus possit occurrere 1. b. commentarios in secundum Metaphys. allegat 46. admiratur Aristotelem neqve tamen eum Præceptorem agnoscit. 41.
Thales 9.
Theologi 18. b. 20. 31. b. 47. b. 113. b. 114.
Theophrastus 120. b.
Timæus 47. b. Pythagoricus 56. b. 59. 109. per hunc Peripatetica Philosophia plurimum de divinis loqvitur id.
Timolaus 7.
Xenocrates 71. 72. 84. b.

Sy-

Syriani discipulus genuinus & in schola Athanienſi ſucceſſor fuit PROCLUS Lycius, cujus vitam ſcripſit qvi Proclo deinde ſucceſſit *Marinus* Neapolitanus. Eam dimidia parte mancam cum neſcio cujus verſione Latina vulgavit primus Gvil. Xylander, additam Marci Antonini præclaris, qvibus ſe ipſum monet, libellis. Tiguri 1558. 8. apud Andream Geſnerum. Recuſa deinde ibidem utraqve lingua cum eodem M. Antonino eſt A. 1599. 8. & ſex libris Theologicæ Platonicæ præmiſſa ab Æmilio Porto, Hamburg. 1618. fol. Nam Latinam editionem Lugdunenſem apud Jo. Tornæſium 1559. 12. è Bibl. Illuſtriſſimi mi Principis, Ottonis Henrici, & qvam non memini me videre memorat autem Catalogus Bodlejanus Lugdunenſem alteram A. 1626. 8. libenter omitto. Integram dare Holſtenius cum voluiſſet, fato prohibitus locum mihi dedit, qvi ex Codice Gudiano deſcriptam ſupplevi, ac cum verſione mea & notis ſeparatim edidi Hamburg. 1700. 4. recuſam deinde ad calcem Bibliothecæ meæ Latinæ, Londin. 1703. 8. Eſt autem ſcriptum lectu jucundum illis qvi res Philoſophorum illius ætatis cognoſcere voluerint, totumqve ita comparatum, ut ex virtutibus Procli, qvarum omnes gradus eum impleviſſe contendit, vere felicem eum fuiſſe colligat. Hinc etiam libello titulum fecit Περὶ εὐδαιμονίας ſive *περὶ εὐδαιμονίας, de felicitate.* Cum enim ſub notis illis qvatuor Cardinalibus, omne genus virtutum complectatur, Prudentia, Fortitudine, Juſtitia ac Temperantia, id ſcilicet agit Marinus, ut his virtutibus univerſis enituiſſe Proclum doceat gradu primũ infimo qvi ipſi eſt Phyſicus ita ut prudentia bonus habitus ſenſuum, fortitudine robur, per temperantiam pulchritudo, per juſtitiam valetudo integra corpusqve bene ſanum qvo ille uſus eſt ſignificetur. Deinde ſimiliter conſpicuos in ipſo fuiſſe docet virtutum gradus ſeſe excipientes ad ſummum usqve, Ethicarum, Politicarum, purgatoriarum, purgatiqve jam ac defæcati animi, tum contemplatoriarum ac Theurgicarum deniqve. Nihil præterea intermittit eorum qvæ ad ſtudia ejus & amicitias atqve alia narratione digna pertinent, qvibus laudes ejus celebrentur. Verum hæc qvi cognoſcere voluerit, libellum Marini, non eſt enim admodum prolixus, conſulat. Neqve mihi placet hoc loco repetere qvæ vel ad illuſtrandum Marinum, vel ad ætatem Procli conſtituendam alibi dixi,

* Timæus Locrus pag. 564. edit. Galei, pulchritudinem cum juſtitia confert, & cum temperantia ſanitatem.

dixi, tantum observo præter ibi à me notata sic Virtutes qvatuor Cardiles in argumentum laudis sumsisse Agathonem ubi Deum Amorem celebrat apud Platonem in Convivio pag. 325. Dionem Chrysostomum ubi laudare instituit Trajanum Imp. dissertatione III. de Regno pag. 37. seq. Aristidem qvando ab eo laudatur Marcus Antoninus, Tomi I. Oratione X. Jamblichum deniqve cap. 29-32. in vita Pythagoræ ubi in laudes Philosophi illius excurrit.

Obiit Proclus Athenis anno CHristi 485. ætatis 75. à Juliani * Imperio 124. ut emendandus sit vir summus Joannes Keplerus, qvi Cedrenum secutus, Proclum sub Constantino, Maxentio ac Juliano ait vixisse pag. 245. Harmoniæ Mundi. Sed gravius etiam errant ii, qvi Marinum Procli discipulum confundunt cum Marino Tyrio, qvem in Geographia sua castigat Claudius Ptolemæus: aut qvi Plutarchum Syriani & Procli præceptorem eundem cum Plutarcho Chæronensi faciunt, atqve inde Proclum etiam ad vicina Trajano tempora reducunt. Sed qvo facilius sit erroribus hujusmodi occurrere, eosqve evitare, age Proclos varios itemqve Marinos paullo distinctus recensеamus.

Procli varii, nostro antiqviores.

Calpurnius Proclus, in veteri inscriptione Ancyrana; apud doctiss. Montfauconum pag. 161. Palæographiæ Græcæ.

Clau-

* Marinus cap. 36. Vitæ Procli: ἐτελεύτησε δὲ τῷ δ' καὶ κ' καὶ ρ' ἀπὸ τῆς Ἰουλιανοῦ βασιλείας, ἄρχοντος Ἀθήνησι Νικαγόρου τοῦ νεωτέρου, μηνὸς κατὰ μὲν Ἀθηναίους μυνιχιῶνος ις', κατὰ δὲ Ῥωμαίους Ἀπριλίου ις'. Scholion in MS. adjectum monet non de Juliano Apostata sed de alio nescio qvo Juliano verba Marini accipienda esse, ὁ τὸν παραβάτην Ἰουλιανὸν λέγει, ἀλλ' ἐν Ἀθήναις κληρωτὸν ἄρχοντα. Sed hoc scholion falsum esse non dubito. Nam in Juliano Imp. tempus optime congruit, & nomen βασιλείας, nec mirum Philosopho pagano Marino, natione Syro, sanctissimam fuisse Apostatæ memoriam, ut ab illius Imperio qvandam veluti Epocham repetere voluerit, qvi tantis beneficiis & honoribus affecerat Philosophos, & ipse non mediocriter in Philosophia profecerat. Etiam in more positum Orientalibus, æram ducere ab exortu Principis alicujus qvi de ipsis esset præclare meritus, eamqve producere qvam diutissime liceret, donec alterius majore beneficiò prioris recordationem veluti delerent, ut bene observavit Joh. Harduinus in Chronologia Vet. Testamenti. Alioqvi Syris & aliis Asiæ populis solenne est annos ab Alexandri Macedonis regno numerare, ut notat Andreas Masius præfat. ad librum Mosis Barcepha de Paradiso, & illustris Vir Henricus Norisius libro de Epochis Syro Macedonum.

Claudius Aurelius Proclus Heros in antiqvo marmore Oxonienſi pag. 299. edit. Humfredi Prideaux. Hujus fortaſſe filiam Ἰελίαν Πρόκλαν Ἡρωΐδα vides memorari in numo veteri apud Clariſſ. Segvinum p. 61. & 74. Niſi ea propius alligit Julium Proclum, à Commodo Imp. una cum ſuis, ut narrat Lampridius, interfectum.

Claudius Proclus Sophiſta Smyrnæus & Prætor tempore M. Aurelii Antonini, cujus fit mentio in numis, ut in illo qvem exhibet Vir illuſtris Ezech. Spanhemius de Veſta & Prytanibus Græcorum Tom. V. theſauri Rom. Græviani p. 701. * Vide Godfr. Olearii τῶ μακαρίτε notas ad Philoſtratum p. 602.

Proclus ab A.C. 434. Patriarcha *CPolitanus* A.C. 446. defunctus, de cujus vita & ſcriptis dicam infra capite XXVIII.

Eutychius Proclus, Siccenſis, Afer, *Grammaticus* qvo præceptore uſus eſt M. Antoninus ut narrat in hujus vita Julius Capitolinus cap. 2. Videtur hic Proclus ille eſſe qvi ſui temporis doctiſſimus Grammaticus Trebellio Pollioni dicitur in Æmiliano Tyranno.

Julius Proclus qvem Commodus Imp. juſſit cum ſuis interfici, teſte Ælio Lampridio in ejus vita cap. 7. Hunc ſuſpicor eſſe Proculum ad qvem reſcripſit Marcus & Verus.

Proclus ſive Proculus, inter *Juriſconſultos* memoratus apud Ælium Lampridium ſive qvisqvis locum illum Lampridio intruſit in Alexandro Severo cap. 68. Certe ad Alexandri Severi tempora referri non poteſt, ſi is eſt Proculus à qvo Proculiani, magna auctoritate JCtus Neronis tempore, ut conſtat ex Pomponio lib. I. D. de orig. juris tit. 2. ubi narrat ſucceſſorem hujus Proculi Pegaſum fuiſſe præfectum Urbi temporibus Veſpaſiani Imp.

Proclus Πρόκλος ſive Proculejus, Themiſonis F. *Laodiceæ* in Syria hierophanta, ſcripſit Svida teſte Θεολογίαν. Εἰς τὴν παρ' Ἡσιόδῳ τῆς Πανδώρας μῦθον. Εἰς τὰ χρυσᾶ ἔπη. Εἰς τὴν Νικομάχου εἰσαγωγὴν τῆς Ἀριθμητικῆς. Et alia qvædam Geometrici argumenti.

Larginus Proclus, qvi in Germania prædixit mortem Domitiani Imperatoris. Vide Xiphilinum pag. 225.

Lucianus Proclus Senator Rom. ſub eodem Domitiano, de qvo Xiphilinus pag. 222.

Proclus *Mallotes* (Μαλλώτης) Cilix Philoſophus Stoicus. Scripſit eodem Svida teſte ὑπόμνημα τῶν Διογένους σοφισμάτων, & adverſus Epicu-

curum. Hujus ut opinor mentionem facit Proclus Lycius in Timæum Platonis p. 166. ἄτρεπτα ἄρα μένει τὰ ἀρώνια, ὥσπερ δὴ τῶν ἀρχαίων Πρόκλῳ τε ὁ Μαλλώτης καὶ Φιλονείδης εἰρήκασι, τῶν δὲ νεωτέρων οἱ ἀπὸ Πλωτίνου πάντες Πλατωνικοί. Incertum qvisnam Proclus à Nerone jussus cum Virginio Rufo venas sibi præcidere.

Proclus *Mallotes* alter, Stoicus & ipse, Svidæ memoratus.

Proclus *Medicus* Methodicus. Infra, in Rhegino.

Proclus *Metapontinus*, cujus inter Pythagoricos Philosophos Svidas capite ultimo vitæ Pythagoræ mentionem facit.

Proclus sive Proculus Montanista σπουδαστὴς Μοντανοῦ adversus qvem scripsit Cajus * presbyter Romanus σπουδαίαν διάλεξιν teste Photio Cod. XLVIII. Meminit & Eusebius II. 25. & III. 31. Hist. sed & Hieron. de S. E. cap 59. & Theodoritus III. 2. de hæreticis fabulis κατὰ δὲ Πατρόκλου τῆς αὐτῆς αἱρέσεως (de Montanistis ibi sermo est) προσατεύσαντος συνέγραψε Γαΐος. Ubi pro *Patroclo* legendum esse *Proclum*, multi jam notarunt. Uti vicissim apud Svidam in παράβυσον pro Προκλέες legendum Πατροκλέες ex Harpocratione. Hic auctor Proclianorum sive Montanistarum κατὰ Proclum, cujus meminit scriptor appendicis ad Tertull de præscript. c. 52. *Accesserunt alii hæretici qui dicuntur secundum Phrygas: sed horum non una doctrina est. Sunt enim qui κατὰ Proclum dicuntur, sunt qui secundum Æschinem pronunciantur. Hi habent aliam communem blasphemiam, aliam blasphemiam non communem sed peculiarem & suam. Et communem quidem illam, qua in Apostolis quidem dicunt Spiritum S. fuisse, Paracletum non fuisse: & qua dicunt Paracletum plura in Montano dixisse quam Christum in Evangelium protulisse, nec tantum plura, sed etiam meliora atque majora.* Qvænam blasphæmia illorum non communis fuerit, non addit, de Montanistis secundum Æschinem monere contentus, *eos adjecisse etiam hæc, ut dicerent CHristum ipsum esse Filium & Patrem.* Procliani inter hæreticos qvi cum ad Ecclesiam accedunt rebaptizandi sunt, referuntur à Gennadio de Eccles. dogmatibus cap. 52. Nescio an ab his diversi sint Proclianitæ de qvibus Auctor Prædestinati c. LX. licet illos à Proclino ** nomen ait accepisse. *Dicunt isti DEi Filium sic paruisse in terris, sicut Raphaëlem Angelum aut Gabrielem, non carne assumta sed visa.* Alia sunt qvæ Proclianitis Philastrius

* Confer Stephanum le Moyne ad Varia sacra p. 939. seq.

** Proclini alterius, Platonici mentio apud Porphyrium in Plotini vita.

ſtrius c. 56. tribuit, faciens eos diſcipulos Seleuci & Hermiæ (qvi Tertulliano Hermogenes:) *Alii ſunt diſcipuli horum qui Proclianitæ appellantur & Hermiotitæ. Addunt etiam diverſos errores, docentes quod in Ezechiele Propheta* a) *ſcriptum eſt de quatuor animalibus, quod Leonem regem eſſe Parthorum,* b) *vitulum Ægyptiorum, aquilam Romanorum, hominem vero piiſſimorum tenere ſimilitudinem arbitrantur. Hi Sapientiæ libro utuntur Siracb illius* c) *qui ſcripſit poſt Salomonem, id eſt poſt multa tempora librum unum Sapientiæ. CHriſtum autem in carne veniſſe negantes,* d) *reſurrectionem, & judicium non ſperantes, de virgine natum eum non credentes, qui in locis* e) *Galatiæ commorantur, & ut vulpes latitantes, plurimos deprædantur, ſicut Solomon teſtatus eſt dicens:* f) Prendite nobis vulpes minimas, exterminantes vineam *Domini Salvatoris.*

Proclus Pompejanus, patria *Naucratites*, Athenis eloqventiam profeſſus, Adriani Sophiſtæ diſcipulus præceptor Philoſtrati, qvi plura de eo refert lib. II. Sophiſtarum p. 602. edit. præclaræ deſideratiſſimi Olearii noſtri. Ejusdem Orationem πρεσβευτικὴν ἐπὶ πάντας τοὺς παιδεύοντας Ἀθήνησι memorat in Hippodromi vita pag. 616. ſeq. Hippiam & Gorgiam imitari, ſive Ἱππιάζοντι & Γοργιάζοντι ſimilis eſſe in dicendo fuit viſus. Memoriæ vi qvantum vis nonagenarius miranda polluit, hac in parte vel par Simonidi vel etiam ſuperior. Si qvis ſemel drachmas centum perſolviſſet, ſemper huic eum qvandocunqve vellet auſcultare dicentem, integrum erat.

Proclus Philoſophus Thalmudicis ſcriptoribus memoratus פרוקלוס בן פלוסופוס qvi Gamalielem in Urbe Acco in balneo Veneris lavantem reprehendit. Tractatus Avodah Sarah in opere Mishnico Surenhuſiano Tom. IV. pag 375.

Proclus *Pompejanus*, ſupra in Naucratita.

Proclus *præfectus Urbi* ſub Theodoſio Magno, atqve anno ejus decimo capite plexus. Hunc celebrat Epigramma qvod Græce & Latine

a) Ezech. I. 5 ſeq. Confer B. Jac. Thomaſii Præfationes p. 385. ſeq.

b) Ita legendum puto pro *Paſtorum*, ac per Parthos intelligo Perſas.

c) Libro Sirachidis titulum σοφίας tribui à multis veteribus notavit Cotelerius ad Clementis Romani Epiſt. T. I. Patrum Apoſtol. p. 178. ſeq. Non nimus conſtat etiam Eccleſiaſticos ſcriptores paſſim uſos Siracidis libro, ut hoc hæreſibus Proclianorum addi à Philaſtrio non eſſet neceſſe.

d) Hoc unum de Proclianis repetit Auguſtinus c. 60. *Proclianitæ ſecuti ſunt iſtos* (Seleucianos & Hermianos) *& addiderunt, Chriſtum non in carne veniſſe.*

e) Nazianzenus Orat. XIV. p. 221. καὶ ἡ φεύγων εἰς ἔτι μανίαν τελῶντων τε καὶ τελωμένων, μικρὸν τοῖς παλαιοῖς παραπλήσια. Καὶ ἡ ΓΑΛΑΤΩΝ ἄνοια &c.

f) Cantic. II. 15.

ſervatum CPoli in ſtylobata obeliſci in hippodromo prope Sophiæ templum. Græcum exſtat etiam in Anthologia l. 4. c. 17. Latine apud Bondelmontium, ſed & Gyllium in deſcriptione CPoleos II. 11. Gruteri Inſcript p. CLXXXV. 6. Georgium Douſam in Itinere CPol. p. 38. Jac. Sponium itineris ſui p. 46. Athan. Kircherum T. 3. Oedipi p. 308. Franciſcum Junium † Catalogo pictorum p. 182. Carolum du Freſne in CPoli Chriſtiana p. 105. & Anſelmum Bandurium lib. VII. Antiqv. CPol. pag. 182. Mihi ſatis jam erit Græci Epigrammatis Latinam verſionem apponere qvam fecit Vir ſummus Hugo Grotius præcipue qvoniam apud Junium inemendata legitur:

Strata jacebat humi quondam quadra forma columnæ,
Theudoſii juſſu Principis, arte Procli
(Quippe nefas aliis) moles ſurrexit in altum
Intra ter decies tanta duosque dies.

Aliam Latinus Latinius edidit in conſideratione ſeptima ad obeliſcos Mich. Mercati:

Pondus humi æternam quadrata mole columnam
Theudoſius princeps munus ut erigere eſt
Auſus, mandavit Proclo, tantamque columnam
Terdecima erectam luxque ſecunda dedit.

Proclus *Proculejus*, vide in Laodicenſi.

Proclus *Quintillianus* Procos. Aſiæ ſub Decio. Chronicon Paſchalep. 270.

Proclus *Rheginus*, Medicus ſecta Methodicus, cujus mentio apud Galenum in introductione.

Proclus *Siccenſis*. Vide ſupra, in Eutychio Proclo.

Proclus *Torpacion*. Tertullianus Libro ad Scapulam cap. IV. *Ipſe etiam Severus pater Antonini, Chriſtianorum memor fuit. Nam & Proculum Chriſtianorum, qui Torpacion cognominabatur, Euhodeæ procuratorem, qui eum per oleum aliquando curaverat, requiſivit, & in palatio ſuo habuit usque ad mortem ejus: quem & Antoninus optime noverat, lacte Chriſtiano educatus.* Putant Viri Clariſſimi hunc Proculum Chriſtianum eum eſſe, cujus meminit Capitolinus in Marco, & *Eutychium* Græce idem eſſe Afris *Tobracon*, ſive *Topracon*, quomodo reſcribi volunt apud Tertullianum: *Euhodiæ* autem *Procuratorem* interpretantur, τῆς εὐοδίας διοικητὴν, quod *Itinerarij* in Orbe

† Junius Proclum illum habet pro Mechanico & artifice. Sed tali epigrammate potius mos celebrare præfectum qvi obeliſci excitandi curam habuit, qvam artificem qvi hoc eſt executus, licet de artifice Grotius etiam accipere maluit.

Orbe Romano *Rationarius* esset ab Imperatore Marco constitutus, ut honestam functionem sine inuidia, & incommodo, periculoque, obtineret. Qvapropter etiam Capitolinus factum affirmat fuisse Proconsulem, videlicet honorarium, itineris curandi causla. Sed ista ab eruditis viris nullo auctore asseruntur. Non negamus aliqvando *Procuratores* appellari Provinciarum Præsides, sed Itinerarii Rationarium & Procuratorem appellari *Proconsulem* nobis plane novuum, & hactenus non lectum, non auditum fuit. Appellatur igitur iste Proculus *Eubodiæ Procurator*, qvia *Eubodiæ* feminæ satis notæ illo seculo res procurabat, & administrabat: tantum abest, ut sit Proculus ille Marci in Grammaticis præceptor, qvem in tantum gratus Imperator dilexit, ut usqve ad Proconsulatum provexerit oneribus in se receptis. *Eubodiæ* nomen feminæ esse constat ex hac Inscriptione, qvæ Romæ visitur in monte Caballo, & legitur apud Gruterum:

D. M. HERMES EUHODIÆ CONIUGI SUÆ BENE MERENTI.

Et forte *Eubodia* hæc Tertulliani, erat filia *Eubodi*, Imperatoris Severi Liberti, qvi fuit τροφεύς, ut appellat Dio, Antonini filii Severi. Libertum autem *Eubodiæ* Proculum hunc fuisse suspicor, & ab *Eubodia* patrona rebus suis administrandis procurandis admotum: Qvi ut puto, servitutem serviebat, *alipilaris* munus implebat: unde ei cognomen *Dropacion*: ita enim nobis rescribendum videtur apud Tertullianum. Est enim in veteribus Lexicis, *Alipilarius*, δροπακιστής. Lævabant enim unguento dropace. *Hæc ad illum Tertulliani locum vir doctissimus Samuel Petitus commentario ad Leges Atticas p.*301. *sq.*

Proclus qvi contra *Valentinianos* scripsit. Tertull. cap. 5. contra Valentinianos: *ut Justinus Philosophus & Martyr, ut Miltiades Ecclesiarum Sophista, ut Irenæus omnium doctrinarum curiosissimus explorator, ut Proclus noster, virginis senectæ & Christianæ eloquentiæ dignitas.* Incertum, idemne Proclus Montanista, auctor Proclianorum, à qvo Tertullianum ipsum ut Montanum sectaretur persuasum nonnulli suspicati sunt.

Qvanqvam idem nomen est Proclus, & Proculus, tamen nolo in Proculis coacervandis prolixior esse, itaqve libenter omitto Proculum Julium, Romuli inter Deos recepti juratum testem, Liv. l. 16. Plutarch. qvæst. Rom. &c. Proculum Tyrannum (Probi tempore) de

de qvo Vopiscus: tum Consules Proculum Virginium Rutilum A. U. C. 267. Proculum Geganium Macerinum A. 313. C. Plautium Proculum A. 395. P. Plautium Proculum A. 427. Q. Aradium Rufinum, Valerium Proculum A. 340. Alii Proculi illustres vel apud unum Tacitum celebrantur septem vel octo, atqve in veteribus Inscriptionibus innumeri.

Notum est ex Plutarchi Coriolano p. 218. Proclos à Romanis dictos qvi absente sive procul versante Patre nati essent. ἐνίοις δὲ συντυχίᾳ γενέσεως μέχρι νῦν καλῶσι, Πρόκλον μὲν ἐὰν ἀποδημοῦντος πατρὸς γενήσεται, καὶ Πόστθμον ἂν τεθνηκότος. Vet. gloss. *Proculus* τηλέγονος. Festus: *Proculum inter cognomina eum dicunt qui natus est patre peregrinante à patria procul. Proculos sunt qui credant ideo dictos, quia patribus senibus, quasi procul progressis ætate nati sunt.*

Aliud nomen Procles, Προκλῆς, qvo fuit unus Aristotelis gener, (Pythiadis secundus maritus) & alter generi filius Patri cognominis, qvi Philosophiæ apud Theophrastum dedit operam. Vide Sextum Empiricum contra Grammaticos pag. 51.

Procli, nostro juniores.

Proclus ὀνειροκρίτης qvi Anastasii Imp. mortem prædixit teste Theophane p. 140. Cedreno p. 298. & auctore Chronici Paschalis p. 331. cui φιλόσοφος Ἀσιανὸς appellatur. Idem Proclus est qvem Jo. Zonaras lib. 14. Annal. p. 55. narrat Archimedis exemplo classem Vitaliani Thracis, tyrannidem adversus Anastasium affectantis incendisse ope speculorum ustoriorum ex ære fabricatorum. Κάτοπτρα γὰρ ἀδέται χαλκᾶ πυροφόρα ὁ Πρόκλος καὶ ἐκ τοῦ τείχους τούτου ἀπεμωρῆσαι κατέναντι τῶν πολεμίων νεῶν, τούτοις τῶν ἡλιακῶν ἀκτίνων προσβαλόντων πῦρ ἐκεῖθεν ἐκκεφυνῶσθαι καταφλέγον τὸν νῆτην τῶν ἐναντίων στρατὸν, καὶ τὰς νῆας αὐτάς. Non speculorum ope sed vivi sulphuris id peregisse Proclum legas in Chronico Joannis Malalæ T. 2. p. 121. Qvemadmodum autem Proclum hunc cum Proclo Lycio Philosopho, ita Marianum præfectum Christianum cum Marino Procli Philosophi discipulo Ethnico confuderunt jam dicti scriptores, ansamqve errandi dedere Lambecio, l. VII. p. 46. sq. 404. seq. ut prolixius exposui pridem in prolegomenis ad Vitam Procli Lycii à Marino scriptam.

Proclus Pauli Byz. filius, JCtus & Qvæstor Justini Imp. de qvo Theophanes cui ἀνὴρ συνετὸς καὶ ἀγχίνους dicitur, tum Procopius lib. 1. de bello Persico c. 11. & ex eo Svidas in Πρόκλος, è recentioribus V. C.

An-

Anſelmus Bandurius ad Antiqvitates CPol p. 839. 840. & Nic. Alemannus ad Procopii Anecdota pag. 102. edit. Regiæ. In hujus Procli ſtatuam Epigramma in Anthologia lib. IV. p. 433.

Πρόκλ῾ ἐγὼ Παύλε, Βυζάντι῾, οὐ περὶ δῶμα
Τηλεθάοντα δίκης βασιλῆι῾ ἤρπασεν αὐλὴ
῞Οφρ᾽ ἕην ϛόμαπιϛὸν ἐριθενέ῾ βασιλῆ῾.
Ἀγγέλλει δ᾽ ὄγε χαλκὸς ὅσον γέρας ἐϛὶν ἀέθλων,
Καὶ τὰ μὲν ἴκελα πάντα καὴ υἱέι καὴ γενετῆι,
Ἐν δ᾽ ὑπάτων ῥάβδοισι πᾶις νίκησε τοκῆα.

Paulus Procli Pater Conſul fuit A. C. 512. Ejus nomen in faſtis non occurrit, & tamen ait Poëta patrem à filio faſcium Conſularium numero ſuperatum. Nimirum ſæpius hic Conſulatum geſſit honorarium ſive codicillarem, licet Conſul ordinarius nunqvam fuerit. Vide Clariſſ. Viri Petri Relandi faſtos ad A. U. C. 1264 Ita Vettium Proclum, qvi cum Julio Lupo Conſul memoratur apud Gruterum p. MLXXI. 4. fruſtra qværes in faſtis.

PROCLI Lycii Præceptores præter *Plutarchum* Athenienſem & *Syrianum* (de qvo ſupra) *Orion* Grammaticus, ex Philoſophis Peripateticis *Olympiodorus*, ex Mathematicis *Hero*. In eloqventia *Lachares*.

Condiſcipuli, Nicolaus Lycius, Archiadas, Domninus Syrus, & Hermias. Auditores Heliodorus & Ammonius Hermiæ filii, Hierius Plutarchi, Aſclepiodotus, Zenodotus, Severianus, Pamprepius, Ulpianus Gazæus, Hegias. Præcipue vero MARINUS, qvi Proclo in cathedra Athenienſi ſucceſſit, patriam communem habens cum S. Juſtino Martyre * Flaviam Neapolin Samariæ ſive Palæſtinæ prope montem Garizim. Marino deinde ſucceſſit Iſidorus qvi & ipſe Proclum audiverat, & poſtea reculante Hegia locum Marini obtinuit. Marinum qvoq; audivit Agapius teſte Svida, Ammonium Simplicius, Aſclepius Trallianus & Joannes Philoponus. Iſidoro deinde ſucceſſit Damaſcius Damaſcenus qvi vitam Iſidori Magiſtri ſui ſcripſit, ex qva inſignia excerpta leguntur apud Photium Cod. 242. Illam vitam duplo auctiorem editurum ſe promiſit Valeſius p. 86. ad Socratem. De vita Procli à Marino ſcripta jam dictum: de προθεωρία Marini qvæ itidem extat ad data Geometrica Euclidis, vide qvæ notavi lib. 3. c. 14. §. 11. In illa laudat Marinus Pappi ad eadem data commentarium, Euclidis XIII. lib. elementor. Phænomena, Muſica & Optica, Archimedem de helice, Apollonium Pergæum ἐν τῇ περὶ νεύσεων καὴ ἐν τῇ καθόλε πραγμα-

* Vide Ez. Spanhemium diſſ. IX. de uſu & præſtantia numiſm. edit. in 4. Henricum Noris diſſ. V. de Epochis Syro Macedonum, & Jo. Harduinum in numis antiqvis populorum & Urbium illuſtratis.

ματεία, Diodorum, Serenum, & Claudium Ptolemæum. De Marini scriptis deperditis non repetam qvæ ex Svida & Damascio apud Phot. pridem notavi in prolegomenis ad Procli vitam qvam versibus etiam scripsisse Marinum Svidas testatur, similiter ut Photius Cod. 168. auctor est Basilium Seleucien sem S. Theclæ vitam, versibus & prosa composuisse. Sed versibus scripta Procli vita, similiter ut illa Theclæ pridem intercidit, prosaria utraqve tulit ætatem.

Marini alii.

Marini nomen Dominum Syris significat, ut constat vel ex Philonis Judæi libro in Flaccum, & freqvens admodum fuisse in Oriente reperitur.

Marinus Apsilien sis, cujus meminit Theophanes in Leone Isauro: præfectus Prætorio qvem apud Leonem plurimum potuisse testatur, sed tanqvam injustum perstringit Cyrillus Scythopolitanus in vita S. Sabæ. Coteler. III. monument p. 304.

Marinus ab Aqvis Tabilitanis in Numidia, traditor, cujus mentionem facit Optatus de schismate Donatistar.

Marinus Arelatensis, eidem Optato memoratus, qvi Concilio Arelatensi A C 314. præfuit.

Marinus Arianus ex Thracia accersitus & A. C. 386 Demophili mortui in locum Episcopus ab Arianis CPoli constitutus. Socr. V. 23 & Svid. in Ἀρειανοί.

Marinus Ariminensis Diaconus sub qvarti sæculi finem. Vide Tillemont. T. VI memor p. 785.

Marinus Bardesanista contra qvem disputat Origenes sive qvisqvis auctor in dialogis contra Marcionitas.

Marinus Beryti Episcopus. Evagr. III 23. Hist.

Marinus Dux Thraciarum copiarum apud Nicephorum CPol. in breviario f. 17.

Marinus in Gallia Episcopus, cujus mentio in Constantini M. Epist. apud Eusebium X, 5. p. 391.

Marinus ad qvem Eusebius scripsit. Vide T. VI. hujus Bibl. p 99.

Julius Marinus Tacito memoratus VI. Annal. 10.

Marinus Medicus cujus libros XX. ἀνατομικῶν Galenus ait se IV. librorum compendio complexum, *de libris propr.* Jonsio judice is fuit Postlhumius Marinus cujus Plinius X. 6. Epist meminit. Sed Dan. Clericus Galeno memoratum putat Postumii Marini patrem. Vide Dan Clerici part. 3 Historiæ Medicinæ lib 2. c. 1. p. 70. & c 3. p. 102.

Marinus Neapolitan. qvem memorat Pseudo Ignatius Epistola ad Mariam Castabalitidem.

Marinus Neapolit. Magister M litum sub Alexio Comneno, Cangius p 392. ad Alexiadem.

Postumius Marinus. Vide supra in Medico.

Marinus sive ut à Justiniano & Zonara vocatur Marianus Syrus, Præfectus Prætorio sub Anastasio Imp. qvem cum Marino Procli Philosophi discipulo videtur confundere Jo Malala. Vide Valesium ad Evagrii III 42. Svidam in Ἀναστάσιος.

Marinus Senator & Martyr, cujus memoriam recolunt Menologia Græcorum 16. Dec. De hoc & altero Martyre qvem celebrant 18. Octobr. vide Acta Sanctor. T. 2. Mart. p. 715.

Nunc ad PROCLUM Lycium ut revertar, scripta ejus commemoraturus, anteqvam hoc faciam cum Lectore communicabo nonnulla ipsius hactenus inedita ex Codice MS. qvem Bibliothecæ Joh. hujus Urbis, patriæ suæ, legavit vir sumus Lucas Holstenius. Versio inculta fateor & tantum non barbara, sed ex qva Græcæ linguæ & Philosophiæ Platonicæ peritis pulchras sententias auctoris perspicere, nec difficile, ut confido, erit nec injucundum. PRO-

PROCLI LYCII

De Providentia & Fato, & eo qvod in nobis, ad THEODORUM Mechanicum.

Guilelmo de Morbeka, Archi Ep. Corinthi interprete.

I.

CONceptus qvidem tuæ animæ, o amice Theodore, maturos esse puto & congruos viro amanti Entia speculari: Et acceptavi, qvod & ad nos putasti oportere de iis scribere, & multis apud vos entibus potentibus conqvirere & condubitare tibi circa talia problemata. Oportet autem & nos, ut videtur, apparentia de iis qvæ misisti insinuare qvæcunqvè rebusqve æstimamus consonare, & glorioſissimis antecedentium Philosophorum, & non vane audire qvæstiones tuas, Viri utiqve optimi in Mechanicis & nobis olim noti, sicut æstimo & ipse scripsisti. Qværis autem milleſies dicta qvidem & neqve reqviem habitura unqvam secundum meam opinionem, eo qvod anima provocetur ad id qvod circa ipsam consistit negotium, cum dederit jam multas directiones, & ab illis Plotinicis & Jamblichicis elaborata & ante hos à Divino Platone scripta, &, si non grave dicere, & ante hunc à Theologis præconisata, maniaco ore dicentibus, qvalia solus demonstrationibus Plato explicuit. Et qvid oportet Platonem & divina sapientes tibi producere? Sed & ipsis Diis qvæ sui ipsorum sapienter scientibus, & qvæ & qvalia post seipsos egenuerunt differenter elucidata, & non cum ænigmatibus sicut Theologis. Oportet igitur & nos conseqventer illis scribentes, ut dixi insinuare tibi de iis qvæ interrogas.

II. Patienti dignum indulgentia, si adspiciens ad rerum humanarum omnimodas tragicas & comicas aliasve connexiones, unum residere conditorem & factorem talium colligationum in universo solum æstimasti, & hunc fatum vocasti, magis autem εἱρμὸν id est connexionem funium ipsum & conseqventem generationem

conductam fatum ponens ab aliqva utiqve neceſſitate inevitabili talem dramaturgiam, id eſt operationem dirigi ſolus putaſti, & hanc providentiam hymnizaſti, & ſolummodo αὐτεξούσιον, id eſt liberi arbitrii exiſtere & Dominam omnium. Humanæ autem animæ vulgatum αὐτεξούσιον, nomen ſolum eſſe, & ut vere nihil ordinata ipſa in Mundo & ſerviente aliorum actionibus, & exiſtente parte mundialis operis, magis autem ut tuis verbis aſſeqvens dicam, mechanica facientem qvidem eſſe irrefragabilem cauſam omnia moventem qvæcunqve mundus iſte comprehendens in ſe ipſo habet: Mechanemate autem uno qvaſi ente univerſo, tympanis qvidam implicatas proportionaliter totas eſſe ſphæras; iis autem qvæ ab iis moventur partialia animalia & animas, & omnia ab uno dependere movente, & fortè tuimet artem honorans & hæc æſtimaſti, ut & univerſi factor Mechanicus qvidam ſit, & tu imitator optimi cauſarum. Sed hos qvidem cum ſtudio ludum comminiſcentes ſcripſimus.

III. Ad ipſum jam agonem verſi dicamus, qvod trium horum maxime eſt tibi conſiderandum differentiam, ſi debeas ad januam venire qvæſitorum. Qvorum primum qvidem eſt, Providentiam & Fatum non hac differre qva ſcripſiſti, hoc qvidem connexam conſeqventiam, hanc autem neceſſitatem hujus cauſam; ſed ambo qvidem cauſas Mundi & eorum qvæ in Mundo fiunt, eſſe, præexiſtere autem Providentiam Fato, & omnia qvidem qvæcunqve fiunt ſecundum Fatum, multo prius à Providentia fieri, contrarium autem non jam verum eſſe, ſumma enim totorum à Providentia recta, eſſe diviniora Fato. Secundum autem, aliam qvidem eſſe animam ſeparabilem à corpore, & devenientem in hunc mortalem locum deſuper aliunde à Diis: aliam autem eſſe qvæ in corporibus, conſiſtentem & inſeparabilem à ſubjectis, & hanc qvidem dependere à Fato, illam autem à Providentia ſecundum ſui ipſius ſubſtantiam. Tertium autem, ſcientiam & Veritatem aliam qvidem inexiſtere animabus in generatione verſis, qvamvis ſint immaculata ſecundum vitam: aliam autem refugientibus ex hoc loco, & factis ibi & locatis, unde prius caſus & qvi in hunc mortalem locum deſcenſus. Horum igitur trium, ſicut diximus, ſi ſufficienter invenies ſolutiones, omnium tibi manifeſta erit ſolutio de qvibus qvæſiviſti. Providentia qvidem enim dicto modo differente à Fato, palam erit qvaliter diffugiunt multa Fatum, Providentiam autem nihil: & qvaliter deſuper

ſuper Providentia Fatum gubernat, qvod ipſa produxit, ſeparavit ejus epiſtaſiam id eſt ſuperſtationem usqve ad ab altero mobilia, aut ad ſortita in ab altero mobilibus primam ſubſiſtentiam: anima autem rurſum oſtenſa alia eſſe ea qvæ à corporibus ſeparabili, & alia ea qvæ in corporibus plantata; manifeſtum fiet tibi, qvæ qvidem, qvæ αὐτεξούσιον id eſt libertatem arbitrii habet & τὸ qvod in nobis; qvæ autem qvæ neceſſitati ſervit & ſub Fato ducitur, & ubi horum complicatio, propter qvam hæc qvidem hebetat τὸ αὐτεξούσιον propter deteriorem vitam; hæc autem participat aliqvo idolo electionis propter meliorem vicinitatem ipſi animam. Scientia autem tibi duplici apparente, evidens erit qvaliter & Plato & Socrates, addatur autem iis & magnus Parmenides, & hic animam entem ajunt cognoſcere veritatem, purgatam à materiali tenebra & à paſſionibus qvascunqve ipſi corpus & qvæ ad hæc commixtio intulit, & majori modo & ſincerius exterente ſcientia ſortiri factam extra corpora & extra generationem & materiam amaram.

IV. Jis itaqve tribus problematibus neceſſariis entibus, & ab antiqvis bene diſcuſſis, hoc qvidem Jamblichus in iis qvæ de Providentia & Fato mille acceſſibus elaboravit, hoc autem omnes Platonis amatores duplicem divulgantes animam, hoc autem in multis locis Plotinus, in multis autem & Porphyrius ſpeculationem & ſpeculativam virtutem diſtinguentes: omnia autem Plato, aſſeqvi potentibus. Neceſſarium utiqve à primo nos facientes principium, invenire differentiam Providentiæ & Fati. De omni autem ait Plato: *o amice, unum principium ſcire de quo eſt ſpeculatio, aut de omni pectare, neceſſe.* Oportet autem &, ut dæmonius Ariſtoteles docet, poſt ſi eſt, qværere conſeqventer qvid eſt. Siqvidem igitur qværis, ſive eſt Providentia ſive etiam non, & de Fato eodem modo; oportebat primum, qvia eſt utrumqve, tibi oſtendi, &, ſi de iis jam dubitares, nollem tibi ſpondere rationem qvod hæc eſſent. Qvoniam autem & eſſe ambo & ipſe confiteris, & propter potentatum horum cogis omnia, palam æſtimo reliqvum qvod de, qvid eſt utrumqve, tibi dicendum: Ex hoc enim & qva differunt erit planum. Hoc autem cognito, ſolventur tibi multa dubiorum, ut diximus. Rurſum autem qvoniam ad inventiones ejus qvod qvid eſt conferre qvidem ajunt, & diviſivam methodum, qvoniam propter hoc Deorum dationem in homines in Philebo Socrates laudavit, conferre autem ad principii

rationem & communes noſtros vocatos conceptus à qvibus poſſibile multa venari demonſtrabilium, ut Ariſtoteles ſcripſit: oportet utiqve & nos iis utentes explicare Providentiamqve & Fatum, qvid dicimus qvantum ad hoc qvidem, communibus conceptibus circa hæc utentes; qvantum ad alia autem, diviſionibus entium articulatim, à qvibus ut mihi videtur ſolummodo inveniemus qvæ qvidem Fati, qvæ autem Providentiæ ratio. Si autem hæc nota, lumen clarum accendent qvæſitis, & forte ſatisfacient capientibus nos in præſenti de ipſis dubitationibus.

V. Dicantur igitur de iis communes conceptus apud omnes indubitanter entes, Providentiam qvidem cauſam eſſe bonorum iis qvibus providetur, Fatum autem cauſam qvidem eſſe & ipſum, ſed connexionis cujusdam & ſeqventiæ iis qvæ generantur. Qvod enim hos habemus irrefragabiles de iis conceptus omnes, manifeſtamus: & hominum procuratores boni aliis, & qvodcunqve ſtatuentes providiſſe bene paſſis dicentes; & rurſus eum qvi per multas complexas invicem cauſas & nobis ignotas evolutum, non aliter qvam Fatum nominantes. Et vita noſtra plena eſt nominibus iis, qvoniam & nomina atteſtantur iis conceptibus. Nam πρόνοια id eſt Providentia qvidem eam qvæ ante intellectum qvalificat omnino operationem, qvam ſoli bono attribuere neceſſarium, hoc enim ſolum intellectu divinius, qvia & intellectus qvi valde laudatus deſiderat bonum & cum omnibus & ante omnia. Fatum autem connectentem omnia nata talem connexionem habere inſinuat. Manifeſtant autem eam nobis qvi circa divina ſapientes & κλωστῆρας, id eſt alligatores qvosdam diſpartitos nominantes, & momenta partium, per qvæ, ut mihi videtur, connexionem volunt & ipſi ſignificare fatatorum: qvoniam ipſius fatum ſecundum unam cauſam connexorum exaltatam infert. Et etiam qvod non id qvod providetur, datio, neqve id qvod connectitur fatum, neqve qvæ in hoc procedens connexio, ſed connectens: ſumes utiqve ab eo, qvod omnes nos factivam qvandam virtutem phantaſiamus, providentiamqve & fatum. Ubiqve autem factivæ cauſæ ab effectibus diſtinctæ ſunt, & ſunt tria hæc differentia ab invicem, faciens, qvod fit, actio. Sicut utiqve in iis providens, qvod providetur, eam qvæ à providente in proviſum factionem: & rurſum connectens, qvod connectitur, eam qvæ à connectente in connexum factionem. Et palam qvod ſecundum utramqve

qve trinitatum, faciens non est tale qvale factum, sed si hoc varium, oportet faciens simplex existere, si participans bono faciens, factum inparticipabile esse. Etenim ubiqve faciens diviniorem facto sortitum est partem. Providentiam ergo causam bonorum dicentes, ipsam dicemus fontem esse bonorum, non adhuc indigere bonificantibus aliis. Et Fatum causam connexionis ponentes, non adhuc & ipsum ab aliis connecti dicemus. Talibus itaqve entibus communibus conceptibus, qvos de iis præaccepimus, deinceps utiqve erit speculari qvibus utrumqve præstat. Prius, Fatum qvibus.

VI. Ex conceptibus qvidem igitur iis habemus qvod connexorum est causa: qvæ autem connectantur, qvæ qvidem sint, consideremus. Entium igitur hæc qvidem in æternitate substantiam habent, hæc autem in tempore. Dico autem in æternitate qvidem, qvorum operatio cum substantia æternalis: in tempore autem, qvorum substantia non est, sed semper fit, qvamvis in infinitum tempus sit. Hæc autem media horum, aliqvaliter sunt habentia substantiam qvidem stantem & meliorem generatione, operationem autem tempore mensuratam. Oportet enim omnem processum à primis in ultima fieri per media. Entibus igitur æternis secundum ambo necesse est & mediam esse latitudinem, & aut substantiam habere æternalem, operationem autem tempore indigentem, aut è contrario: sed hoc impossibile, ut non operationes ante substantias ponentes fateamur. Relinqvitur ergo mediationem facere, substantiam qvidem æternam, operationem autem temporalem. Hos itaqve tres entium ordines tibi ostensos dicimus, intellectualem, animalem, corporalem. Dico autem intellectualem qvidem omni æternitate & entem & intelligentem: Corporalem autem semper fientem aut infinito tempore, aut parte temporis. Animalium autem æternalem qvidem secundum substantiam, operationibus autem utentem temporalibus. Ubi itaqve tibi ponendum qvæ connectuntur? Considera à Diis intellectum ejus, qvod est, εἱρεσθαι id est connecti sumens non aliqvid aliud dicentem qvam qvæ secundum tempus, alias aliud fiunt, copulari invicem non seqvestrari; etsi in eodem sint tempore, distantia secundum locum, habere qvandam coordinationem ad invicem: qvare aut locis aut temporibus ipsa partita per εἱρμὸν id est connexionem conduci aliqvaliter in unum, & in unam compassionem: & totaliter qvæ connectuntur non posse à se ipsis hoc pati, sed

altero indigere exhibituro ipſis εἱρμὸν, id eſt connexionem. Si igitur qvæ ſub fato ordinata hæc ſunt qvæcunqve connectuntur ad invicem propter communem de fato conceptum noſtrum: qvæ autem connectuntur, & partibilia ſunt, aut locis aut temporibus diſtantia, & ab alio nata ſunt connecti propter de connexione apud omnes obtentam æſtimationem: hæc autem ab altero mobilia ſunt & corporalia. Qvæ enim extra corpora, hæc qvidem & loco meliora & tempore, hæc autem etſi ſecundum tempus operentur, à loco pura eſſe videntur.

VII. Palam utiqve qvod qvæ à Fato reguntur & connectuntur, ab altero mobilia ſunt & corporalia omnino. Si autem hoc demonſtratum eſt, manifeſtum qvod cauſam connexionis Fatum ponentes, ipſum præſidem ab altero mobilium & corporalium exponemus. Hoc autem ſumentes, nos ipſos interrogabimus qvæ corporum cauſa dicitur, quæ & eſt proxime, & à quo etiam qvæ ab altero mobilia moventur & aſpirantur & continentur, & quæcunque utique poſſint: & ad aſpicientes ad noſtra primo ſi velis corpora hæc conſideremus, qvid movens ipſa & nutriens & retexens ſemper & perſtringens? Hoc autem non & qvod plantativum (τὸ ἔμφυτον) eſt, qvod & aliis animalibus exhibet ſimilem oportunitatem, & usqve ad ea qvæ in terra ſunt eradicata duplicem habens operationem; hanc qvidem renovantem extinctum corporum, ut non penitus cedant diſcerpta; hanc autem contentivam in eo qvod ſecundum Naturam ſingulorum: non enim idem ei qvod eſt apponere deficiens, & conſervans contentorum virtutem. Si igitur non ſolum in nobis & aliis animalibus & plantis, ſed & in hoc omni multo ante corpora eſt una Mundi Natura contentiva ens corporum conſiſtentiæ & motiva, ſicut & in nobis: aut qvaliter omnia corpora Naturæ ἔκγονα, id eſt, progenita dicimus, neceſſe utiqve Naturam cauſſam eſſe connexorum, & in hac qværere vocatum Fatum. Et propter hoc forte & dæmonius Ariſtoteles eas qvæ præter conſvetum tempus augmentationes aut generationes, *penes* * (*Fatum*) παρὰ τὴν εἱμαρμένην conſvevit vocare. Et Divinus Plato ait, *Mundum totum ſecundum ſeipſum conſideratum ſine intelligentialibus Diis, tanquam corporeum revolvere Fatum, & complantatam concupiſcentiam.* Et cum iis Dii reſponſa ** dantes, *non Naturæ inſpicias*, ajunt, *fatatum nomen hujus*, atteſtantes noſtris demonſtrationibus. Iſto

* Imo *præter.* ** Oracula Chald. infra, cap. 14.

Isto igitur inventum est qvid Fatum, & qvomodo hujus Mundi natura substantia qvædam ens incorporea: siqvidem corporum præses & vita: tum substantia, siqvidem intrinsecus movet corpora & non de foris, movens omnia secundum tempus, & connectens omnium motus & temporibus & locis distantium: secundum qvam & mortalia coaptantur æternis, & illa concirculantur, & hæc invicem compatiuntur. Etenim qvæ in nobis Natura, partes omnes corporis nostri colligat & connectit, eaqve in invicem factiones ipsorum: & est Fatum qvoddam & hæc nostri corporis, & ut in isto hæc qvidem existunt principaliores partes, hæc autem minus principales, & assequntur hæc illis. Sic utiqve & in toto, & assequenter minus principalium generationes principaliorum motibus, puta cœlestium periodis, qvæ sub luna generationes: & imago qvi hujus circulus, ejus qvi illius, & in æternis. Et divulgata hæc entia omnibus antiqvis, prolongare nolo.

VIII. Providentiam itaqve non est tibi difficile videre, qvam dicimus. Si enim fontem bonorum, primum qvidem Divinam ipsam causam determinans recte dices. Unde enim aliunde omnibus bona qvam divinitus? Ita ut bonorum qvidem, ait Plato, nullum alium causandum qvam DEum. Deinde omnibus superstantem intelligentialibusqve & sensibilibus, superiorem esse Fato. Et qvæ qvidem sub Fato entia, & sub Providentia perseverare, τὸ connecti qvidem à Fato habentia, bonificari autem à Providentia, ut & connexio finem habeat bonum, & Providentia Fati in se ipsa. Qvæ autem rursum sub Providentia, non adhuc omnia indigere & Fato, sed intelligentialia ab hoc exemta esse. Ubi autem in corporeis penitus, siqvidem & τὸ connecti & tempus inducit & corporalem motum. Ad hæc etiam & Plato, ut æstimo, respiciens dixit, mixtam qvidem hujusmodi consistentiam ex intellectu & necessitate, intellectu participante necessitati corporum: motivam causam, necessitatem vocans, qvam & in aliis Fatum appellavit, corporibus dans ab hoc cogi iis qvæ ab ipso moventur. Et hoc recte. Omne enim corpus cogitur & facere qvodcunqve facit, & pati qvodcunqve patitur, calefacere aut calefieri, & infrigidare aut infrigidari: electio autem in iis non est, propterea qvod & corporum proprium dices esse τὸ necessarium, & sine electione: Si non qvid melius adhuc corporibus. Etenim qvod circulo movetur circulariter, nobile ens, ex necessitate sic movetur,

vetur, ſicut ignis ad circumferentiam, terra autem ad medium. Neceſſitatem qvidem igitur corporum generationibus præfecit ille, propter hoc & corruptionibus: intellectum autem extulit, ab hoc principari neceſſitati determinans. Si igitur Providentia & ſupra intellectum eſt, palam, qvod intellectui qvidem principatur, & iis qvæ ſub neceſſitate hac: ſolis autem iis qvæ ſub ipſa, neceſſitas. Et propter hoc omne qvidem intellectualiter ens, ſub Providentia perſeverat ſolum, omne autem qvod corporaliter, ſub neceſſitate.

IX. Duo itaqve genera tibi intelligantur, hæc qvidem intellectualia, hæc autem ſenſibilia: & regna duo duorum, Providentiæ qvidem ſurſum intellectualiumqve & ſenſibilium, fatis autem deorſum, ſenſibilium. Et Providentia differt à Fato, qva differt DEus à Divino qvidem, ſed participatione Divino, & non prime. Qvoniam & in aliis, ut vides, aliud qvod prime, & aliud qvod ſecundum participationem velut lumen Sol, & qvod in aëre lumen, ſed hic qvidem prime, hoc autem propter illum lumen. Et vita prime qvidem in anima, ſecundarie autem in corpore propter illam. Sic igitur Providentia qvidem DEus per ſe: Fatum autem Divina aliqva res & non DEus: dependet enim à Providentia, & velut imago eſt illius. Si enim ut Providentia ad intellectualia entium, ſic Fatum ad ſenſibilia. Regnant enim, hæc qvidem ſuper intellectualia, hoc autem ſuper ſenſibilia. Et permutatim, ajunt Geometræ, & ut Providentia ad Fatum, ſic intellectualia ad ſenſibilia. Intellectualia autem prime ſunt entia, & ab iis altera: & Providentia ergo primè eſt qvod eſt, & ad hanc dependet & Fati ordo. Sed de iis qvidem ſatis.

X. Ad ſecundam autem diſcuſſionem, ſi velis, accedamus. Separabilis à corporibus anima & inſeparabilis. Sume autem & hanc ab Ariſtotelis Philoſophia. Dicit autem ille, omnem animam habentem operationem corpore nihil indigentem, & ſubſtantiam alteram ſortitam eſſe talem extra corpus & ſeparabilem. Et hæc neceſſarie. Si enim operatione ſine corpore ente, ſubſtantiam ferentes in corpus ordinemus, melior operatio erit qvam ſubſtantia nihil ipſa indigens deteriori, ut habeat ſecundum naturam radicata in illo. Sed hoc impoſſibile. Neceſſe ergo, ſeparabiliter à corpore ſeparantem & eſſe à corpore ipſam ſeparabilem. Conſidera ergo o amator, qvam earum qvæ in nobis animam confitebimur corpore nihil indigere ad ſui ipſius ſecundum naturam operationes. Ergone ſenſum?

Sed

Sed corporibus pro organis utitur omnis virtus sensitiva, & cum iis operatur circa propria sensibilia oculis, auribus, aliis omnibus, simul mota & compatiens. Qvid autem iram & concupiscentiam? Sed vides qvod & hæc sæpe cooperantur tum corporeis partibus corde & hepate, & neqve hæc pura sunt à corporibus. Etenim qvomodo possent qvæ cum sensu operantur, non etiam corpore indigere, sensu per corpus semper moto? Appetitivas autem virtutes qvod cum sensu operentur, omnes, ut æstimo, cognoscimus. Qvid enim utiqve iracetur insensibilis, qvid etiam concupiscet? recte & Plotino dicente, qvod passiones omnes aut sensus sunt, aut non sine sensu. Qvare si & iracens cum sensu, contristantis sensum habens, & concupiscens sensum delectantis; qvod autem cum sensu operatur, cum corpore operatur, etenim sensus cum corpore: necesse ergo & iracens omne & concupiscens cum corpore operari. Eæ qvidem itaqve species vitæ irrationales omnes entes, eam qvæ secundum naturam operationem habent cum corpore.

XI. Ad ipsam autem jam rationalem aspiciens naturam, vide illius vitam tertiam & primam etiam insidentem inferioribus vitis, & corrigentem aut deficiens ipsarum secundum cognitionem, sicut qvando sensum deceptum circa sua cognoscibilia desuper ipsa arguit. Dico autem puta Solem pedalem dicentem, aut aliud cum consveta deceptione pronunciantem ex talibus, aut immensuratum ens motu erudientem, qvando percutit furorem. Hoc itaqve illud Homeri: * *tolera corde*, clamans & sicut canem latrantem ab impetu reprimens, aut rursum qvando concupiscentiam lascivientem anima delectationes has qvæ ex corporibus pullulant, conatur detinere, petulantiam illorum meliorata temperamentis. In talibus enim omnibus operationibus manifestat utiqve omnes irrationales motus reprehendens cognitivos & appetitivos, & absolvens seipsam ab iis tanqvam alienis entibus. Oportet autem uniuscujusqve naturam venari non ab iis qvæ perverse ipsa utuntur, sed ab iis qvæ secundum naturam operantur. Si gitur qvando in nobis ratio ut ratio movetur, umbrosam impressionem delectationum concupiscentiæ coërcet, punit furoris præcipitem motum, reprehendit sensum tanqvam de-

* τλῆθι φίλη κραδίη.

ceptione plenum, dicens qvod neqve audimus circum nihil, neqve videmus: & hæc loqvitur reſpiciens ad intrinſecas rationes, qvarum nullam per corpus novit aut per corporeas cognitiones: manifeſtum qvod ſecundum hanc operationem elongat ſeipſam evidenter à ſenſibus, contra qvorum ſententias & à delectationibus illis & triſtitiis ſeqveſtratur.

XII. Poſt hanc autem video alterum & meliorem ea qvæ in nobis rationali anima motum, qvieſcentibus jam inferioribus, & nullum tumultum, veluti in multis conſvevit, exhibentibus, ſecundum qvam converſa eſt ad ſeipſam, & videt ſui ipſius ſubſtantiam & virtutes qvæ in ipſa, & harmonicas rationes ex qvibus conſiſtit, & multas vitas qvarum eſt complementum, & reinvenit ſeipſam entem mundum rationalem, imaginem qvidem eorum qvæ ante ipſam, à qvibus egreſſa eſt: exemplar autem eorum qvæ poſt ipſam, qvibus ſuperſtat. Ad hanc enim operationem animæ & Arithmeticam, o amice, & Geometriam veſtræ artis matrem, multam habere partem ajunt qvæ à ſenſibus qvidem ipſam elongant, purgant autem intellectum à circumfuſis ſpeciebus vitæ irrationabilibus, traducunt autem ad incorpoream ſpecierum comprehenſionem, velut ſacrorum ſanctiſſimorum anterius circumluſtrationes futuris Myſticis prætendentes. Etenim conſidera qvaliter ex intellectualibus operationibus ſcientiæ prælocatæ purgativam qvam diximus ſortitæ ſunt virtutem. Si enim aſſumebant qvidem animam idolis repletam, & nihil ſubtile cognoſcentem & ſine materiali garrulitate, elucidant autem rationes neceſſitatem demonſtrationum irrefragabilem habentes, & ſpecies omni certitudine & immaterialitate plenas, & nullatenus eam qvæ in ſenſibilibus groſſitiem advocantes: qvomodo non purgativæ qvidem ſunt intellectualis noſtræ vitæ à replentibus nos ἀνοίᾳ, id eſt inintellectualitate, inapplicabiles autem ad Divinam entium circumſcriptionem.

XIII. Poſt has ambas operationes rationalis, ut dictum eſt, hujus animæ, ad ipſam jam ſummam recurrens ipſius intelligentiam, per qvam videt qvidem ſorores ipſius in Mundo animas, Cœlumqve & totam generationem ſecundum Patris voluntatem ſortitas, qvarum & ipſa pars qvædam ens, illarum ſpeculationem deſiderat. Videt autem ſupra omnes animas, intellectuales ſubſtantias & ordines. Supra omnem enim animam reſidet intellectus DEi formis, qvi & animæ dat

dat intellectualem habitum. Videt autem rursus & ante hæc eas, qvæ supra intellectum Deorum ipsorum, μονάδας, à qvibus intellectuales multitudines suscipiunt uniones. Oportet enim supra unitalocari unificas causas, sicut supra vivificatas, vivificantes; & supra intellectuales factas, intellectualificas; & supra omnia similiter participantia, imparticipabiles hypostases. Secundum omnes enim has sursumductivas intelligentias palam æstimo facere non penitus cœcis, qvomodo & sensum relinqvens deorsum & corpora, intellectualibus circumspectionibus sursum deducitur circa supermundanorum Deorum & deflexas & vere mysticas ἐπιβολάς, idest adjectiones. Aut unde nobis & ex qvalibus operationibus elucidarunt Deorum ἔκγονοι, id est progeniti dispensationes Deorum occultas? Qvaliter autem ἐνθουσιάζειν, id est indivinare dicuntur animæ, & sobrietate meliorem Maniam sumentes coaptari Diis ipsis. Sibyllam dico eam, qvæ post partum mox prolocuta est mira, & audivisse præsentes qvæ sit, & ex qvali ordine venit in eum qvi circa terram locum, & si qva etiam alia anima sic fuit divinæ partis.

XIV. Summatim igitur dicamus, qvod rationalis anima & intellectualis secundum naturam qvalitercumqve mota, sit extra corpora & sensus: qvare necessarium ipsi, & substantiam habere separabilem ab ambobus: hoc autem rursum manifesto ex se jam evidens, qvod secundum naturam qvidem operans melior est qvam ut à Fato ducatur, decidens autem in sensum, & irrationalata, & corporizata, assequitur iis qvæ deorsum, & convivens cum ipsis qvantum cum vicinis non sobriis, obtinetur & ab aliorum regnante causa. Etenim rursum oportebat aliqvod etiam tale esse entium genus, secundum substantiam qvidem supra fatum ens, secundum habitudinem autem sub ipso aliqvando ordinatum. Si enim sunt qvidem qvæ tota æterna supra fatales leges locata sunt, sunt autem qvæ secundum omnem sui iplorum vitam ordinata sunt sub periodis fati: oportet ublqve & intermediam horum esse naturam eorum, qvæ qvandoqve qvidem extra fatalem factionem, qvandoqve autem sub ipsa perseverantium. Nam processus entium nihil relinqvunt vacuum, multo magis qvam corporum situs. Sed extremorum sunt ubiqve mediationes, qvæ & illis exhibent colligationem ad invicem. Ista non Plato solus, sed & * responsa plane nobis revelarunt. Primum qvidem jussa di-

* Oracula Chaldaica, supra cap. 7.

vinis illis qvi dignificati fuerunt fieri auditores mysticorum illorum sermonum, *non naturæ inspicias fatatum nomen hujus.* Et iterum: *neque coaugeas fato cujus finis.* Et ubiqve ab ea qvæ secundum fatum vita avertentia, & ab eo qvod est *corporalizare fatalibus gregibus*, per qvæ à sensibus nos abducunt, & à desideriis materialibus: per hæc enim corporizamur, & corporati ex necessitate à Fato ducimur. Captat enim similitudo entia ad invicem ubiqve, assimilatum autem cuicunqve assimilatum est, eadem cum hoc fruitur politia, qvare & præside politiæ; nihil enim sine præside neqve principatu est in universo, sive totorum dicas, sive partium. Principantur autem alia ab aliis, etenim hæc qvidem aliter vivunt, hæc autem aliter. Deinde de divinissima nostra vita docentia * & de immaculata politia, qvaliter jam ab omni fatali politia absolvuntur. Qvicunqve autem pacis opera intelligentes reverendi fient, sortis fatalem alam † effugiunt.

XV. Hanc igitur & talem præjaciens vitam anima non erit eorum qvæ ducuntur à Fato. Si autem velit corpora plasmare, & corporalibus bonis vocatis intendat, & honores prosequatur & potentatus & divitias, idem patitur vinculato Philosopho & in navem ingresso, etenim iste servit moventibus navem ventis, & si conculcet aliqvis nautarum ipsum, & injurietur aliqvis vinculantium. Valere igitur dicentes iis ad qvæ alligamur, & virtutis valorem speculabimur, & Fatum non in nos aliqvid operans, sed in ea qvæ circa nos. Qvoniam & qvicunqve extrinsecus attingentia concidere ** nobis valet, civitatem muris spoliavit & lapidibus o amice, & ligna in flammam redegit, mortalia omnia & ustibilia, & pecunias dissipavit, extrinsecus entia, & propter hoc apud alios fore potentia. Eorum autem qvæ in nobis, nullus ita est potens, ut auferat aliqvid, etsi omnem habeat humanam potestatem. Etenim si temperati simus, illis insidentibus sumus: &, si speculatores entium, neqve hoc habitu spoliamur; sed factis omnimode diris illis ut dicis effectibus laudantes perseveramus, omnium principantes & qværentes causas factorum.

XVI. Neqvaqvam igitur ab ultimis operationibus exprobremus animæ necessitatem, sed à primis admiremur ipsius virtutem in-

* Illa de qvibus jam dixit, oracula. † an *aleam.*

** Hoc loco MS. erat hiulcum, qvod utcunqve sensum odoratus supplevi.

insuperabilem: &, si sic sapiamus, nihil nos turbabit deorsum patientium, sed qvando corpore turbato & nos dira aliqva substinere dicimus, non nos sumus qvi dicimus, sed est concupiscentiæ verbum. Hujus enim & delectationes corporis, qvare & tristitiæ. Et qvando spoliati pecuniis dolemus, aut non obtinentes, etenim τὸ amativum pecuniæ, hoc animæ est: & rursum qvando vituperati & à potentatu decidentes indignamur, non est ejus qvæ sursum animæ passio, sed ejus qvæ circa cor, deorsum habitantis. Etenim τὸ amativum honoris, illius est: qvæ autem in nobis ratio in omnibus talibus decepta seqvitur & simul conturbatur deterioribus, intellectus ens cœcus & nondum purgatus illud, qvo potest aspicere se ipsum & qvæ ante ipsum & qvæ post ipsum. Purus autem factus ab iis qvibus amictus fuit qvando decidit, cognoscet utiqve qvod in ipso, qvomodo neq; in corporeis, (post ipsum enim) neqve in illis in qvibus divini libertas arbitrii, (ante ipsum enim) sed in vivere secundum virtutem. Hæc enim libera solum & inservilis, & libertate decens & potestas ut vere animæ, & potestans qvi hanc habet. Potestatis enim omnis opus τὸ habens ipsam continere & salvare.

XVII. Si autem qvis in malitiam respicit, animæ in debilitatem respicit, etsi habeat omnem aliam potentiam. Alia enim organorum potentia, & alia eorum qvæ debent uti organis. Omnis igitur anima secundum qvod virtute participat, & qvod est liberam esse: secundum qvod autem malitia & debilitate & eo qvod est servire aliis, & non fato solum, sed omnibus ut est dicere, volentibus appetibile aut dare, aut auferre potentibus. Qvoniam & qvi virtutem habet servit iis qvi desiderabile ipsi acqvirere & coaugere solis sufficientibus entibus, isti autem sunt Dii, apud qvos ut vere virtus est, & à qva qvæ in nobis. Et alicubi etiam Plato voluntarium servitutem hanc maximam ait esse libertatem: omnem enim potestatem omnium habentibus servientes, assimilamur ad ipsos, ita ut & totum Mundum dispensemus, ut ait ille. Perfecta enim ens & superalata superelevatur, & totum Mundum dispensat. Hoc qvidem igitur diviniſſimis existit nostrarum animarum, sicut ultimis, veluti in carcere illigatis esse & vivere involuntaria vita pro voluntaria libera: intermediis autem harum, secundum qvod absolvuntur à passionibus & corporibus superascendere necessitati ad potentivantem generationi vitam.

XVIII. Etenim rursum, si ante animam qvidem est ὁ νᾶς sive intellectus & DEus, post animam autem passiones & corpora: & his qvidem coacte agere convenit, intellectui autem & DEo modo meliori omni necessitate, & qvod solummodo liberum: necesse igitur animam aut apud illos aut apud istos factam, aut necessitatem subintrare deteriorum, aut libertatem præmitti meliorum, & servire qvidem aut desuper principatam, aut desuptus. Servientem autem aut comprincipari principantibus sibi, aut conservire servientibus solum. Hic itaqve ascendens anima resumens ipsius potentiam, scilicet virtutem, nihil dirum æstimabit etsi qvodcunqve fiat circa corpus & qvæ extra corpus. Non enim passiones organorum ad utentes transeunt, sed & iis qvalitercunqve habentibus operabitur qvis secundum virtutem, langvente qvidem si contingat corpore viriliter agens, sano autem temperate: & paupertate qvidem præsente μεγαλοφρόνως, id est magnisapienter operans, divitiis autem magnifice: ubiqve autem ex iis qvæ videntur affluere præextollens usuram virtutem, & contrariis oppositiones facientem inservilem, & interiori fugit eas qvæ deforis plagas melioratus. Non enim æstimes qvod solis vobis * admittitur dicere, data virtute datam movere gravitatem, hoc itaqve multum divulgatum, sed multo magis iis qvi secundum Virtutem vivunt, datam ex omni virtutem alia virtute, qvæ ut vere, ornare. Et qvi qvidem sic habet, generosus est & liber, malus autem omnium est servus, etsi principatur omnibus: similis iis qvi in Ægypto puniuntur, qvibus larvas ridentes circumponentes puniunt; & iis necessitas prævalet non tenentibus seipsos. Elongatis enim ipsis à Diis, tanqvam brutis utitur universum.

XIX. Qvando igitur videre volueris τὸ in nobis, vide animam secundum naturam viventem. Vivit autem secundum naturam qvæ non debilis. Nihil enim debile in eo qvod secundum naturam. Non est autem debilis, qvæ non malitia repleta, debile enim malum in omnibus. Et, si sic respicias, videbis naturam ejus qvod in nobis qvalis qvædam est, utentem omnibus circumstantibus recte, & aut prohibentem fieri, aut factas passiones deteriorum curantem, tradentem autem fato agere in ea qvæ post ipsum, qvorum est dominus, coordinatam autem iis qvæ ante ipsam, à qvibus melioribus entibus non abscissa est. Talia & de secunda discussione à nobis dicta sint.

XX. Ad

* Mechanicis.

XX. Ad tertium autem conſeqventer accedentes dicamus qvi ſunt & qvales modi cognitionum, qvos indiſtinctos ſinentes latebimus nos ipſos errantes & circa res & circa divini Platonis inſtitutiones. Sive igitur aliam qvidem intelligemus cognitionem ex ab Ariſtotele divulgatis, & à Platone etiam qvæ ſine cauſſa ſolam cognoſcentem ipſius qvia veritatem : qvoniam incipientibus purgari animabus attribuere primam conſtituerunt opinionem ipſam notantes, iis qvidem qvi erudiuntur circa agibilia, abſolutis jam ab humanis circa entia tractantibus. Etenim παιδεία, id eſt eruditio eſt purgatio immenſurationis paſſionum : & multo magis ad impoſſibilitatem à mediocritate paſſionum via, non adhuc ratione volente compati qvidem ſed mediocriter, omnem autem funem paſſionum exuente.

XXI. Hac autem tanta ente, alteram ad ſurſum tradiderunt nobis ex eodem Gymnaſio. Ajunt eam qvæ ex principiis qvidem procedentem, ut ſuppoſitionibus cognitionem & cauſas cognoſcentem, omnia autem neceſſaria concludentem: qvalem utiqve & Arithmeticam & Geometriam invenit qvæ ab illis ratio, qvia qvidem & ſyllogizantur, & ex neceſſariis concludunt, opinativa ſolum cognitione ſupra locatas. Qvia autem usqve ad ſua principia ſtantes horum cauſas ſuperius gaudere ſinunt non multum tractantes, propter hæc itaqve à perfectiſſima cognitione deficientes ſe ipſas oſtendentes. *Geometræ enim*, ait, *ſermo non erit ad interimentem principia.* Qvare hoc qvidem erit & in iis planum, qvod à principiis illis confeſſis: qvod autem circa ipſa principia, obſcurum & ignotum dimiſſum.

XXII. Tertium igitur ſuperius aſcendentes dic me dicere humanæ animæ cognitionem usqve ad unum aſcendentem & usqve ad inſuppoſitum per omnes, ut eſt dicere, ſpecies, has qvidem dividentem, has autem reſolventem, ex unoqve multa facientem & è multis unum. Hanc qvam θεϱγικὸν qvidem Mathematum determinat * qvi in Politia Socrates, qvi autem in Epinomide Xenus † colligationem ipſorum notat. Ab hac enim & Geometræ & unusqvisqve aliorum ſcientium ſumunt de ſuis principiis theoriam, multa principia & diviſa ex uno omnium principio rejungentem. Qvod enim in omnibus eſt entibus illud, hoc in Geometria qvidem punctum, in Arithmetica

* Plato VII. de Rep. ἆρ' ἔν δοκεῖ σοι ὥσπερ θϱηγικὸς τοῖς μαθήμασιν ἡ διαλεκτικὴ ἡμῖν ἐπάνω κεῖσθαι. † Hoſpes qvi apud Platonem loqvens inducitur.

metica autem monas, & in ſingulis qvod ſimplicisſimum: à qvo producentes qvæ ſub ipſis ſingulæ ſcientiarum demonſtrant. Sed horum qvidem unumqvodqve dicitur qvoddam principium, & eſt. Omnium enim entium principium ſimpliciter eſt principium, & usq; ad illud aſcenſus ſumme ſcientiarum.

XXIII. Qvartum autem adhuc tibi & hac ſimpliciorem intelligendum noſtram cognitionem, qvoniam non adhuc methodis utentem & reſolutionibus aut compoſitionibus aut definitionibus, aut demonſtrationibus: ſed ἐπιβολαῖς, id eſt adjectionibus ſimplicibus & velut avtopticis & per ſe viſivis entia ſpeculantem collaudant qvi ſecundum ipſam operari poſſunt, intellectum jam & non ſcientiam ipſam venerantur, dicentes. Aut non audiſti Ariſtotelem qvidem in demonſtrativis libris ſic aliqvaliter dicentem, qvod melior omni ſubſtantia intellectus in nobis, & qvis iſte ſit determinantem, *quo terminos*, * inqvit, *cognoſcimus*. Platonem autem in Timæo, intellectum & ſcientiam circa entia, cognitiones eſſe animæ, pronunciantem. Etenim videtur ſcientia qvidem eſſe animæ, ſecundum qvod eſt anima cognitio: intellectus autem, ſecundum qvod anima eſt imago ejus, qvi ut vere intellectus, etenim ille videns intellectualia, magis autem ens una, inqvit, ἐπιβολῇ, id eſt injectione vel intuitu & attactu intellectorum ſeipſumqve intelligentem & illa in ſeipſo entia conſpicit, propter qvod & intelligit qvæ eſt, & qvod intelligens eſt ſimul intelligit cognoſcens & ſeipſum qvis eſt. Hunc igitur imitans ſecundum qvod poteſt anima, fit & ipſa intellectus, ſcientiam ſupercurrens & relinqvens multas methodos, in qvibus prius decorabatur, & oculum ſolum erigens ad entia, contingentia qvidem & ipſa intelligens, ſicut & intellectus, contingens autem alias aliaqve omnia ille ſimul, *hanc enim fatalem connexuit*, ait, *omnium pater*.

XXIV. Qvintam etiam poſt has omnes cognitiones intelligentiam volo te accipere, qvi credidiſti Ariſtoteli qvidem usqve ad intellectualem operationem ſurſum ducenti, ultra hanc autem nihil inſinuanti. Aſſeqventem autem Platoni, & ante Platonem Theologis, qvi conſveverunt nobis laudare cognitionem ſupra intellectum, & μανίαν ut vere hanc divinam divulgant: ipſum ajunt imum animæ, non adhuc hoc intellectuale excitantem & hoc coaptantem uni. Omnia enim ſimili cognoſcuntur, ſenſibile ſenſu, ſcibile ſcien-

* ὅρους, *definitiones*.

scientia, intelligibile intellectu, unum uniali. Intelligens qvidem etiam anima & seipsam cognoscit & qvæcunqve intelligit contingentia, sicut diximus. Superintelligens autem & seipsam & illa ignorat, qvo adjacens τὸ unum, qvietem amat, clausa cognitionibus muta facta & silens intrinsecus silentio. Etenim qvomodo utiqve adjacet indicibilissimo omnium, aliter qvam soporans qvæ in ipsa garrula materia. Fiat igitur unum ut videat τὸ unum, magis autem ut non videat τὸ unum. Videns enim, intellectuale videbit, & non supra intellectum, & qvoddam unum intelliget, & non τὸ avtounum. Hanc, o amice, diviniſſimam entis operationem animæ aliqvis operans, soli credens sibi ipsi, scilicet flori intellectus, & qvietans seipsum non ab exterioribus motibus sed ab interioribus, DEus factus, ut animæ passibile, cognoscet solummodo qvaliter Dii omnia indicibiliter cognoscunt singuli secundum τὸ unum qvod sui ipsorum. Donec autem circa ea qvæ deorsum volvimur, incredulitatis habemus circa hæc, scilicet omnia divino cognoscente impartibiliter & superæternaliter: esse qvidem æternaliter entia, fieri autem temporaliter qvæ fiunt, neqve tempore neqve æterno ente in τῷ uno. Tot qvidem sunt cognitionum species apud nos, ad qvas utiqve respicientes, possibile solvere & qvæcunqve de eo qvod est solvere animam hic veritatem, & de non scire.

XXV. Qvoniam autem tres fecimus discussiones, qvas necessarias dicebamus esse ad qvæsitorum dearticulationem, ad ipsas jam transibimus dubitationes, & secundum unumqvamqve ipsarum conseqventes apponam solutiones. Primo igitur scribis tanqvam sufficiens argumentum ejus qvod τὸ in nobis sit frivolum, sed operae est cœlestium partium sola, ad singula eorum qvæ fiunt factionem; hoc qvod & nos homines, in qvibuscunq; dirigimus, * nos ipsos causamus eventuum: in qvibus autem infortunamur, ad illam causam, scilicet necessitatem transferimus pro electione. Et hæc dubitans putas obtinere eum qvi de Fato communem conceptum, tanqvam ente & principaliori ente in agibilibus qvam nostri impetus. Et neqve ego ipse video homines aliter aliqvaliter habentes, qvam imputantes sibi ipsis directionis caulam, peccatorum autem aliis. Sed in hæc differimus, qvod tu qvidem multorum opinionem sufficere æsti-

* Κατορθῶμεν, prospero successu gaudemus.

æstimas ad id qvod de rebus indicium: ego autem illos qvidem sic ratiocinari propter qvandam φιλαυτίαν, id est amorem sui malum & inconvenientem æstimo. Inter autem sapientes qvibus competit ad totum & partes respicere, qvem habent ad illa ordinem non negligere, omnium eorum qvæ fiunt, principaliter qvidem causare DEum, à qvo bonum advenit omnibus: post illum autem, Mundi periodum & tempus in qvo qvæ fiunt coaptantur totis & coordinantur, nullo superadventitio ente ad totorum politiam: tertio autem seipsos in qvibuscunqve præeligentes sortiuntur & sui ipsorum impetibus cooperantur ad rerum expletionem.

XXVI. Qvando autem aliqvid evenit præter ipsorum electionem, tunc tota sola & illorum factionem ut vincentem causantes merito, partialia qvidem enim ubiqve cum totis necessarium operari, tota autem & sine illis & qvod isto modo qvi intellectum habent dividunt factiones, sed non ut tu ipsa divisisti. Audi Platonem in Legibus clamantem, qvod DEus qvidem omnia & post DEum Fortuna & tempus humana omnia gubernant: Nostrum autem ab iis tertium dicere consequi artem, in tempore enim hyemis * cooperari utiqve aliqvid & gubernativam, & sanationis medicativam, & totaliter agibilium politicam. Sive igitur dirigamus, Fatum, tempus & DEum causandum, ut qvod fit tres causas habeat: hanc qvidem ipsum facientem bonum, hunc autem ordinatum in unam ad omne homologiam, aliam autem humanam totaliter. Etenim omne humanum opus pars est universi, non è contrario autem, qvia & aliis animalibus necesse partibus entibus, Omnis & facere, sed & pati: omnis qvidem hujus mundialis consistentiæ & dramatis, id est operis, pars finem habet bonum: nulla enim inordinata relinqvitur partium sed contexitur ad τὸ bene Universi, non è converso autem omne qvod bono sortitur, cum mundiali politia coordinatur. Est enim & supra Mundum Vita, & Vita Deorum & Animarum supra Fatum excedentium & Providentiæ soli consequentium.

XXVII. Ubi gitur hic τὸ in nobis? qvando qvid fit, connectitur cum periodo Mundi: & rursum qvando ex illa sola efficitur. Ubi autem alibi dicemus, qvam in nostris interius electionibus & impetibus? horum enim solorum nos Domini: iis autem qvæ extra factis, cum aliis & pluribus & potentioribus. Oportet enim qvod extra

* χειμῶνος procellæ.

extra generabitur partem fieri Universi ut & generetur: hoc autem coannuente & cooperante universo ut in se ipsum faciat omne, parte sui ipsius agens in aliud & ab alio patiens. Et propter hoc ergo & in iis qvæ fiunt hos qvidem laudamus, hos autem vituperamus, tanqvam utiqve & ipsos propter electionem dominos factos, & qvalia qvædam utiqve sint qvæ fiunt, talem non Mundum sed agentem dicimus. Non enim habentia à Mundo qvod in ipsis qvale, sed ab agentis vita. Coordinatur autem ad Omne propter Omne, & est tale iterum propter partem. Et qvod hæc vera scribimus, manifestabunt tibi & responsa, sæpe victoriam dantia & nostris electionibus, & non soli ordini mundialium periodorum: puta qvando & dicunt: *Te ipsum videns, verere.* Et iterum: *Cognosce teipsum.* Jam instituit & in aliis: *Extra corpus esse te ipsum crede, & es.* Et qvid oportet dicere, ubi & ægritudines voluntarias pullulare nobis ajunt ex tali vita nostra nascentes.

XXVIII. Non ergo oportet qvæ fiunt omnia remittere ad solum ordinem Universi, sicut neqve ad nostrum impetum: neqve rursum seqvestrare animam à dominis electionum, in hoc ipso esse habentem scilicet in præeligere solum, & hæc qvidem declinare, iis autem accurrere: qvamvis in iis qvæ fiunt non sit Domina universi. Oportet enim unamqvamqve causam hoc solum expetere, in qvo apta nata est. Natum est autem τὸ in nobis non esse activum solum, sed & electivum secundum se: aut eligens agere cum aliis & peccare ipsum dicimus & dirigere propter electionem. Qvoniam etsi actum bonum sit & agens ex electione mala operetur, malam dicimus actionem. Nam qvod qvidem in acto bonum, propter aliud: qvod autem pravum, propter eligens. Sic ergo evidens est omnibus, nos actionum secundum qvod sunt eligibiles, dominos existere.

XXIX. Post hanc autem qvæstionem dicis, qvod omnes homines de futuro sollicitamur in omnibus, etiam in iis qvæ in nobis esse videntur. Et hic iterum ut alterum argumentum scribis ad hæc qvod non simus domini alicujus nos, siqvidem ignoramus qvod eveniet. Manifestare autem hoc studium nostrum circa divinationes, etiam in qvibus nos eligimus. Bene qvidem igitur dicis, ut summatim est dicere, qvod ergo, si amatores divinationis omnes sumus, nihil est in nobis? Ego autem convertens dicam sermonem melior factus: qvod ergo, si nihil est in nobis, sed ex motu solo coacta sunt

qvæ fiunt, non utiqve erimus amatores divinationis. Qvæ enim in aliunde coactis opportunitas divinativæ, qvorum & cognitio ut futurorum aut non futurorum? neceſſariis autem utrisqve eventibus ſuperflua. Nam neceſſarium, impoſſibilem non fieri, qvamvis milleſies nos de ipſo & præſcientes & conſiliantes exiſtamus. Si igitur non, fruſtra ſollicitamur de futuro. Non fruſtra autem, ſiqvidem hoc ſecundum naturam nobis: (Nihil enim eorum qvæ ſecundum Naturam, fruſtra) oportet utiqve non omnia à circulatione ligantes cogere, ſed aliqvid & præcognitionem nobis proficuam poni, & vitas noſtras non ut præcognoſcentes patiamur ſolum, ſed ut per prænoſſe ad hoc, qvod & ipſi aliqvid cooperari futuris, aut non cooperari, ſimus promtiores ad hæc. Aut & non divinationes ſolum, ſed & orationes & ſacrorum negotium omne ajunt conferre: aut & hoc unguento ungentes & coronantes expellemus & circumſcribemus, & neqve ſurſum tendere manus, neqve ſervire dabimus ad potentes ſuſpendere cœleſtes influxus. Fruſtra etiam omnino homines DEum ſemper invocare in qvibuscunqve difficilibus ſperaverunt, & ipſum Apollo fruſtra reſponſa dare, qvia facientibus qvidem hæc, fugere exiſtet eas qvæ à cœleſtibus periodis appenſas pœnas, non facientibus autem inefficax occurrere dirum.

XXX. Et qvidem ſi non in ipſis eſſet facere & non, qvomodo non & dividi iſta & ſeqventia reſponſis dare electionibus penitus inconveniens? Sed neqve de DEo hoc proclamaremus, neqve divinativæ & ſacerdotalis utilitatem ex humanis vitis deſcriberemus; qvoniam & hiſtorias omnes barbaricasqve & Græcas habes conteſtificantes, qvod propter divinativam ſive ex divina inſpiratione, ſive ex humana arte multi utiqve ſæpe cognoverunt qvæ oportebat agere, & cognoſcentes inexcuſabilium malorum in futurum liberi extiterunt, qvas relegere tibi promtum. Illud determino decens ad præſentem ſpeculationem, qvando & divinativam hanc multum divulgatam, & eam qvæ ſacrorum habere locum dicimus, ad fieri aliqvid & non, & qvando obtineri iis qvæ ex univerſo delatis generationibus: Tanqvam ergo, qvandoqvidem qvæ in omni omnia, divinæqve & dæmoniales cauſæ concurrunt ad unum, & veluti idem loqvuntur, tunc & ſacrificii opera inefficacia videntur: oppugnare enim toti partem & contraria ferre impoſſibile: & præcognitio nihil apponit aut aufert divinatorum. Qvando autem multis entibus talibus hæc qvidem ali-

aliqvid aliud ferunt, hæc autem aliud; puta hæc qvidem corruptionem, hæc autem ſalvationem ægrotantium, qvalia utiqve ſecundum unamqvamqve hiſtoriam eſt dicere in factionibus cœleſtium in nos, tunc & ſacra talis adducta ſolvit eos qvi à lædentibus defluunt iis qvæ à proficientibus nobis, utens cooperativis virtutibus. Et futuri conſideratio magnam habet partem in effectibus, & totaliter hic τὸ in nobis aut iis cauſis, aut aliis coordinatum, ſicut in verberibus ſuperauctum ſui ipſius motu exhibet aliqvando qvidem alium, aliqvando autem alium finem. Et hoc ſcito de iis qvæ extra fiunt. Ubiqve autem rurſum illud præexiſtere dico, ſcilicet qvalem impetum & electionem characterizare τὸ in nobis, & eſſe hoc animæ opus in ipſa manens, inecferibile in Univerſum. Jis igitur conſeqventer, ut mihi videtur, ipſe gubernat omnia animalia & nos & alia ſecundum ſubmiſſionem habere vitam ab aëre datam & à prima latione, in cerebri qvidem parte rationalem, in ſenſitoriis autem eandem hanc innaſcentem circa alia & alia ſenſibilia, vocatam ſenſum, viſum autem, auditum aut aliqvem reliqvorum tanqvam ſubjectis differentem, unum autem & differentem ſecundum ſe entem.

XXXI. Hæc autem audiens te ordinantem, mirum exiſtimavi ſi Philoſophiæ amator & intellectualium ſpeculationum, & qvid dico intellectualium, ſed & expertus earum qvæ ſecundum eruditionem viarum, & Geometriæ & Arithmeticæ inventionum, dein tantum attribuiſti ſenſibus, ut rationalis noſtræ ſubſtantiæ & intellectualis, non idola hujus debilia, & per debilia organa vix tangentia cognoſcibilia dicas: ſed ipſam illam ſecundum ſubdeſcenſionem factos aliqvali ſola organorum diverſitate diſtinctos ab invicem & ab illa. Et qvidem aut alicubi & prius oſtendimus, ſenſu qvidem omni inſeparabili à corporibus ente, & ad ſeipſum converti impotente, rationali autem illa & intellectuali vita ſe ipſamqve cognoſcere apta nata, & propter ſui ipſius cognitionem ad ſeipſam convertere: qvia & omne cognitivum ſecundum operationem converſum eſt ad cognoſcibile, qvare & qvod ſui ipſius ad ſeipſum. Qvalem igitur vides intellectualis animæ & ſenſitivæ identitatem, ejus qvæ deorſum reſpicit, ad eam qvæ ſurſum tendit? In totorum principia conſepulta in corporibus, ad eam qvæ pura eſt à corporibus, in iis qvæ ſecundum naturam operationibus? ejus qvæ nusqvam veritatem cognoſcere poteſt, ad eam qvæ ſemper intendit ad Ens?

XXXII. Si autem non fruſtra, neqve in alio aliqvo qvi ſecundum Naturam appetitus & ſortientem qvandoqve veritate, ſino dicere qvod & ſubſtantiam Divinæ animæ ab æthere defluere inconveniens, ſi oportet impoſſibile inconveniens dicere. Qvæ qvidem enim ab æthere animæ, corpoream generationum ſortitæ ſunt: animam autem demonſtrat & Athenienſium xenus corporibus omnibus entem ſeniorem. Si autem utiqve non corpus ætherem intelligis, ſed intellectum æthereum, aut animam intellectualem æthera circumducentem; neqve ſic mihi videris veriſſimam cauſam inveniſſe animæ. Alius enim fons animarum à qvo & æthereæ animæ, & qvæ eorum qvæ ſub Luna elementorum, & dæmoniæ animæ, & nos: & ad illam oportet reſpicere qvam Plato qvidem occultans veritatem, *craterem* appellare mihi videtur, & Conditorem non ex æthere, ſed ante corpora ibi alicubi tradit & commiſcentem animam, uti ait Timæus, *& eam quæ Omnis * animam commiſcens miſcuit.* Qvi autem à DEo traditi ſermones fontem per ſe laudant omnis animæ empyrias, id eſt empyrialis, ætherealis, materialis: & hunc ſejungunt ex tota Zoogonothea, id eſt ſpecula, à qva & totum fatum ſuſpendentes, duas faciunt σειρὰς id eſt ordines, hanc qvidem animalem, hanc autem, ut diximus, μοιρωτὴν, id eſt ſortialem, fatalem. Et animam ex altera trahentes, qvandoqve autem fato ſervire, qvando irrationalis facta Dominum permutaverit, pro Providentia Fatum.

XXXIII. Qvod autem, ſicut dixi, neqve Geometriæ & Arithmeticæ non qvod intellectuali operatione dignam pronunciaſti noſtram animam ſenſibus ipſam coordinans, addiſces utiqve conſiderans qvod hoc primum opus eſt ſcientiarum harum, ceſſare ab anima eam qvæ cum ſenſibus operationem, & abducere ex iis, ut poſſibile, & aſſvefacere intus videre, & rationes videre immateriales, & demonſtrationes inqvirere contrariantes ſenſibus: ii qvidem enim recuſant impartibilitatem, hæc autem ab impartibilibus eſſe exiſtentiam partibilibus ait & principia, iis qvidem partibilia, iis autem impartibilia. Et ſenſus qvidem, qvæ aliqvid & ſingularia cognoſcere putant: eæ autem univerſalia, & qvorum eadem natura ſemper, qvam non à ſenſibilibus acceperunt. Non enim ſunt qvæ imperfecta perfectorum cauſa, ſed deſuper ab intellectu, propter qvod & judicant ſenſus, & exprobrant ipſis groſſitiem cognitionis, eas qvæ cum

* Τὴν τῦ Παντὸς ψυχήν.

cum passionibus perceptiones cognoscibilium indeterminabiles à sensibus motus.

XXXIV. Etenim sunt entes ludicræ cognitiones, qvæ sensuum cognitiones: qvæ autem illarum jam studiosæ & assuefacientes, à ludicris qvidem absolvi, venari autem Entis cognitionem pro ludicra. Hanc qvidem igitur vitam & fatalem esse & pati alias alia cum corporibus in qvibus consistit qvod à fato necessarium. Omnis enim species à materia separabilis, inde & abgeneratur & continetur: conversa enim ipsa ad seipsam non contingit dicere, qvod aliud qvidem est qvod extrinsecus ipsi advenit, aliud autem τὸ Verum; dicit autem illud solum, qvod passionem nunciavit, propter qvod & ab altero mobilium est operationem non habens ab altero mobilium puram: sed intellectualem qvidem secundum ipsius naturam, non tolerantem autem violentis passionibus sensus assequi, in seipsa autem judicatoria continentem de foris fallacium motuum, & apponentem qvidem τὸ deficiens qvibus sensus patitur, arguentem autem ipsorum mendacium, & hæc de proprio agentem. Non enim ab iis qvæ sensus est * judicare sensum, sed ab intellectualibus rationibus, qvas non potest susscipere sensus cognitio. Ex contrario itaqve sensui ponendum immaterialem & separabilem & in se operativum: & huic qvidem & electionem dandum inclinationis ad utraqve surſum & deorsum; ad intellectum à qvo genita est, & ad sensum qvem genuit. Sensui autem & omnibus simul incorporatis vitis qvod sine electione, qvia & corporibus. Media enim rationalis anima intellectus & sensus ens, fertur qvidem ad amboprop ter instabilem electionis inclinationem, fit autem secundum habitudinem utrumq; extremorum, qvorum secundum substantiam neutrum est: manifestat autem ipsius medium & qvæ ab intellectu perfectio, & qvæ à sensu deceptio. Dogma qvidem igitur talem habet directionem, ut mihi videtur.

XXXV. Ad eam autem qvæ de bono opinionem, qvam intermedie sermonum projecisti, qvod qvidem singulis delectabile, dicens, bonum; hoc autem esse potitione, obtinere enim alia legalia apud alios. Verecundarer utiqve in me ipsum, si non manifeste ad virum amicum scriberem, qvod videtur, tanqvam utiqve & electioni meæ indignum sit, ut æstimo, opinio de iis, & ætati qvam habens

* Sunt, ἀπὸ τῆς ὑποθήσεως ἐστι

habens exiſto. Juveni enim qvidem Viro talem fieri opinionem, nihil mihi videtur mirum ad opiniones hominum in pluribus juventute aſpiciente; intellectum autem ſenilem præſidem ſtatuenti intellectualis prudentis judicii conceptus convenire exiſtimo, & non qvoscunqve multorum famæ & illibratæ lationes perſtrepunt. Nunc igitur, qvoniam Perſis qvidem alia & delectabilia & legalia delectabilibus illis congrua, Græcis autem alia de eisdem iis videntur, & aliis alia: propter hæc ad aliqvod bonum, & hoc ſicut & delectabile phantaſiatur aliud aliis. Solum enim utiqve hoc entium natura ut dicitur eſſe & eſt. Et qvicunqve qvidem ipſo natura ſingulis ente bono ſortitur, finem utiqve habebit homini convenientem: qvicunqve autem ab illo peccat, etſi millies delectetur in præſentibus ſibi & apparentibus bonis, imperfectum talis delectationis fructum metit.

XXXVI. Sed erat ut videtur verum, uno inconveniente dato alia accidere, qvod utiqve & ipſe pati mihi videris. Fatum enim præſtituens animæ, coordinaſti ipſam irrationalibus ſenſibus: iis autem conductis in idem, debili commiſcuiſti bonum. Oportet autem & priora & hoc ab anima ejicere, ut non lateamus nihil differens dantes hominibus aut brutis animalibus, qvorum vita qvidem inconvertibilis ad ſeipſam, curvatur autem in terram natura, paſſionibus autem materialibus commaſſata eſt cognitio. Et hæc etiam Platone adamantinis ut eſt dicere, explicante ſermonibus. Qvod ergo bonum non eſt, non eſt delectabile idem, neq; ſi omnes boves hanc proferant ſententiam. Non enim nos eſſe boum delatores ſed Deorum, apud qvos obtinet intellectus, & qvod Entis bonum qvod & ipſo intellectu divinius eſt. Hæc & in Gorgia accepta, & in Philebo, & in Politia, ſuperfluum exiſtimo per hæc ſcripta rurſum evidenter ſcripta fabulari.

XXXVII. Hoc autem apponam dictis, qvod boni qvidem inveſtigationem non permiſcendum delectabili, (non ſic nos petulantia delectationis faciat desipere) humanorum autem & legalium & præparationum omnimodas diverſitates referendum ad diverſas animarum vitas rationales, iracundas, concupiſcitivas, ab iis enim illæ pullulant; *non enim à quercu* ajunt *neque à petra.* * Sed hos qvidem multorum capitum beſtia perſvaſit talia lege ſtatuere qvalia Perſas, alios autem leoninum animæ in aliud transpoſuit qvalia Thraces: aliis

* οὐ γὰρ ἀπὸ δρυός, φησιν, οὐδ' ἀπὸ πέτρης.

aliis autem prævalet ratio in legalibus & vere bonis. Et delectabile qvidem omnibus commune. Omni enim delectabile præsens qvod appetibile, bonum autem non omnibus, sed in qvibus præsidet Ratio. Non enim vident passiones bonum, sed sola hæc. Et huic qvidem delectabile & bonum idem, passionibus autem cœcis non dedit conditura, boni investigationem, sed delectabilis, unaqvæqve enim vitæ species inimpedite mota delectatur. Qvare legalia qvidem multa, & delectabilia omnimoda, & aliis alia: bonum autem apud illos solos, in qvibus ratio prævalet passionibus. Non enim concupiscentiæ dandum principatum, ut non asinis idem patiamur, Neqve furoribus, ut non leonibus: sed ei qvod in nobis optimo, & qvod solum sumus, aut secundum qvod maxime sumus. Etenim omnibus ex pluribus entibus, deterioribus & melioribus secundum melius esse. Nam qvod melius, conjecturat boni natura.

XXXVIII. Sed qvæ posthæc scribis dubitans, videris utiqve mihi in multis locis audiens Socratem dicentem nihil scire, & dicentes omnia scire deridentem, & adhuc nos abscedentes hinc verum maxime cognoscere extendentem & certiores scientias neqve ipsas scientias entes arguentem, dubitare ne forte neqve totaliter sit cognoscere verum, sed solum somniare circa ipsum. Et qvidem oportebat cointelligere, si non est cognoscere Verum, non magis si est τὸ in nobis, nescimus, qvam si non est: ignorantia enim amborum similiter positionem recusat. Qvomodo igitur ad ostensionem ejus qvod non in nobis, utimur ignorantia Veritatis? Ignorantia ad esse hoc & non esse eandem potentiam, magis autem impotentiam habente.

XXXIX. Sed ut nihil tale patiamur, nos prædivisimus cognitiones omnes: & qvibus hic anima participare potest, & qvibus supremum sumens ordinem, qvas has qvidem habens Socrates, has autem sperans se habiturum absolutus à corpore, illuc ait perveniens scire Verum. Metra enim alia, & alia cognitionis entia exhibuerunt ipsi occasionem talis spei. Qvoniam & hæc significatorum solitudine sunt Platonis amicis, si non solum purgative, sed & speculative possibile est vivere animam: circumferentem grossum hoc vinculum, & mediocriter, ut æstimo, discussione sortitus est sermo, qvod forte

ſpeculari qvidem & hic poſſibile, ut eum qvi in Theetyto * coryphæum de Cœlo aſtronomizantem, & omnem entium naturam omniqvaqve perſcrutantem, & eos qvi in Politeia phylacas usqve ad Bonum per dialecticam illam aſcendentes, qvam δεύτερον mathematibus inſtituit, ſpeculativum autem rurſum fieri perfecte impoſſibile, propter cauſas qvas ipſe in Phædone docet, corporis occupationes & moleſtationes, non ſinentes ſine impedimento & indiſtractam in nobis fieri operationem illam. Vitæ enim eſt τὸ ſpeculativum, nomen operationis autem ſpeculatio & Unius.

XL. Et etiam qvando Mathematicas ſcientias hoc ipſum non permittit vocare ſcientias, non tanqvam demonſtrationum neceſſitatem ipſas habere negans dicit hæc aliqvaliter, ſed tanqvam à ſuprema ſcientiarum deficientes determinat. Et cur enim non oportet dicere plane à Dialectica, qvæ non adhuc punctum aut Monadem hanc, ſed ipſum τὸ Bonum principium ponit, & omnium principia conſiderat. Unde, ut æſtimo, & mathematibus qvidem in deciſione lineæ ſecundam aſſignat partem, in materialibus autem omniqvaqve & ſeparatis ſpeciebus eam qvæ ante has & cognitionem inſtituit, iis qvidem eam qvæ ex ſuppoſitione, iis autem qvæ ſine ſuppoſitione: hanc autem ergo & qvi Epinomida compoſuit. Olim enim nobis hæc pigritia coëgit & indicium & ſententiam colligationem vocavit Mathematum, tanqvam unientem illorum omnium principium.

XLI. Si autem utiqve & nihil ſcire Socrati promtum, & Pythii reſponſum propter hoc ipſum ſapientiſſimum omnium protulit, ut ipſe imponit reſponſum, conſidera profundum & DEi & Socratis, qvomodo utiqve τὸ nihil ſcire ſolum dicit excellens bonum exiſtere, ſed non ſcientem & hoc ſcire qvod non novit. Hoc qvidem enim videtur eſſe præopere ** futuris ſapientibus. Secundum veritatem autem in idem tendit ſapientiæ, & ſapiens enter † eſt qvi novit ſe ipſum enter non ſapientem, & non ignorans qvod non novit. Cujus enim alterius eſt noſſe non ſcientem unumqvemqve qvam cognoſcentis? & ſcientem oportet enim utiqve & ipſum noſſe perfecte qvod non novit; ſiqvidem non ſcientem ſe ipſum ſciet: hoc enim ignorans, neqve ſi novit ignorabit utiqve. Qvare nullius utiq; ſeipſum prius non ſcientem cognoſcet perfecte, anteqvam ſcientem co-

* Theæteto. ** πρεσβύγε. † ὄντως.

cognoſcat, tunc enim & qvod novit ſimul, & qvæ non novit ſciet, & qvod novit cognoſcet & qvod non novit, mediam habens notitiam & ſolummodo ſcientiam, & eorum qvi non totaliter, qvorum hoc qvidem eſt intellectus, hoc autem ſenſus, hic qvidem neqve totaliter ſciens Veritatem, qvia neqve ſubſtantiam novit, neqve ipſam, ſenſibilium qvorum eſſe fingitur cognitio: hic autem ipſam Entis ſubſtantiam immediate ſciens, & ipſam Entis entem Veritatem.

XLII. Media autem horum ens anima & novit ſubſtantias entium, tanqvam ante ſenſum ens, & non novit tanqvam poſt intellectum ens. Sapiens ergo qvis factus cognoſcet & qvod novit ſciens, & qvod non novit ſciens, tantum amice Socrati & reſponſo de ea qvæ ut vere ſapientia competens. Neqve ergo propter Mathematicas ſcientias à prima ſcientia diſtinctas, neqve propter ſpem ut vere cognitionis poſt ſeparationem ab hinc, neqve propter Pythii reſponſum, exterminare oportet eas qvæ de ſcientia rationes. Plato enim eſt ipſe qvi clamat, qvod utiqve interimentem ſcientiam de nullo neqve de contingente adhuc affirmare poſſibile. Sed qvam qvidem ſcientiam ſumet utiqve anima & cum corpore ens, & qvam erepta à vinculo, & qvas qvidem cognitiones ſimul & non ſcientias eſſe ponet. Unam autem eam, qvæ ut vere ſcientiam & intellectum ſcientia meliorem & intellectu divinificam intelligentiam, & hanc eſſe cognitionem qvam anima phantaſians & in hac vita accipere non potens deſiderat eum qvi à corpore exitum, tanqvam ibi ſortitura ſupernaturali hac & divinali entium comprehenſione. De iis qvidem igitur ſatis.

XLIII. Conſeqventer autem iis qvæ diximus dubitas, Cur utiqve boni qvidem deterius agunt, peccantes à finibus qvos præſtituerunt; mali autem ſortiuntur ea qvæ appetunt? Tu qvidem itaqve & hoc exiſtimas eſſe argumentum hujus, qvod non ſit τὸ in nobis. Et qvidem licet & aliis melioratis ſecundum dubitationem dicere, qvod ſi ejus qvod non ſit τὸ in nobis, eſt argumentum hoc, qvod non ſecundum intellectum eveniunt bonis negotia; & ejus qvod ſit hæc qvod ſecundum ſpem malorum ipſa fiunt, idem argumentum erit. Melius autem non oppugnative ſermoni adjicere, ſed oſtendere tibi tantum, qvod dubitationem hanc non ad interemtionem ejus qvod in nobis, novi antiqvos proponentes, ſed ad inqviſitionem Provi-

dentiæ. Et magis perseveranter agonizantes, ad ipsum Plotinum illum, Jamblichum, æqvivocum tibi. * Etenim enter concutit de Providentia nostras invictas præacceptiones fortunalium rerum inexspectata illatio, & intellectuali inspectione indiget negotium, si debeat qvis occursor à dubitatione ista salvatus committere Providentiæ omne. Novi qvidem igitur, ut dixi, non ad interemtionem ejus qvod in nobis, sed Providentiæ hæc dubitata prioribus.

XLIV. Qvod autem & hæc, non multo opus est argumento, sicut ejus qvod non sit τὸ in nobis, sed qvod sit, magis addiscemus, illud cointelligentes. Qvod ergo nullius nobis dominis entibus, neq; electivam vitam habentibus à seipsis, neqve bonis neqve malis à nobis entibus, sed plasmatis aliunde, non adhuc locum habet dubitare de eventibus, entibus aliunde malis aut bonis, tanqvam præter dignitatem evenientibus. Si enim non seipsos tales effecerunt, neqve utiqve retribui utrisqve oportebit pro vita, neqve totaliter debebitur aliqvid iis qvi non sunt causa vitæ qvam habent. Qvare si præter dignitatem retributio fortunalium, ipsi vitarum utiqve erunt causa, qvorum dignitate in distributis ab universo sortiri volunt: qvoniam & omnium eorum qvæ circa nos, non in iis qvæ à totis habemus, exigimus retributiones habere, sed in qvibuscunqve aliqvid cooperabimur. Si ergo non est τὸ in nobis, nihil habemus à nobis. Si hoc, neqve expetemus retributiones eorum qvæ aliunde in nos veniunt. Si hoc, neqve eam qvæ præter dignitatem distributionem eventuum causabimus.

XLV. Si ergo non est τὸ in nobis, non oportet qværere qvomodo præter dignitatem boni qvidam à finibus peccant, mali autem obtinent. Sed ente eo qvod in nobis, & Providentia omnium obtinente, & tibi adducentes perfvasionem post violentiam dicemus. Qvomodo ergo? non enim erat τὸ in nobis eorum qvæ extra, dominans, sed cooperans. Qvare merito, qvæ qvidem intus, secundum sui ipsius disponit potentiam, qvæ autem extra, non adhuc, indigens & aliis ad illorum dispositionem, non in ipso jacentibus. Et ego valde lætor ad tales dubitationes, videns generosum adventitium, qvi sæpe jubeo non confundere qvæ in nobis cum iis qvæ non in nobis: neqve sic habere de iis qvæ non in nobis, tanqvam ipsa fieri omnino, ut non & facta difficulter feramus. Nunc autem tanqvam & illis assequi

* Theodorum Asinæum.

seqvi iis, qvæ in nobis, debentibus, dubitatio accidit non factis, & supponentibus nobis ut bona qvæ non bona, & fieri qværentibus. Melius autem erat, qvæ qvidem in nobis enter entia & qværere semper & acqvirere sibi ipsis, qvæ autem extra & non in nobis, relinqvere facientibus tanqvam Dominis & scientibus qvæ faciunt. Ad omnia autem qvæ in nobis, præparatos esse per ea qvæ in nobis. Sed qvaliter qvidem habeat dubium ad id qvod in nobis, ostendimus tibi per talia. Ad sermonem autem de Providentia magis utiqve aliqvid dices, sicut diximus. Et dicta sunt multa ab antiqvis qvos dixi viris, & sic solvunt ipsum.

XLVI. Rursum igitur qværis, qvid τὸ in nobis? qvod in principio sermonum opertebat qværere. Deinde ad ipsum dubitans. Qværens autem definis hoc esse, qvod à nullo potestatum neqve obtentum, sed & verbo dicens sic, αὐτοπερίγραπτον, id est ipsum circum scriptum, & αὐτενέργητον, id est ipsum operativum. Si autem hoc, & incorruptibile omnino, & potentissimum, & soli primo competens præsidi omnium entium, nobis autem τὸ in nobis non adhuc conveniens. Hunc itaqve terminum longe ab intelligentia ejus qvod in nobis, qvam habentes antiqvi hoc humanis animabus attribuerunt, ego pono. Considera autem & tu ipse, qvam vera dico. Ubiqve τὸ in nobis ad insinuntionem assumunt operationis electionis, nos facientes dominos electionis & fugæ, & ut alicujus bonorum aut contrariorum. Sicut enim idem dicunt electionem & voluntatem, sed hanc qvidem esse boni solum, electionem autem bonorumqve similiter & non bonorum, sicut utiqve δέκησιν id est exspectationem * non bonorum: propter qvod & characterizare animam electionem similiter entem amborum & competere mediæ naturæ ei, qvæ ad ambo vertitur. Et hoc etiam communis fama testatur. Electiones enim horum laudamus, horum autem vituperamus. Malum autem omnibus involitum dicimus, & malum videtur bonum esse eligentibus ipsum, anima enim nulla cognoscens malum eligeret utiqve sed fugeret. Propter ignorantiam autem studet circa ipsum: acutum qvidem amorem boni secundum naturam habens, alicubi autem bonum videtur impotens.

XLVII. Anima igitur habente in substantia eam qvæ ad ambo inclinationem, τὸ bene dico & τὸ male, hanc potentiam ipsius

* cautionem.

electivam vocaverunt, propter qvam aliud præ alio nati sumus eligere. Et sumes utiqve ex divisione definitionem talem potentiæ hujus. Qvoniam omnis potentia aut rationalis est aut irrationalis, necesse & electionem in altero horum esse: non ens autem irrationalis, sine electione enim vivere illa omnes dicimus, rationalis utiqve aliqva erit potentia. Omnis autem rationalis potentia aut cognitiva est aut appetitiva, sicut & omnis irrationalis. Electio autem ipsum hoc qvod dicitur electio ens & desiderium, appetitus aliqvis utiqve erit. Omnis autem appetitus aut ad solum aspicit ut vere bonum, aut ad solum apparens bonum, aut ad ambo. Electionem autem neqve ad solum vere bonum respicere dicimus, non enim utiqve unqvam vituperaretur juste: neqve ad solum apparens, non enim utiqve & laudaretur sæpe. Ad ambo ergo nata est talis potentia.

XLVIII. Est ergo, ut summatim dicatur, electio potentia rationalis appetitiva bonorum verorumqve & apparentium, ducens ad ambo animam, propter qvam ascendit & descendit, & peccat & dirigit. * Hujus potentiæ operationem videntes biviam in novis vocaverunt ad ambo ipsius inclinationem. Qvare erit utiq; electionale, & τὸ in nobis, idem. Et secundum hanc potentiam & à Divinis differimus & à mortualibus, utraq; enim sunt insusceptiva ejus qvæ ad ambo inclinationis: hæc qvidem in bonis veris solummodo locata, propter excellentiam; hæc autem in apparentibus, propter defectum. Qvoniam & hæc qvidem intellectus characterizat, hæc autem sensus: hic qvidem noster rex, hic autem nuncius: medii autem nos in electione fixi, & potentes qvidem ad ambo moveri, ubicunqve autem moveamur, à totis obtenti ex ea qvæ secundum dignitatem sortientes; siqvidem ad melius, ut intellectus: si autem ad deterius, ut sensus. Non ergo in omnium potestate & potentia τὸ in nobis: qvæ enim omnibus potestativa, potentia Unialis est, & propter hoc omnium qvia una & Boniformis. Qvæ autem electiva, dualis, & propter hoc non omnium: qvia iis qvæ ad ambo inclinationibus minorata est ab ea qvæ ante omnia est. Fieret autem utiqve & ipsum omnium, si non electivum impetum haberet, voluntas autem sic solum. Nam volita vita est secundum bonum, qvæ & τὸ in nobis facit potentissimum, & Deiformis enter existit, propter qvam & anima fit DEus, & totum mundum dispensat, ait Plato.

XLIX.

* i. e. recte agit.

XLIX. Neqve ergo primo τὸ in nobis, ſicut neqve ultimo convenit, ſed medio. Tu autem, ut videtur, poteſtatem exiſtimaſti ſignificare τὸ in nobis, omnium dominantem, ducentem omnia ſecundum ſuum impetum, obtinentem omnia qvæ deſiderat, non definiens potentiam in appetibilibus, qvæ intra ipſas animas efficientibus talem eligentem animam; ſed dans ſibi & eorum qvæ non in nobis, potentiam. Qvæ enim extra animam, non in nobis: propter qvod & commixta vita noſtra ex iis qvæ non in nobis & iis qvæ in nobis. Et apud ſtudioſos qvidem multum τὸ in nobis: omnibus enim utuntur, etiam iis qvæ non in nobis menſurare propter virtutem, & iis utentes, & velut in ſeipſis facientes ſemper qvod præſens ornantes. Apud multos * autem τὸ non in nobis plus; aſſeqvuntur enim iis qvæ extra, non habentes intus vitam potentem ipſis aſſimilare illa. Unde & ii qvidem liberi dicuntur eſſe & ſunt propter operationem ejus qvod in ipſis, & ejus qvod non in ipſis. In ſervilem autem alii vociferantur neceſſitatem, conſepelientes cum iis qvæ non ipſis qvod in ipſis, & omnia habentes non in ipſis.

L. Super omnia colophonem dubiorum nobis appoſuiſti. Interrogans enim ſi novit DEus futurum apud nos, ſive non novit? Et ſiqvidem non novit, nihil ipſum à nobis differre dicas, non ſcientibus neqve ipſis. Si autem novit, fore penitus hoc qvod novit, & ex neceſſitate. Hoc autem non τὸ in nobis perimit ſolum, ut utiqve videbitur, ſed & omne qvod dicitur contingens, & conſvevit etiam hoc ponentibus non omnia coacta eſſe, & eſt, ut eſt dicere, millies dictum, & complicant qvidem conjunctum omnes ita. Si novit DEus omne futurum, ex neceſſitate erit qvod futurum. Sed ii qvidem falſum eſſe ajunt, DEum determinate noſſe omne, ſed ajunt etiam ipſum indeterminari in fientibus indeterminate, ut ſalvent contingens. Alii autem determinatam cognitionem attribuentes DEo, admiſerunt neceſſitatem in omnibus qvæ fiunt. Peripateticorum & Stoicorum hæreſum ſunt hæc dogmata. Plato autem & qvicunqve huic amicus, & DEum determinate ſcire futura, & fieri contra ſecundum ipſorum naturam affirmant hæc qvidem determinate, hæc autem indeterminate. Eorum enim qvæ in effectis divi-

* Τὰς πολλὰς, vocat vulgus, qvibus οἱ σπεδαῖοι opponuntur.

diviſim & ſubcontrarie invicem ſunt, in Diis ſecundum melius ſolum eſt præacceptis.

LI. Dico autem, puta genitorum aut incorporeorum entium aut corporum, incorporaliter ſunt amborum cauſæ apud illos, & cognitio eodem modo incorporea. Et iterum intellectualium & non intellectualium entium, intellectualiter ambo apud DEos & ſecundum exiſtentiam & ſecundum ſcientiam. Cognoſcunt enim & qvæ non intellectualia, intellectualiter. Et rurſum eorum qvæ fiunt inde intemporalium aut temporalium, intemporalis locata eſt apud ipſos cauſaqve & cognitio. Qvare, qvoniam & determinata & indeterminata qvædam fiunt, ſecundum melius amborum, determinatam dico cognitionem horum amborum, determinatam dico cognitionem horum amborum præacceperunt. Adhuc autem, non qvale eſt cognoſcibile talis & cognitionis ſpecies, ſed qvale cognoſcens. Merito, neqve enim cognitio in cognoſcibili eſt, ſed in cognoſcente. Huic igitur ſimilis & conformis eſt in qvo eſt, non illi in qvo non eſt. Si igitur & cognoſcibile indeterminatum, ſed qvando determinatum eſt qvod cognoſcit, non propter cognitum indeterminata & cognitio, ſed propter cognoſcens, determinata. Etenim meliori modo eſt deterius cognoſcere, & deteriori modo melius.

LII. Qvare qvoniam Dii omnibus meliores, meliori modo omnia præacceperunt: & hæc qvæ qvidem ſunt, ante tempus qvidem qvæ ſecundum tempus, ut diximus: incorporee autem corporea, immaterialiter autem materialia, & determinate videlicet qvæ indeterminata, & ſtanter inſtabilia, & ingenerabiliter genita. Non igitur ſi cognoſcunt futurum, ex neceſſitate fixit huic eventum: ſed huic qvidem indeterminatam ex determinato generationem dans, Diis autem determinatam indeterminati præcognitionem. Neq; enim tua fictio † tympanis & cornis †† utens & materiis corporalibus, ſi tua præcognitione corporaliter erat: ſed illa qvidem incorporaliter phantaſia & vitaliter habuit futuri rationem: factum autem παράπηγμα id eſt fixio corporaliter confixa ex non tali intrinſeca cognitione. Si autem hæc in tua factione, qvid utiqve dices de Deorum præcognitione, apud qvam indicibile exiſtit & entis inenarrabile nobis & incircumſcriptibile, non tanqvam alius modus omnium περιοχῆς id eſt circumſidentiæ & nullatenus συγγενὴς congener iis qvæ ab ipſo fiunt.

Qvare

† *Fixio*, παράπηγμα, aſtrolabium. †† Fortaſſe *tornis*.

Qvare & cognoſcunt Dii divine & intemporaliter qvæ in nobis, & nos operamur ut apti nati ſumus. Et qvodcunqve eligimus, præcognitum eſt apud ipſos, non propter in nobis terminum, ſed propter eum qvi apud ipſos.

LIII. Hæc tibi, o amicum caput, de iis qvæ interrogaſti reſpondi, potens & per ſe oſtendere qvod eſt τὸ in nobis, à laudibus & vituperationibus, à conſiliis & à provocationibus aut dehortationibus, à judicatoriis & accuſationibus aut defenſionibus, à politica omni eruditione, à legislationibus, ab orationibus, à ſacerdotalibus viis, ab ipſa Philoſophia. Bene enim noſti & meum inſtitutorem * dicentem ſæpe, qvod τὸ in nobis interemtum, ſuperfluam pronunciat Philoſophiam. Qvid enim erudiet, nullo ente qvi erudiatur? Qvomodo autem erit aliqvid qvod erudiatur, non ente in nobis qvid fiamus meliores. Hæc igitur iterum atqve iterum reconſiderans, ſi aliqvid adhuc dubitas, nullatenus patiaris ** ſcribere. De qvibus enim utiqve & congruet nos facere ſermones, qvam de iis, in qvibus nullus utiqve nos nugacitatis accuſabit, facientibus diſputationes. Cum autem qvi ex ſuperbia cumulum & laqveum omnem qvi ex eodem illis exercito ajunt ſtultiloqvium, inclino tibi non adventitie mihi.

II. PROCLI Liber de decem dubitationibus circa Providentiam.

Περὶ τῶν δέκα πρὸς τὴν πρόνοιαν ἀπορημάτων, *de decem dubitationibus circa Providentiam, liber.* Meminit hujus ſcripti Joannes Philoponus libro 2. de Mundi æternitate adverſus Proclum cap. 5. αὐτὰ δὲ ταῦτα ἡμῖν ὁ Πρόκλος συνομολογῶν φαίνεται ἐν τῷ λόγῳ τῷ περὶ τῶν δέκα πρὸς τὴν Πρόνοιαν ἀπορημάτων. λέγει γὰρ ἐν ἐκείνῳ ταῦτα. Τῆς δὴ ἓν προνόιας ὡς εἴρηται κ. τ. λ. qvæ ex illo profert, leguntur in hoc libro pagina ſtatim ſecunda & tertia. Exſtat latine ex ejusdem *Guilelmi de Morbeka* verſione in Bibliotheca hujus Urbis Hamburgenſis ex legato præſtantiſſimi Holſtenii, in eodem Codice è qvo librum ad Theodorum Mechanicum ex ejusdem Gvilelmi verſione exhibui. Gvilelmus, Corinthi Archiepiſcopus dicitur hanc verſionem abſolviſſe Corinthi A. C. 1280. qvarto die Februarii. Ἀπορήματα illa ſunt

* Syrianum. ** te pigeat.

sunt hæ decem circa Providentiam qvæstiones, qvas proponit primum deinde suo more ad Platonis fere mentem resolvit atqve explicat.

1. Num providentia ad omnia & singula pertingat, sive ut Gvilelmi interpretis verbis utar, *si Providentia est omnium, totorum, partium, & usque ad individuissima cœlorum & eorum quæ sub cœlo, æternorum & corruptibilium.* Hoc affirmat Proclus, atqve unumqvodqve singularium è rebus etiam minimis ab unius Optimi Maximi Numinis bonifica ut appellat Providentia dependere contendit. *Nihil enim effugit illud unum, sive in esse dicas, sive in cognosci. Et dicitur quidem, & recte dicitur, & in centro totus circulus esse centraliter, siquidem causa centrum, causatum autem circulus, & in unitate omnis numerus monadice propter eandem rationem. In Providentiæ autem uno majori modo omnia sunt, siquidem & unum majori modo illud quam centrum & monas.*

2. Qvomodo contingentia præsciat DEus iisqve provideat? Respondet Proclus DEum pro perfectissima natura sua cognoscere in spermatibus suis & causis indeterminata determinate, sicut & incorporaliter & indistanter distantia & corporata. Qvam in rem plura disputavit libro ad Theodorum Mechanicum cap. 50. seq.

3. Num & determinatorum & indeterminatorum sit causa Providentia secundum idem & eodem modo? Respondet Proclus providere nihil aliud esse qvam benefacere, hinc pro suo qvæqve modulo & ordine participare de uno illo bono, ut & ipsi unitas, & indeterminatis libertas constet. In eodem capite probat providere DEum contingentibus etiam & indeterminatis, ne illa sint velut superadventitia in universo. *Si itaque & volunt* (utpote autores) *providere determinate indeterminatis, & possunt Dii, omnino utique & providentes cognoscunt provisorum dignitatem. Et Dii quidem exaltatim & ad omnia sui ipsorum extendentes providentiam, dæmones autem partientes illorum superexistentiam, hi quidem aliorum gregalitatem acceperunt, hi autem aliorum, ut ait ille, in ultimam consummantes partitionem, ut hi quidem hominum sint, hi autem leonum, alii autem aliorum animalium, aut plantarum præsides, & adhuc partialius, hi quidem oculi, hi autem cordis, hi vero hepatis. Omnia autem sunt plena Diis, his quidem & his immediate providentibus, his autem per medios Dæmones, ut dictum est: non illis omnibus adesse non potentibus, sed ultimis per se participare primis non potentibus.*

4. Qvo-

4. Qvomodo Deorum participationes fiant, sive qvomodo Dii providentes in inferiora operentur? Respondet Proclus, pro participantium idoneitate, *rationaliter in rationalibus, intellectualiter in intellectualibus, phantastice & sensibiliter in iis quæ secundum phantasiam aut sensum vivunt: essentialiter autem & per esse solum in his quæ sine vita, esse obtinent. - - Igitur & providentia supra entia omnia secundum ipsam divinam unionem locata, & operante unam operationem uni convenientem omne accedens participat, & ita ut aptum natum est.* De oraculorum defectu ita disserit, ut operatione DEi manente semper eadem, loca vel homines inidonei sint ad eam participandam, velut si facie aliqva stante, speculum ejus imaginem jam fulgidum suscipiat, jam obscurius vel debilem vel plane nullam reddat. *Sive igitur dicat quis chresteria quandoque quidem divinativis participare Diis, quandoque autem deficere inefficacia facta, & velut ἄπνοα i. e. sine spiritu secundum quoddam tempus, in hoc reducendum causas irregularitatis, indeficientibus spiritibus utentibus & operantibus in potentia participare ipsis semper. Nam veracia chresteria, quæ apparentibus complent Angelique & Dæmones, & Heroës, in quos illustrant Dii & semper entes in universo sortes, quamvis aquæ aliquæ & hiatus terræ non semper participare illis possint propter sui ipsorum instabilem naturam: sive rituum virtutes, ἀγάλματα sive imagines introeuntes quandoque & viventia facientes & replentes Divina inspiratione, deficiunt in quibusdam periodis. Et horum defectum æstimo remittere convenit ad suscipientia, & non ad variationem operationis Deorum inspirantium ipsi. Neque enim lunæ deficientis solem causare audemus, sed incidentiam ipsius in conum.*

5. Unde & cur malum, cum sit Providentia? Respondet Proclus duo haberi malorum genera, unum in corporibus, præter naturam: in animabus, contra rationem. Neutro autem regnum providentiæ (ut verbo interpretis utar) molestari, sed malo huic finem esse bonum, & universi varietatem ac perfectionem: Nam omne qvod præter naturam, fieri ut aliqvid fiat eorum qvæ secundum naturam, sed non viciſſim. Atqve inter spiritus perfectiores & brutas animantes debuisse qvoqve medias interpositas esse animas, ratione simul & ira atqve concupiscentia præditas, & libertate arbitrii gaudentes.

6. Si Providentia est, cur bonis viris mala fiant, mali triumphent? Respondet, bonis tamen non deesse virtutem, virtutisqve materiam: atqve singularem illis in laudem cedere, qvod virtu-

tem nudam colere malint qvam *malitiam cum omnibus suis abundantiis.* Malum non esse irritamentis carere malorum, & adversa fortunæ qvosdam etiam expetisse, sapientes fortiter semper tulisse. Neqve æqvum esse ut iidem omni simul genere bonorum abundent. *Oportet quandam experientiam etiam malorum eorum quæ hic ipsis inesse, à quibus provocatæ animæ appetant eam quæ hinc translationem ad illum qui extra mala locum.* Multos per adversa ad majorem virtutem adductos esse, deniqve sola esse mala qvæ ipsi committimus non qvæ patimur. Inglorios malos omnes & inhonoratos, qvamvis myrii adulatorum ipsos circumstent. Ad qvæstionem qvam huic adjungit, cur inæqvalibus æqvalia à Providentia existant secundum Arithmeticam (non Geometricam) æqvalitatem, velut Civitate tota pereunte ut similis sit interitus hominum dissimillimorum, bonorum malorumqve. Respondet, *primo quidem quod non secundum quod dissimiles sunt, hoc simile patiuntur, sed secundum quod similes civitatem eandem si forte inhabitare volentes, & navem eandem intrare, & commilitare cum invicem, & si quid aliud ejusdem cum iis speciei, & sic secundum ipsius actionem idem aliquid passi sunt. Sed secundum quod meliores & deteriores, diversam habent communis passionis illationem, siquidem ii impatientes, ii autem mansuete ferentes perierunt. Et post separationem, hos quidem meliorum locus suscipit, hos autem qui deteriorum.* Addit deinde esse qvendam ordinem & fati communis periodum à diversis principiis in eundem finem obviantem, & concursum processuum, ubi compati coguntur imprincipaliores partes ex necessitate. Latere etiam nos veras animarum æqvalitates.

7. Si Providentia etiam ad infima se demittit, unde tanta sortis inbrutis animantibus inæqvalitas, mutuæ devorationes & similia? Respondet, si in illis sit aliqvid αὐτοκίνητον, causam altius qværendam: si vero corporea tantum sint, nihil referre si idem patiantur cum umbra omnimode transfigurata, atqve fato subjecta sint.

8. Qvare pœnæ post peccata non statim subseqvantur, sed infligantur post tempus demum, & hoc interdum valde longum? Respondet, *inserta nequitiæ radix, (sicut spinas ferens terra, etsi millesies excidas nascentes, similium est productiva) easdem reddit operationes non flexa punitionibus.* Igitur Providentia, congruens tempus non qvale placet homuncionibus, sed qvale ad sanationem animarum novit proficere, expectat, ac tolerando plures erudit. *Cum Diis enim, ait ille, fortunam & tempus omnia gubernare, sive dare aliquid bonorum oporteat, sive purgare eontra.*

trariorum. Deinde vitium sibi ipsi pœna & λώβη animi gravissima. Non bonus pœnarum dispensator ira præceps. Plato servum verberaturus flagellum aliqvo tempore sublime tenere visus est, causamqve interrogatus dixit punire se sui ipsius præimpetuantem iram. Archytas ad servos in agro qvi jussa non fecerant pœnamq; exspectabant, bene valete, inqvit, qvia irascor. Et Theano ad servam: si non essem irata, verberarem utiqve te. Apud Ægyptios Lex erat, prægnantem, judicatatam morte dignam donec utiqve pepererit, non morti tradere. Qvid mirum Providentiam, delinqventes morte digna, potentes autem parere non qvasdamcunqve actiones, sed egregias, conservare ad illas &c. Si Themistocles pro iis qvæ egerat juvenis, confestim solvisset pœnam, qvis eruisset Athenas à Persicis malis? Qvis etiam fuisset Πυθίας expositor? Si Dionysius in principio periisset tyrannidis, qvis Siciliam à Chalcedonensibus liberasset, insuscitabilem fore exspectatam? Si Periander punitus fuisset non post multum aliqvod tempus, qvis utiqve Apolloniam, qvis etiam amœnam * Leucadiorum insulam, qvis etiam Anaxorium eripuisset à sibi adversantibus? - - Qvid qvod tempus illud pœnarum dilatarum longum videtur nobis tenuiter intuentibus, sed ad Providentiæ oculum nihil est, uti vicissim *iste locus in quo vivimus corpora circumferentes, parvus omnino ad magnorum peccatorum punitionem: τίσεως autem carceres, & quæ in inferno loca, multa utique quædam & inenarrabilia, & multitudines tormentorum inexcesibiles omnibus qui qualitercunque ibi sunt. -- Propter magnitudinem punitionis non simul tota fit adjectio. Excitare autem remorsiones, animæ ingeniatæ sunt, præcursales ipsis maximarum passionum. Ajunt enim & Apollodorum tyrannum visionem vidisse, verberatum seipsum & decoctum à qualibus quibusdam, & sui ipsius cor ex lebete clamans, ego tibi horum causa. Ptolemæi autem Cerauni vocantis amicos putare seipsum in somnis vocari ad judicium à Seleuco, vultures autem ibi considere & lupos judices. Talia malignis præludia appensarum punitionum.*

9. Qvomodo peccata aliena, parentum puta vel superiorum puniantur in liberis ac subjectis? *Quod autem peccatorum progenitorum δίκας sustinere dicuntur quidam, & revelationes & τελεταὶ manifestant hoc, & etiam λύσιοι quidam Dii purgare ab iis affirmantur.* Respondet gentem sive familiam, & Civitatem pro uno qvodam corpore haberi, esseqve illi suum præsidem πολιοῦχον atqve ἐμόγνιον, adeoqve non alie-

* χαρίεσσαν, interpres reddit *gaudiosam.*

na esse talia peccata propter illam conjunctionem atqve similitudinem. *Quid igitur adhuc inopinabile & vindictas solvere animas translatas in altera corpora pro iis quæ in aliis corporibus?*

10. Providentia unius DEI laudatissima cognoscente omnia & in bonum reducente, qvomodo & Angeli providere dicuntur, & dæmones, atqve si velis & Heroës & animæ cum Diis mundum condispensantes? Respondet, providere DEum universaliter ac totaliter omnibus, ut unum & bonum, cæteros partialiter, subordinate, & qvibusdam.

III. Liber Procli de malorum subsistentia.

Περὶ τῆς τῶν κακῶν ὑποστάσεως μονόβιβλον, *de malorum subsistentia*, liber singularis, cujus mentionem reperit Holstenius in Scholio marginali Græco Codicis Medicei ad Proclum in Remp. Platonis, pag. 358. ad verba v. 9. à fine, εἴρηται μὲν ἤδη διὰ πλειόνων ἐν ἄλλοις περὶ τούτων. Scholion ita se habet: Τὸ μὲν ἐν τῷ περὶ τῆς τῶν κακῶν ὑποστάσεως μονοβίβλῳ, τὸ δὲ ἐν τοῖς εἰς τὸν λόγον τῆς Διοτίμας περὶ τῆς τῶν κακῶν ὑποστάσεως. Exstat & hic liber Latine ex *Guil. de Morbeka* versione, atqve hæc capita ex Platonis maxime sententia persequitur, 1) an sit malum, 2) si sit, utrum in intellectualibus? 3) si in sensibilibus, num secundum causam principalem. 4) si non sit secundum causam principalem, an substantia aliqva * ipsi danda, an penitus ponendum ἀνάσιον & ἀνυπόστατον. 5) Et, si est hoc, qvomodo subsistit, principio altero existente, & unde incipit & usqve qvo procedit? Et adhuc 6) qvomodo Providentia existente est malum & unde est? *Si non solum instituit bonorum naturam Pater, sed & vult nihil esse usquam malum, qua μηχανῇ vel arte subsistit malum quod Conditor subsistere non voluit? Non enim alia quidem ipsum velle, facere autem alia licitum, sed velle & facere in divinis simul sunt & conjuncta: quare non solum involitum DEO malum sed & ἀνυπόστατον, non tantum illo non faciente (nam hoc ne quidem fas cogitare) sed nec esse faciente.* Respondet, malum Physicum hoc est corruptivum cujusqve substantiæ, potentiæ, operationis non esse malum sed bonum, qvia propter bonum & qvia ex corruptione generatio, qva constat Mundus, & universi ordo ornatur. Non dari autem malum ἄκρατον & αὐτοκακόν, æternamve ideam

* Malum ἀμενηνότερον *instabilius non ente* pronunciatur in oraculo Chaldaico apud Proclum.

ideam & εἶδος mali, ac ſubſtantiam, ſed morale etiam malum eſſe bono mixtum atqve ut bonum, à DEo, ut malum ab alia cauſa impotente: nihil enim eſſe malum hoc niſi minorem majoremve declinationem, receſſum, defectum & privationem ab ἀυταγαθῷ, & tantum bono, velut tenebras à Sole. Eſſe debilitatem & abſentiam potentiæ in operando, non potentiam: partialibus malum, Univerſo non malum.

II. Malum nec in Diis nec intriplici ἡγεμονέια meliorum generum, hoc eſt nec in Angelis, (*quomodo enim Deorum nuncios & elucidatores vocabimus, ſi malum qualitercunque in ipſis?* qvi imaginem illorum gerunt & in προθύροις verſantes de bonitate ipſorum participant) nec in Dæmonibus nec in Heroibus. *Aut præter naturam ipſius faciet DEus, mala generans, aut omne ſubſiſtens inde erit boniforme, & ἔκγονον manentis in ipſo bonitatis. Sed neque ignis, ajunt, infrigidare, neque boni, malum à ſeipſo producere. Duorum igitur altenum, aut neque eſſe malum dicendum malum, ſi deitus: aut eſſe, & non deitus eſſe.* Contra eos qvi in dæmonibus malum πρώτως eſſe docebant, ita diſſerit: *Sunt aliqui qui & paſſiones dæmonibus tribuunt, alii ſecundum naturam, quando mortes ipſorum & generationes alias & alias tragœdizant: alii ex electione ſolum, quando nequam quosdam & malos nominant dæmones, quos & animas inquinare & ducere ad materiam, & eum qui ſub terra locus, ab itinere in cœlum detrahentes. - - Hos rogare oportet, utrum dæmones quos malos eſſe dicitis, & ſibi ipſis eſſe dicitis tales aut non ſibi ſed aliis? Nam ſi ſibi ipſis mali, duorum alterum, aut manent in malo, ſempiterno tempore, aut transmutationis ſunt ſuſceptivi. Et ſiquidem ſemper mali, quomodo quod ex Diis ſubſiſtit, ſemper malum? Melius enim non eſſe omnino quam ſemper male eſſe. Si autem transmutantur, non ſunt ſubſtantia mali ſed habitudine, in quibus melius & deterius & vitæ alia ſpecies. Dæmones autem ſemper omnes in dæmonum ratione, & in ſuo ordine ſinguli. Si autem ſibi ipſis quidem boni, aliis autem mali quos ad deterius ducunt, ſimile ac ſi quis doctores vocaret nequam, & pædagogos quosdam qui caſtigatores peccatorum ordinati non permittunt perſequentibus fluctuoſe meliorem ordinem pro conveniente ipſis. Aut ſiquis ipſos ante ſacra ſtantes & inquinatum detinentes extra περίβολην, id eſt cortinas, malos nominaret, quia participatione interiorum prohibent. Erat igitur malum non extra manere dignis, ſed eſſe talis ordinis & tali prohibitione dignum. Si igitur & ex dæmonibus in Mundo alii ſurſum ducunt animas, alii nondum valentes aſcendere cuſtodiunt in ſui ipſorum moribus, neutros utique merito dicemus malos, ne-*

que

que illos separantes, neque hos detinentes. Oportebat enim esse & hos qui inquinatum & progressu in cœlum indignum, in eo qui circa terram loco coercentes habent. Non ergo malum neque in iis ratio adinvenire videtur, secundum enim ipsorum naturam singuli faciunt quæ faciunt, & semper eodem modo. Hoc autem non malum.

III. In Animabus malum debilitas non semper & unice adhærendi melioribus vero & bono: descensus inde ad deteriora & oblivio, atqve in corpore versantibus inclinatio κακεργέτις, & à ratione dissidium. Sunt qvibus τὸ πρώτως κακὸν & αὐτοκακὸν Materia: & Animabus debilitas per casum in materiam. Sed negat hoc Proclus, & esse etiam ex DEo corpus & materiam, ambo DEi gennemata profitetur: Materiam τὸ πρῶτον ἀόριστον, substantialemqve infinitatem perinde ut corpus mixtum, à DEo, una causa dependere: Animas vero peccasse anteqvam in materiam detruderentur. Non esse duo principia: Materiam nec bonum esse nec malum, sed necessarium & ab ἀυταγαθῷ, imo gradu distans.

IV. Bonorum causa una, æterna, determinata, universalis, factiva DEus: malorum causæ multiplices & infinitæ aliæ animabus aliæ corporibus, fluctuosæ, indeterminatæ, inordinatæ & singulares, naturam animarum & corporum ex necessitate circumambientes, ex impotentia incommensuratione ἀσκόπῳ, inharmonizatione & debilitate, deteriorisqve victoria. Bona habent hypostasin, mala parhypostasin. Bonum species, malum sine specie ac velut privatio.

V. Malum habet agere & posse à contrario bono, qvod debile & inefficax propter mixturam mali fit, & malum efficaciam & operationem transsortitur propter boni præsentiam, in uno enim ambo. Sic in corporibus qvod præter naturam est, debilitat id qvod secundum naturam, latitante natura ad operandum, & ordine (in qvo bonum) soluto. Sic in animabus malum qvando vincit bonum, utitur illius potentia ad suum, scilicet ea qvæ rationis, & inventionibus ad concupiscentias; & tradunt invicem ex sui ipsorum natura, hoc qvidem de potentia, hoc autem de debilitate: qvoniam secundum se, malum neqve agere natum est neqve posse: omnis enim potentia bonum, & omnis operatio extensio potentiæ est. Qvod & Plato sciens, injustitiam ipsam secundum se & debilem & inactivam esse ait: justitiæ autem præsentia & potentiam habere &

ad

ad agere duci non manentem in ſui ipſius natura: neqve in ἀζωΐα privatio ſolum, qvoniam & præjacens ipſum vitale ens dat & malo vitæ participationem. Vita autem omnis potentia ſecundum ſe, in potentia autem aliena factum malum, contrarium eſt bono ſui ipſius potentia ad adverſari utens: & magis qvidem potentia inexiſtente majores operationes & opera mali, minus autem minores. Jam & in corporibus naturæ potentiis ſimul & qvæ in ipſis deſinit præter naturam operatio, & hæc eo qvod præter naturam, tunc magis exiſtente ſoluto omniqvaqve ordine. Qvare & in animabus majora qvidem à minori malitia, minora autem à majori opera: ſolificata enim à contrario, ſecundum turpe qvidem ipſius & informe augetur, ſecundum virtutem autem & operationem minorata debilis ſimul & inefficax eſt. Non enim ab ipſa potentia, ut utiqve & augmentata etiam potentia ad majus tranſitio eſſet: ſed ex præſentia contrarii, puta ſi & caliditatis potentia utatur ad ſui ipſius opus frigiditas vincens & ſubjacens illius potentiam. Deficiente igitur contraria natura & eo qvod magis defectu ad privationem habet τὸ magis, ea autem qvæ virtutis ſubmiſſione ad facere eſt debilior, malum qvidem eſt magis, agit autem minus.

VI. Et qvomodo potentia eſſet ens malum, ſi omnis potentiæ opus ſalvare ipſam in qvo eſt, malum autem diſſipat unumqvodqve cujus eſt malum. Eſt ergo malum inefficax & impotens ſecundum ſe, ſi autem, & involuntarium eſt ut ait ille, & involitum erit utiqve: & ſic primisſimæ trinitatis boni privatio, voluntatis, potentiæ, operationis. Bonum qvidem enim & volitum eſt, & potens & efficax ſecundum ipſius naturam: malum autem involitum & debile & inefficax. Neqve enim volitum ulli qvod ejus corruptivum, neqve potentiæ qvod poteſt ipſa corrumpere, neqve operationis τὸ non ſecundum potentiam habere hypoſtaſin ipſius. Sed ſicut mala appetunt ut apparentia ipſis bona, & eſt malum iis apparens, volitum propter mixturam boni tale dicimus: ſic utiqve & potentia in malo & factio eſt apparenter, qvia non ſecundum ſe neqve qva malum, ſed extrinſecus, cui & παρυφέστηκε id eſt juxta extitit, & ad qvod dicitur malum. Hoc ergo & mihi videtur & qvi in Theæteto Socrates oſtendens potentibus aliqvaliter aſſeqvi ipſa, ne-

qve privationem neqve contrarium bono malum dicere, neqve enim privatio facere aliqvid potens, aut totaliter potens: neqve contrarium qvod ſecundum ſe, neqve potentiam neqve operationem habet: ſed ſic aliqvaliter ſubcontrarium ipſum nominare, qvod ſecundum ſe qvidem eſt privatio, qvia autem non omnino perfecta eſt privatio, ſed ſimiliter cum habitu transſumens de potentia, inde & de operari in contrariationis partem conſtituitur, & neqve privatio eſt perfecta, neqve contrarium ſed ſubcontrarium bono.

VII. Tria hæc qvæ debilitari poſſunt, & in qvibus eſt malum, anima particularis, animæ idolum (in animalibus) & corpus. Corpori, *præter naturam eſſe*: animæ idolo, *præter rationem eſſe*: animæ, *præter intellectum eſſe*. Secundum rationem vitæ defectus, *ægritudo*: at ignorantia & intellectus privatio, *turpitudo*, ſive circa διάνοιαν ſive circa opinionem, hoc eſt jam ſcientiæ jam artis inopia. Turpe autem & ægritudo aliter qvidem in cognitionibus, aliter autem in impetibus. Etenim appetitus non ſecundum rationem, & ſenſuum autem multi & phantaſiæ præcipites, qvibus qvidem vita in actione appetitibus contrariantibus: qvibus autem in ſpeculationibus phantaſia præterincidente & purum ipſarum & immateriale auferente. Inde phantaſiæ inconvenientes aut conſenſus mali & electiones turpes, aut extra & in actionibus variis aut ſecundum iram aut ſecundum concupiſcentiam factis. Et τὸ præter naturam duplex: Eſt enim *turpitudo*, qvæ in corpore præter naturam, ſpeciei enim ut in monſtris, eſt hoc debilitas & defectus. Et *ægritudo* ejus, eo qvi in ipſo ordine & commenſuratione ſoluta, ut in corruptione, morbo, dolore.

VIII. Multis malum meditatum qvidem & intra animam manens occultatur & bonificatur ut turpe & inconveniens. Actum autem qvale eſt, evidens fit: manifeſtatur autem pœnitentia & animæ conſcientia, velut ipſa exprobrante ſibi actum. Qvoniam & Medicorum artes ulcerum aperturis ad evidens ducentes paſſionem & intus occultatam cauſam facientem ægritudinem, imaginem exhibent providentiæ operum, & factionibus turpibus & paſſionibus admittentis, ut utiqve immutata ab eo qvi in ipſis conceptu & ſub cauſato & inflato malis habitu principium periodi & vitæ ſumant melioris. Qvæcunqve autem intus ſunt paſſiones ipſius, ipſum malignantis bonum habent, ſecundum qvod ſemper ad proprium ducunt animam,

mam, cujus electiones in ipsis habent δίκην, ita qvæ in animabus lex ducit unamqvamqve ad suum, & eam qvæ ex Providentia dignitatem.

IX. Non potest esse malum, si non contrarium cogitetur malum, qvoniam boni gratia omnia & ipsum malum: sed omnia gratia boni. DEUS incausativus (ἀναίτιος) malorum, nusqvam enim malum (qva malum) inde, sed ex aliis causis & qvibus generare non secundum potentiam, sed propter debilitatem existere dictum est. Propter qvod mihi videtur Plato circa Regem omnium omnia ponens & illius gratia omnia, & qvæcunqve non bona, phantasiata enim ut bona, & hæc entium sunt similiter bonorum, omnium causam illud appellare & non semel omnium, (neqve enim malorum, sed & horum incausativum) & omnis entis causam, etenim horum tanqvam entium, & qva bonum unumqvodqve. Si itaqve hæc recte dicimus, & omnia utiqve ex Providentia erunt, & malum habebit locum in entibns. Qvare & faciunt Dii malum sed tanqvam bonum: & cognoscunt ut omnium unialem habentes cognitionem, impartibiliter qvidem partibilium, boniformiter autem malorum, unialiter autem multitudinis. Alia enim animæ cognitio, & alia intellectualis naturæ, alia Deorum ipsorum: hic qvidem αὐτοκίνητος sive ex se mobilis, hic autem æternalis cognitio, hic autem indivisibilis & unialis ipso uno omnia & cognoscens & producens.

Hactenus excerpta ex Procli libro inedito de mali subsistentia.

IV. Procli Hymni.

Complures olim à Proclo concinnati fuerunt Hymni, qvibus Barbarorum pariter & Græcorum Numina celebraverat, veluti qvidam non municipalium sacrorum sed ingentis omnium Deorum templi, Mundi hierophantes, ut narrat Marinus in Procli Vita c. 19. Verum soli ex illis ætatem tulerunt *hymni quatuor*, qvorum primus est in Solem, secundus & tertius in Venerem, (qvi afferuntur etiam à Johanne Stobæo sive Stobensi tit. 63. florilegii, pag. 249. edit. Grotianæ) & qvartus in Musas. Hi elegantissimi hymni Græce subjecti sunt Hymnis Orphei sive Onomacriti editionis Aldinæ A. 1517. 8. Græce & Latine sed minus emendati & cum versione inepta leguntur

in Jacobi Lectii corpore Poëtarum Græcorum Heroicorum pag. 737. Coloniæ Allobrogum 1606. fol. Novissime separato folio illos ut publicis Lectionibus illustraret, excudi curavit D. Godfridus Olearius ὁ μακαρίτης Lipsiæ 1700. 8. addita hymnis in Solem & Musas sua, cæteris Metaphrasi Hugonis Grotii. Istud folium fugitivum qvoniam paucis visum facile se potest qværentium oculis subducere, hoc in loco Lectore ut spero haud refragante integrum inserendum duxi. Cæterum ratio fugit Lilium Gyraldum, cum hymnos istos tribuit non Proclo nostro Lycio, sed Hierophantæ cuidam Laodicensi hujus nominis, cujus aliorum scriptorum Svidas mentionem facit, nullam hymnorum. Neqve Joanni Keplero facile aurem præbuerim, qvi lib. V. cap. 10. Harmoniæ Mundi, hymnum Procli in Solem, qvem ad

ΠΡΟΚΛΟΥ ΛΥΚΙΟΥ ΥΜΝΟΙ.

Εἰς τὸν ἥλιον.

Κλῦθι * πυρὸς νοερῷ βασιλεῦ, Χρυσήνιε τιτάν.
Κλῦθι φάος ταμία, ζωαρκέος ὦ ἄνα πηγῆς
Αὐτὸς ἔχων κληῖδα, καὶ ὑλαίοις ἐνὶ κόσμοις
Ὑψόθεν ἁρμονίης ῥύμα πλέσιον ἐξοχετεύων.
Κέκλυθι, μεσατίην γὰρ ἐὼν ὑπὲρ αἰθέρος ἕδρην,
Καὶ κόσμῳ κραδιαῖον ἔχων ἐρεφεγγέα κύκλον,
Πάντα τεῆς ἐπλησας ἐγερσινόου προνοίης.
Ζωσάμενοι δὲ πλανῆτες ἀειθαλέας σέο πυρσὸς
Ἀιὲν ὑπ' ἀλλήκτοισι καὶ ἀκαμάτοισι χορείαις.
Ζωογόνους πέμπουσιν ἐπιχθονίοις ῥαθάμιγγας.
Πᾶσα δ' ὑφ' ὑμετέρῃσι παλινόστοισι διφρείαις
Ὡράων, κατὰ θεσμὸν, ἀνεβλάστησε γενέθλη.
Στοιχείων δ' ὀρυμαγδὸς ἐπ' ἀλλήλοισιν ἰόντων
Παύσατο, σεῖο φανέντος, ἀπ' ἀρχήτου γενετῆρος.
Σόι δ' ὕπο μοιράων χορὸς εἵκαθεν ἀσυφέλικτος,
Ἀψ δὲ μεταστρωφῶσιν ἀναγκαίης λίνον ἄτης
Εὖτε θέλεις, πέρι γὰρ κρατέεις, πέρι δ' ἴφι ἀνάσσεις.
Σειρῆς δ' ὑμετέρης βασιλεὺς θεοπειθέος ὄιμης
Ἐξέθορεν φοίβος, κιθάρῃ δ' ὑπο θέσκελα μέλπων.

20. Ἐυ-

* Qvomodo stellæ & singillatim Sol exaudiat preces, disputat Plotinus IV. 4. pag. 423. & 435. seq.

ad CHriſtum applicat pie magis qvam ex Procli ſententia, pag. 246. conjicit fuiſſe partem μητρωακῆς βίβλε, de qva infra inter ſcripta hujus Philoſophi deperdita. Porro inter DEos à Proclo hymnis celebratos apud Marinum cap. 19. referuntur etiam Marnas Gazæus, Æſculapius Leontuchus Aſcalonita, & Iſis qvæ colitur Philis Ægyptiis, & Arabum Theandrites, qvaſi maſculum DEum dixeris, ita enim legendum pro θυανδρίτης, obſervavi è Damaſcio apud Photium pag. 565. qvi eum deſcribit ἀρρενωπὸν ὄντα θεὸν καὶ τὸν ἄθυλυν (lege ἄθηλυν) βίον ἐμπνέοντα ταῖς ψυχαῖς. Sic θῆλυν βίον pro vita effœminata dixit Philo lib. de profugis pag. 366. περὶ ἃ πονούμεθα οἱ τὸν ἄνανδρον καὶ θῆλυν ὄντως βίον μεταδιώκοντες. Verſum Procli ex ejus hymno ut opinor in Bacchum affert Olympiodorus in vita Platonis p. 584.

PROCLI Philoſophi HYMNI.

1. IN SOLEM, Godfrido Oleario interprete.

AUdi cœleſtis Flammæ Rex, auree Titan,
Arbiter & lucis, fontis Rex inclyte vitæ
Clavem ſolus habens, in ſenſibiles qvoqve mundos
Ex alto harmoniæ derivans flumina læta.
Audi, nam mediam ſuperas ſedem ætheris, & te
Interiora tenent mundi, ac pulcherrimus orbis:
Sicqve imples animante animos ipſe omnia curâ.
Igne planetarum tuus o Rex paſcitur * ignis,
Qvi nunqvam feſſi ductis ſine fine choreis
Vivificum terris dimittunt undiqve rorem.
Veſtris perpetuo repetitis motibus omnis
Æternas juxta leges hic naſcitur Hora.
Dedidicere ſuos adverſa elementa tumultus
Te ſimulac natum Arcano genitore viderent.
Parcarum obſeqvio regis implacabile numen,
Si jubeas, ſubito fatalia fila revolvunt.
Namqve tuum imperium eſt, tu nutu cuncta gubernas.
Ex ſerie æterna pellacis carminis autor
Proſiliit Phœbus, divinaqve carmina cantans

* Cum Nobiliſſ. Doblero malim *cingitur*.

Ἐυνάζει μέγα κῦμα βαρυφλοίσβοιο γενέθλης.
Σῆς δ' ἄπο μειλιχόδωρ' ἀλεξικάκε θιασείης
Παιήων βλάσησεν, ἐὴν δ' ἐπέταασεν ὑγείην.
Πλήσας ἁρμονίης παναπήμον' εὐρέα κόσμον,
Σὲ κλυτὸν ὑμνείουσι Διωνύσοιο τοκῆα.
Ὕλης δ' αὖ νεάτοις ἐνὶ βένθεσιν, ἔνιον Ἄτην,
Ἄλλοι δ' ἀβρὸν Ἄδωνιν ἐπευφήμισαν ἀοιδαῖς.
Δειμαίνουσι δὲ σεῖο θοῆς μάστιγ' ἀπειλὴν
Δαίμονες, ἀνθρώπων δηλήμονες, ἀγελόθυμοι,
Ψυχαῖς ἡμετέραις δυεραῖς κακὰ πορσύνοντες,
ὅφρ' αἰεὶ κατὰ λαῖτμα βαρυσμαράγε βιότοιο
Σώματ' ὀτλεύωσιν ὑπὸ ζυγόδεσμα ποθῆντες,
Ὑψιτενὲς δὲ λάθοιντο πατρὸς πολυφεγγέ' αὐλῆς.
Ἀλλὰ θεῶν ἄρεσε, πυρισφὲς, ὄλβιε δαῖμον,
Εἰκὼν παγγενέταο θεοῦ, ψυχῶν ἀναγωγεῦ,
Κέκλυθι, καί με κάθηρον ἁμαρτάδ' αἰὲν ἀπάσης,
Δέχνυσο δ' ἱκεσίην πολυδάκρυον. ἐκ δὲ μελυγρῶν
Ῥύεο κηλίδων, ποινῶν δ' ἀπάνευθε φυλάσσοις,
Πρηΰνων θοὸν ὄμμα Δίκης ἢ πάντα δέδορκεν.
Αἰεὶ δ' ὑμετέρησιν ἀλεξικάκοισιν ἀγωγαῖς
Ψυχῇ μὲν, φάος ἁγνὸν ἐμῇ πολύολβον ὀπάζοις
Ἀχλὺν ἀποσκεδάσας ὀλεσίμβροτον ἰολόχευτον.
Σώματι δ', Ἀρτεμίην τε καὶ ἀγλαόδωρον ὑγείην.
Εὐκλείης τ' ἐπίβησον ἐμὲ, προγόνων τ' ἐνὶ θεσμοῖς
Μυσάων ἐρασιπλοκάμων δώροισι μελοίμην.
Ὄλβον δ' ἀσυφέλικτον ἀπ' εὐσεβίης ἐρατεινῆς
Εἶκε θέλεις δὸς ἄναξ, δύνασαι δὲ ἅπαντα τελέσσαι
Ῥηϊδίως, κρατερὴν γὰρ ἔχεις καὶ ἀπείρητον ἀλκήν.
Εἰ δέτι μοιρηδίοισιν ἐλιξοπόροισιν ἀτρέκτοις
Ἀσεροδινήτοις ὑπὸ νήμασιν ἠλοὸν ἄμμιν
Ἕρχεται, αὐτὸς ἔρυκε τεῇ μεγάλῃ τόδε ῥιπῇ.

Εἰς τὰς Μούσας.

Ὑμνέομεν, μερόπων ἀναγώγιον ὑμνέομεν φῶς,
Ἐννέα θυγατέρας μεγάλου Διὸς ἀγλαοφώνους,
Αἳ ψυχὰς, κατὰ βένθ' ἁλωομένας βιότοιο,
Ἀχράντοις τελετῆσιν ἐγερσινόων ἀπὸ βίβλων

5 Γη-

Condidit indigesta prius primordia rerum.
Tripudia alme tua ast, gravium averrunca malorum,
Pæanem pariunt, cunctis parat ille salutem.
Harmonia orbem implens cunctorum experte malorum,
Te magnum Bacchi Patrem celebrare solemus.
Te Aten materiæ profundis Eviam abysis,
Rursum alius tenerum te carmine dicit Adonin.
Te vero metuunt tua si qvid flagra minentur
Invisi nobis genii semperqve feroces,
Qvi miseris moliri animis mala millia norunt:
Ut raucos inter fluctus vitæ atqve tumultus
Corporea æternum teneant hos vincla, volentes,
Atria ne videant celsi præfulgida Patris.
Sed tu magne DEus, radians, ditissime Dæmon,
Icon communis rerum patris, atqve animarum.
Dux, audi, atqve omni miserum me crimine purga.
Accipe cum lachrymis gemitus, tu vulnera nostra
Fœda cruore atro sana, pœnasqve remitte
Justitiæ placans oculum qvo cuncta pererrat.
Legeqve nos ducens mala qvæ procul omnia pellit,
Da lumen menti purum, da, qvæso, beatum,
Noctem pestiferam pellens, matremqve veneni:
Corpori at, integram, qvæ dat bona cuncta salutem.
Da famam; tibi qvo prisca pietate Parentum
Cincinnatarum Musarum dona feramus.
Divitias stabiles, fructum pietatis amœnæ,
Si fuerit visum, da Rex; namqve omnia posse
Diceris, ingenti immenso tu robore polles.
At si qvæ fusus Parcarum tortilis ausit,
Telæ sideribus textæ si sæva minentur,
Nutu depellas isthæc tu qvæso potente.

2. IN MUSAS. Godfr. Olearío Interprete.

Ad supera educens celebramus carmine lumen,
Ter trinam Sobolem Jovis almi, carmine claram,
Qvæ mentes misere vitæ istis fluctibus actas
Puris usa sacris, (hæc docta volumina condunt)

5 Eri-

Γηγενέων ῥύσαντο δυσαντήτων ὀδυνάων.
Καὶ σπεύδειν ἐδίδαξαν ὑπὲρ βαθυχεύμονα λήθην
Ἴχνος ἔχειν, καθαρὰς δὲ μολεῖν ποτὶ σύννομον ἕδρον,
Ἔνθεν ἀπεπλάγχθησαν ὅτ' εἰς γενεθλήϊον ἀκτὴν
Κάππεσον, ὑλοτρόφεσι περὶ κλήροισι μανεῖσαι.
Ἀλλὰ θεαὶ καὶ ἐμοῖο πολυπτοίητον ἐρωὴν
Παύσατε, καὶ νοεροῖς με σοφῶν βακχεύσατε μύθοις,
Μὴ δὲ μ' ἀποπλάγξειεν δεισιθέων γένος ἀνδρῶν
Ἀτραπιτὸς ζαθέης, ἐριφεγγέος, ἀγλαοκάρπου.
Αἰεὶ δ' ἐξ ὁμάδοιο πολυπλάγκτοιο γενέθλης
Ἕλκετ' ἐμὴν ψυχὴν παναλήμονα πρὸς φάος ἀγνὸν,
Ὑμετέρων βριθῦσαν ἀεξινόων ἀπὸ βίβλων
Καὶ κλέος εὐεπίης φρενοθελγέος αἰὲν ἔχουσαν.
Κλῦτε θεοὶ σοφίης ἱερῆς οἴηκας ἔχοντες,
Οἳ ψυχὰς μερόπων, ἀναγώγιον ἁψάμενοι πῦρ,
Ἕλκετ' ἐς ἀθανάτους, σκότιον κευθμῶνα λιπόντας,
Ὕμνων ἀῤῥήτοισι καθηραμένας τελετῆσι.
Κλῦτε σαωτῆρες μεγάλοι, ζαθέων δ' ἀπὸ βίβλων
Νεύσατ' ἐμοὶ φάος ἀγνὸν, ἀποσκεδάσαντες ὁμίχλην,
Ὄφρα κεν εὐγνοίην θεὸν ἄμβροτον, ἠδὲ καὶ ἄνδρα.
Μὴ δέ με ληθαίοις ὑπὸ χεύμασιν ἑλκὸς ἔρεζον
Δαίμων αἰὲν ἔχοι μακάρων ἀπάνευθεν ἐόντα.
Μή κρυερῆς γενέθλης ἐνὶ κύμασι πεπτωκυῖαν
Ψυχὴν οὐκ ἐθέλησαν ἐμὴν ἐπιδημεῖν ἀλᾶσθαι
Ποινή τις κρυόεσσα βίᾳ δεσμοῖσι πεδήσῃ.
Ἀλλὰ θεοὶ σοφίης ἐριλαμπέος ἡγεμονῆες
Κέκλυτ', ἐπειγομένῳ δὲ πρὸς ὑψιφόρητον ἀταρπὸν
Ὄργια καὶ τελετὰς ἱερῶν ἀναφαίνετε μύθων.

Εἰς Ἀφροδίτην.

Ὑμνέομεν σειρὴν πολυώνυμον Ἀφρογενείης
Καὶ πηγὴν μεγάλην βασιλήϊον. ἧς ἄπο πάντες
Ἀθάνατοι πίεζοντες ἀνεβλάστησαν ἔρωτες.
Ὧν οἱ μὲν νοεροῖσιν ὀϊστεύουσι βελέμνοις
Ψυχὰς, ὄφρα πόθων ἀναγώγια κέντρα λαχοῦσαι
Μητέρος ἰσχανόωσιν ἰδεῖν πυριφεγγέας αὐλάς.

Οἱ

Eripit infestis qvæ gignit terra periclis,
Et properare docet prælti flumina Lethes
Ut superent, puræ cognata sibi astra petentes,
Unde etiam egressæ ante, hoc ad genitabile littus
Appellunt, terrenæ insano sortis amore.
Urit idem hoc œstrum qvoqve nos, hoc sistite divæ,
Nosqve furore sacro percellant dicta Sophorum:
Ne facile abripiant homines male relligiosi
A sacrosancto felicis tramite lucis,
Ex turbis varie peccantis materiai,
Ad castam lucem palanrem abducite mentem,
Ut libris vestris, unde est, sapientia abundet
Eloqviiqve, animos mulcentis, laude perennet.
Magnæ audite Deæ, qvæ docta guberna tenetis,
Ducentes hominum, flamma sublime trahente,
Accensa, ad superos mentes ex nocte profunda,
Hymnorum arcanis purgatas undiqve sacris.
Magnæ audite Deæ, divinaqve scripta legenti
Disjectis tenebris mihi purum affundite lumen,
Ut summum Numen, mortales ut bene noscam,
Ne forte oppressum Lethæis noxius undis
Me Dæmon teneat sejunctum à sorte beata.
Ne qvoqve materiæ mersam torpentis abysis
Hancce animam, longos nollet qvæ ferre labores,
Innectat vitæ duris pœna horrida vinclis.
Vos audite Deæ, vestrum est sapientia regnum.
Tendenti propero cursu ad sublimia, vestra
Orgia, & arcanæ doctrinæ pandite sacra.

3. IN VENEREM. Interprete Hugone Grotio.

Æternam Veneris seriem cantare paramus
Et regale sacri fontis caput: unde profecti
Immortale genus, pennatum numen amores:
Qvorum alii telis mentem ferientibus urunt
Pectora, ut illecebris sublime trahentibus icta
Matris conspiciant rutilum fulgentia templa,

Οἱ δὲ πατρὸς βυλῆσιν ἀλεξικάκοις τε προνοίαις,
Ἱέμενοι γενεῆσιν ἀπείρονα κόσμον ἀέξειν,
Ψυχαῖς ἵμερον ὧρσαν ἐπιχθονίῳ βιότοιο.
Ἄλλοι δ' ἐγγαμίων ἀάρων πολυειδέας ὁίμους
Αἰὲν ἐποπτεύουσιν, ὅπως θνητῆς ἀπὸ φύτλης
Ἀθάνατον τεύχωσι δυηπαθέων γένος ἀνδρῶν.
Πᾶσιν δ' ἔργα μέμηλεν ἐρωτοτόκα Κυθερείης.
Ἀλλὰ θεά· πάντη γὰρ ἐχεις ἀρήκοον ἠας·
Εἴτε περισφίγγεις μέγαν ἠρανὸν, ἔνθα σέ φασιν
Ψυχὴν ἀενάῳ πέμπειν κόσμοιο θεείην.
Εἴτε καὶ ἑπτὰ κύκλων ὑπὲρ ἄντυγας αἰθέρι ναίεις,
Σειρῆς ἡμετέρας δυνάμεις προχέουσ' ἀδαμάστως,
Κέκλυθι, καὶ πολύμοχθον ἐμὴν βιότοιο πορείην
Ἰθύνοις, σέο πότνα δικαιοτάτοισι βελέμνοις,
Οὐχ ὁσίων πάυσασα πόθων κρυόεσσαν ἐρωήν.

Ἄλλος εἰς Ἀφροδίτην.

Ὑμνέομεν Λυκίων βασιληίδα κυαφροδίτην,
Ἧς ποτ' ἀλεξικάκοισι περιπληθοντες ἐρωῆς,
Πατρίδος ἡμετέρης θεοφράδμονες ἡγεμονῆες,
Ἱερὸν ἱδρύσαντο κατὰ πτολίεθρον ἄγαλμα,
Σύμβολ' ἐχον, νοερῆο γάμου, νοερῶν ὑμεναίων,
Ἡφαίστου πυρόεντος, ἰοῦ ἠρινης Ἀφροδίτης·
Καί ἑ θεὴν ὀνόμηναν Ὀλύμπιον, ἧς διὰ κάρτος
Πολλάκι μὲν θανάτοιο βροτοφθόρον ἔκφυγον ἰὸν.
Ἐς δ' ἀρετὴν ἔχον ἄμμα· τελεσιγόνων δ' ἀπὸ λέκτρων
Ἔμπεδος ἀγλαόμητις ἀναξαχύεσκε γενέθλη
Πάντη δ' ἠπιόδωρος ἔην βιότοιο γαλήνη.
Ἀλλὰ καὶ ἡμετέρης ὑποδέχνυσο πότνα θυηλὴν
Εὐεπίης. Λυκίων γὰρ ἀφ' αἵματος εἰμὶ καὶ αὐτός.
Ψυχὴν δ' ἀψ ἀνάειρον ἀπ' ἄχεος εἰς πολυ κάλλος,
Γηγενέος προφυγοῦσαν ὀλοίιον οἶστρον ἐρωῆς.

Αἰτ

Aſt alii Patris imperio ſapientipotentis,
Perpetuam cupidi Sobolem ſubmittere mundo,
Immittunt animis vitæ terreſtris amorem.
Rurſum alii cœtus & fœdera conjugiorum
Cum magna curant cura, mortalis ab ortu
Seminis ut ſemper genus immortale propagent.
Omnibus hic labor eſt Veneri ſervire parenti.
O Dea, nam nihil eſt tua qvod non audiat auris,
Immenſum cœli ſeu circumvolveris axem,
Diceris unde animam mundo inſpirare perennem:
Seu ſeptemgeminos orbes ſuper, æthere ſummo,
Suppeditas noſtris connexibus indomitam vim,
Audi, te veneror: Mœſtumqve laboribus ævum,
Juſtificis ſemper telis mihi ſancta guberna;
Antecavens, faci bus pateant ne corda profanis.

4. *Alius IN VENEREM Hymnus*, eodem Hug. Grotio Interprete.

Reginam Lyciæ gentis Venerem celebramus,
Cujus ope auxilium nacti certamqve ſalutem
Primores patriæ, ſacrorum conſcia corda,
Urbe ſua ſanctum delubrum rite dicarunt,
Fœdera caſta notans, animo qvæ cernere ſolo eſt,
Cœlicolæ Veneris Volcaniqve ignipotentis:
Unde tibi Dea Nomen Olympia: Namqve tua vi
Vaſtam perniciem ſæpe evaſere, tenentes
Virtutem ante oculos. Fœcundo qvippe cubili
Exoriebatur robuſta ac provida proles,
Vitaqve ridebat paſſim vernante ſereno.
Nunc qvoqve diva favens noſtræ cape dona Camœnæ,
Namqve & nos Lycio de ſanguine duximus ortum.
Arce animam probris & honeſti ſubjice flammas,
Terrigenæ pellens furiatum virus amoris.

V. Εις τὴν Πλάτωνος Θεολογίαν Βιβλια ς' *In Theologiam Platonis libri sex.* Opus subtile & eruditum, sed ex qvo Syriani ac Procli citius qvam Platonis de DEo & rebus divinis sententiam didiceris. Hermannus certe Conringius in libris de Hermetica disciplina pag 12. Theologiam qvam in illis libris tradit Proclus, inepte ab eo Platonicam dici affirmabat. Sed hoc solenne recentioribus à Plotino usqve Platonicis, ut mille aliena dogmata Philosophi illius doctrinæ sive adtexant sive substituant, & tamen pro genuino universa venditent Platonismo, qvasi Plato si non ita sensit certe debuerit ita sentire ut ipsi comminiscuntur. Proclum singillatim observat G. Pachymeres freqventer usum esse scriptis qvæ referuntur ad Dionysium Areopagitam, procem. Tom. 1. pag. XLIII. Ἰσέον ὡς καὶ ἔνιες τῶν ἔξω φιλοσόφων, μάλιστα Πρόκλος θεωρήμασι πολλάκις τῦ μακαρίτε Διονυσίε κέχρηται, καὶ αὐτοῖς δὲ ξηροῖς τοῖς λέξεσι. Hæc è Pachymere repetit Svidas in Διονύσιος. Primus Procli Hexabiblon ex codice Bibliothecæ Gottorpiensis jussu & auspiciis Principum gloriosæ memoriæ Johannis Adolphi & Friderici in lucem protulit & versione addita illustravit *Æmilius Portus* Ferrariensis, Francisci Porti Cretensis filius, Hamburgi 1618. fol. Idem opus cum scholiis græcis marginalibus occurrere in Bibliotheca Augustissimi Imperatoris refert Lambecius lib. VII. pag. 37. Idem alibi testatur in eodem Thesauro librario extare versionem antiqvam Gvil. de Morbeka monachi Dominicani qvi Clementis IV. Papæ pœnitentiarius fuit. Vide lib. III. pag. 323. & lib. I. pag. 147. seq. ubi promisit se illam translationem cum variis lectionibus græcis ex Codd. Vindob. editurum in supplemento Philosophiæ Platonicæ, sed cujus vulgandi spes non minus qvam tot aliorum egregiorum promissorum ipso defuncto jamdudum intercidit.

VI. Στοιχείωσις Θεολογικὴ, κεφάλαια σιά *Institutio Theologica* sive propositiones 211. * cum totidem demonstrationibus, Latine ex versione Francisci Patricii lucem adspexit Ferrariæ apud Dominicum Mamarellum 1583. 4. titulo *Elementorum Theologicorum.* Proclo Patriarchæ CPolitano male tribuitur à Verderio in iterata edit. Bibl. CPolitanæ. Græce cum Francisci Porti translatione subjecta est libris sex Theologiæ Platonicæ, qvos jam diximus prodiisse Hamburgi 1618. fol. Vetus latina interpretatio *Guilelmi de Morbecta* sive *Morbeka*, abso-

* Capita 100. de perfectione MS. Gr. Cod. 2983. Regis Gall.

absoluta Viterbii Anno C. 1268. servatur MS. in Bibl. Vindobonensi ut testatur Lambecius lib. VII. p. 38. Extat etiam Cantabrigiæ in domo S. Petri, & inter libros Holstenianos Bibliothecæ hujus urbis Johanneæ. Ibidem præter Theologiæ Platonicæ libros sex & στοιχείωσιν Θεολογικὴν græce occurrunt Nicolai Episcopi Methonensis, qvi circa A.C. 1190. floruit, animadversiones in Procli institutionem Theologicam, qvibus falsa præcipue de fato doctrina, una cum aliis qvibusdam Procli dogmatis à Christiano sensu alienis oppugnatur. Νικολάϑ Ἐπισκόπϑ Μεθώνης ἀνάπτυξις τῆς Θεολογικῆς στοιχειώσεως Πρόκλϑ τῦ Λυκίϑ, Πλατωνικῦ Φιλοσόφϑ, πρὸς τὸ μὴ συναρπάζεσθαι τὰς ἀναγινώσκοντας ὑπὸ τῆς ἐπιφαινομένης αὐτῇ πειθανάγκης, καὶ σκανδαλίζεσθαι κατὰ τῆς ὑγιᾶς πίστεως. Codex hic in folio, pollicis altitudine, qvem Holstenius descripsit ex Vaticano 626. in fronte præfixa habet hæc verba Jobi XXIX. 3. τῷ φωτὶ αὐτῦ ἐπορευόμην ἐν σκότει. In Catalogo MSS. Holstenianorum apud Morhofium τὸν μακαρίτην 1. Polyhistoris pag. 68. idem opus Episcopi Methonensis memoratur his verbis: *Animadversiones in Procli elementa Theologica, ne quis eorum probabilitate ad Arianismum seducatur.* Sed pauca omnino legas in hoc opere adversus Platonizantes Arianos, sive Platonicos Arianizantes. In Epistola Johannis Kirstenii ad Holstenium qvæ legitur inter epistolas Gudianas pag. 289. ubi ejusdem libri fit mentio, & dicitur fuisse apud elegantissimum Heinsium, Nicolaus iste Methonensis perperam *Methon* vocatur. Hic liber extat etiam num. 129. inter codices MSS. Sereniss. Electoris Bavariæ. Expositio fratris Berealdi Ord. prædicatorum in Elementationem uti vocat Theologiæ Procli, cujus principium *Invisibilia Dei*, scripta Anno CHristi 1454. extat Oxoniæ in collegio Balliolensi codice 204.

VII. Περὶ κινήσεως βιβλία β'. *De motu libri duo*, collecti ex Aristotelis Physicorum libro 3. seq. editiqve græce Basil. 1531. 8. & cum latina versione Justi Velsii, Medici, ibid. 1545. 8. qvæ Græcis omissis etiam lucem adspexit Argentorat. fol. tum Græce & latine cum versione Spiritus Martini Cuneatis, Parisiis A. 1542. 4. Prodierunt præterea latine translati à Josepho Valdanio, Brixiensi, Basil. 1562. 8. cum ejusdem scholiis, & duobus de mistione dialogis. Et Gallice Petro Forcadello interprete Paris. 1565. vide Crucimanii Bibl. Gall. p. 397. In manu exaratis codicibus hi libelli inscribuntur στοιχείωσις Φυσική, Vide Lambecium lib. VII. pag. 56. Labbeus in conspectu Interpretum

Græcorum Aristotelis & Platonis p. 13. libros duos elementorum Physicorum Procli à Francisco Patritio latine editos à libris de motu male distingvit. Nempe Patricius edidit στοιχείωσιν θεολογικήν eiqve hosce libros duos elementorum Physicorum, in qvibus potissimum de motu agitur, subjunxit Ferrariæ 1583. 4. Eadem Physica elementa Paris. 4. Græce edita. Procli de loco sententiam expendit Simplicius ad 4. Physic. ubi eum Præceptorem suorum Præceptorum vocat p. 142. b.

VIII. Τῶν τύπωσις τῶν ἀστρονομικῶν ὑποθέσεων, *Hypotyposis Astronomicarum positionum* sive compendium qvoddam præcipuorum traditorum ab Hipparcho, Aristarcho & à qvo interdum dissentit Claudio Ptolemæo, græce lucem adspexit Basileæ 1540. 4 Latine vertit Georgius Valla, cujus interpretatio vulgata est Venetiis cum Psello de victus ratione & aliis, Anno 1498. fol. & iterum una cum Ptolemæi magna Syntaxi latine edita Basileæ Ao. 1541. fol. Vertit etiam *Efromus Rudingerus* Pambergensis, Joach. Camerarii gener. Scripsit hoc opus Proclus ex Lydia Athenas reversus, in gratiam amici cujusdam Lydi, qvi illum in Lydia versantem eo nomine rogaverat. Laudat in illo præter Aristarchum, Hipparchumqve ac Ptolemæi magnam syntaxin, Theodosii sphærica, Heronem Mechanicum ἐν τοῖς περὶ ὑδροσκοπείων, Timocharin, Agrippam, Menelaum, & Apollonium Pergæum. Lambecius hanc Procli hypotyposin Astronomicam male ineditis accensuit lib. VII. p. 129. Hujus libri pars pag. 69. sq. agit περὶ τῦ ἀστρολαβικῦ ὀργάνυ *de fabrica & usu Astrolabii*, qvæ seorsim qvoqve Latine Venet. 1491. Georgio Valla interprete, & Paris. 1557. 8. cum Nicephori Gregoræ Astrolabio, ad calcem Joh. Martini Poblacionis compendii de usu Astrolabii prodiit, & MSta extat in variis Bibliothecis. Occurrit etiam sub Procli nomine in Bibliothecis qvibusdam (ut Vindobonæ & Oxonii inter codices Baroccianos) libellus qvi inscribitur *Urandromus* sive Χόλιον Πρόκλυ Οὐρανοδρόμυ & incipit Περὶ ἀνατολῶν καὶ δύσεων εἰπεῖν ἀστρολογικῶς ὁρμωμένῳ μοι κ. τ. λ. Vide Lambecium lib. VII. p. 87.

IX. Σφαῖρα. *De Sphæra sive circulis cœlestibus libellus*, totus fere depromtus ex Gemini Rhodii Isagoge in Phænomena, qvam post Edonem Hildericum edidit Petavius in Uranologio. Procli sphæra græce primum prodiit Venet. 1499. apud Aldum. *Ab alio nescio quo misere latine versam exactius transtulit Thomas Linacer*, & dicavit Arturo Principi, ut tradunt Jovius & Georgius Lilius, sive ut Erasmus lib. XXVI. Epistola 14. Regi Angliæ Henrico VII. qvi ab Andrea Tolosate, præcepto-

ceptore Arturi principis monitus jam aliam extare verſionem, & munus eſt aſpernatus & in Linacrum velut impoſtorem inexpiabile concepit odium Vertit etiam *Elias Vinetus* Santo, cujus interpretatio lucem adſpexit cum Paſchaſii Hamelii commentario in Archimedem de numero arenæ maris, Pariſ. 1557. 8. extant præterea notæ *Tuſani* Pariſ. 156298. & *Georgii Heniſchii* Auguſtæ Vindel. 1609. 4. *Eraſmi Oswaldi Schreckenfuſii* ſcholia Baſil. 1561. 8. & Jacobi Ziegleri ibid. 1536. 4. *Johannis* qve *Stöfleri* Juſtingenſis Annos jam 79. nati luculentus (ut viſum Voſſio p. 166. de ſcient. Mathem.) commentarius Tubing. 1534. Sæpiſsime præterea lucem adſpexit iſte Procli libellus, tum ſeorſim, ut cum verſione *Jo. Laurenbergii.* Roſtoch. 1611. 8. tum adiũctus ſive præfixus Arato, Dionyſio Alex. Cleomedi. Baſil. 1523. 1547. 1561. 1585. 8. Eximiæ editiones Gr. lat. Pariſ. 1553. 4. & qvam ex codicum MStorum collatione emendatam cum verſione ſua typis elegantibus exſcribi curavit *Johannes Bainbridge* Aſtronomiæ in Academia Oxonienſi Profeſſor. Lond. 1620. 4. Italice per Ignatium Danti lucem vidit Florentiæ 1571. 4.

X. Παράφρασις εἰς τὴν τῦ Πτολεμαίκ τετράβιβλον. *Paraphraſis in Claudii Ptolemæi libros quatuor de ſiderum effectionibus.* Hanc Philippus Melanchthon Vir Aſtrologiæ ſtudioſisſimus Græce * edidit Baſil. 8. hoc titulo: Πρόκλε τῦ Διαδόχε ἀσαφῶς εἰρημένων Πτολεμαίῳ καὶ δυσπαρακολουθήτως ἐν τῷ αὐτῦ τετραβίβλῳ ἐπὶ τὸ σαφέστερον καὶ εὐπαρακολούθητον μεταχείρησις. Dicavit Melanchthon Hieronymo à Comerſtad qvi illi dedit Procli Apographum ex Codice Bibl. Moguntinæ deſcriptum à Jacobo Aurelio Qveſtebergio, de qvo vide ſis Petri Albini Chronicum Miſniæ pag. 343. & de Comerſtadio p. 346. Cum latina verſione Leonis Allatii lucem adſpexit Lugduni Bat. 1654. 8. Unde emendandus Voſſius pag. 205. lib. de ſcientiis Mathematicis, ubi de tetrabiblo agens *latine*, inqvit, *primus reddidit doctiſsimus Leo Allatius.* Qvod merito mirabatur Lambecius l. VII. de Bibl. Vindobonenſi pag. 89. Sed bene ſe habebunt Voſſii verba, ſi ea non de tetrabiblo ipſo Ptolemæi, ſed de paraphraſi tetrabibli à Proclo concinnata intelligas. Solent etiam ad Proclum veluti autorem à qvibusdam (ut in Catalogo Bibl. Thuanæ Tom. 2. pag. 109.) referri *ſcholia græca ſive* ἐξήγησις in idem Ptolemæi qvadripartitum, qvam Henricus Petri Baſil. 1599. fol. ſine nomine autoris una cum Porphyrii, ſive Antiochi potius, in Tetrabiblum iſagoge ſed admodum corrupta & ſcho-

* Non cum verſione, ut legas in Diario inſigni literario cui titulus monathlicher Auszug A. 1700. pag. 810.

ſcholiis è Demophilo collectis & ab Hieron. Wolfio latine verſis, libriſqve duobus Hermeti tributis qvi latine tantum exſtant de revolutionibus nativitatum græce ac latine edidit cum *Anonymi*, an Hieronymi Wolfii? verſione meliore paullo qvam verſio Georgi Vallæ A. 1502. Venetiis edita ſic, ut auctor libri non tantum interpres Valla venditetur. Auctor qvisqvis eſt p. 48. 110. 139. allegat Dorotheum, p. 88. Cleopatram, p. 169. Porphyrium Philoſophum, & p. 63. videtur commentarium in Canonem Ptolemæi promittere. Ταῦτα γὰρ ἐν τῷ κανόνι μαθησόμεθα. pag. 111. λέγει δὲ παλαιὸν τὸν Νεχεψὼ * καὶ Πετόσιριν, ἤτοι γὰρ πρῶτοι τὸ δι' ἀστρολογίας ἐξήπλωσαν προγνωστικόν. Nulla autem eſt ratio cur illa ἐξήγησις Proclo tribuatur, & qvi hoc primi fecerunt videntur illam incauti cum paraphraſi, qvam à Proclo compoſitam eſſe jam diximus, confudiſſe. Cæterum paraphraſis iſta ſatis fideliter Ptolemæum exponit ſi à locis qvibusdam paucis diſceſſeris; in qvibus nonnulla autoris ſui eſt prætervectus, ut manifeſtum erit ei qvi Procli paraphraſin pag. 184. 225. 233. 254. 263. cum Ptolemæo ipſo contulerit. Fortaſſe non deerunt, qvi dicent Proclum iſta in codice ſuo non reperiſſe, ſed codices græci Ptolemæi & Arabica verſio illis in locis conſpirantes ſvadent mihi ut malim credere ibi aliqvid à Proclo fuiſſe omiſſum.

XI. Εις τὸ πρῶτον τῶν Ευκλείδε στοιχείων βιβλία δ'. *In primum elementorum Euclidis libri quatuor*, qvorum primo de natura, generibus & uſu Mathematicarum diſciplinarum diſputat, ſecundo de Geometria, qvo etiam pag. 19. claros recenſet Geometras ante Euclidem, tum de Euclide ipſo differit ejusqve ſcriptis & præcipue de præclaro elementorum opere, in qvod deinceps incipit fuſe & erudite commentari. Τήν τε στοιχειωτὴν διάνοιαν ἐμφανίζων καὶ πρὸς τὰς θεωρικωτέρας ἐπιβολὰς ἀφορμὰς διδὺς τοῖς τῶν νοητῶν καὶ ἀφανῶν ὄντων τῆς γνώσεως ἐφιεμένοις, ut ipſe ait pag. 48. Græce extant ad calcem Euclidis qvi ſcholiis Theonis Alexandrini illuſtratus prodiit ex officina Hervagiana Baſil. 1535. fol. curante Simone Grynæo. Latina verſio Franciſci Baroccii Patricii Veneti, ſcholiis & figuris illuſtrata edita eſt Patavii 1560. fol. ſub titulo Commentariorum ad univerſam Mathematicam diſciplinam. Baroccio judice in editione Græca Baſileenſi commentarius Procli *dilaniatus potius quam impreſſus*. Præcipue dolendum, qvod figuræ Mathematicæ deſiderantur, ne de vitiis innumeris typographicis dicam.

* Ita legendum pro χεψώ, ut p. 112.

dicam. In Bibl. publica Upſalienſi exſtat editio Græca Baſileenſis, manu Daſypodii egregie emendata ac ſuppleta integris qvandoqve foliis, ut Ericus Benzelius V. C. ad me ſcripſit. Ex Codice qvoqve Barocciano 161. in Bibl. Bodlej. lacunas editionis Baſileenſis licebit ſupplere; molitusqve meliorem editionem præclari hujus Operis Eduardus Bernhardus*, * Vir doctiſſimus. Cæterum non videtur in cæteros Euclidis libros Proclus ſcripſiſſe, qvemadmodum recte judicat Petrus Ramus in Scholis Mathemat. Indicem ſcriptorum qvi bene multi in hoc opere à Procló laudantur, dare me memini libro III. hujus Bibliothecæ cap. 14.

XI. Ὑπόμνημα εἰς τὰ Ἡσιόδε ἔργα καὶ ἡμέρας. *Commentarius in Heſiodi Opera & Dies.* Hic commentarius Svidæ memoratus etiamnum exſtat una cum Scholiis Emanuelis Moſchopuli & Joh. Tzetzæ commentario in idem Heſiodi poëma: Sed extat minime integer, nam Tzetza qvædam interdum ex eo profert, qvæ in editis ſub Procli nomine fruſtra qværas, & initio ſtatim inſcribitur non ὑπόμνημα Πρόκλε ſed ἐκ τῶν Πρόκλε Διαδόχε. Unde excerpta tantum habere nos recte colligebat Heinſius p. 69. ad Heſiodum. Multus eſt in ſenſu Poetæ Morali explicando Proclus, & ſæpe præter rem impetitur petulantiſſimis vani hominis Joh. Tzetzæ ſcommatibus. Editiones ſcholiorum in Heſiodum tres habemus, primam Venetam ex officina Trincavelli, 1537. 4. elegantem & emendatam, etſi in non paucis deficientem, qvam ex MSto ſuppletam videre me memini inter libros Wovverianos in Bibliotheca Gottorpienſi Sereniſſimi Holſatiæ Ducis. Plenior eſt editio Baſileenſis, 1544. 8. ſed paſſim corrupta, vitiataqve & interpolata. Tertia deniqve Danielis Heinſii, qvi editione Veneta per Vulcanium MSti codicis autoritate ſuppleta uſus, ex hac & Baſileenſi meliora qvæqve ſelegit, pluribusqve locis Heſiodi interpretes male à librariis acceptos & in his Proclum caſtigavit. Lugd. Bat. 1603. 4. Vide ſi placet qve dixi lib. 2. cap. 8. Ubi etiam Indicem habes ſcriptorum in Græcis ad Heſiodum commentariis laudatorum.

XII. Χρηſτομαθίας Γραμματικῆς, ἤτοι περὶ Χρηſτομαθίας βιβλία β'. *Electorum Grammaticorum libri duo.* Eqvidem in Svidæ Codicibus *tres* memorantur, & apud Photium initio ſtatim Cod. 239.

* Vide Acta Eruditor. A. 1705. p. 224.

quatuor, sed cum excerpta ex illis dedisset, ὅι δὲ δύο inqvit λόγοι τῆς Πρόκλε Γραμματικῆς Χρηστομαθίας ἐν τούτοις, *atque hæc ex Grammaticorum Procli electorum libris duobus hactenus.* Ex his excerptis à Photio (qvæ sola habemus, opere ipso Procli deperdito) & qvæ Andreas Schottus cum suis & Joh. Petri Nunnesii notis separatim & ad calcem syntaxeos Apollonii Alexandrini edidit Francof. 1590. Hanov. 1615. 4. Ex his inqvam excerptis constat Proclum in hoc electorum opere disseruisse non modo de omni genere carminum, sed etiam de celebrioribus Poëtis. Διέρχεται δὲ τούτων ὡς οἷόντε ἐστι γένος τε καὶ πατρίδας καί τινας ἐπὶ μέρους πράξεις, ait Photius. Hinc non temere conjicio *brevem vitam Homeri* qvam sub Procli nomine edidit Leo Allatius in libro de Homeri vita, & V. C. Josua Barnesius præclaræ suæ Homeri editioni præmisit, ex priore Chrestomatias hujus libro decerptam esse.

XIII. Ἐπιχειρήματα ιή κατὰ χριστιανῶν. *Duodeviginti argumenta adversus Christianos.* Meminit Svidas his verbis: ἔτος ἐστὶ Πρόκλος ὁ δεύτερος μετὰ Πορφύριον κατὰ Χριστιανῶν τὴν μιαρὰν καὶ ἐφυβριστὸν γλῶσσαν κινήσας, πρὸς ὃν ἔγραψε Ἰωάννης ὁ ἐπικληθεὶς φιλόπονος πάνυ θαυμασίως ἐναντήσας κατὰ τῶν ιή ἐπιχειρημάτων αὐτοῦ, καὶ δείξας αὐτὸν κἂν τοῖς ἑλληνικοῖς, ἐφ' οἷς μέγα ἐφρόνει, ἀμαθῆ καὶ ἀνόητον. Eqvidem hoc Philoponi adversus Proclum opus non minus qvam Procli ipsius argumenta intercidisse putabat Gvilelmus Caveus vir doctissimus in historia literaria scriptorum Ecclesiasticorum, ratus a Proclo ad Celsi, Juliani, Porphyrii deniqve exemplum, ut ex Svidæ verbis male collegit, universam Christianam religionem illis XVIII. argumentis impugnatam fuisse. Enimvero duodeviginti ἐπιχειρήματα Procli directa sunt potissimum adversus unum dogma Christianorum de mundo non æterno, & etiamnum extant in *Johannis Philoponi* libris duodeviginti de æternitate mundi contra Proclum, qvod hoc ipsum opus est tantis a Svida celebratum laudibus. Lucem vero adspexit græce ex Trincavelli officina Venetiis 1535. fol. & latine ex Versione Joh. Mahotii Argentenæi, Lugd. 1557. fol. Ex versione Casparis Marcelli vero Venet. 1551. fol. qvam posteriorem non visam mihi memorat Labbeus in conspectu Græcorum interpretum Aristotelis & Platonis p. 9. Hoc Philoponi opus oppugnat Simplicius commentariis ad Physica & ad librum I. Aristotelis de Cœlo. Vide infra p. 631. & 651. seq. Adversus Proclum vi-

videas licet etiam Ben. Pererium libro XV. Physiologiæ. Sed & in aliis scriptis suis Proclum hinc inde perstringit Philoponus Ammonii illius qvi Proclum audivit discipulus, nominatim in libris commentariorum ad Hexaëmeron, qvos a Balthasare Corderio Viennæ Anno 1630. 4. Græce ac latine vulgatos, ex eodem qvo Corderius usus est MSto codice Vindobonensi longe meliores edere receperat Petrus Lambecius lib. 1. p. 138. seq. lib. 3. p. 75. Gravissime etiam in Proclum invehitur Georgius Pisides in κοσμυργία, qvæ vel hinc patet qvam falso olim Romæ Anno 1590. 8. vulgata sit ab Hieronymo Bunello Jesuita sub Cyrilli Alexandrini nomine hoc titulo: Τῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν κυρίλλυ Πατριάρχυ Ἀλεξανδρείας περὶ ζώων ἰδιότητος καὶ φυτῶν διὰ στίχων Ἰαμβικῶν. Sed Procli scripta recensere pergamus.

XIV. Εἰς τὸν τῦ Πλάτωνος Τίμαιον ὑπομνημάτων βιβλία ε'. *Commentariorum in Platonis Timæum libri quinque.* Opus insigne, atqve ut Holstenio pag. 81. ad Porphyrium audit, admirandum, in flore ætatis, cum duodetriginta annos natus esset, à Proclo elaboratum, ut testatur Marinus pag. 31. qvi pag. 93. etiam autor est id omnibus cæteris scriptis illius prælatum fuisse. Cæterum qvinqve libris qvi extant non integer Timæus Platonicus, sed vix tertia ejus pars explicatur, definit enim liber qvintus in his verbis Platonis edit. Gr. Basil. pag. 483. v. 4. Καὶ περὶ ψυχῆς δὲ ἄρα αἰτίας καὶ προνοίας γέγονε Θεῶν τῦ μάλιστα εἰκότως ἀντεχομένοις ἔτω καὶ κατὰ ταῦτα πορευομένοις διεξιτέον. Qvare fortasis non erraverit qvi suspicetur plures Procli in Timæum Platonicum libros commentariorum intercidisse temporis injuria. Allegatur in Catena ad Pentateuch. à Francisco Zephyro latine edita pag. 9. & ab Olympiodoro ad 3. Meteor. pag. 203. (59. b. Gr.) ex parte commentarii Procli deperdita ut notat Ez. Spanhemius ad Callimachum p. 211. Ipsum porro Timæi Locri libellum Dorice scriptum περὶ ψυχᾶς κόσμυ ex qvo Plato dialogum suum (observante jam olim Timone Sillographo) concinnavit, servatum Proclo itidem debemus, qvi eum commentariis suis præmiserat, & in iisdem passim Timæi verba citat in testimonium. Prodiit Timæi Locri libellus, ex *Georgii Vallæ* versione primum Latine Venet. 1498. fol. deinde *Lud. Negarolæ* Græce & Latine Parisiis A. 1555. 8. ex Morelli officina, tum freqventer admodum in editionibus Platonis Græcis, Aldina, Basileensi &c. Latinis itidem ex versione Marsilii Ficini, & Græcolatinis deniqve, vel ejusdem Ficini, vel

Joh. Serrani verſionem, argumenta & animadverſiones junctas habentibus. Græce & Latine etiam occurrit cum brevibus notis & verſione Joh. Serrani inter opuſcula Mythologica Phyſica & Ethica à Thoma Galeo viro doctiſſimo edita Cantabrigiæ Ao. 1671. & Amſtelodami Anno 1688. 8. Procli commentaria lucem adſpexerunt Græce, ſubjecta operibus Platonis Baſil. A. 1534. ap. Joh. Valderum & 1556. fol. ex officina Henrici Petri. *Nicolaus* qvoqve *Leonicus Thomæus* latine vertit Procli explicationem Platonis ex Timæo, ubi de animorum generatione agitur, additis numerorum harmoniarumqve figuris Pariſ 1530. fol. apud Simonem Colineum. Sed in illam verſionem a variis memoratam nondum incidi, ut de ea qvod dicam nihil habeam, etſi video apud Proclum de animarum generatione agi libro tertio. Paſim Philoſophus in hiſce commentariis adhibuit & allegat alios ſcriptores qvi in Timæo Platonico interpretando erant verſati, ut Adraſtrum Peripateticum, Ælianum & Albinum Platonicos, Ariſtoclem, (Aſclepiodotus cujus ὑπόμνημα in Platonis Timæum laudat Olympiodorus in Ariſtot. Meteora l. 4. junior eſt) Clearchum, Crantorem, Dercyllidem, Jamblichum præcipue, ſed & Longinum qvem ſæpe refellit, tum Numenium, Origenem (diverſum utiqve ab Adamantio) Plutarchum Chæronenſem, Porphyrium, Ptolemæum Platonicum, Severum, Taurum, cujus fragmentum occurrit etiam ap. Philoponum adverſus Proclum de æternitate mundi VI. 8. ac Theodorum Aſinæum, qvem interdum ſimpliciter Ἀσιναῖον φιλόσοφον vocat ut libro 2. in Euclidem pag. 36. Inprimis autem utramqve paginam facit ibi Syrianus, cujus explicationes etſi qvandoqve ſubtiliores, qvam veriores, non dubitat ſemper fere ſeqvi & reliqvis omnibus præferre. At raro nominetenus illum compellat, ſed vel καθηγεμόνα vel διδάσκαλον, aut πατέρα ſuum vocando innuit. Vehementer itaq; eos fugit ratio qvi in editione Græca pag. 7. ad verba ἃ δὲ ὁ ἡμέτερος καθηγεμὼν ἐν τούτοις ἐπέκεινε, in ora libri notarunt Ammonium intelligi. Diſcipulus enim non Præceptor Procli Ammonius, nec dubium eſt ibi ut in aliis horum commentariorum locis infinitis & pag. 308. ad Politiam innui Syrianum. Neqve vero contentus Platonis ſenſum ſimplici modo Proclus eruiſſe, verba illius in omnes partes verſat, inveniens qvandoqve ſenſum *Logicum*, *Ethicum*, *Phyſicum*, *Theologicum*, * unde

* Conſer Olympiodorum in Platonis vita p. 588.

de occasio illi inter non paucas subtiles nugas multa qvoqve præclara & legi apprime digna afferendi. Dolendum autem plurimis librariorum mendis hosce commentarios scatere, qvorum nonnulla inter legendum à me observata in indice qvem subjicio scriptorum expunxi. Nunc anteqvam progredior, moneo extare in Augustana Bibl. codicem insignem horum commentariorum MS. qvem laudat Clariss. Eschenbachius in Epigene pag. 72. sq. Deinde subjungo judicium Radulphi Cudvvorti viri de historia vetere Philosophica optime promeriti, qvod de Proclo & his ejus commentariis tulit in opere incomparabili Anglica lingva edito, genuino systemate νοητῷ universi p. 356. Ait ibi Proclum non paucas proprias sibi & singulares opiniones commentum Platonicam simul Philosophiam mirifice confudisse, & ei admiscuisse obscurissima qvædam & ægre comprehendenda dogmata. *Proclus had some peculiar phansies and whimseys of his own, and was indeed a confounder of the Platonick Theology, and a mingler of much unintelligible stuff with it.* Qvod vero Tarinus ad Zach. Scholasticum pag. 237. ait Proclum θεωρήμασι πολλάκις τῦ μακαρίτε Διονυσίε (Dionysii Areopagitæ) κεχρῆσθαι, καὶ αὐτοῖς δὲ τοῖς ξηροῖς λέξεσι, Verba repetita sunt ex Svida in Διονύσιος.

XV. Εἰς τὸν Πλάτωνος Ἀλκιβιάδην. *In Alcibiadem priorem Platonis.* Excerpta ex hoc commentario latine a se reddita vulgavit *Marsilius Ficinus*, titulo *Procli de anima ac demone, de sacrificio & Magia.* Venet. 1497. & 1516 fol. apud Aldum, cum Jamblicho sive exrerptis ex Jamblichi libro de Mysteriis Ægyptiorum & aliis scriptis. Prodierunt etiam plus simplici vice Lugduni, minore forma, tum Parisiis, Basileæ & aliis in locis, sed & inter Ficini opera Basil. 1561. 1576 Paris. 1641. fol. Commentarius ipse Procli græce manu exaratus, sed vix dimidiam partem Alcibiadis Platonici exponens, desinensqve in verbis p. 219. seq. edit. Basil. ἀδὲ τῶν ἀι Χρῶν καθόσον ἀισχρὸν, ἀγαθόν, occurrit in variis Bibliothecis Galliæ, Angliæ, Italiæ: Etiam Lugduni Batavorum inter libros Isaaci Vossii & Hamburgi in Bibl. Johannea ex legato viri summi Lucæ Holstenii, qvem codicem evolvens observavi a Proclo laudari qvoqve Jamblichum in Alcibiadem, qvod facit & in suis ad eundem Platonis Dialogum prælectionibus ineditis *Olympiodorus.* Idem plus simplici vice non Harpocrationis modo sed & Procli & Damascii commentarium memorat, ut autor mihi videatur junior qvi-

dam & diversus ab Olympiodoro Procli præceptore. Hoc certe verisimilius, qvam qvod Lambecius lib. 7. p. 51. seq. commiscitur, prælectiones istas Olympiodori a juniore qvodam interpolatas esse. Interpolata igitur etiam fuerit vita Platonis, ob Olympiadoro isto scripta & post Laertium edita, in qva Proclus itidem laudatur. Illa nempe vita, ut hoc obiter notem, ex prima πράξει sive lectione commentariorum Olympiodori in Alcibiadem depromta est. In Bibliotheca Vindobonensi latinam *Antonii Hermanni Gogavæ* Graviensis versionem commentarii Procli in Alcibiadem extare monuit Lambecius lib. VII. p. 43.

XVI. Εἰς τὴν Πλάτωνος πολιτείαν, *in libros Platonis de Republica.* Ad calcem operis Procli in Timæum in utraqve Græca editione extat (non commentarius integer aut expositio perpetua ejusdem Philosophi in Platonis libros de Rep. sed) Collectio qvædam variarum dissertationum sive prælectionum ab illo Athenis publice propositarum, qvarum prima traduntur qvæ observanda sint Remp. Platonis exposituris. In cæteris varia Platonis loca ac sententiæ ex iisdem de Rep. libris (tum ex aliis qvoqve illius Philosophi dialogis, ut ex Phædro p. 398.) nullo librorum ordine Philosophice ac Theologice illustrantur. Præcipue autem fabulis Homeri aliorumqve Poetarum de Diis commodum sensum afferre Proclus isto opere conatus est, ut justa qvædam pro Homero Apologia in hisce dissertationibus contineri videatur, qvam Conradus Gesnerus latinitate donatam seorsim edidit Tiguri 1542. 8. hoc titulo: *Apologiæ quædam pro Homero & arte Poetica, fabularumque aliquot enarrationes ex commentariis Procli Lycii, Diadochi Philosophi Platonici in libros Platonis de Rep. in quibus plurimæ de Diis fabulæ non juxta Gramaticorum vulgus Historice, Physice aut Ethice tractantur sed Theologicis, ut gentiles loquuntur, ex prima Philosophia rationibus explanantur.* Confer Kircherum II. Oedipi I. p. 170. seq. Nempe jam olim observavit Tertullianus Ethnicos cum fabularum puderet, qvas de Diis commenti essent *ad interpretationem rerum naturalium* (his adde etiam Divinas) *confugisse, & dedecus suum ingenio obumbrasse*, sive ut Arnobii verbis utar, *quo scriptorum suorum impiam defenderent audaciam, allegorias res illas & naturalis scientiæ mentiti sunt esse doctrinas* lib. 4. p. 150. Clemens X. recognit p. 589. *Orphei & Hesiodi scripta in duas partes intelligentiæ dividuntur, id est secundum literam & secundum allegoriam. Et ad ea quidem quæ secundum literam sunt, ignobilis vulgi turba confluxit, ea vero quæ secundum allegoriam constant, omnis Philosophorum & eruditorum loquacitas admirata est.* Illius allegorici sen-

sensus specimen eodem libro subjungitur, cui addenda homilia sexta Clementinorum p. 664. seq. edit. Joh. Clerici. Vide & Nazianzenum Orat. 3. sub extremum, ubi reprehendit Ethnicos sæpe sub parum honestis & turpissimis imaginibus arcana sua occultantes. Qvi vero Poëtas ac speciatim Homerum ad Ethicum & Physicum sensum revocare conatus est, primus fuisse videtur Anaxagoras cum discipulo Metrodoro Lampsaceno de qvibus Laërtius II. 11. ac de Metrodoro etiam Tatianus p. 80. Confer qvæ Menagius ad illum Laërtii locum & de Cronio Pythagorico Porphyrius apud Stobæum p. 152. Eclog. Imprimis Plato connatus est allegoricis fabularum sensibus qvæsitis illarum absurditatem utcunqve abstergere, unde Gvil. Nicholsonus Platonem ait inter primos fuisse qvi *as de Condoms of Paganism*, tanqvam Bossveti qvidam Pagani, Æthiopem dealbare & insulsa commenta suorum, excogitatis honestis interpretationibus verisimiliora reddere allaborarunt, parte 2. collat. cum Theista p. 42. seq. Socrates tamen ipse apud Platonem in Phædro negat sibi esse otium universa ἄπιστα fabularum ad convenientem sensum deducere. Qvod difficillimum item esse affirmat Strabo libro decimo. Et paucis omnino locis ac vix obiter Plato hoc fecit, tum Poetas etiam exesse jussit è sua Rep. Juniores vero Platonici atqve in his Proclus omne ingenium suum eo impenderunt, ut abstrusissima qvæqve dogmata de rebus divinis sub illo fabularum velamine delitescere ostenderent. De Stoicis autor est Cicero 1. de natura Deorum, Zenonem, Chrysippum, Diogenem Babylonium aliosqve fabellas Hesiodi, Homeriqve ad Physiologiam & ea qvæ de Diis immortalibus ipsi sentiebant, accommodare studuisse, adde Menagium ad Laërt. VII. 148. Et de Porphyrii libro περὶ τῆς ἀλληγορυμένης Ἑλλήνων καὶ Αἰγυπτίων Θεολογίας Petavium p. 88. ad Julianum. Michaëlis Pselli ἀναγωγὴ Physico Morales in fabulas qvasdem Græce editæ à Conr. Gesnero ad calcem allegoriarum Heraclidis Pontici. Alexander in problematis p. 275. memorat librum secundum ἀλληγοριῶν τῶν εἰς θεὸς ἀναπλατομένων ἱστοριῶν. Aristoteles autem parum omnino universæ huic lubricæ circa fabulas industriæ tribuit, cujus verba hæc sunt lib. 3. (in qvibusdam editt. lib. 2. cap. 4.) Metaphys. περὶ τῶν μυθικῶς σοφιζομένων οὐκ ἄξιον μετὰ σπουδῆς σκοπεῖν. Eadem sententia Epicuri, ut docet Vellejus apud Ciceronem Stoicos ridens, cui adde Gassendum ad hoc Epicuri de sapiente effatum apud Laertium:

μηδὲ

μηδὲ πλάττειν ἐκόντα. Judæi tamen & Christiani plurimi etiamnum malunt cum Stoicis & Platonicis non tantum sensum Historicum, Physicum ac Moralem in fabulis illis qværere, uti haud absurde sæpe numero faciunt veteres Grammatici, & Palæphatus cum cæteris ἀπίστων scriptoribus, Phornutus libro de Diis, & alii: sed qvoq sensum Chemicum in illus ruspantur & Astrologicum, qvin imo Theologicum deniq; Ex Judæis sufficiat nominasse Leonem Hebræum in dialogis de amore, castigatum a Jac. Thomasio τῷ μακαρίτῃ in Programmate 63. & Excercitatione Anno 1676. edita de fabularum Poeticarum vario sensu. Sic Moseh Albelda in libro *Drasch Mose* etiam ex Talmudicis fabulis Mysticum sensum elicere conatus est, sed frigidum pasim & insulsum, ut exemplis qvibusdam ostendit Gvil. Henr. Vorstius in bilibra veritatis p. 175. seqq. Inter Christianos Scriptores qvis ignorata doctissimo qvoqve fabulas Poëtarum Ethnicorum certatim ad historiam sacram trahi? Video præterea laudari Thomæ de Wallis Concordiam inter sacram scripturam & fabulas Poeticas pia moralisatione institutam. Omitto Mich. Mayeri, Adami Habercornii Physici Cizensis, Jacobi Tollii & aliorum scripta fabulas istas Chemice explicantium, qvod a sensu autorum opido alienum esse merito judicavit Gabriel Naudæus in Apologia pro Magis. Natalem Comitem, Baconem Verulamium, Johannem Turnerum & alios qvi Physice interpretantur, non minus à sententia auctorum aberrare contendit Joh. Clericus T. 15. Bibl. Universal. p 57. seq. Idem Vir Clariss. historicum sensum sub fabulis delitescere eodem loco non dubitat, idqve pluribus confirmavit in suis ad Theogoniam Hesiodi notis & in dissertationibus de Hercule, Adonide ac Cerere, qvas Tomo 1. 2. & 6. Bibliothecæ jam dictæ universalis inseruit. Idem duobus voluminibus nuper egit Banierus, Gallice editis sub titulo *explication Historique des Fables.* Feruntur & olim Manichæi dogmata sua in fabulis Poetarum adumbrata jactasse, ut passim docet Alexander Lycopolita in libro de eorum placitis. Sed tempus est ut missis fabulis earumqve incertis allegoriis ad Procli scripta redeamus. Ex iisdem in Platonem de Rep. Commentariis demonstrationes Procli ex libro IV. de Rep. qvod tres sint animæ humanæ partes, Græce ap. Joh. Valderum, sine temporis notatione, Basil. 8. editæ sunt cum Platonis, Aristotelis, Xenophontis, Plutarchi & Alex. Aphrodisei scriptis qvibusdam Ethicis ac politicis pag. 473. - 496.

Svidæ

Svidæ memorantur *Procli in Politiam Platonis libri quatuor*, qvod opus magis integrum fuisse videtur qvam dissertationes editæ de qvibus jam egimus. Eis hinc inde in ora Codicis Medicei adtextá sunt qvædam scholia nescio cujus autoris adhuc ἀνέκδοτα. Desideratur etiam in editis Commentarius sive dissertatio Procli in locum Platonis X. de Rep. ubi de Ere Armenio, MSta in Bibliotheca Nobilium Salviatorum Florentiæ, ex qva in medium nonnulla minus protrita de hominibus redivivis affert Alexander Morus in notis ad qvædam loca Novi fœderis ad Joh. XI. 39. Actor. XX. 10. Rom. VI. 4. Vide etiam ad Philip. II. 3. & Hebr. XI. 1. Procli dissertationes aliqvot in Remp. Platonis hactenus non editæ fuerunt etiam in Bibliotheca Lucæ Holstenii, Viri Clariss.

XVII. Solent Præterea Proclo in MStis qvibusdam, ut in codice Vindobonensi & Barocciano, & tribus Regis Galliæ ap. Labbeum pag. 109. Bibl. nov. MSS. tribui *Characteres Epistolici*, qvi brevis libellus incipit ὁ μὲν ἐπιστολικὸς χαρακτὴρ κ. τ. λ. & sine nomine auctoris Græce prodiit typis Regiis ex officina Fed. Morelli 1577. 4. sub *Libanii* nomine Græce cum versione Casp Stiblini præmissus est Phalaridis & Bruti Epistolis ap. Commelin. 1597. 8. Latine ex Wolffgangi Anemœcii versione extat in Gilberti Cognati farragine Epistolarum Laconicarum. Basil. 1554. 12. Alius Libellus ejusdem argumenti sine nomine autoris extat in collectione Epistolarum Græcarum Aldina & Græcolatina qvam ad Cujacium vulgo referunt p. 164. incipit: τῶν ἐπιστολικῶν τύπων, Ἡρακλείδη, ἐχόντων τὴν θεωρίαν κ. τ. λ. Hunc alii Libanio, alii Theoni vindicant. Libanio etiam tribuit Joh. Sambucus Methodum conscribendarum Epistolarum, qvam Latine edidit Basileæ 1558. 8. & cūjus Epitomen esse illos characteres Epistolicos qvos Proclo adscribi dicebamus affirmat Lambecius lib. 3. pag. 190.

XVIII. Procli scriptum Astrologicum, *de effectibus Eclipsium solis & Lunæ juxta singulas signorum triplicitates & decanos*, Latine subjicitur tabulis Astrologicis Joannis Schrœteri, qvas excusas habeo Viennæ Austriæ ab Egidio Aqvila 1551. 8. *De tribus Platonices generibus* dissertatio ex versione Fed. Morelli, una cum Georgii Chœroboſci figuris Poëticis, Paris. 1615. 12. Ac de editis Procli scriptis hactenus, jam de iis dicendum qvæ in Bibliothecis variis manu exarata delitescunt.

DE SCRIPTIS PROCLI INEDITIS.

1. In Alcibiadem Platonis. Vide supra num. XV.

2. In Politiam Platonis. Vide num. XVI.

3. In Parmenidem Platonis. *Commentariorum libri septem*, qvorum postremus non à Proclo sed Damascio suppletus fuit. Opus Asclepiodoto Medico ac Philosopho dicatum non modo Græce MS. extat in Bibliotheca Augustissimi Imperatoris teste Lambecio lib. VII. pag. 41. sed & latine ex versione inedita *Antonii Hermanni Gogavæ* Graviensis, ut idem pag. 41. testatum reliqvit. Libri qvatuor Græce occurrunt Oxoniæ inter codices Bodlejanos: libros sex in Italiæ Bibliothecis evolvisse se refert Livius Galantes in comparatione Theologiæ Christianæ cum Platonica. Extant & in Bibliotheca Medicea Magni Hetruriæ Ducis. Et in Bibl. Monasterii S. Mariæ, Florentiæ teste Bernardo de Montfaucon pag. 367. Diarii Italici. Latine MSS. in Bibl. Amplissimi Senatus Lipsiensis. Meminit Proclus ipse ad Timæum p. 201. 203. 242. & Theol. Platon. lib. 2. c. 10. p. 107. Ex libro 2. 4. & 7. loca Orphei à Proclo laudata affert Clariss. Eschenbachius, MSto Augustano usus, in suo Epigene. Vide & p. 59. & 72. Fragmentum ex illo producit Lambecius animadvers. ad Codini Antiqvitatt. CPol. num. 65. Damascius apud Photium p. 571. innuit hæc commentaria subtiliora visa fuisse Marino qvam ut ad ea animum applicare posset. Verba ejus hæc sunt: ὁ δὲ Μαρῖν@ τῷ ἀτόνῳ τῆς φύσεως ἐδὲ τὸ Παρμενίδε τὴν ὑπεραίρουσαν ἐξήγησιν τὸ διδασκάλε ἤνεγκεν, ἐπὶ τὰ εἴδη δὲ τὴν θεωρίαν κατήγαγεν ἀπὸ τῶν ὑπερσίων ἑνάδων τοῖς Φίρμε καὶ Γαληνῷ τὸ πλέον ἐννοίαις ἐπισπώμεν@ ἢ τοῖς ἀκηράτοις ἐπιβολαῖς τῶν μακαρίων ἀνδρῶν. Confer Svidam in Μαρῖν@.

4. In Cratylum Platonis. Græce extat non tantum in Barberina & aliis Italiæ Bibliothecis, sed & inter libros MSS. Isaaci Vossii. *Compendium in Cratylum* vocat Livius Galantes. Gesnerus in Bibl. *Parecbolas*. In Catalogo MStorum Holstenianorum apud Morhofium 1. Polyhist. p. 68. *Scholia selecta*. Allegatur hoc opus à Lambecio ad Codinum n. 27. & apud Bandurium pag. 829. ad Antiqvitatt. Byz. Caput 142. & 143. inspicere jubet Holstenius in commentario ad veterem picturam Nymphæum referentem.

5. Uranodromus. Vide supra num. VIII.

6. Περὶ τῶν δέκα πρὸς τὴν πρόνοιαν ἀπορημάτων. *De decem dubitationibus circa providentiam liber*, è qvo excerpta dedi supra pag. 497. seq.

7. Περὶ

7. Περὶ τῆς τῶν κακῶν ὑποστάσεως Μονόβιβλον. *De malorum subsistentia liber unus.* Etiam ex hoc dedi excerpta pag. 502.

8. *Commentarius in Claudii Ptolemæi Harmonica*, XCVI. Capitibus constans, MS. fuit in Bibl. Palatina.

9. *Canones manuales* memorati Labbeo, pag. 385. Bibl. novæ MSS.

DE SCRIPTIS PROCLI PERDITIS.

1. Opus in plures libros distributum εἰς τὸν λόγον τῆς Διοτίμας περὶ τῆς τῶν κακῶν ὑποστάσεως, cujus mentionem fieri notat Holstenius in scholio qvodam codicis Medicei commentariorum Procli ad Platonis Politiam. Γυναικὸς Διοτίμας μαντικῆς mentio apud Platonem in Convivio pag. 187.

2. In Phædonem Platonis commentatus est admodum juvenis, scripto excipiens ea qvæ à Plutarcho Atheniensi audiverat. Non tamen videtur illa in lucem edidisse. Confer, si placet, Marinum in Procli vita cap. 12.

3. In Philebum Platonis scripsisse se innuit pag. 53. & 222. in Timæum, idemqve licet colligere ex narratione Damascii apud Photium pag. 550. & Svidam in Μαρῖνος. Refert enim Damascius Marinum Procli discipulum commentaria πολύστιχα in Philebum composuisse eaqve Isidoro censenda commisisse, sed ab eo postqvam illa legisset nullum aliud tulisse responsum, qvam ἱκανὰ εἶναι τὰ τοῦ Διδασκάλου, qvæ verba Photii interpres vir cætera doctus sed in Photii versione, in his præcipue ex Damascio excerptis sæpissime lapsus, non bene reddit, *videri Magistro digna*, cum sensus sit *sufficere ea quæ à Præceptore*, hoc est ut mihi videtur à Proclo in Philebum *scripta essent.* Qvem verborum Isidori sensum esse vidit etiam uterqve Svidæ interpres H. Wolfius & Æmilius Portus.

4. *In Phædrum Platonis*: meminit Proclus ipse lib. V. in Timæum pag. 329. & lib. I. pag. 28.

5. *Liber pro Platonis Timæo adversus* ἀντιῤῥήσεις *Aristotelis.* Id. p. 226. βιβλίον ἰδίᾳ ἐκδεδωκὼς οἶδα τῶν πρὸς τὸν Τίμαιον Ἀριστοτέλους ἀντιῤῥήσεων ἐπισκέψεις ποιουμένων.

6. *In Protagoram Platonis* videtur innuere Proclus pag. 10. in Timæum.

7. *In Cratylum*, id. pag. 126.

8. In Theætetum Platonis, laudat Marinus in Procli vita cap. ult. Proclus ipse pag. 78. in Timæum.

9. *Platonem de Legibus.* Proclus ipse p. 178. in Timæum ὡς ἐν νόμοις εἴρηται.

10. Ὑπομνήματα εἰς τὰς Πλωτίνε Ἐννεάδας, *Commentaria in Enneades Plotini.* Memoratur à Lilio Gyraldo dialogo 2. de Poetis antiqvis. Sed Paulus Colomesius in notis ad Gyraldum pag. 77. negat Proclum in Plotini libros scripsisse, nec dubitat esse errorem confundentium Plotinum * cum Platone. Video tamen Procli in Plotinum commentarios memorari non tantum à Marsilio Ficino ad Plotinum, Philippo Labbeo Bibl. MSS. pag. 286. & in Ismaelis Bullialdi notis ad Theonem Smyrnæum pag. 224. Sed etiam in nota qvadam codici vetusto MS. Jamblichi de mysteriis Ægyptiorum præfixa & a Thoma Galeo descripta memini ejus mentionem fieri his verbis: Ἰσέον ὅτι φιλόσοφος Πρόκλος ὑπομνηματίζων τὰς τῦ μεγάλε Πλωτίνε Ἐννεάδας λέγει ὅτι ὁ ἀντιγράφων εἰς τὴν προκειμένην τῦ Πορφυρίε Ἐπιστολὴν ὁ θεσπέσιός ἐστιν Ἰάμβλιχος. Ad qvam anonymi observationem hæc annotat Vir doctissimus: *Horum Commentariorum quæ in Plotinum scripsit Proclus præter Anonymum hunc qui meminerit vix reperio. Nisi forte ea intelligat Damascius quodam loco* περὶ ἀρχῶν. *Nam Ficinus aliique post eum, Anonymum sequuntur.*

11. In Aristotelis librum περὶ ἑρμηνείας *prælectiones*, sed ut videtur, nunqvam ab autore in lucem editæ, ex qvibus qvantum memoria ipsi suggerebat suo ad eundem Philosophi librum commentario inseruit Ammonius Hermeæ F. Procli discipulus, ut ipse testatur in limine Commentarii his verbis: Εἰ δέ τι καὶ ἡμεῖς δυνηθείημεν εἰσενεγκεῖν περὶ τὴν τῦ βιβλίε σαφήνειαν ἀπομνημονεύσαντες τῶν ἐξηγήσεων τῦ θείε ἡμῶν διδασκάλε Πρόκλε τῦ Πλατωνικῦ διαδόχε τῦ εἰς ἄκρον τῆς ἀνθρωπίνης Φύσεως τήν τε ἐξηγητικὴν τῶν δοκόντων τοῖς παλαιοῖς δύναμιν καὶ τὴν ἐπιστημονικὴν τῆς Φύσεως τῶν ὄντων κρίσιν ἀσκήσαντος, πολλὴν ἂν τῷ λογίῳ Θεῷ χάριν ὁμολογήσαιμεν.

12. Ὕμνοι. *Hymnos* non paucos Procli jampridem interciderunt notavi supra num. 2.

13. *Epi-*

* Vicissim in D. Reiseri τῦ μακαρίτε Catalogo MStorum Bibl. Augustanæ pag. 73 pro Porphyrii Oratione *de vita Platonis* & dispositione librorum ejus, lege *de vita Plotini.*

13. *Epigrammata.* Procli inter Poëtas ἐπιγραμματογράφους mentionem facit Tzetzes prolegomenis ad Lycophronem.

14. Χρηστομαθίας *libri duo*, ex qvibus excerpta duntaxat supereſſe dixi ſupra num. XII. In Geſneri Bibl. vox χρηστομαθίας transfertur *de bona diſciplina* uti Petrus Crinitus ſuos Electorum libellos *de honeſta diſciplina*, inſcripſit. Sed in eadem Geſneri Bibl. & Simleri epitomes editionibus qvas inſpexi Annorum 1555. 1574. & 1583. dicitur præterea Proclus etiam ſcripſiſſe *Chriſtomachiam*, eamqve MStam ſervari Romæ in Bibliotheca Vaticana. Non dubito autem qvin & heic *Chreſtomathia* legendum ſit, & intelligantur illa ex Procli χρηστομαθίας libris excerpta qvæ leguntur in Bibliotheca Photii & qvæ ſeparatim una cum notis edidit Andreas Schottus.

15. Μητρωακὴ Βίβλος, *liber de matre Deum.* Svidas: ἔγραψε Πρόκλος μητρωακὴν βίβλον, ἣν εἴ τις μετὰ χεῖρας λάβοι, ὄψεται ὡς οὐκ ἄνευ θείας κατακωχῆς τὴν περὶ τὴν Θεὸν Θεολογίαν ἐξέφηνεν ἅπασαν, ὥστε μηκέτι θράττεσθαι τὴν ἀκοὴν ὑπὸ τῶν ἀπεμφαινόντων θηρίων. Qvæ ad verbum petita ſunt ex parte vitæ Procli qvam primus in lucem protuli cap. 33. Cæterum non audiendus Vir ſummus qvi lib. V. Harmoniæ mundi cap. 10. ſuſpicatur hymnum Procli in ſolem, qvi etiamnum ſuper eſt, fuiſſe partem μητρωακῆς.

16. Εἰς τὴν Ὀρφέως Θεολογίαν, *In Theologiam Orphei.* Meminit Svidas: Et videtur hoc opus in duos libros diſtinctum fuiſſe, ut colligo ex eodem Svida in Συριανός. Plura de eo Marinus cap. 27. Unde diſces nihil aliud continuiſſe qvam electa ex Syriani commentariis in Marini gratiam annotata & a Marino congeſta, ipſe enim Proclus qvo minus proprio Marte in Orphica ſcriberet, inſomnino deterritum eſſe ſe ferebat.

17. Περὶ τὰ λόγια, Βιβλία ί. *In Oracula libri decem.* Svidas. Hoc opus partim ex Syriani ore ſed præcipue ex Porphyrii ac Jamblichi ſcriptis qvinqvennii ſpatio à Proclo collectum & ſeptuaginta tetradas oraculorum hoc eſt CCXXX. verſus complexum fuiſſe teſtatur Marinus cap. 26. Meminit Proclus ipſe pag. 359. in τοῦ τὰ λόγια γεγραμμένους. Fortaſſe jam perierat, cum Pſellus & Pletho pauca qvædam oracula illuſtranda & diſſenſum eorum à Chriſtianis dogmatis oſtendendum ſibi ſumerent. Idem Pſellus ſive Simeon Sethi in libro de alimentorum facultatibus, ubi de Philomela piſce agit, p. 141. Proclum τὴν χαλ-

δαϊκὴν Φιλοσοφίαν αἰνιγματωδῶς ἐξηγούμενον memorat, ubi ſine cauſa ambiguus hæret interpres clariſſimus Martinus Bogdanus utrum noſtrum Proclum Pſellus intellexerit.

18. Ὑπόμνημα εἰς ὅλον τὸν Ὅμηρον *In Homerum integrum commentarius.* Svidas. Solenne fuit junioribus Platonicis in Poetarum Principem commentari, ut obſervatum viro ſummo Lucæ Holſtenio in Porphyrii vita. Cæterum hoc Procli in Homerum opus tributum fuit in libros ſeptem, ut ex eodem Svida colligo in Συριανός. Vide qvæ ſupra p. 449. annotavi. Etiam in qvæſtionibus ſive diſſertationibus Procli ad Platonis Politiam, fabulæ qvædam & dicta Homeri Philoſophice exponnuntur, ut jam monui ſupra, num. XVI. In iisdem pag. 375. citantur etiam Syriani λύσεις ὁμηρικῶν προβλημάτων.

19. Περὶ τῶν παρ' Ὁμήρῳ Θεῶν *De Diis apud Homerum.* Svidas. Refero hoc inter ſcripta Procli deperdita, qvamvis probe memini de hoc argumento agi in diſſertationibus qvæ editæ ſunt ad Platonis Politiam iſthoc titulo. Sed qvia res minus certa eſt, & Svidas ipſe commentarios Procli in Politiam ab hoc opere de Diis Homericis diſtinguit, nos qvoqve diſtinguere maluimus. Videtur illud reſpicere Anonymus de incredibilibus ab Allatio editus ubi Procluum laudat cap. 19.

20. Συμφωνία Ὀρφέως, Πυθαγόρα καὶ Πλάτωνος. *Concordia Orphei * Pythagoræ ac Platonis.* Svidas. Huc refer verba Marini cap. 22. ἐξηγούμενός τε πάντα ἐνθουσιαστικώτερον, καὶ εἰς συμφωνίαν ἄγων κ. τ. λ. Sic Hierocles libro qvarto de fato ac providentia conſenſum Platonis cum Orpheo & τοῖς λογίοις demonſtraverat teſte Photio, & Telephum Grammaticum Svidas refert ſcripſiſſe περὶ τῆς Ὁμήρου καὶ Πλάτωνος συμφωνίας. Non in iſto autem tantum opere Proclus Syriani exemplo, ſed in aliis qvoqve ſcriptis ſuis concordiam hanc oſtendit, præcipue commentariis in Timæum, ex qvibus unum locum afferre juvat, qvi legitur libro qvinto pag. 291. Πυθαγόρου δὲν ὁ Τίμαιος ἕπεται ταῖς Πυθαγορείων ἀρχαῖς, αὗται δέ εἰσιν αἱ Ὀρφικαὶ παραδόσεις. Ὁ γὰρ Ὀρφεὺς δι' ἀποῤῥήτων λόγων μυστικῶς παραδέδωκε, ταῦτα Πυθαγόρας ἐξεμαθεν ὀργιασθεὶς ἐν Λεβήθροις τοῖς Θρακίοις Ἀγλαοφάμου τελετὰς μεταδιδόντος, ἣν περὶ Θεῶν σοφίαν Ὀρφεὺς παρὰ Καλλιόπης τῆς μητρὸς ἐπινύθη. Ex hoc loco, ut id obiter notem, reſtituendus Jamblichus p. 135. de vita Pythagoræ, vel potius comprobanda

* Theologum. Arithmetices pag. 37. οἱ Πυθαγορικοὶ κατακολουθοῦντες Ὀρφεῖ.

banda medela qvam illi feliciter attulere eruditissimus Gisbertus Cuperus libro tertio observationum, & in dissertatione de scriptis Socratis Allatio opposita desideratissimus Gotfridus Olearius noster, & Jamblichi editor doctisimus & magna itidem Græcarum literarum jactura nuper extinctus Ludolphus Kusterus. Sed & passim sollicitum Proclum esse video, qvo Aristotelemcum Platone consentire doceat, unde *utriusque Philosophi glutinum* appellatur a Julio Cæsare Scaligero ad librum secundum Aristotelis de plantis.

21. *Liber de tribus monadibus* νοητῶς, τῇ ἀληθείᾳ, τῇ καλλονῇ & τῇ συμμετρίᾳ, meminit Proclus ipse p. 433. in Politiam.

22. Περὶ ἀγωγῆς ϛ. *De Disciplina Theurgica libri duo.* Svidas. Vide qvæ notavi ad Marinum cap. 28. Claudam hoc caput Epigrammate, qvod in Proclum ejusqve vitæ scriptorem Marinum exstat in Anthologia lib. 1. cap. 86.

Καὶ τόδε σῆς ζαθέης κεφαλῆς περιώσιον ἔργον
ΠΡΟΚΛΕ μάκαρ, πάντων βρέτας ἐμπνοον ὅτι MARINON
Ἀθανάτων, μερόπεσσι βοηθόον εὐσεβέεσσιν
Ἄντι τεῆς κεφαλῆς ψυχοσσόον ἄλκαρ
Κάλλιπες, ὃς ϛιοτὴν θεοτερπέα σεῖο λιγαίνων
Γράψε τάδ' ἐσσομένοις μνημήια σῶν ἀρετάων.

Divini capitis nempe est opus hoc qvoqve sacrum
Procle tui, simulacrum qvod vivum ipse Marinum
Divorum, atqve piis decus auxiliumqve relinqvis,
Qvi robur pro te sacro capite esse salusqve
Claraqve virtutum posset monumenta tuarum
Postera commendare suis ad sæcula scriptis.

Index Scriptorum

In Procli Commentariis ad Timæum & Remp. Platonis, nec non in Theologia ejus Platonica memoratorum.

Th. Theologiam, nudi numeri paginas edit. Græcæ Basil. fol. commentariorum denotant.

Lib. I. in Timæum incipit pag. I. II. pag. 63. III. p. 139. IV. p. 238. V. p. 289. In Politiam, p. 349.

ADrastus 192. ejus dictum de Aristoxeno, ὅτι ὁ πάνυ τὸ εἰδὼς ἀνὴρ οὐκεῖνος μυσικὸς, ἀλλ' ὅπως ἂν δόξῃ τι καινὸν λέγειν πεφροντικώς. 192. τῶν παλαιῶν ὁ μὲν Ἄδραστος. 198.

Ægy-

Ægyptiorum Prophetæ scita sua ἐν στήλαις ταῖς ἔτι σωζομέναις scripta jactarunt ex qvibus sua Plato hauserit. 24. ἐν τοῖς ἱεροῖς πάντων ἀναγραφή. 38. observationes antiqvissimæ eorum Astronomicæ 31. 45.
Ἡ δύσις, ὡς ἔλεγον Αἰγύπτιοι, τόπος ἐστὶ δαιμόνιον κακωδικόν. 24.
Ægyptii ἱερεῖντες. 30. ὡς αἱ τῶν Αἰγυπτίων ἱστορίαι λέγουσιν (Manethonis opinor) 31. παντοία Αἰγυπτίων σοφία. 31. mensis illis pro anno ibid. ex Eudoxo. παράδοσις περὶ ἡλίκων ὡς διαφόρως ἐν τοῖς ζωδίοις ἀμείβοντος μορφάς. 33. γράμματα ἐκείνων τὰ κήματά ἐστι καὶ τύποι τινὲς δρασήριοι 35. Pythagorici sua ab Ægyptiis mutuati. 38. διὰ μύθων αἰνίσσονται τὰ ἀπόῤῥητα τῆς φύσεως. 40. διὰ συμβόλων. 40. 41. ἱερὰ γράμματα. 44. 45. 52. ἡ τῶν Αἰγυπτίων ἱερὰ φήμη. 56. ἱερατικοὶ λόγοι. 59. παράδοσις de materia obscura & infinita. 117. Πορφύριος ἱστορεῖ, παρὰ τοῖς Αἰγυπτίοις τοιοῦτος χαρακτὴρ σύμβολον φέρει τῆς κοσμικῆς ψυχῆς, τὸ χ κύκλον περιβαλόν. 216. ante Græcos τηρήσεσι sive observationibus Astrologicis usi 277.
Ægyptii Anubin Osiridis custodem κυνοπρόσωπον fingunt. 411.
Ægyptii Prophetæ λόγος, ὡς καὶ τῶν εἰς ἀνθρώπινον ἰσσῶν ψυχῶν ἔρχονταί τινες καὶ εἰς τὸ θῆλυ φῦλον ἔνθεοι. 421.
Aglaophamus, qvi Pythagoram initiavit. 291.
οἱ τὰ Αἰθιοπικὰ γράψαντες. 56. infra, Marcellus.
Albinus Platonicus. 67. 104. 311.
Alexander Peripateticus. 322.
Amelius. 4. 93. 110. 121. 129. 130. 233. 249. 268. 354.
ὁ γενναῖος Ἀμέλιος. 24. 94. 102. Contra Amelium scripsit Jamblichus 216. Theodorus Asinæus Amelio συνεπόμενος. 94.
Ammonius Antonini præceptor. 187.
Amynander (apud Platon.) 27. 28.
Anaxagoras 63. 258. καθευδόντων τῶν ἄλλων, τὸν νῶν πρῶτος αἴτιον τῶν γιγνομένων ἴδεν. 1. 6. νῶν ἐπισατεῖν τοῖς ὅλοις, περὶ Ἀναξαγόρα Σόλων ἀπεφήνατ. 25.
Antimachus metaphoris freqventibus μεμηχαμένον ὕψος poëti suæ concilians 20. Chœrilo prælatus à Platone, qvi Heraclidi persuasit ut Colophone poëmata ejus colligeret. 28.
Antipho φύσιν dixit materiam. 4.
Antoninus Ammonii discipulus 187.
Aqvilius Ἀκύλιος. 319. 320.

Archi-

Archimedes. 162.
Ἀρχύτα δᾶξις mediæ proportionalis lineæ. 149.
Ariſtander. 187.
Ariſtidis λόγ Αἰγύπτιος de incremento Nili 37.
Ariſtocles. 7.
Ariſtophanes (in ſympoſio Platonis memoratus) 314. 326. 329. 360.
Ariſtoteles 4 6. 31. 36. 37. 39. 56. 58. 73. 80. 82. 85. 86. 90. 93. 103. 117. 118. 120. 123. 125. 133. 138. 142. 152. 157. 161. 163. 164. 165. 166. 167. 177. 178. 185. 199. 217. 220. 231. 233. 236. 241. 245. 250. 254. 255. 257. 260. 261. 265. 273. 275. 277. 278. 279. 281. 283. 286. 294. 312. 329. 334. 358. 362. 418 419. 422. 431. Th. 18. 146. 161. 216.
ὁ δαιμόνι Ἀριστοτέλης 77. 82. ὁ θαυμαστὸς 141. τὴν τῶ Πλάτων διδασκαλίαν κατὰ δύναμιν ζηλώσας. 2. 3. τῶν μὲν Θεολογικῶν ἀρχῶν ἀφιστάμεν, τοῖς δὲ Φυσικοῖς λόγοις περὶ τῶ δεοντ ἐνδιατρίβων. 90. Ἀριστοτελικὰ προβλήματα 108. Ἀριστοτελικὸν ἀξίωμα. 168. ἐν τοῖς ἀποδεικτικοῖς. 424. ἐν τοῖς προτέροις ἀναλυτικοῖς. id.
ἐν τῇ Φυσικῇ. 73. τῷ δευτέρῳ Φυσικῆς ἀκροάσεως. 284. (322.
ἐν τοῖς περὶ κινήσεως λόγοις. 151. ὅπερ ἐκεῖνα τὸ περὶ κόσμα βιβλίον.
ἐν τοῖς περὶ δυνάμεων. 151. ἐν τῷ συστατικῷ. 350. ἐπιτεμνόμενος τὴν πραγματείαν τάυτης (Politiam Platonis) 350. ἐν τῇ περὶ ψυχῆς πραγματείᾳ Φυσικῶς αὐτὴν μεταχειριζόμενος, ὅτε περὶ καθόδων ψυχῆς ὅτε περὶ λήξεων ἐμνημόνευεν. ἀλλ ἐν διαλόγοις χωρὶς ἐπραγματεύσατο περὶ αὐτὴν, καὶ τὸν προκείμενον κατεβάλλετο λόγον. 338.
ἐν τῇ περὶ ἀρχῆ πραγματείᾳ. 73.
ἐν τῇ μετὰ τὰ Φυσικά. 126.
ἀντιῤῥήσεις πρὸς τὴν Πλάτων Ψυχογονίαν γεγραμμέναι καὶ αἱ τῶν Πλατωνικῶν πρὸς αὐτὰς ἐπενηνεγμέναι λύσεις. 226. Ibidem Proclus teſtatur ſe ſingulari libro illas ἀντιῤῥήσεις Ariſtotelis oppugnaſſe.
Ariſtotelici 80. Ἀριστοτελικοῖς ὑποθέσεσιν ἀκολουθήσαντες. 87.
Ariſtoteles Rhodius 27.
Ariſtoxenus ὁ μελικὸς (ita leg. p. 27. pro μενικός) ἐν τῷ πρώτῳ τῆς ἁρμονικῆς στοιχειώσεως, 192.
οἱ Ἀριστοξένειοι. 196.
οἱ ἁρμορικοί. 213.

Ἡ τῶν Ἀσσυρίων θεολογία (ex Chaldaicis Oraculis) 154.
Ἀσσύριοι ἐκ ἑπτὰ καὶ εἴκοσι μυριάδας ἐτῶν μόνας ἐτήρησαν, ὡς φησιν ἱππαρχος, ἀλλὰ καὶ ὅλας ἀποκαταστάσεις καὶ περιόδους τῶν ἑπτὰ κοσμοκρατόρων. 31. è Jamblicho.
Aſtronomi. 162. 221. οἱ δεινοὶ περὶ ἀστρονομίαν. 282. οἱ ταῦτα δεινοὶ. 285. ἀστρονομία καλῶς διδάσκει. 266. περὶ τῶν ἐν τοῖς πλάνησι τηρήσεων κανόνας ἐκδεδωκότες καὶ τὰ περὶ γενεθλιαλογίαν σπουδάσαντες. 277.
Aſtronomica inſtrumenta. Δεῖ γὰρ καὶ ἐπὶ τῆ ἀβακίῳ καὶ ἐπὶ τῆς κεκωτῆς σφαίρας καὶ ἐπὶ τῶ παραδείγματος ἢ ἐπὶ ἀστρολάβω ταῦτα καλιδόντας &c. 284.
Athenienſium veterum νόμοι. 46.
Ἀθηναῖος ξένος (apud Platon.) 262. 369. 376. &c.
Atlas. 282.
Atticus 7. (Platonicus. 30.) 83. 84. 87. 93. 99. 111. 116. bis 119. 129. 250. 130. 170. 174. 187. 234. 301. 311. φιλοπονώτατος 315. τὸν Φαῖδρον ἐξηγούμενος. 315.
Βαρβαρικῆς ἀλαζονείας μεσὸς θεωρίας τρόπος. 47. βαρβαρικὴ δόξα ἦν Πλάταρχος ἱσόρησεν ὁ χαιρωνεὺς, ἐν ἐνὶ τριγώνῳ ἰσοπλεύρῳ κατὰ μὲν τὸ μέσον εἶναι τὸ νοητὸν, καὶ καθ' ἑκάστην δὲ πλευρὰν περὶ ἐκεῖνο κόσμους ἑξήκοντα, καὶ καθ' ἑκάστην γωνίαν ἕνα, τοιούτους ὃν ὁ ἡμᾶς περιέχων, ὥστε εἶναι τρεῖς ἡγεμόνας, καὶ τρὶς ἑξήκοντα ἄλλους ὑπ' αὐτούς. ita leg. non τρεῖς 138. βαρβαρικὰς δόξας ἐπόμενος Ariſtoteles qvintam eſſentiam introduxit. 152.
Berenice μαγείας διδάσκαλος fœmina. 424.
Brachmanes Indorum. 64.
Cajus Platonicus. οἱ περὶ Ἀλβῖνον καὶ Γάϊον Πλατωνικοί. 104.
Callimachus. 28. Κυρηναῖος μαρτυρεῖ ποιητής. 391.
Callippi τηρήσεις Aſtronomicæ. 32.
Calliſthenes. 30.
Canones Logici ὡς οἱ τῶν ὅρων βάλλοντες κανόνες. 74.
Chaldæi. 164. αἱ χαλδαίων φῆμαι. 264. ὁ ἱερὸς λόγος παρὰ χαλδαίων. 273. longe ante Ægyptios obſervationibus Aſtrologicis uſi, καὶ πρὸ τῶν τηρήσεων ὑπὸ θεῶν διδαχθέντες. 277. Chaldæorum τηρήσεις ὅλων ἦσαν κοσμικῶν περιόδων. id. Vide & infra, Oracula & Theophraſtus.
Chœrilus Platonis tempore εὐδοκιμῶν. 28. prælatus ipſi Antimachus à Platone. id.

Chry-

Chrysippus. 126.
Comœdia. 23. Vide infra Tragœdia.
Crantor ὁ πρῶτος τῶ Πλάτωνος ἐξηγητής. 24. 85.
Cretensium θεσμοί. Th. 253.
Critias ἰδιώτης μὲν ἐν φιλοσόφοις, φιλόσοφος δὲ ἐν ἰδιώταις, ὡς ἡ ἱστορία φησίν. 22.
Damon Musicus (ap. Platon.) 360. 363. 365.
Democritus. 149.
Demodocus (apud Homer.) 398. 404.
Dercyllides. 7.
ὰ φοβηθησόμεθα τὰς δεινὰς τῶν διαλεκτικῶν. 274.
Diotima Pythagorica. 420. Prophetis cujus meminit Plato 325. 422.
οἱ τὰς διθυράμβους γράψαντες. 352.
ὁ ἑταῖρος ἡμῶν Δομνῖνος. 34. 37.
Duris. 28.
ὁ Ἐλεάτης ξένος (qvi apud Platonem loqvens inducitur) 187. 202. & alibi. 402. 426.
Empedocles. 106. 175. 232. 339. Ἐμπεδόκλειον νεῖκος. 144.
ejus φιλία θεία & σφαῖρος. 6. 160. versus: πολλὰ δ' ἔνερθ' ὕδεος πυρὶ καίεται. 141.
οἱ περὶ τῶν ἑορτῶν γράψαντες. 9. ubi de Bendidiis, festo in honorem Dianæ celebrato IX. ad X. Θαργηλιῶνος, de qvo & 353. 26. ubi & de peplo Minervæ & in eam hymno. De aliis festis p. 27. de Eleusiniis sacris. 293.
Epicurus. 19. 82.
Epicurei. 80. 81. perstringuntur p. 108. τὰυτόματον pro causa venditantes Mundi. Ἐπικουρείων τις. 382.
Eratosthenes. 37. 149. 186.
οἱ ἑτερόδοξοι. 88.
Euclides (ὁ Γεωμέτρης p. 72.) 162. ἐπὶ τῶν στοιχείων ἐδιδάχθημεν. 414.
Eudemus 258. ubi ejus historia Astrologiea respicitur.
Eudoxus. 31. 257.
Eurymachus Epicureus. 66.
Galeni liber ὅτι τοῖς τῦ σώματος κράσεσιν ἕπονται τῆς ψυχῆς αἱ δυνάμεις. 346. adde 412.
οἱ Γεωμέτραι. 86. 72. 79. 120. γεωμετρικὴ ἀνάγκη. 101. ἀποδείξεις. 105.
Græcorum antiqvissima memoria, apud Athenienses Erichthonius, apud Argivos Phoroneus & Niobe. 31. Græcorum fabulæ de Phaëtonte &c. 33. 34.

Γραμματεῖον ληξιαρχικόν. 62.
οἱ τὰς Γιγαντομαχίας ἀναγράψαντες. 13.
Harpocratio (Platonicus) 93.
Heraclides ſvadente Platone, Antimachi Poëmata colligit Colophone. 28. Heraclides Ponticus ὁ Πλάτωνος ὢν μαθητὴς (ita leg. pro ὁ) κινῶν κύκλῳ τὴν γῆν. 281.
Heraclitus dixit τὸν δημιουργὸν ἐν τῷ κοσμουργεῖν παίζειν. 101. ἑαυτὸν πάντα εἰδέναι λέγων πάντας τὰς ἄλλας ἀνεπιστήμονας ποιεῖ. 106.
ejus dictum πόλεμον τὸν πάντων πατέρα. 24. 54. Ἡ τῶν γεγονότων γνῶσις πολυμαθίη νόον ἐ φύει. 31. ψυχῶν νοερῶν θάνατος ὑγρῇσι γενέσθαι. 36. νέῳ ἐφ' ἡμέρῃ ἥλιος. 334.
pag. 22. pro βὴ Ἡρακλέτης lege Ἡρακλέης. Etiam ſuſpectum quod p. 56. Ἡρακλείτῳ λόγῳ διὰ πολλῆς ἀβάτου χώρας διαπορευθέντα εἰς τὸ Ἀτλάντων ὄρος ἀπελθεῖν. lege Ἡρακλέα.
Hermes. 117. Ἰάμβλιχος ἱστόρησεν ὅτι καὶ ἑρμῆς ὁ τῆς ἀσιότητος τὴν ὑλότητα παραγέσθαι βέλεται καὶ δὴ καὶ εἰκὸς κἀκ τούτου τὸν Πλάτωνα τὴν τοιαύτην περὶ τῆς ὕλης δόξαν ἔχειν.
Hermocrates Συρακόσιος στρατηγός. 22.
Heſiodus. 368. 370. 390.
ejus Theogonia 291. ὡς ἐκ θεογονίας μεμαθήκαμεν. 309. reſpicit Proclus ſuos in Heſiodum commentarios.
Hipparchus. 31. 277.
Hippocrates. 147.
Ἡ ἱστορία τοῦτο βεβαιοῖ experientia 15. ἡ ἱστορία τῶν περὶ εὑρημάτων γεγραφότων. notitia 38. ἀπὸ ἱστορίας δῆλον 325.
Hiſtorici multi hallucinantur ἀπειρία τῶν τακτικῶν. 20. illiterati populi ἄσμασιν ἢ μέλεσιν ἱκανοὶ διασώσασθαι τὰ προβεβιωμένα niſi ſint prorſus ἄμουσοι. 39.
οἱ νεώτεροι λογογράφοι. 53. τινὲς τῶν ἱστορούντων τὰ περὶ τῆς ἔξω θαλάσσης. 54. κατὰ παράδοσιν ὑπὸ πολλῶν ἱστορίαν. 154. ὡς αἱ ἱστορίαι λέγουσιν. 266. ὡς ἐκ τῆς ἱστορίας γνώριμον. 417. ἀπὸ τῆς ἱστορίας ὑπομνήσας. 418.
Homerus 5. 21. 23. 36 40. 42. 43. 58. 81. 84. 96. 101. 277. 283. 300. 302. 316. 343 335. 341. 368. ſeq. Th. 17. 22.
Homeri verſus 6. 8. 16. 21. 50. 52. 83. 96. 108. 164. 228. 294. 295. 375. 377. 379. 380. 381. 396. 412. reſpicitur 327. 341. 365.
Μεγαλοφωνότατος 20. ad virtutem tradendam unus ſufficit judice Ori-

Origene. At ſecundum Porphyrium μέγεθος μὲν πάθεσι περιθεῖναι καὶ ὕψος, Ὅμηρος ἱκανὸς, καὶ εἰς ὄγκον ἐγεῖραι φαντασικὸν τὰς πράξεις, ἀπάθειαν δὲ νοερὰν καὶ ζωὴν φιλόσοφον ἐνεργῆσαν, οὐχ οἷός τε παραδῆναι. 20. ὁ θεῖος ποιητής. 51. 96. 295. ejus verba εἰς κοίρανος ἔσω. 80. Pro Homero Apologia prolixa & erudita à p. 368. ad 407. Ὁμηρικὴ μυθοποιία 370. Θεομυθία 374. τὰ μέτρα τῆς μιμήσεως τελέως διεσώσατο. 392. ἄριστος καὶ θειότατος ποιητῶν. 393. Homeri ſententia noſcitur non qvando loqvuntur proci vel alii inepti homines, ſed qvando Neſtor vel Ulyſſes. 379. Heroicorum temporum mores accurate expreſſit. 390.

Homerus ἐν τῇ καλουμένῃ Θεομαχίᾳ. 391. ἐννεκυΐᾳ. 393. 396. 397. Homeri poëſis rejecta à Platone qvatenus φαντασικὴ & μιμητικὴ, non qvatenus ἐπιστήμων & ἔνθεος. 405. Civitates in controverſiis inter ſe ad Homeri auctoritatem provocantes. 406.

Homeri cœcitas. 398. οἱ πολλοὶ τῶν ἐξηγητῶν. 381.

Hymnus θυσία πρόσφορος. εἰ γάρ τι φωνῆς ὄφελος ἀνθρώποις, εἰς ὕμνους αὐτῇ χρηστέον. 60.

ὁ θεῖος, ὁ μέγας Jamblichus. 5. 8. 26. 27. 31. 36. 37. 43. 45. 47. 48. 49. 54. 60. 63. 64. 67. 70. 71. 79. 85. 89. 102. 116. 117. 121. 125. 129. 130. 133. 134. 140. 171. 173. 183. 184. 206. 214. 217. 234. 235. 236. 248. 249. 252. 253. 254. 257. 258. 268. 275. 282. 290. 292. 293. 296. 297. 299. 306. 311. 315. 318. 321. 338. 348. Th. 2. 28. 140. 142. 188. 216. 313.

Ἰαμβλίχειοι ἐπιβολαί. 161. οἱ περὶ αὐτὸν τῶν ἐξηγητῶν. 217.

ἐν τοῖς τὸ Φαίδρου ὑπομνήμασιν. Th. 215. ἐνθεασικῶς τὴν Πλάτωνος θεωρίαν μεταδιώξας. ibid.

ἐψηλολογημένος ἐν τούτῃ τῇ ῥήσει. 6. Φυσικώτερον omnia interpretatur, ut Porphyrius πολιτικώτερον 7. ὁ θειότατος. 24. ἀλλ' ὁ μὲν θεῖος ἔτος ἀνὴρ πολλά τε ἄλλα καὶ δὴ καὶ ταῦτα ἡμᾶς παιδεύσας ἐυμενὴς ἔσω. 54. πολλὰ μὲν ἀντιγράψας πρὸς τὴν Πορφυρίου δόξαν, καὶ ὡς πλωτῖνειον αὐτὴν ἔσαν καταβαλὼν, αὐτὸς δὴ τὴν ἑαυτοῦ παραδιδοὺς θεολογίαν, πάντα τὸν νοητὸν κόσμον ἀποκαλεῖ δημιουργόν. 94. ἔτος ὁ ἀνὴρ διαφερόντως ἀντελάβετο τῆς τοιαύτης (φυσικῆς) πραγματείας, τῶν ἄλλων ὥσπερ καθευδόντων, καὶ περὶ τὸ μαθηματικὸν καλινδουμένων μόνον 150. ἐν τοῖς πρὸς τοὺς ἀμφὶ Ἀμέλιον καὶ Νουμήνιον ἀντιῤῥήσεσιν. 226. θεολογικώτατος τῶν ἐξηγητῶν. 242.

Invo-

Invocationes Deorum ab ipsis traditæ Diis. Horæ Deæ, Mensis Deus, Dies & Nox Deæ, ὧν ἢ κλήσεις ἔχομεν ἐκδεδομένας παρ' αὐτῶν τῶν Θεῶν. 248.
Πολλοὶ τῶν Ἰταλικῶν ἢ Ἀττικῶν. 62.
Julianus (Theurgus) ἐν ἑβδόμῳ τῶν ζωνῶν. 246.
Longinus. 10. 11. 16. 19. 20. 21. 26. 28. 29. 50. 63. 98. Vide & infra Μηδίᾳ. Plotini de eo dictum, φιλολόγος καὶ ὁ φιλόσοφος. 27.
Lycurgus Lacedæm. 406.
Λυπτανῶν δὲ ἀκήκοα τὴν πολιτείαν ἰσηγορίαν μὲν ἀποδιδόναι καὶ ταλασίαν τοῖς ἀνδράσι, πολέμους δὲ καὶ ἀγῶνας ταῖς γυναιξίν. 418. lege Λυσιτανῶν ex p. 421.
τῶν λόγων ὑμᾶς Λυσίας (ap. Platon.) εἰσία. 6.
Magi Persarum. 64.
Marcellus ἐν τοῖς Αἰθιοπικοῖς. 55. ὁ τὴν Αἰθιοπικὴν γράψας ἱστορίαν. 56
Mathematici. 259. 38. 56. (ubi Eratosthenes respicitur) οἱ τὰ μαθηματικὰ δεινοί. 160.
Μηδίᾳ Stoici problemata ad Longinum περὶ τῶν μορίων τῆς ψυχῆς. 415. 416.
Menæchmus Geometra. 149.
Moderatus. οἱ νεώτεροι, τὰς Νικομάχους λέγω, τὰς Μοδεράτους. 144.
Musæus à μυθοπλάσαις dictus Lunæ filius. 34. 51. 326.
Μύχα Pythagorica, lege Μύια. 420.
Μυθοπλάσαι 370. 373. 384. 388. 398. fingunt Vulcanum προεσηκότα τῆς φύσεως ἐρῶντα τῆς Ἀθηνᾶς τῆς τῶν νοερῶν εἰδῶν τὸν διάκοσμον ὑφαινούσης, καὶ τῶν νοήσεων χορηγὸν πᾶσι τοῖς ἐγκοσμίοις ita leg. pro ἐγκωμίοις. 63. τὰ μυθικὰ αἰνίγματα μετάγειν εἰς Φυσιολογίαν οὐκ ἐᾶει. 88. ὡς δέ φησιν ὁ μύθος 296. οἱ μύθοι παραδεδώκασιν. 297. &c.
Mysteria & τελεταὶ ἀνάγουσι μὲν ἀπὸ τῆς ἐνύλου καὶ θνητοειδοῦς ζωῆς τὰς ψυχὰς καὶ συνάπτουσι τοῖς θεοῖς 369. μυστικὰ σύμβολα 370. 372. Ἡ μυστικὴ τῶν θείων γνῶσις. 370.
Nicomachus (Pythagoricus) 144. 145.
Numenius. 24. 26. 93. 141. 187. 299. Ἀμέλιος γράφει, καὶ περὶ Ἀμελίου Νουμήνιος. 249. 268. Theodorus Asinæus, τῶν Νουμενείων λόγων ἐμφορηθείς. 225. contra Numenium scripsit Jamblichus. 226.
Ocellus Lucanus. οἱ περὶ Ὀκκελλον τὸν τῆς τιμαίου πρόοδον - - ταῦτα ἀναγέγραπται παρὰ τοῦδε τοῦ ἀνδρὸς ἐν τῷ περὶ φύσεως. 150.
Olympi μέλη. 366.
Oracula (Chaldaica) νώτοις δ' ἀμφὶ θεᾶς φύσις ἄπλετος ἠώρηται. 4. ὑπερ-

4. ἐρρέτω ὄφρα θεῦ δέμον αἰδίου κατασύρων. ibid. δητύνονθι βροτῶ κραιπνοὶ μάκαρες τελέθσι. 65. τὸ αἰδοῖον καὶ μεγαλοπρεπὲς τῆς ἑρμηνείας οἱ χρησμοὶ διαφερόντως ἔχσι. 20.

ἡ ἔνθεος ποίησις mentes dixit Φύλακας Διός. 12. τὰ λόγια. 37. 65. 68. 103. 106. 118. 128. 137. 154. 155. 157. 158. 166. 172. 184. 219. 242. 257. ubi plures versus 267. 270. 277. 311. 321. 322. 323. 336. 339 355. 359. 376. 380. 399. οἱ ἱεροὶ θεσμοί. 45. τῶν λογίων ποιητής. 97. Assyriaca Theologia. 154. μυσικώτατοι τῶν λόγων. 264. αἱ χαλδαίων φῆμαι. id. οἱ τῶν ἱερῶν θεσμοὶ, αἱ χρησμῳδίαι τῦ Ἀπόλλωνος. 266. ἡ ἔνθεος ποίησις. 300. ἱεραλικοὶ θεσμοί. 392.

Origenes 10. 19. 20. 21. 24. 26. 29. 50. ὁ Πλωτίνῳ τῆς αὐτῆς μετασχὼν παιδείας. Th. 90.

φησὶν ὁ Πορφύριος τριῶν ὅλων ἡμερῶν διατελέσαι τὸν Ωριγένην βοῶντα καὶ ἐρυθριῶντα καὶ ἱδρῶτι πολλῷ κατεχόμενον, μεγάλην λέγοντα τὴν ὑπόθεσιν καὶ τὴν ἀπορίαν, καὶ δεικνύναι φιλοτιμούμενον, ὅτι πρὸς τὰς κατ' ἀρετὴν πράξεις ἀρκῦσα ἡ παρ' Ὁμήρῳ μίμησις. 20.

Orpheus ὁ Θεολόγος θρᾴξ. 353. 36. 50. 51. 52. 54. 58. 93. 94. 96. 97. 99. 117. 124. 137. 139. 153. 155. 160. 165. 168. 173. 184. 200. 208. 211. 219. 264. 267. 291. 292. 293. 303. 307. 308. 310. 313. 315. 316. 323. 330. 368. 375. 377. 388. ἐπὶ τῶν Πλατωνικῶν καὶ Ὀρφικῶν μένειν σπουδάσομεν ὑποθέσεων. 4. Plato Ὀρφεῖ συνεπόμενος 118. τοῖς Ὀρφικοῖς ἑπόμενος μύθοις 184. Orpheus citatur Th. 161. 206. 253. 264. 267. 322. 363. 365. 370. 376. 381.

Περὶ τῦ φάντος Θεολογῶν. 130. 131. 132. adde p. 335. ἐν τοῖς περὶ τῆς ἵππας λόγοις. 171. Orphei versus 29. 35. 38. 41. 45. 52. 57. 63. 64. 95. 96. 99. 100. 102. 121. 124. 130. 146. 156. 174. 184. 211. 256. 267. 283. 294. 295. 296. 336.

Orphici 303, 375. Th. 214. διὰ τῶν Ὀρφικῶν Θεολογιῶν. 137. Ὀρφικαὶ παραδόσεις. 184. 292. Ἡ Ὀρφικὴ Θεολογία. 266. 283. Ὀρφικὴ θεομυθία. 307.

Ὀρφικῶς, Πυθαγορείως, Πλατωνικῶς. 53. Orpheum Plato ζηλώσας. 57. 58. & Pythagoras. infra in Pythagor.

Ὀρφικὴ θεολογία. 57. Orpheus vivus dilaceratus. 398.

Παιδνὶ σειρὰ *quam habens Demiurgus Jenii expertem perpetuo servat Mundum* 158.

τινὲς τῶν παλαιῶν προσήκατο τὴν εὐχὴν, τινὲς δὲ ὄ. 64. nomina ἑρανὸς & κόσμος, παρὰ τοῖς παλαιοῖς πολλὴν ἔσχον ἀμφιβολίαν. 83. οἱ περὶ ἡμῶν. 91. ἄλλοι γὰρ ἄλλως ἔθεντο τῶν παλαιοτέρων. 98. 101. 164. 167.

167. 178. 191. 196. 198. 204. ἀρέσαντα τοῖς πρεσβυτέροις 240. ἐνθεασικὰ τῶν παλαιῶν νοήσης. 289. οἱ παλαιοὶ 323. 341. πολλοὶ τῶν νεωτέρων. 103. θρυλλούμενον ὄνομα παρὰ τοῖς νεωτέροις 137. 192. νεώτεροι à Plotino Platonici 166. Nicomachus & Moderatus. 144.

Panætius. 50.

Parmenides 78. 93. 185. 224. 228. 232. 244. Th. 155.
ejus versus plures. 105. 160.
ejus liber περὶ τῶν ὄντων, unde Plato suum Parmenidem composuit. 5.

De peplo Minervæ, vide pag 41. 51.

Pericles cui Theologiam Platonicam Proclus inscripsit, φίλων φίλτατον appellans. Th. 1.

Peripatetici. 81. οἱ ἐκ τῆς περιπάτου. 176. 271. 416. 421. δεινοὶ τῶν Περιπατητικῶν. 215. τινὲς ἐκ περιπάτου, καθάπερ Ἀλέξανδρος. 322.

Phanodemus. 30.

Phemius Ithacensis. 404.

Pherecydis παράδοσις αἰνιγματώδης. 40. εἰς ἔρωτα μεταβεβλῆθαι τὸν Δία, μέλλοντα δημιουργεῖν. 156.

Philolaus. 26. 54. Th. 13. 132. δέδεικται μὲν ἐκ τῆς Φιλολάου τὸ πλῆθος τῶν παρὰ τῷ Τιμαίῳ ὁρῶν. 198.

Philonides (Stoicus) 166.

Philosophia, μεγίστη μυσική. 364.
οἱ ἀρχαιότεροι τῶν Φυσικῶν. 4. 34. 63. 132. 150. 248. Physicis & ipso Aristotele σεμνότερος in causis assignandis Plato. 189.
ὡς ὅιονταί τινες. 216. ὡς τινὲς φασιν. 186. Φιλοσόφων τινες. 214. πολλοῖς τῶν Φυσιολόγων. 286.

Plato τοῖς Πυθαγορείοις ἑπόμενος. 1. 7. 8. 80. συνεκεράσατο τήν τε Πυθαγόρειον καὶ Σωκρατικὴν ἰδιότητα. 3. Orpheum ζηλώσας. 57. 58. ὠῤῥάϊζεται καὶ ψυχαγωγεῖ διὰ τῶν παραβολῶν καὶ τῆς τῶν ὀνομάτων χάριτος καλλωπίσας τὸν λόγον. 19. ἐκλογὴ τῶν ὀνομάτων πεφροντισμένη τῷ Πλάτωνι. id. ad Dionysium profectus sperans δημιουργὸς πολιτείας ἔσεσθαι χρηστῆς. 19. ab Ægyptiis Politiam hausisse traditus. 24. à Solone genus ducit. 25. ποιητῶν ἄριστος κριτής. 28. μάτην φληναφῶσι Καλλίμαχος καὶ Δῆρις, ὡς Πλάτωνος ἐκ ὄντος ἱκανὸς κρίνειν ποιητάς. 28. reprehendit τὰς πάντα ἐκ τῆς προχείρου λέγοντας, ἵνα καὶ τοῖς σκυτοτόμοις κατάδηλον αὐτῶν ποιήσωσι τὴν σοφίαν. 40. ἔοικεν ὥσπερ οἱ Γεωμέτραι πρὸ τῶν ἀποδείξεων ὁρους

ὅρας προλαμβάνειν καὶ ὑποθέσεις. 72. κατὰ τὸν τεωμετρικὸν τρόπον μετὰ τὰς ὁρισμὰς ἀξιώματα παραλαμβάνει. 79. non tollit ἀϊδιότητα τῶ παντὸς. 87. differt ab aliis Physiologis, qvi causam efficientem mundi ad causas naturales voluerunt referre. 105. ἢ μόνος ἢ μάλιστα τῆ ἀπὸ προνοῦντος αἰτίᾳ κατεχρήσατο 138. ὑφίστησι τὴν ψυχὴν ἀριθμητικῶς, γεωμετρικῶς, ἁρμονικῶς. 144. ἀπὸ τῶν μαθημάτων ἐπάγει τὴν πίστιν τοῖς Φυσικοῖς. 154. οἱ ὑπὲρ τῶ Πλάτωνος πρὸς Θεόφραστον ἀντιγράψαντες. 176. ὁρᾶς πάλιν ὅτω τῶν Φυσικῶν, καὶ αὐτῶ τῶ Ἀριστοτέλης σεμνότερος. 189. Mathematicis nominibus velat rerum veritates. 216. num σφαῖραν ἄναρρον agnoverit. 296. οὐκ ἀξιῶν ἐν σοφιστοῖς τὰ μυστικώτατα ἐκφαίνειν. 426.

τὸ ἀγαθὸν κατὰ Πλάτωνα ὁ πρῶτος Θεός. 430.

Platonis λόγοι πάντων ἡμῖν τῶν καλῶν λειμῶνας προτείνοντες. 394.

Plato πολλὰ διὰ συμβόλων κρύπτειν σπεύδων. 329. ἴδιον τῆς Πλατωνικῆς φιλοσοφίας τὸ τῶν θεων ἐξάπτειν πᾶσαν γένεσιν. 347. Platonis sententia noscitur non qvando loqvuntur Thrasymachus vel Callicles, sed qvando Socrates, Parmenides, Timæus ἢ ἄλλος τις τῶν ὄντως θείων. 379. μῦθοι Platonici cum Homericis conferuntur. 382. Homerum agnovit ἡγεμόνα καὶ διδάσκαλον ἀ τῶν τραγωδιῶν μόνον, τούτων γὰρ ἔσω, καθόσον ἐσὶ μιμητὴς, ἡγεμὼν, ἀλλὰ τῶν ἐν φιλοσοφίᾳ δογμάτων καὶ τούτων τῶν μεγίστων. 393. Ex perfectissima Rep. non modo Homerus sed & Platonis πραγματεία ejicienda. 395. Plato ὄντως ζηλωτὴς Homeri. 395. 396. 397. ὁμήρω καὶ τοῖς ἐνθέοις ποιηταῖς ἑπόμενος. 397. 404.

Variæ Lectiones in Platonis verbis. 233. 259.

ἄγραφοι Platonis συνουσίαι. 205.

περὶ τἀγαθῦ διαλεγόμενος. 70.

Alcibiades. 350. 397. ἐν Ἀλκιβιάδῃ δευτέρῳ. 391. 402.

ἐν τοῖς περὶ τῶν ἁρμονιῶν λόγοις (in Timæo) 191.

Περὶ Ἀτλαντίδος μύθου. 2. 24. seq. Atlanticus 56. 61. 62. 63.

Charmide. 26.

Convivio. 27. 76. 110. 128. 287. 305. 314. 326. 329. 350. 360. 363. 393.

Cratylo. 51 84. 126. 365. 397.

Critia. 24. 56. 61. 397.

Critone. 25.

Plato Epinomide. 269.
Epistolis. 92. 108. 119. 430.
Gorgia. 25. 77. 320. 328. 338. 393. 396.
Jone. 395. 401.
Lachete. 365.
Legibus. 4. 88. 96. 115. 116. 118. 123. 126. 160. 168. 178. 185. 247. 250. 251. 256. 257. 266. 294. 317. 327. 339. 350. 356. 358. 361. 366. 367. 392. 394. ἐντῷ τρίτῳ νόμων. 401.
Menone. 393. 413. 430.
Minoë. 96. 365. 396.
Parmenide. 26. 70. 76. 160. 180. 201. 203. 268. 308. 357. ἡ τοῦ παρμενίδου μυστικὴ παράδοσις. 253. ὁ παρμενίδης τὴν περὶ τῶν νοητῶν πραγματείαν πεφοίτηκεν, ὁ δὲ τίμαιος τὴν ἐγκοσμίων. 5.
Phædone 1. 56. 58. 63. (ἐν τοῖς περὶ ψυχῆς λόγοις 70. 105.) 178. 281. 282. 283. 321. 329. 338. 350. 352. 372. 382. 392. 396. 398.
Phædro. 20. 28. 45. 72. 75. 84. 88. 90. 105. 126. 171. 174. 175. 177. 181. 183. 215. 218. 219. 261. 287. 288. 297. 302. 316. 318. 321. 228. 329. 334. 339. 341. 343. 346. 349. 379. 396. 398. 399. 400. 401.
Philebo. 26. 33. 54. 69. 79. 80. 96. 105. 110. 117. 119. 123. 124. 129. 134. 189. 268. 279. 315. 316. 327. 386.
πλατωνικῷ 314. lege πολιτικῷ.
Politia. 2. 3. 6. 8. 9. 10. 17. 21. 22. 23. 46. 59. 60. 61. 62. 63. 75. 76. 88. 89. 90. 93. 104. 105. 107. 114. 119. 128. 130. 134. 141. 191. 203. 209. 212. 223. 255. 256. 284. 300. 314. 323. 329. 332. 338. 338. Commentarii in Politiam Platonis incipiunt pag. 349. in illis Auditores suos Proclus alloqvitur, ἐνδείξομαι ὑμῖν. Titulus sive inscriptio Politiæ Platonis δεχαία καὶ ἀνενοθευομένη καθάπερ ἄλλων τῶν ἐπιγραφῶν 350. ἐν τρίτῳ 382. ἐν τῷ δεκάτῳ. 398. 399. 404.
Politico. 46. 47. 55. 77. 79. 83. 95. 96. 114. 118. 130. 158. 168. 170. 174. 284. 323.
ἐν τοῖς πολιτικοῖς σκέμμασιν. 347.
Protagora. 10. 96. 104.
Socratis Apologia. 393.
Sophista. 70. 71. 73. 90. 120. 136. 180. 188. 189. 234. 253. 268. 294. 423. 424.
Theæteto 25. 62. 75. 76. 77. 114. 164. 351.

Ti-

Timæus Physicus dialogus. 145. περὶ κοσμοποιΐας & περὶ ὕλης λόγοι. 70. 350. 360. 361. 366. 367. 376. 377. 379. 384. 387. 389. 395. 397. 401.
ἐν τῇ ψυχογονίᾳ (in Timæo) 145. 155. 185. 205. ἐν τοῖς περὶ τῶν μερικῶν ψυχῶν λόγοις. 190.
Platonis γενέθλια celebrata. 368.
Platonis ἐξηγηταί 292. Th. 271. 287. 297. οἱ ὑπομνηματισταί. 27. ἐξηγήσαντό τινες. 37. παλαιοὶ ἐξηγηταί. 94. primus Crantor. 24.
ἄλλοι τῶν ἐξηγητῶν. 51. 99. 171. 217. ἄλλο πλῆθος ἐξηγητῶν. 205. ταύτης προσάται ἐξηγήσεως. 133. ἐξηγητῶν ἀντιλογίαι. 69. 205. 273. οἱ μὲν ἄλλως, οἱ δὲ ἄλλως ἐξηγήσαντο τῶν παλαιῶν. 71. ἀμφισβητοῦσιν οἱ ἐξηγηταί. 133. πολλὴ τῶν ἐξηγητῶν ἀμφισβήτησις, γραφόντων καὶ ἀντιγραφόντων ἀλλήλοις περὶ μιᾶς συγμῆς. 10. τρεῖς εἰσὶν τούτων τῶν λέξεων ἐξηγήσεις, λόγον ἐχούσαι πᾶσαι. 233. δοκοῦσι πᾶσαι καταδεφθῆναι τῆς τοῦ Πλάτωνος διανοίας. 234. ἐπιπολαιότεροι τῶν ἐξηγητῶν. 67.
Platonici 50. 84. 132. 152. 163. 187. 204. 221. 226. 246. 249. 251. 282. 291. 294. 297. οἱ ἀπὸ Πλάτωνος φιλόσοφοι. 240. οἱ μετ' αὐτὸν σοφοί. 219. Πλάτωνος φίλοι. 239.
Ὀρφικῶς, Πυθαγορείως, Πλατωνικῶς. 53. παῤῥησιασόμεθα πρὸς τὰς Πλατωνικάς. 310.
Πλατωνικοῖς δόγμασιν οἰκειότατον. 314.
οἱ ἀπὸ Πλωτίνου πάντες Πλατωνικοί. 166.
Plotinus 73. 85. 93. 94. 112. 127. 142. 187. 274. 282. 323. 335. 338. 378. 425. Th. 1. 27. 36. 52. 90. 106. 137. 149. 215. 231. 305. 311. 330. ἐν τῷ περὶ ἀριθμῶν βιβλίῳ 130. Th. 27.
ἐν ταῖς διαφόροις ἐπισκέψεσι. 130.
Ejus axioma: omne corpus simplex in proprio loco aut qviescit aut in circulum movetur. 142. 274. νῦν ἡμῶν βασιλεύει, ἄδηστις δὲ ἄγγελος, φησὶν ὁ μέγας Πλωτῖνος. 77. ὁ θεῖος. 314. θειότατος. 130. dictum de Longino, supra in Longino.
Παῤῥησιασόμεθα πρὸς Πλωτῖνον καὶ τὸν μέγαν Θεόδωρον. 341.
Plutarchus Chæronensis. 35. 116. bis, atqve idem ut videtur 84. 99. 187. 304. & 126. ubi legendum ὁ Χαιρωνεύς, ὡς Πλάτωνος πρῶτος τὴν θείαν πρόνοιαν καλέσαντος, & 138.
Πολλὰ τῶν ἀγαθῶν ποιητῶν εὑρόντες ἂν γεννήματα ζηλωτὰ τοῖς εὖ φρονοῦσι, νουθεσίας καὶ συμβουλῶν δείσαν πλήρη &c. 399.

Poëtæ 103. 120. 163. 164. 301. 334. 355. 372 ἡ ποιητὶς φησι. 275. 374. 377. 378. ἔνθεος ποίησις. 300. Homeri 382. ἔνθεοι ποιηταί. 25. Φοιβόληπτοι. 374. ποιητικὴν ἐν τῷ τρίποδι καθῆσθαι τῆς μούσης. 365. Νύμφαι μὲν κλαίουσιν ὅτε δρυσὶν ὄζοι ἔνι φύλλα, Νύμφαι δ' ἂν χαίρουσιν ὅτε δρύας ὄμβρος ἀέξει, φησί τις ποιητής. 384. Δάκρυα μὲν σέθεν ἐστὶ πολυτλήμον γένος ἀνδρῶν, μηδεῖσαν δὲ θεῶν ἱερῶν γένος ἐβλάστησεν. 385.

Poëtæ reprehensi qvod de Diis fingunt πολέμους καὶ στάσεις. 53.

Ῥαψῳδεῖν τὰ τῶν παλαιῶν mos in Apataturiorum festo. 27.

Versus: ἀθανάτων τε θεῶν χαμαὶ ἐρχομένων τ' ἀνθρώπων. 314.

Poëtarum φανταστικὸν & εἰκαστικὸν atqve μιμητικὸν contemnit Socrates apud Platonem, at τὸ ἐπιστῆμον & ἔνθεον amplectitur. 403. seq.

Porphyrius. 5. 6. 7. 8. 9. 18. 20. 21. 29. 34. 36. 37. 47. 48. 49. 50. 51. 54. 60. 62. 64. 66. 67. 78. 83. 84. 85. 91. 93. 94. 98. 101. 107. 111. 116. 119. 128. 131. 133. 134. 139. 171. 172. 175. 189. 192. 205. 206. 216. 218. 227. 233. 234. 235. 236. 258. 322.

ὁ φιλόσοφος Πορφύριος τάυτα ἐξηγούμενος. 45. εὐθύνας παρέχετο τῷ μετ' αὐτὸν ἐξηγητῇ (Jamblicho) 53. Καλὸν ἅπαντα ἐξηγεῖται πολιτικώτερον, εἰς τὰς ἀρετὰς ἀναφέρων καὶ τὰ λεγόμενα καθηκοντα, ὁ Ἰάμβλιχος δὲ φυσικώτερον. 7. mirum εἰ ἕτερα λέγει τῆς Νεμηνίου παραδόσεως. 24. locus Porphyrii de dæmonibus 142. σύμμικτα. 415.

ἐν τῇ περὶ ἕξεων πραγματείᾳ. Th. 27.

Posidonius. 277.

Praxiphanes, Theophrasti discipulus 5.

Proclus Mallotes, qvem τοῖς ἀρχαίοις annumerat 166.

Proclus Lycius de se profitetur qvod βλέπει εἰς τὰ πράγματα, μὴ φωνοῖς ἐναπαυόμενος μόναις. 159. ἡμεῖς δὲ τῶν πραγμάτων ἀντέχομεν. 29. ἐπισκεπτέον δὲ καθ' ἕκαστα τῶν Τιμαϊκῶν ῥημάτων. 337.

ad librum suum de natura mali respicit 116. εἴρηται δὲ ἐν ἑτέροις περὶ αὐτῶν ἐπὶ πλέον.

de æternitate materiæ, εἴρηται ἡμῖν ἐν ἄλλοις. 117.

δεδεικται δὲ ἐν ἄλλοις ὅλη τὴν πρώτην ἀπειρίαν ἐν τῇ ἀκρότητι τῶν νοητῶν ἑδρεύει (ὁπλατῶν) 117. Ταῦτα μὲν ἐν ἄλλοις ἐξητασαι διὰ πλειόνων. id.

εἴρηται ἡμῖν ἐν ἑνὶ τῶν μονοβιβλων, ὅπως καὶ δεδείκαμεν τὴν μὲν ἀληθειαν τῷ φιλοσόφῳ σύσοιχον, τὸ δὲ κάλλος, καὶ τὴν συμμετρίαν τῷ ἐρωτικῷ καὶ μυστικῷ. Th. 151.

In Platonis Alcibiadem secundum. Καὶ ταῦτα ἐν Ἀλκιβιάδῃ δευτέρῳ παρειλήφαμεν. 391. In Critiam. 405.

In

In Cratylum Platonis, ὡς ἐν Κρατύλῳ μεμαθήκαμεν. 126.
In libros Platonis de legibus, ὡς εἴρηται ἐν νόμοις. 178. λέγω τὴν τῶν κτημάτων διανομὴν, ἣν ἐν νόμοις παρειλήφαμεν. 394.
In Platonis Parmenidem. ὡς ἐν Παρμενίδῃ μεμαθήκαμεν. 201. 203. 242. τὴν περὶ τοῦ πρώτου Θεοῦ πραγματείαν ἐπαναπαύσωμεν τῇ τοῦ Παρμενίδου θεωρίᾳ. Th. 107.
In Phædrum Platonis. ὡς ἐν Φαίδρῳ μεμαθήκαμεν. 28. δέδεικται ἡμῖν ἐν τοῖς εἰς Φαῖδρον συνουσίαις διὰ πολλῶν λόγων. 329.
In Philebum. ὡς ἐν Φιλήβῳ μεμαθήκαμεν. 53. 222.
In Politiam. ὁ ἐν πολιτείᾳ Σωκράτης, ὡς δέδεικται ἐν ἐκείνοις. 121. iterum respicit 135. ὡς ἐν ἄλλοις εἴπομεν & 191. 259. τελευτῆς ἕνεκα τῆς πολιτείας, καὶ τῆς πρώτης ἀνειμένης τῇ ὅλῃ δημιουργίᾳ, καθάπερ ἐν ἄλλοις ἐπιδείκνυμεν. 10.
In Protagoram. ὡς ἐν Πρωταγόρᾳ μεμαθήκαμεν. 10.
In Sophistam. ὡς ἐν Σοφιστῇ μεμαθήκαμεν. 234.
In Theætetum. δέδεικται ἐν Θεαιτήτῳ. 248. εἴρηται γὰρ ἡμῖν ἐν τοῖς εἰς Θεαίτητον διὰ πλειόνων περὶ τούτων σαφέστερον. 78.
τάξομεν δὲ αὐτὰς ἀποδείξεις καὶ ἡμεῖς ἐν τῷ μετὰ πᾶσαν πραγματείαν ἔχοντι τὴν συναγωγὴν τῶν πρὸς τὸν Τίμαιον μαθηματικῶν θεωρημάτων. 162. ὡς ἐν Τιμαίῳ καὶ Κριτίᾳ ἐθεάμεθα. 405.
βιβλίον ἰδίᾳ ἐκδεδωκὼς οἶδα τῶν πρὸς τὸν Τίμαιον Ἀριστοτέλους ἀνηρῃμένων ἐπισκέψεις ποιούμενον. 226.
περὶ τούτων (εἰ εἷς νοῦς καὶ κοινὸς ἐν τῷ κόσμῳ κρατεῖ) πρὸς Ἀριστοτέλην ἰδίᾳ γέγραπται. 123.
ταῦτα μὲν (de substantialibus ideis) διὰ πλειόνων ἐν ἑτέροις ἐζητήσαμεν. 132. ὡς ἐν ἄλλοις ἐδείξαμεν. 432.
εἴρηται διὰ πλειόνων ἐν τοῖς εἰς τὰ λόγια γεγραμμένοις. 359.
εἴπομεν ἐν τῷ περὶ τῶν τελῶν τούτων βιβλίῳ, τῇ ἀληθείᾳ, τῇ καλλονῇ, τῇ συμμετρίᾳ. 433.
τὴν δὲ τελεωτέραν περὶ ἑκάστου παράδοσιν (de cratere animarum) ἐν ἄλλοις ἐξετάσομεν, εἰ τάυτη Θεοῖς φίλον. 316.
Ὁ προφήτης (apud Platon. de Rep.) 378. &c.
Οἱ πρωταγόρειοι. 78.
Ptolemæus. 56. 196. 238. 274. 277. ἐν τῇ συντάξει. 258. ἐν ταῖς ὑποθέσεσιν. 258.
Pythagoras. 134. ἐν τῷ πρὸς Ἄβαριν λόγῳ. 141. λόγος ἱερός. 289. 291.
Pythagorici. 1. 2. 3. 11. 42. 54. 56. 61. 81. 94. 96. 154. 172. 191. 196. 223. 224. 254. 282. 331. 340.

Pythagoreos secutus Plato. 1. Th. 226. 332. supra in Platone. Ὀρφικῶς, Πυθαγορείως, Πλατωνικῶς. 53. Ab Ægyptiis hauserunt sententiam de ἀναμνήσει βεβιωμένων. 38. Docent primum εἰκονικῶς, deinde συμβολικῶς, deniqve ἐπιστημονικῶς. 10. Pythagoricum est τὸ γενητὸν vocare δοξαστόν. 77. Πυθαγόρειος φιλοσοφία ἀπὸ τῆς θείας αἰτίας ἀρχομένη. 63. Eorum ἀπόῤῥητοι θεῖοι λόγοι. 92. συστοιχείαι divinarum τάξεων in Universo. 40. 376. Scriptorum Pythagoricorum character τὸ ὑψηλόνουν, τὸ ἔνθεον, τὸ ἀπὸ τῶν νοητῶν πάντα ἐξάπτειν, τὸ ἐν ἀρθμοῖς τὰ ὅλα ἀφορίζόμενον, τὸ μυστικῶς τὰ πράγματα καὶ συμβολικῶς ἐνδεικνύμενον, τὸ ἀναγωγὸν καὶ ὑπεραῖρον τὰς μερικὰς ἐπιβολὰς, τὸ ἀποφαντικόν. 3. τὸν ἀριθμὸν ὑμνῆσαι παλαιὰ μακάρων καὶ ἀνδρῶν. 6. τετρακτὺν ἀεννάου φύσεως. ibid. μονάδος καὶ ἀορίστου δυάδος ἕως ἂν ἥκῃ τετράς ἐπὶ ζαθέην. 155. 269. 331. Versus: ἀθανάτους μὲν πρῶτα θεοὺς, νόμῳ ὡς διάκειται, τίμα. 62. Amicitiam statuunt Philosophiæ finem. 5. ἀνάλογον τῷ δεξιῷ τὸ ταυτὸν, τῷ ἀριστερῷ τὸ θάτερον κατὰ τὴν Πυθαγόρειον συνήθειαν. 344.

Pythagorici μέσην ἔτασαν τὴν μαθηματικὴν οὐσίαν τῶν τε νοητῶν καὶ τῶν αἰσθητῶν. 146. ψυχὴν ἀριθμὸν vocant. 182. 187. μέγα φρονοῦσι ὡς τὴν τοῦ κανόνος καταμὴν παραδίδωσι ὁ Πλάτων τὰς αἰτίας τὰς οὐσιώδεις. 193. numeri σύμβολα θείων καὶ ἀποῤῥήτων πραγμάτων. 206. πυθαγορικῶς ἑρμηνεύειν τὸ Πλατωνικὸν διάγραμμα. 207. ὁ δὲ γε Πλάτων δι' ἐπικρυψιν τοῖς μαθηματικοῖς τῶν ὀνομάτων οἷον παραπετάσμασιν ἐχρήσατο τῆς τῶν πραγμάτων ἀληθείας, ὥσπερ οἱ μὲν Θεολόγοι τοῖς μύθοις, οἱ δὲ Πυθαγόρειοι τοῖς συμβόλοις. 216. Πυθαγόρειον καὶ τὰς Ὀρφικὰς ἕπεσθαι γενεαλογίας, ἄνωθεν γὰρ ἀπὸ τῆς Ὀρφικῆς παραδόσεως διὰ Πυθαγόρου καὶ εἰς ἕλληνας ἡ περὶ θεῶν ἐπιστήμη προῆλθεν, ὡς αὐτὸς ὁ Πυθαγόρας φησὶν ἐν τῷ ἱερῷ λόγῳ. 289. Πυθαγόρειος ὢν ὁ Τίμαιος ἕπεται ταῖς Πυθαγορείων ἀρχαῖς. αὗται δέ εἰσιν αἱ Ὀρφικαὶ παραδόσεις. ἃ γὰρ Ὀρφεὺς δι' ἀποῤῥήτων λόγων μυστικῶς παραδέδωκε, πάντα Πυθαγόρας ἐξεμαθεν ὀργιασθεὶς ἐν Λεβήθροις τοῖς θρακίοις Ἀγλαοφάμου τελεταῖς μεταδιδούσης, ἣν περὶ θεῶν Ὀρφεὺς σοφίαν παρὰ Καλλιόπης τῆς μητρὸς ἐπινύθη. ταῦτα γάρ φησιν ὁ Πυθαγόρας ἐν τῷ ἱερῷ λόγῳ. 291.

Severus 63. 186. 192. 198. 304. Platonicus 70. 78. 88. ὁ πλατωνικὸς Σεβῆρος, παῤῥησιασόμεθα γὰρ ἐντεῦθεν πρὸς αὐτὸν, τὰς ἀνακυκλήσεις τὰς μυθικὰς προσιέμενον. 168.

Si-

Sibylla παρ' αὐτὴν τὴν ἀποκύησιν χρησμωδήσασα. 288. εἶδε ἡ Σίβυλλα προελθοῦσα εἰς φῶς καὶ τὴν τάξιν ἑαυτῆς καὶ ὡς ἐκ Θεῶν ἥκει δεδήλωκεν, εἰμὶ δ' ἐγὼ μέσση τε Θεῶν μέσση τ' ἀνθρώπων. 325. Sibyllæ anima ἀπολλωνιακή. 326.
ὁ σιλλογράφος. infra, Timon.
Socrates (apud Platon.) 244. & alibi. αὐτὸς ὁ τῶν Ἑλλήνων σοφώτατος. 385. 386.
Socraticæ virtutes, φιλανθρωπία, τὸ εὐσυνοπτικὸν, τὸ ἡμερον, τὸ ἀποδεικτικὸν, τὸ δι' εἰκόνων τὰ ὄντα θεωρᾶν, τὸ ἠθικὸν &c. 3. cum Alcibiade versatus, cupiens δημιουργὸς πολιτείας ἔσεσθαι χρησῆς. 19. ἀπολογίας Σωκράτους γεγραφότες. 21. Pro ποιήσεως Σωκρατικῆς pag. 116. legendum σωματικῆς.
Socrates Platonicus, Amelio junior. 233.
Solon. 24. 27. 31. 33. 39. 41. 57. 59. 406. (p. 69. pro ὁ Σόλων legendum ὡς ὅλον) ἐν τῇ ποιήσει. 25. Φιλοσοφίαν ποιητικῇ μίξας. 28. ubi plura. Profectus in Ægyptum. 29. ἐλευθεριώτατος. id. ejus νόμοι. 62. ποιήματα laudata Platoni in Timæo. 360. 366.
Sophillæ μέχρι λόγων ἐπιδεικνύμενοι τὴν ἀρετὴν. 20 πλανῆται 21.
Steſichorus 398. Vituperatio Helenæ, & palinodia. id. an veluti μυθικώτερος Homero prælatus à Platone. 398. 399.
Stoici τὸν σπερμᾶτον εἶδος φασι δεῖσθαι τῆς τύχης ita leg. pro ψυχῆς. 61. ἀπὸ ζωϊκῆς ἕλκυσαι συνηθείας. 69. ſtatuunt ποιητικόν τι τὸ παντὸς, ἀχώριστον δὲ τῆς ὕλης. 81. 138. τὴν αὐτὴν ἀρετὴν εἶναι Θεῶν καὶ ἀνθρώπων. 106. eorum de Tempore ſententia. 271. Deorum οὐσίαν τῇ ὕλῃ συμμεμιγμένην docent. 297. alia 415. 416. 421.
Strato Phyſicus 242. ἐν τῷ περὶ ὄντος βιβλίῳ. 243.
Syrianus intelligitur ὁ ἡμέτερος καθηγεμών. 7. (ubi male Ammonii nomen in margine adſcriptum) ὁ ἡμέτερος διδάσκαλος 16. 24. 47. 67. 74. 94. 96. 98. 99. 109. 113. 134. 150. 190. 207. 208. 242. 250. 269. 287. 292. 301. 310. 311. 324. 368. 381. 383. 407. Th. 215. τί γὰρ δεῖ λέγειν τὸν ἡμέτερον καθηγεμόνα τὸν ὡς ἀληθῶς Βάκχον, ὃς περὶ τὸν Πλάτωνα διαφερόντως ἐνθεάζων καὶ μέχρις ἡμῶν τὸ θαῦμα καὶ τὴν ἔκπληξιν τῆς Πλατωνικῆς θεωρίας ἐξέλαμψε, καὶ ἔστι τοίνυν ἐν τοῖς τῆς συμφωνίας γράμμασι &c. ὅπως διαμεμυθολόγηται πρὸς τὸν καθηγεμόνα ἡμῶν ἐν τοῖς εἰς ἐκεῖνον ἀναγεγραμμένοις τὸν διάλογον (Politicum Platonis) 168. πρὸς φυέστερον τοῖς τῶν Πλάτωνος ῥήμασιν ἐποιεῖτο τὴν ἐξήγησιν. 171. ἄνωθεν ὥσπερ ἀπὸ σκοπιᾶς τὰ ὄντα θεώμενος, καὶ ταῖς τῶν θεολόγων ὑφηγήσεσιν ἑπόμενος. 315. ὁ ἡμέτερος πατὴρ. 218. 249 παρηκκολουθηκότες τοῖς καθηγεμόσιν ἡμῶν συγγράμμασιν, ἐν οἷς περὶ τούτων ἐκφαίνει τὰ ἀπόῤῥητα τῶν Πλάτωνος ὄντως νοήματα. 224. ejus λύσεις τῶν Ὁμηρικῶν προβλημάτων. 375. ὁ ἡμέτερος καθηγεμὼν προηγυμένην καταβαλλόμενος πραγματείαν εἰς τοῦτον ἅπαντα τὸν μῦθον (de Jovis & Junonis amoribus) ἐνθεαστικώτατα, τὴν ἀπόῤῥητον αὐτοῦ θεωρίαν ἐξέφηνεν. 386 εἰ δὲ δεῖ ἀπορῥητότερον ὑπὸ τῶν καθηγεμόνων ἡμῶν θεωρημένων. 391.
οἱ τελεσταί. 83. ita legendum 240. pro τελευταί. Theano Pythagorica. 420.
Thales. 25. ubi de tripode ad eum miſſo. (Thamyris. 404. (Theo Platonicus. 26.
Theodorus 129. 206. 226 258. 287. 293. 296. 297. 314. 322 421. Aſinæus 314. 420. Th. 2. 311. ἐν τῷ περὶ ὀνομάτων. Th. 215. ὁ Ἀθηναῖος Θεόδωρος (lege Ἀσιναῖος) ἐνῶν παρὰ Πορφυρίωτην δέξαν ὡς ἐκ Περσίδος ἥκουσαν. 187. ὁ μέγας Θεόδωρος. 65 422. poſt Jamblichum 94. 184 Amelio συνεπόμενος. p. 94. ὁ θαυμασὸς Θεόδωρος. 98. 230. 292. γενναίως Θεοδώρῳ. 183. ὁ ἐκ τῆς Ἀσίνης φιλόσοφος τῶν Νεμηνείων λόγων ἐμφορηθείς. 225. Ταῦτα γὰρ ἤκουσα καὶ Θεοδώρῳ φιλοσοφοῦντος. 246. ὁ μέγας Θεόδωρος. 308,
Theognidis Poeſis Tyrtæo prælata. 402.
οἱ τὰς Θεογονίας παραδιδόντες. 287. 288. 296.
ἄλλη Θεολογία, ἤ ἡ Ὀρφικὴ μόνον. 57.

οἱ παλαιοὶ Θεολόγοι. 24. Θάυμαντα (ita leg. pro θάυματα nomen Dei Θάυμας p. 56.) Θεόν τινα μέγιστον ὑμνήκασιν οἱ τὰ θεῖα σοφοί. 41. Minerva μῆτις καλεῖται παρὰ τοῖς Θεολόγοις. ita leg. pro Θεοῖς. 52. ὁ Θεολόγος 99. 102. 117. vide Orpheus. Θεολόγοι ἐν ἀπορρήτοις λέγοντες ἀλέγεσι. 315.

παρὰ τοῖς Θεολόγοις. 6. 22. 25. 31. 33. 35. 36. 43. 44. 47. 48 51. 52. 53. 56. 86. 95. 101. 105. 119. 120. 141. 146. 147. 158. 163. 164. 167. 169. 172. 179. 200. 209. 211. 216. 220. 223. 256. 264. 267. 274. 275. 278. 287 288. 293. 294 322. 384.

καλῶς τελευτᾷ ἡμῖν εἰς Θεολογίαν ἡ Φυσικὴ Θεωρία. 69. ὥσπερ καὶ οἱ Θεοὶ φασιν. 142. lege οἱ Θεολόγοι. & pag. 216. ὡς φησί τις Θεῶν, leg. θεολόγων. nisi ad oracula respicitur ut p. 318. 339. 380. 387. bis 392.

οἱ θεόσοφοι. 251. τῶν ἀρχαίων θεολόγων. 292.

Theologia ἑλληνική. Th. 253. 288. 306. 322. 356. 359. 363. 370. 372. 382.

Ἑλλήνων θεολογικώτατοι οἱ καὶ τελεταὶς κατεσήσαντο καὶ μυσήρια. 64. οἱ τὰ θεῖα σοφοί. 162. Φυσικῶς καὶ θεολογικῶς σποπάσιν. 167.

τοῖς ἐπισημονικωτάτοις τῶν πώποτε θεολόγων. 223. μυσικὰ θεολόγων ὀνόματα. 266.

καλῶς εἰρηται, κόσμον ἑκάστην εἶναι τῶν σφαιρῶν, καὶ τῶν θεολόγων ἡμᾶς ταῦτα διδασκόντων. 279. (chus & Sol. 334.

κατὰ τὴν Θεῶν φήμην ἣν ταῖς ἑαυτῶν μύσαις παρέδωσαν. 322. θεολόγων νέοι θεοὶ, &c.

Theophrastus 37. 138 141. 176. 177. 281. Th. 35. ἐν τῷ περὶ ὄρανκ. 177.

ἐν τῇ περὶ σημείων βίβλῳ. 286. Θαυμασιωτάτην φησὶν ἐν τοῖς κατ' αὐτὸν χρόνοις τὴν τῶν χαλδαίων περὶ ταῦτα (διοσημεῖα) θεωρίαν, τὰ τε ἄλλα προλέγουσαν, καὶ τὰς βίας ἑκάσων καὶ θανάτους, καὶ ὅτε τὰ κοινὰ μόνον ὅτον χειμῶνας καὶ ἐνδίας. 285.

ἐν τῇ τῶν μετεώρων Φυσιολογίᾳ. 176. ita leg. pro ἀπολογίᾳ. ἐν νόμοις. 350.

ejus discipulus Praxiphanes. γ. ὑπὲρ τῶ Πλάτωνος πρὸς θεόφραστον ἀντιγράψαντες. 176.

Theopompus 30. Theoxena, prophetis barbara. 422.

Theurgorum ἄῤῥητα θεῖα ὀνόματα 84. ἔργα. 358. θεουργῶν οἱ ἀκρότατοι. 246. vide Julianus ὁ Θεουργὸς τὸν χρόνον ὑμνήσας. 263. ἐν τοῖς ὑφηγητικοῖς. 277. Θεουργοὶ 97. 244. 246. 251. 252. 288. 374. 391. αἱ βίβλοι πλήρεις εἰσὶ τῶν θεολόγων καὶ τῶν θεουργῶν. 279. οἱ περὶ τὰς τελετὰς δεινοί. 301 ὑμνῶσι πρεσβύτερον, καὶ νεώτερον, καὶ κυκλοτελικτον τὸν Θεὸν καὶ αἰώνιον. id. ἕως καὶ Θεουργὸς διδάξαντος ἡμᾶς. 280.

τὸ τοῦ Πυθαγορικοῦ Τιμαίου γράμμα περὶ φύσεως τὸν Πυθαγορικὸν τρόπον διατάττεται. ἔνθεν ἀφορμηθεὶς ὁ Πλάτων τιμαιογραφεῖν ἐπιχειρεῖ καλὸν τὸν συγγραφέα, ὃν καὶ προπῃξάμεθα τῶν ὑπομνημάτων, ἵν' ἔχοιμεν γινώσκειν τίνα μὲν ὁ Πλάτων Τίμαιον λέγει ταῦτα ἐκεῖνος - - καὶ ἵνα διαφωνίας ζητῶμεν τὴν αἰτίαν μὴ παρέργως. 1. 3. γράμμα περὶ τῆς τοῦ παντὸς φύσεως. 5. οἰκείως τῇ τῶν Πυθαγορείων φιλοσοφίᾳ ποιεῖται τοὺς λόγους ἀπὸ τῶν ἀριθμῶν καὶ σχημάτων. 40. Τίμαιος γεννᾷ τοὺς ἄνδρας, ὁ δὲ Σωκράτης παιδεύει, ὁ δὲ Κριτίας εἰς πράξεις προάγει, ὁ δὲ ἑρμοκράτης εἰς λόγους. 61. Timæo Platonis προλέλαλαι ἡ πολιτεία. 62. Timæus ἀστρονομικώτατος. 62. Πυθαγόρειος ὁ Τίμαιος 163. 197. 283. καὶ σώζων τὸν τύπον τῶν Πυθαγορείων λόγων 68. Φυσιολόγος Πυθαγόρειος. 72 420. αὐτὸς ὁ Πυθαγορικὸς Τίμαιος ἐν τῷ ἑαυτοῦ συγγράμματι τοῖς κατακλείειν αὐτὸν δυναμένοις ἀποδεικνύμενος. 170. διαλογικὸν γένος ἐκθεμένου τὸν ἀμφὶ τὸν Τίμαιον ita leg. 192. pro τὸν ἀμφὶ.

Thrasymachus 254. & Callicles 392. (Sophistæ apud Platon.) 343 379. 394. & 349. ubi cum Cephalo & Polemarcho Thrasymachus memoratur.

Timon ὁ σιλλογράφος. 1. (οἱ τὰς Τιτανομαχίας ἀναγράψαντες. 13.

Tragœdiam & Comœdiam Philosophiæ parum consentaneas spernit Plato. 405. 406. 362. 363

Tragici imitati quod in Homero minimum est τὸ ἔσχατον τῆς Ὁμηρικῆς ποιήσεως. 404.

Xenarchus. 129. (Xenocrates ἀκούσας τοῦ καθηγεμόνος (qui audivit Platonem) 196. 215.

Xenophanis dictum: δοκὸς δ' ἐπὶ πᾶσι τέτυκται. 78. (Zaleucus Locrensium legislator. 22.

Zeno (Eleates) 6.

CAP.

CAPUT XXVII.
De S. CYRILLO Alexandrino.

S. Cyrilli Alexandrini ætas & vita. 1. Alii Cyrilli. 2. Operum Cyrilli Alex. editiones. 3. Scripta in ſeptem Voluminibus editionis Græcolatinæ Pariſ. recenſita cum variis obſervationibus. 4. Index Græcus ſcriptorum Cyrilli, poſitis literarum ordine ſingularum homiliarum, aliarumque commentationum initiis. 5. Index eorum quæ Latine tantum extant. 6. Index ſcriptorum quæ Cyrilli non ſunt ſed cum Cyrillo in editione Auberti ſunt edita. 7. Scripta Cyrilli edita quæ in editione Græcolatina deſiderantur. 8. Scripta quæ ſub Cyrilli nomine falſo feruntur. 9. Scripta Cyrilli Alexand. inedita. 10. Deperdita. 11. Index eorum ad quos vel contra quos ſcripſit Cyrillus. 12. Index Chronologicus & Alphabeticus Patriarcharum Alexandrinorum. 13.

I.

S. CYRILLUS ἀδελφιδῆς a) Theophili Archi-Epiſcopi Alex. apud hunc θεῖον ſuum a tenera ætate inſtitutus diligentem operam litteris, ſacris præſertim navavit. Inde per aliquot annos inter Monachos Nitriæ b) verſatus, Alexandriam rediit, & A. C. 403. interfuit Synodo Chalcedonenſi ad Quercum, c) in qua, præſide Theophilo Alexand. condemnatus ac depoſitus eſt S. Johannes Chryſoſtomus. Poſt Theophilum A. 412. 15. Octobr. defunctum, Cyrillus in Archi-Epiſcopatum Alexandrinum evectus fuit ſtatim tertia die poſt, aliis incaſſum pro Timotheo Archidiacono laborantibus. Inter alia quæ geſſit magno zelo & ardore, celebratiſſima omnium ore eſt, quæ totam Eccleſiam longe tempore commovit, condemnati

a) Nicephoro XIV. 25. *fratris filius.* Sed Facundo II. 4. & Tripartitæ X. 25. *conſobrinus*, & auctori Chronici Orientalis p. 118. rectius, *ſororis filius.* Confer Tillemont. T. 14. p. 267. & 747. ſeq. Sam. Basnagium ad A. C. 444. n 12. Euſebium Renaudotum in Hiſtoria Patriarcharum Alexandrinorum p. 108. Sirmondum T. 2. Operum p. 459.

b) Renaudot. p. 106.

c) Cyrillus ipſe Epiſt. ad Acacium in Baluzii nova collect. Concilior. p. 759. de illa Synodo loquens: *& eſſem ego unus adſtantium.*

mnati atque in Concilio Ephesino A. C. 431. depositi Nestorii historia & grave dissidium cum Orientalibus Episcopis Joanne Antiocheno, Theodorito Cyrensi aliisque, quorum adventum in Synodo non exspectaverat, & a quibus cum Memnone Ephesi Episcopo depositus d) & in carcerem datus a Comite Johanne, sed mox iterum abConcilio restitutus & ab Imperatore libertati dignitatique pristinæ redditus est. Hæc prolixius expositа qui nosse desiderat, Acta Synodi Ephesinæ, Socratem, Liberatum, Facundum, Evagrium, Theophanem, Leontium Byz. & Synodicon adversus tragœdiam Irenæi e) evolvet, atque e recentioribus (præter Annalium scriptores) consulet Tillemontium Tomo XIV. memoriarum Hist Eccles. Jo. Garnerium ad Tom. II. Marii Mercatoris, Petavium in dogmatibus Theologicis de incarnatione, & Ludovicum Dulcinum in Historia Nestorianismi, Gallice edita Roterodami 1698. in 4to. Obiit Cyrillus A. C. 444. 27. Jun. Ejus memoriam Latina celebrat Ecclesia 28. Januar. (ad quem diem videndus in Actis Sanctorum Bollandus de Cyrillo copiose differens) & Græca 9. Junii & 18. Januar. τῶν ἐν ἁγίοις πατέρων ἡμῶν καὶ Ἀρχιεπισκόπων Ἀλεξανδρείας Ἀθανασίου καὶ Κυρίλλου. Quoniam dogma Catholicum de incarnatione Verbi tanta animi contentione asseruit, perinde alienus ab Eutychis quam a Nestorii erroribus, hinc γνώμων τῆς ἀκριβείας, *accurationis regula* dicitur ab Eulogio apud Photium Cod. 230. p. 452. Τῆς ἀκριβείας διδάσκαλος *doctor accuratissimus* p. 454. & ζηλωτὴς τῆς ἀκριβείας καὶ ἀληθείας ἐραστής. p. 441. *servidus accurationis veritatisque amator.* Quod vero Φύσιν unam f) in Christo post unionem ὑποστατικὴν esse scripsit, locis sexcentis satis demonstravit longe alio sensu se intelligere, quam Eutyches deinde est opinatus, atque naturæ vocabulo pro ὑποστάσει esse abusum.

II. Alii

d) Tillemont. T. 14. p. 409. seq. 427. 432. seq. 456. 464. 483. seq.

e) Prima editio Synodici illius à Christiano Lupo, Lovan. 1682. 4. altera à Baluzio in nova collectione Concilior. p. 666. sq. Paris. 1683. fol. Tertia à Jo. Garnerio in auctario operorum Theodoreti, ibid. 1684. fol. vide que volumine superiore p. 442. Tillemontium p. 605.

f) Epistola 2. ad Succensum. Confer quæ pro Cyrillo Ephraim Antiochenus apud Photium Cod. 229. & Eulogius Alex. eod. 230.

II. Alii Cyrill.

Cyrillus *Adanorum* Ciliciæ primæ Episcopus, qui interfuit Synodo Orientalium post Concilium Ephesinum. Ad eum Epistola Theodoriti, in auctario Garneriano p. 679. Mentio ejus in Synodico adversus tragœdiam Irenæi cap. 7. 13. 28. 130. 161.

Cyrillus Episcopus *Aser*, Martyr de quo Acta Sanctor. 8. Martii T. I. p. 757.

Cyrilli *Alexandrini* Patriarchæ post celebrem illum, de quo dixi, fuere complures, unus ab A. C. 1078. ad 1092. alter filius Laklaki ab Ao. 1235. ad 1243. tertius Cyrillus Lucaris qui deinde ad Patriarchatum Constantinopolitanum pervenit. A. 1621.

Cyrillus *Armeniæ* Episcopus, ordinatus ab Eustathio Sebasteno. Vide S. Basilii Epist. 58. & 187.

Cyrillus Contari, *Berrhoënsis* Patriarcha Constantinopolitanus, Cyrilli Lucaris æmulus, strangulatus (anno post eum) 1639.

Cyrillus *Carmelita* circa A. C. 1224. de quo Acta Sanctor. 6. Martii Tom. I. pag. 498. seq. ubi vita scripta a Joanne Palæonydoro Hic est Ordinis Carmelitici tertius Prior Generalis, natione Græcus qui ad Joachimum Abbatem scripsit. Unde quorundam stupor, qui Hierosolymitanum Cyrillum vel Alexandrinum Carmelitis ridicule accensuere. Vide Labbeum Tom. I. de S. E. p. 246.

Cyrillus *Cathegumenus* Monasterii S. S. Martyrum Probi, Tarachi & Andronici qui interfuit Concilio Constantinopolit. pro cultu imaginum quod sub Alex. Comneno habitum est in triclinio Blachernarum.

Cyrilli *Constantinopolitani* Patriarchæ fuere tres, unus Cyrillus hic *Contari*, de quo paullo ante in Berrhoeensi, alter Cyrillus Lucaris, de quo mox: & tertius Cyrillus Στανὸς ὁ Τορνόβε ab A. 1651-1656.

Cyrillus *Dalmata* ab A. C. 863. *Moravorum, Slavorumque* Apostolus & *Bulgarorum*, una cum fratre Methodio, de quo præter scriptores lib. V. cap. 1. §. 30. pag. 259. allegatos, adeundus Joh. Weichard Valvasor & Erasmus Franciscus in parte secunda operis Germanice editi: Ehre des Hertzogthums Crain lib. VI. cap. I. ubi de litteris Slavonicis a Cyrillo & Methodio repertis.

Cyrillus *Grammaticus* gloſſarii Græcolatini Auctor, de quo alibi.

Cyrillus *Heliopolitanus* ſub Juliano martyrium paſſus, de quo Theodoritus III. 7. Hiſt. & Suidas in Κύριλλος.

Cyrillus *Hieroſolymitanus* de quo dixi lib. V. cap. 14. Nunc tantum addo, diverſum ab hoc videri, Cyrillum cui Hieronymus fidei ſuæ confeſſionem tradidiſſe ſcribit Epiſtola 77. vide Tillemont. Tom. XII. p. 614.

Cyrillus *Juriſperitus*, quem inter Scholiaſtas Βασιλικῶν memorabo infra, libro VI.

Cyrillus *Lauræ S. Sabæ* presbyter, qui ſcripſit encomium S. Theognii Aſcetæ & Epiſcopi Cypri. Incipit: Θεόγνιος ὁ πανεύφημος.

Cyrillus *Lucaris*, ex Alexandrino Patriarcha Conſtantinopolitanus, ſtrangulatus Ao. 1638. de quo conſules librum defenſe de la perpetuite de la foi Pariſ. 1709. 12. & memorias literarias Trevoltinas Anni 1710. p. 626. ſeq. Sed & Hottingerum, Thom. Smithum aliosque allegatos a me lib. V. cap 5. p. 749.

Cyrillus *Martyr*, Cretenſium Epiſcopus cujus vitam ab Anonymo Cretenſi ſcriptam habuit Allatius hoc initio: ὡς ἂν μὴ τὸν λόγον ἀνήρμοστον πρὸς τὴν διήγησιν ἐσόμενον.

Cyrillus *Scythopolitanus* Monachus S. Lauræ Hieroſolymitanæ, qui medio ſexto poſt Chriſtum natum ſæculo floruit & varias vitas Sanctorum Græce ſcripſit, de quo dicam infra ſuo loco.

Cyrillus *Trevirorum* Epiſcopus circa A. C. 458. de quo Acta Sanctor. 19. Maji. Tom. IV. p. 331.

Hiſce addam lubens quem nec vetus Græcia faſtidiſſet eruditis ſuis Civibus ac Poëtis, ſi priſca illa ætate vixiſſet, cum laude accenſere, B.M. *Johannem Godofredum Herrichen*, Rectorem nuper Scholæ Senatoriæ Lipſienſis, meum a prima pueritia præceptorem formatoremque adoleſcentiæ, ſingulari fide ac dexteritate. Hujus memoria ſemper animo meo futura chara ac venerabilis etiam *Cyrilli* mihi nomen jucundum facit, quo ille pro vernaculo ſuo *Herrichen*, quod *Domnulum* * ſonat, libenter utebatur, poſtremis annis potiſſimum, ſub quo etiam Adonin ſuum ſacrum edidit, hoc ipſo anno 1716. utili inſtituto præclari Friderici Friſii cura Altenburgenſibus typis recuſum. Quam fœcundum fuerit ejus & quam elegans inge-

* Domnuli cujusdam Afri, viri docti mentio apud Sidonium IX. 13. & 15. & IV. 24. ubi vide ſi placet Sirmondi notas.

ingenium, quanta Græcæ & Latinæ Linguæ peritia, & in utraque sed Græca præsertim poëticæ venæ facultas ac felicitas, magis perspicuum faciam, quando Carminum ejus Volumen, quod a digno patrueli Ἓ μακαρίτε *Augusto Herrichen* collectum accepi, in lucem quod opto proxime proferre dabitur. Diem obiit vir optimus * in cœlibe vita LXXV. supergressus annos, & rude ante aliquod tempus donatus Lipsiæ A. MDCCV. V. Cal. Febr.

III. Cyrilli Operum editiones.

Latinæ.

Basil. 1524. fol. apud Cratandrum, in qua editione tantum exstant commentarii in Johannem, in Leviticum (qui Origenis sunt) & thesaurus, quæ singula separatim prodierant Paris. 1520. & 1521. fol.

Basil. 1546. fol. apud Hervagium, IV. Tomis sed qui uno comprehendi Volumine possunt. In hac accedunt libri VII. de Trinitate, de Spiritu S. de adoratione in Spiritu & Veritate, libri X. contra Julianum, & III. de recta fide in Christum ad Theodosium Imp. & Reginas, Epistolæ XXXIX. Homiliæ X. Apologia ad Imp. Theodosium, declaratio XII. capitulorum pro iisdem Apologeticus & liber ad Evoptium: Expositio Symboli Nicæni, Scholia de incarnatione Unigeniti, Synodales Epistolæ XII. & dogmata Nestorii a Cyrillo impugnata & a synodo Ephesina condemnata.

Basil. 1566 fol. apud hæredes Joh. Hervagii, in qua editione quintus Tomus sive quinta pars (omnes enim quinque Tomi uno Volumine continentur) commentarios in Esaiam, ex Laur. Hunfredi versione complexa accessit. Fallitur V. C. Elias duPin qui hanc editionem primam Latinam Operum Cyrilli esse scribit Tom. IV. Bibliothecæ scriptorum Eccles. p. 52.

Paris. 1573. fol. 2. Voluminibus, *Gentiano Herveto* curante, ** quæ editio a Possevino in apparatu sacro recensetur. Sed plenior prioribus

* Vide Acta Fruditorum T. 4. supplem. p. 89. seq.

** Bonav. Vulcanius præf. ad Arrianum A. 1575. editum: *Ne quis me temere ad hunc auctorem denuo vertendum accessisse existimet, neve quis me eos imitari suspicetur, qui quum hodie veteris alicujus auctoris post omnes aliorum editiones recogni-*

est posterior Parisiensis A. 1605. 2. Vol. quam persequitur Bellarminus de S. E. in illa enim Glaphyra in Pentateuchum ex A Schotti versione, & libri posteriores XVI. de adoratione in Spiritu & Veritate ex interpretatione Antoniii Agellii, ne alia jam memorem, accessere.

Græcolatina.

Unica *Johannis Auberti*, Laudunensis Presbyteri, Canonici & in schola Paris. Laudunensis Collegii Magistri atque interpretis Regii, Paris. 1638. fol. septem Voluminibus, quam post Labbeum, Caveumque paullo diligentius infra recensui.

Editiones promissæ.

1. *Bonaventuræ Vulcanii.* Abraham Scultetus in narratione de Vita sua p. 55. *Leidæ A. 1612. maxime me oblectabam alloquio clarissimorum Virorum, & inter alios Bonaventuræ Vulcanii, quem senem admodum sellæ affixum, & manibus pedibusque captum inveni. Promiserat ille triginta quatuor annis ante * editionem omnium operum Græcorum Cyrilli, hactenus a multis desideratam. Hanc cum frustra hactenus singulis propemodum nundinis exspectassem, & jam coram hominis ætatem, valetudinemque perditam considerarem, petii ab eo ut Cyrillum Græcum fidei meæ concederet: me non solum operum daturum, ut ex ipsius voro ille in vulgus exiret, sed etiam de Codicis pretio ipsi satisfacturum. At ille gratiis pro officio actis, tantum adhuc virium sibi supereſſe ajebat, ut ipsemet promisso se exsolvere posset. Usque adeo verum est, neminem esse tam senem, qui non dico diem, sed annos supervivere posse se desperet. Quanquam erat nonnemo in Anglia, qui de tanti thesauri possessione magnifice potius se jactasse, quam vera gloriatum fuisse affirmaret.* Certum tamen est Vulcanium non modo plura Cyrilli inedita Græce possedisse, sed etiam Latine

cognitionem pollicentur, si conferas, nihilo amplius eos præstitisse reperias, quam is qui ante biennium Cyrilli Opera Lutetiæ edidit. Quem quidem autorem quum summopere corruptum habeamus, nemoque sit ex Orthodoxis scriptoribus, qui majore recognitione egeat, nullum tamen ab eo, qui eum edendum curavit, verbum immutatum aut correctum invenias: quum interim is omnia priorum interpretum nomina supprimat, totiusque operis laudem inaudita quadam impudentia sibi vendicet.

* Vulcanius præf. ad Arrianum, edita A. 1575. *sepositò è manibus Cyrillo, cui vertendo, & Isidoro, cui castigando longam jam operam navaram, totum me magna animi alacritate ad Arrianum contuli.*

Latine vertisse haud pauca, quorum pars Bibliothecæ Leidensi legata, etiam Auberti usibus deinde patuit.

2. *Frontonis Ducæi*, de quo Jacobus Simondus in litteris ad Sebastianum Tegnagelium, datis 3. Non. Sept. 1696. *In Bibliotheca Patrum Græco latina duobus Voluminibus cumprehensa desiit ὁ μακαρίτης, qui & alia, ut nosti, meditabatur, Nicephorum, Theodoretum, Cyrillum Alex. & Biblia Græcolatina. Ex quibus Nicephorum plane absolverat, Theodoretum magna ex parte confectum habebat. Quod deerat, supplere ipse instituit. Ad Cyrillum pauciora collegerat, quæ usui tamen esse possint si quis huc aliquando ad eam curam animum adjiciet. In Bibliis sacris multum & diligenter laborarat, unumque hoc opus præ cæteris urgebat. Sed vereor ut in posterum sperare liceat propter novam editionem Græcolatinam quæ hic jam inchoata est, curante ut audio Jo. Morino, e Congregatione Oratorii viro docto &c.*

3. *Conradi Rittershusii*, de quo vide Epistolam 352. & 353. inter Epistolas virorum doctorum ad Goldastum editas e Bibliotheca Clarissimi Thulemarii.

4. Dissertationem de scriptis Cyrilli Alex. promisit *Joh. Garnerius* ad Marium Mercatorem Tom. II. p. 43.

VI. In editione Græcolatina Paris. Tomo I. continentur:

I. Περὶ τῆς ἐν πνεύματι καὶ ἀληθείᾳ προσκυνήσεως καὶ λατρείας *de adoratione & cultu in Spiritu & Veritate*, sive de officiis Christiani hominis erga DEum, libri XVII. dialogi more scripti, in quibus Palladius & Cyrillus colloquuntur. p. 1---631. Cum versione *Antonii Agellii*, * Neapolitani, Congregationis Clericorum Regularium presbyteri, quæ primum Lugduni sed minus emendate ** 1587. in 4. deinde accuratius Romæ 1588. fol. excusa fuerat, ut latinam editionem Venetam Anni 1604. omittam. Citatur hoc Cyrilli opus ab Andrea

* Laudat hunc Agellium Petrus Morinus p. 344. Opusc.

** Agellius in admonit. ad Lectorem: *Hos libros cum Lugdunum imprimendos misissem, adeo male non modo imprimentis negligentia, verum etiam corrigentis culpa accepti fuerunt, ut innumeris mendis pleni, & quod mihi molestius fuit, adnotatiunculis marginibus additis respersi essent, quas neque ego miseram neque feceram: & ita inepta & absurda erunt, ut alicubi ne auctoris quidem sanctissimi & eruditissimi viri nomini parcerent.*

drea Samosateno apud Anastasium in Hodego pag. 342. Ephræmo Antiocheno apud Photium Cod. 229. Leontio Byz. in Eutychen., ab Anastasio Sinaita quæst. 20. 39. & 57. Johanne Damasceno de Trisagio Tom. I. Opp. p. 400. & in parallelis Tom. II. pag. 364. & à Catenarum auctoribus in Pentateuchum. Meminit & Nicephorus XIV. 14. ac Photius Cod. 49. & Cyrillus ipse sub initium τῶν γλαφυρῶν p. 2. In antiquis latinis editionibus tantummodo primus hujus operis liber ex alia interpretatione legitur, quæ incipit: *supervacaneum opinor rogare ex te.* Græca Aubertus depromsit e Codice Vulcanii, quem Bibliothecæ Leidensi ille legaverat, & ex altero Harlæi Maclovienſis Episcopi, cujus variæ Lectiones post notas Agellii in calce Voluminis occurrunt.

II. γλαφυρὰ sive *scita commentaria* (allegorica magnam partem & anagogica) *in loca selecta Pentateuchi*, p. 1--- 433. cum versione *Andreæ Schotti*, S. I. in Genesin libris VII. in Exodum libris III. in Leviticum I. in Numeros I. & in Deuteromonium I. Hoc opus a veteribus frequenter laudatur. * Latine primum lucem vidit ex *Andreæ Schotti* versione in Latina Operum Cyrilli Parisiensi Anni 1605. Deinde separatim ab eodem Schotto Græce & Latine publicatum est Antvverp. 1618. fol. Aubertus cum Schotti editione Codicem Harlæi contulit, lectionumque varietates in extremo Volumine annotavit. Ex Nicephori XIV. 14. suspiceris Cyrillum ejusmodi γλαφυρὰ composuisse non tantum in Pentateuchum, sed in libros universos Veteris Testamenti, ** τὰ γλαφυρὰ τὰ τῆς παλαιᾶς γραφῆς τυπικῶς εἰρημένα εἰς χριστὸν καὶ τὴν καθ' ἡμᾶς ἐκκλησίαν ἀνάγων. In Genesin Glaphyra Cyrilli vertit *Ambrosius* Camaldulensis & edere voluit teste Sixto Senensi, quod facere nescio qua de caussa intermisit.

Tomo II.

III. *In Esaiam Prophetam Commentariorum*, libri V. quorum singuli iterum, primus in λόγους sex, secundus in τόμους quinque, tertius itidem in τόμους totidem, quartus in quinque & quintus in sex

* Vide Tillemont. T. 14. p. 672.

** Cassiodori locum e prooemio Divinarum Lectionum, quo Cyrillum refert inter eos qui totam S. Scripturam a principio ad finem Græco sermone declararunt, attuli supra c. 19. in S. Basilio, num. XXXII.

sex λόγοις dividuntur. Adjuncta est latina versio *Laurentii Hunfredi*, Angli, quam Ao. 1562. dicatam Elisabethæ Angliæ Reginæ, & in editione operum Cyrilli Latina Basil. 1566. fol. primum editam, Aubertus recognovit, Græcaque publicavit ex Codice Vaticano &, qui duos priores tantum continebat, Regio. Citatur a Facundo XI,7. nec non a Leontio Byz. contra Eutychen, & Ephraimo Antiocheno apud Photium Cod. 229.

Tomo III.

IV. *In XII. Prophetas minores, Commentarii* cum versione *Jacobi Pontani* S. I. qui hos primus Græce & Latine ediderat Ingolstadii Ao. 1605. fol. auspiciis Marci Velseri, qui in Epistola * ad Vulcanium Ao. 1601. data. *Ego, ne nescias*, inquit, *inter primos Cyrilli amatores nomen profiteor : cujus rei hinc conjecturam capias licet, quod amico cuidam meo, homini Græce & Latine apprime docto auctor fui commentarium in XII. Prophetas vertendi, is vero totum pensum jam absolvit, & nunc maxime editionem adornat. Prophetas minores decem ex Boica Bibliotheca habuimus, reliquos duos ex Vaticana.* Aubertus negat sibi alium Codicem MStum præter Pontani editionem ad manus fuisse, nisi quod ad Sophoniam usus est antiquissimo Bibliothecæ Regiæ Paris. Citatur ab Ephraimo atque Leontio Byz. In his Commentariis quemadmodum & in illis quos in Esaiam composuit, propius litteralem sensum quam in Glaphyris Cyrillus persequitur.

Tomo IV.

V. *In Evangelium S. Johannis, libri XII.* cum nova versione *Jo. Auberti.* In Latinis editionibus hoc opus exstat ex interpretatione *Gregorii Trapezuntii*, quæ prodierat separatim Paris. 1520. fol. Sed non modo magna, ut solebat, licentia Trapezuntius in hac versione usus est, sed libros *quintum*, *sextum*, *septimum & octavum*, quos in Græcis Codicibus non reperit, plane omisit. *Quatuor intermedii libri*, inquit Jodocus Clichtoveus, *nec apud Latinos nec apud Græcos ab iis, qui eam quam potuere vigilantiam adhibuerunt, reperti sunt. Nam & in illa insigni Romæ Pontificia Bibliotheca quinquies, ter quidem Latine* (de Trapezuntii versione intellige) *& bis Græce conscripti visuntur, & ubi-*

* Velseri Opera p. 832.

que & eisdem in locis trunci ac mutili. Itaque hic quem dixi Clichtoveus, Neoportuensis libros illos quatuor ex suo ingenio supplevit, Augustinum in plerisque secutus, ut notatum Richardo Simoni Tom. III. Historiæ Criticæ Novi Test. pag. 529. & 574. Sed quoniam Clichtovei supplementum a Cyrilli ipsius opere in titulis librorum quidem, sed non charactere typorum vel alia nota per singulas paginas agnoscenda, distingui satis contigit, hinc factum ut multi * incauti pro Cyrillianis laudarent verba Clichtovei, atque illis ad stabilienda sua quæ vellent placita uterentur : bono etiam Clichtoveo mala illa repensa est gratia, ut pro labore suo indignum *maleferiati nebulonis* elogium a Caveo tulerit. Cæterum in Joh. Auberti editione qui primus Græca edidit, suppleti sunt ex Holstenio Codice libri integri quintus & sextus qui desinit in expositione capitis X. vers. 17. septimi vero & octavi copiosa & prolixa fragmenta exhibentur cum versione *Nicolai Borbonii*, Græcæ Linguæ Prof. Reg. p. 660---713. ex Catenis in Johannem, illa præcipue præclara, quam adhuc ineditam a D. de Harley, Maclovienſi Episcopo utendam accepit. Liber nonus incipit a capite XII. vers. 49. Citatur Cyrilli expositio in Johannem a Facundo, Leontio Byz. contra Eutychen, Ephraimo Antiocheno apud Photium Cod. 229. Concilio VI. & Damasceno in parallelis. S. Maximo T. 2. p. 53. 64. 70. 87.

Tomo V.

VI. Ἡ βίβλος τῶν θησαυρῶν περὶ τῆς ἁγίας καὶ ὁμοουσίας Τριάδος, p. 1---381. *Thesaurus de sancta & consubstantiali Trinitate* ad Nemesinum, λόγοις λέ. libris XXXV. cum versione *Bonav. Vulcanii*, qui A. C. 1615. defunctus hoc opus Græce & Latine Bibliothecæ Leidensi

* Non assentior Theophilo Raynaudo qui in erotematibus de bonis & malis libris p. 174. seq. affirmat Fevardentium meditato suppositisse Cyrillo Clichtovei verba quæ ibi laudat pro immaculata S. Virginis conceptione. Nam facile hoc non advertenti contingere potuit, quemadmodum contigit Rhemensibus & Pamelio quos arguit Robert. Cocus in censura scriptorum Veterum p. 389. & Petro Martyri quem reprehendit Bellarminus lib. 2 de S. Eucharistia c. 25. Eodem nomine alium insignem Virum notans Vossius de baptismo p. 26. solenne esse ait ut hic errent viri docti, quemadmodum & aliud agenti hoc accidit Theologo eruditissimo, qui in libro de Variis Scripturæ editionibus p. 83 ait pericopen de adultera Joh. VIII. à Cyrillo Alex. ut revera Johannis sine ulla dubitationis significatione distincte proponi multisque explanari.

si legaverat, unde ad Jo. Aubertum pervenit. In Latinis editionibus exstat *Georgii Trapezuntii* * parum probanda interpretatio in XIV. lib. tributa, quæ seorsim lucem vidit Paris. 1514. 1520. fol. Leo Allatius diatriba de Georgiis p. 375. *Opus Cyrilli*, Thesaurus *nuncupatum, in plerisque Codicibus MSS.* Athanasio *Alexandrino tribuitur, sub cujus nomine in Latinum interpretatio* Joannis Baptistæ Camotii, *nondum edita, quod sciam, est penes me.* Cyrillo vindicatur hoc opus testimoniis Ephraimi Antiocheni, Synodi sextæ & multorum veterum, quos laudant Tillemontius Tom. XIV. pag. 671. & Petavius dogmat. Theolog. de incarnatione lib. VI. c. 13. §. 5. nec non Photii Cod. 136. qui ἐπιχειρηματικὸν βιβλίον appellat, καὶ κ' τῆς Ἀρείου καὶ Εὐνομίου λύσης γενναίως καὶ πολυτρόπως ἀγωνιζόμενον. Optimum omnium Cyrilli scriptorum esse ait Nicephorus XIV. 14. Hist. Objectiones Anonymi qui Arausione Ao. 1645. dissertationem de supposito edidit, refellit præter Petavium Raynaudus p. 134. erotematum de bonis & malis libris. In MSS. Codicibus non semper idem ordo nec eadem distinctio, unde fortassis eo nomine Trapezuntius aliqua ex parte excusandus. In Bibl. Seguieriania sive Coisliniana teste Clariss. Montfaucono p. 302. in duos libros dividitur, quorum primus viginti priores λόγες continet, secundus posteriores a vigesimo usque ad quadragesimum. Quæ porro Thomas Aquinas ** ex libris thesaurorum Cyrilli profert ad summam in Ecclesia Potestatem Romano Pontifici asserendam, & ad quæ provocant Gennadius sive Georgius Scholarius lib. de primatu Rom. Pontificis, Andreas Colossensis & Synodus Florentina sess. 5. 7. & 8. Augustinus Anconitanus libro de

* Vulcanius ad calcem operis hæc adscripserat: *Ego Bonav. Vulcanius, Brugensis hunc Cyrilli thesaurum olim à* G. Trapezontio *fide non bona versum, quod multa passim truncasset, innumeris locis epitomen potius quam veram interpretationem dedisset, non pauca etiam de suo adjecisset, neque pauciora perperam transtulisset, de integro Latine verti, & ordinem quem Cyrillus tenuit, qui totus à Trapezontio inaudita audacia permutatus erat, servavi: ita ut Lectores Cyrilli thesaurum, qualis ille ab autore concinnatus est, sint habituri. Dedi enim operam, ne quis aliquid a me vel adjectum vel detractum jure queri posset: utque sententiam Cyrilli quam fidelissime possem, redderem. Basileæ anno a Nativitate Domini M. D. LXXVI. mense Januario.*

** in 4. sententiar. dist. 24. qn. 3. artic. 2. & contra impugnantes religion. c. 3. sub fin. & in opusculo contra errores Græcorum, & in Catena aurea ad Matthæi XVI. qui locus etiam in MSS. Thomæ ita ut in impressis exstat, ut ex Guiarto notavit Rich. Simon T. 3. Hist. Criticæ N. T. p. 471.

potestate Ecclesiæ, Jo. de Turrecremata in summa de Ecclesia & in apparatu super decreto unionis Græcor. in Concilio Florentino, ea Cyrillum nunquam scripsisse fatetur Tillemontius Tom. XIV. p. 671. & Elias du Pin Tom. IV. p. 44. sqq. & Cyrillo supposita esse probat Johannes Launojus parte I. Epistola 1. & 2. ad Antonium Faurum, & parte V. Epistola 9. ad Thomam Fortinum, qua priores Epistolas suas adversus Vincentium Baronem sive Baronium tuetur, cap. 10. Confer. B. Antonii Reiseri nostri Launojum Confessorem pag. 41. seq. & Andream Rivetum lib. IV. Critici sacri c. 19. Jo. Rainoldum in Colloquio cum Jo. Hardto Jesuita, cap. 5. p. 315. seq.

VII. *Dialogi novem* ad eundem Nemesinum ad quem thesaurorum librum misit, quemque φιλομαθέστατον ἀδελφὸν appellat, in quibus *Hermias*, * & Cyrillus colloquuntur. pag. 383 --- 778. Dialogos duos postremos *de incarnatione unigeniti & quod unus sit Christus*, quos tempore aliquo interjecto demum prioribus subjunxisse Cyrillus videtur, primus Græce cum versione & notis vulgavit *Bonavent. Vulcanius* ad calcem libri contra Anthropomorphitas, Lugd. Bat. 1605. in 4. In editionibus vero Cyrilli Latinis extant modo septem Dialogi priores *de Trinitate* contra Arianos & Macedonianos, ex versione *Joannis Oecolampadii*, quæ primum A. 1546. lucem vidit. Græce Jo. Aubertus dedit primus ex Codice unico Augustanæ Bibliothecæ, cujus Apographum Matthias Ehingerus ad eum transmiserat: Idem Aubertus versionem Latinam Vulcanii servavit, ac pro Oecolampadiana aliam novam, vel potius interpolatam exhibuit. Frequenter citatur hoc opus a veteribus, jam ut apud Photium Cod. 49. sub titulo λόγων πρὸς Ἑρμείαν, jam λόγων περὶ τῆς ἁγίας Τριάδος. Vide Tillemontium Tom. XIV. p. 667. & 670. Octavum & nonum dialogum non carere omni suspicione suppositionis ait Jo. Garnerius notis ad Marium Mercatorem Tom. II. p. 43. idque se ostensurum promisit in dissertatione de libris Cyrilli. Sed dissertatio hæc lucem non vidit, & suspicionem illam omni destitutam esse verisimilitudine mihi persuadeo. Nam ut idem argumentum sæpius tractare Cyrillo consuetum ac solenne, ita hi duo Dialogi plane genium, stylum, doctrinam priorum dialogorum spirant, & citatur nonus a Leontio Byz. adversus Eutych. ac judice ipso Garnerio p. 56. ad Liberatum, octavus ea scriptus est eruditione, ut vix ullum

* Hunc suspicor esse Hermiam, cujus irrisionem Philosophorum habemus.

ullum aliud Cyrilli opus ea de re præstantius aut etiam par existat. Dialogo septimo in quo de Divinitate Spiritus S. disputat, subjiciuntur p. 660 — 677. argumenta ad idem probandum longe plura.

VIII. *Scholia περὶ τῆς ἐνανθρωπήσεως τοῦ μονογενοῦς. de incarnatione unigeniti.* Latine p. 779 — 800. additis subinde præterea quæ Conciliorum Tomi exhibent a Joh. Auberto Græcis fragmentis ex MSS. Bibl. Regiæ. Incipit: Τὸ χριστὸς ὄνομα ὅτε ὁρᾷ δύναμιν ἔχει. Prodierat primum ex officina Roberti Winter Ao. 1542. in libro Constitutionum Synodalium: deinde in Cyrilli operum editionibus Latinis, & in Conciliorum tomis in parte 3. Actorum Concilii Ephesini Tom. I. Binii Ao. 1618. p. 364. nec non ad calcem libri contra Anthropomorphitas a Bonavent. Vulcanio vulgati Lugd. Batav. 1605. in 4. In hujus editione quemadmodum & in Latinis Cyrilli, non Scholia inscribuntur sed Scolia, σχολιὰ velut *difficilia loca & perplexa*: licet fatetur, quod mihi etiam magis placet, & verius est, posse etiam σχόλια inscribi, velut σεμνολογήματα sive graves sententias, aut additamenta ad alios ejusdem argumenti libros a Cyrillo compositos. Idem Vulcanius castigationes addidit, *ut ex iis cognoscas quanta recognitione indigeant etiam alia pleraque quæ circumferuntur Cyrilli scripta, æque male atque hoc cum ab interpretibus tum a typographis habita.* Theodoretus dialogo 2. affert quædam Cyrilli ἀπὸ τῶν σχολίων. Anastasius presbyter in ecloga τῶν χρήσεων c. 3. laudat Cyrillum ἐν ἀρχῇ τῶν ά σχολίων. Facundus XI. 7. *beatum Cyrillum in libro quem Scholia nuncupavit, titulo septimo. Et rursus eodem libro, titulo decimo:* Atque VI. 3. *in libro qui scholia dicitur, sub titulo, quomodo unus Christus.* Andreas Samosatenus apud Anastasium in Hodego pag. 344. καὶ ἐν τοῖς γεγραμμένοις σχολίοις ἑρμηνεύων τὸν ἐν τῷ εὐαγγελίῳ σωτῆρα. Citatur etiam in Actione 2. Concilii Chalcedon. Tom. II. Binii p. 69. & ab aliis, quorum loca Tillemontius Tom. XIV. p. 667. & Garnerius Tom. II. Marii Mercatoris p. 26. annotarunt. Hic illud opus etiam integrum Latine ex MSS. emendatius & a p. 238. ad 241. insigni parte auctius exhibet, ac versionem veterem quam solam habemus *Mercatori* vindicat, inter cujus scripta in duobus Codicibus illam reperit. In prioribus editionibus dividitur in capita 25. In Garneriana in 35. Photius Cod. 169. divisum legit in capita undeviginti.

IX. Περὶ τῆς ἐνανθρωπήσεως τοῦ θεοῦ λόγου, τοῦ υἱοῦ τοῦ πατρός. *De incarnatione Verbi DEI, filii Patris* p. 801. 802. Incipit: ἡ τῆς θείας

γεγραφῆς ὀρθοτάτη ἔννοια. In Latinis editionibus exstat loco primo inter homilias, ex *Wolfgangi Musculi* interpretatione: sed Aubertus servavit versionem cum qua legitur in parte 3. Synodi Ephesinæ, Tom. I. Binii p. 376.

X. Συζήτησις περὶ τοῦ αὐτοῦ. *Disputatio ejusdem argumenti* per quæstiones & responsiones, p. 802---804. Incipit: Πῶς ὁ θεὸς ἀχώρητος ἐχωρήθη.

Tomo VI. sive Tomi V. parte II.

XI. Λόγοι ἑορτασικοὶ *Homiliæ*, sive ut ab Alexandro * Hieropolitano appellantur, *Epistolæ Paschales undetriginta*, ab A. C. 414. ad 443. habitæ vel ad Ecclesias missæ, ad indicendum solenne Paschatos tempus, quod Archi-Episc. Alexandrini ** officium fuisse constat. Has exhibet Aubertus p. 1 ---- 350 ex editione Græcolatina *Antonii Salmatiæ*, Theologiæ in Ambrosiano Mediolanensi Collegio Doctoris, quæ e Vaticano Codice prodierat Antvverp. 1618. fol. Habebat & *Andreas Schotius*, ut in Bibliotheca scriptorum S. I. narrat Philippus Alegambe, *Cyrilli heortasticos sive Paschales sermones a se Latinitate donatos jam prælo promtos, sed suum partum suppressit ut Antonio Salmatiæ, qui eosdem transtulerat, locum daret.* Præterea a *Iodocico Metio* Thermulano Episcopo latine versos Possevinus memorat. Numerantur homiliæ triginta sed ita ut tertia deficere dicatur. Paulus vero Guldinus S. I. ex mensium Paschalium successione visus est sibi collegisse nullam in medio desiderari, sed quæ quarta numeratur, habendam ratione temporis pro tertia, atque ita insequi cæteras ad ultimam usque.

XII. *Homiliæ diversæ tredecim*, Græce & Latine p. 350--416. & una Latine, de eo quod Verbum DEI factum sit homo, quæ incipit: *Profundum quidem & magnum*, &jam prodierat Paris. 1545. in 8. p. 416---417. Hanc Vulcanius quoque subjecerat libro contra Anthro-

* Alexander Hierapolitanus Epistola ad Acacium Berrhoënsem apud Baluz. p. 762. novæ collect. Concilior. *Lucidum est cuilibet legenti cum veritatis amore capitula ejus*, (Cyrilli) *& Epistolæ ad Hebræos interpretationem & Epistolas vel festivas vel alias, & universa ejus conscripta &c.*

** Similes exstant Homiliæ sive Epistolæ Paschales Athanasii & Theophili Alex. ut omittam quas Dionysii Alex. memorat Eusebius. Lucii Alexandrini Hieronymus c. 118. Catalogi. Conser. Tillemont. T. 14. p. 269. 270.

thropomorphitas p. 201. Homilias quasdam Cyrilli & Chryſoſtomi Gallice a ſe verſas edidit Morellus Pariſ. 1604. in 8. Gennadius c. 57. de Cyrillo: *Homilias compoſuit plurimas, quæ ad declamandum a Græciæ Epiſcopis memoriæ commendantur.*

XIII. *Epiſtolæ* LX. Cyrilli & aliorum Græce & Latine pag. 1---213. exceptis paucis quæ Latine tantum reperiri potuerunt, depromtæ ex Actis Concilior. Epheſini, Chalcedonenſis, &c. ut infra in indice Alphabetico Homiliarum, Epiſtolarum & minorum opuſculorum Cyrilli diſtinctius annotabitur. Ex his latinæ editiones Operum Cyrilli exhibent Epiſtolas XXXIX. ex verſione *Wolfgangi Muſculi.* Ex Epiſtolis Cyrilli ad Neſtorium & Joannem Antiochenum afferuntur quædam in parte 3. Concilii Chalcedonenſis Tom. II. Binii p. 349.

XIV. Προσφωνητικὸς *ad Imperatorem Theodoſium juniorem* περὶ τῆς ὀρθῆς πίστεως, *de recta in Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum fide* p. 1---42. Incipit: Τῆς μὲν ἐν ἀνθρώποις εὐκλείας τὸ ἀνώτατον. Scriptus A. C. 430. Vide Tillemontium Tom. XIV. p. 340. ſqq. In Latinis editionibus occurrit *Jo. Oecolampadii* interpretatio. Cum alia verſione in parte I. Actorum Concilii Epheſini Rom. 1608. atque inde in Biniana Ao. 1618. Tom. I. p. 20. atque Labbeana Tom. III. Citatur in Concilio VI. Actione 10. Tom. III. Binii p. 101.

XV. Προσφωνητικὸς ταῖς εὐσεβεστάταις βασιλίσσαις, λόγοι β'. *Libri duo de recta fide ad religioſiſſimas Reginas* Theodoſii junioris conjugem Liciniam Eudoxiam, ſororesque Flacillam & Pulcheriam. Sub idem tempus ſcripti cum ſuperiore. Prior p. 42---127. Incipit: σεμνολόγημα μὲν οἰκεμενικόν. Poſterior p. 128---180. Incipit: Τοῖς τὸ θεῖον καὶ ἐράνιον ἱερουργοῦσι κήρυγμα. Allegantur p. 48. ſq. loca Athanaſii ἐκ τοῦ περὶ σαρκώσεως λόγου. Attici Epiſcopi, Antiochi Epiſcopi, Amphilochii Epiſcopi Iconii ἐκ τοῦ περὶ τῆς κατὰ σάρκα γεννήσεως, Ammonis Epiſcopi Adrianopolitani, Johannis Epiſcopi Conſtantinopol. Severiani Epiſcopi, Vitalis Epiſcopi ἐκ τοῦ περὶ πίστεως λόγου, & Theophili Epiſcopi ἐκ τοῦ προσφωνητικοῦ λόγου πρὸς τὰς φρονίμους τὰ θεμιγένους. In latinis editionibus occurrit *Jo. Oecolampadii* interpretatio. Sed Aubertus ſervavit verſionem cum qua hi libri prodiere in parte I. Actorum Concilii Epheſini, edit. Binianæ (quæ jam mihi ad manus) Tom. I. p. 43. & 90. Citantur ab Ephraimo & Eulogio apud Photium Cod. 229. 230. & a Leone M. Epiſtola 134.

Tomo

Tomo Ultimo.

Timotheum Ælurum πολλὰ τῶν συγγραμμάτων τοῦ θείου Κυρίλλου μήπω εἰς πλάτος ἐκδοθέντων διαλυμηναθῆναι, νόθα τούτοις ὑπεσπείραντα δόγματα, multa D. Cyrilli scripta antequam vulgarentur dogmatibus adulterinis adsperis depravasse, ex communi fama narrat Theophanes p. 95. & Nicephorus XV. 16. Hist. Idem Nicephorus negat esse verum, quod nonnulli sparserunt, libros quosdam Chrysostomi a Cyrillo abolitos fuisse. XIV. 28.

XII. Index eorum ad quos vel contra quos scripsit Cyrillus.

Numeri majores, scripta Cyrilli supra recensita, minores indicem Epistolarum & scriptorum minorum Alphabeticum respiciunt.

Acacius Episcopus 99. Melitenes 52. 113. Episcopus Berrhoënsis 57.
Ægypti Monachi 9.
Alexander presb. 104.
Alexandrinus Clerus populusque 14. 17. 89. 112.
Anastasius presb. 104.
Anthropomorphitæ XXII.
Apollinaris 60.
Atticus Constantinopol. 98.
Aurelius (Augustinus) 88.
Cælestinus Episcopus Rom. 19.
Calo-

Caloſyrius Epiſcopus Arſenoites XXII. & 8.
Canonica Epiſtola 21.
Charmoſynus presbyter. 75.
Comarius Epiſcopus 81.
Conſtantinopolitani clerici 3.
Clerus populusque 32. 69. Monachi 92.
Dalmatius Archimandrita 81.
Daniel Epiſcopus Damenſis in Ægypto, 77.
Domnus Epiſcopus Antiochenus 86.
Donatus Nicopolis Epiſc. 11.
Eulogius presbyter Alexandrinus 30. 81.
Evoptius 24.
Gennadius presbyter & Archimandrita 102.
Hermias VII.
Joannes Antiochenus 15. 34. 67, 91.
Joannes presbyter. 104.
Julianus Imp. XXI.
Juvenalis Epiſcopus Hieroſ. 41.
Lampo presbyter. 114.
Leontius Diaconus 75.
Libyæ & Pentapoleos Epiſcopi 73.
Martinianus presb. 104.
Maximianus Archi - Epiſcopus Conſtantinopol. 66. 80.
Maximus Diaconus 104. Antiochenus 22.
Memnon Epheſi Epiſc. 33.
Monachi patres 61. 104.
Nemeſinus VI. VII.
Neſtorius XVI. ſeq. & 2. 47. 103. 106. Tres Cyrilli ad Neſtorium Epiſtolas, quarum tertiæ XII. capitula ſubjunxerit, memorat Leontius Byz. de ſectis pag. 452.
Neſtorii ζηλωτὴς 53. 27.
Optimus Epiſc. 44.
Orientales Epiſcopi XVIII.
Palladius I.
Paregorius presbyter. 104.
Paulus Emeſenus 34. 64.
Poſidonius 39.
Potamon Epiſcopus 77. 81.
Proclus Conſtantinopol. 51.
è Rhodo ſcriptæ Epiſtolæ 14. 112.
Succenſus Diocæſareæ Epiſc. 23. 25.
Theodorus Mopſueſtenus 51.
Theodoritus. XIX.
Theodoſius junior, Imp. XIV. XX. & 4. 37.
Theodoſii Uxor & Sorores XV.
Theognoſtus presbyter. 75.
Theopemptus Epiſcopus Cabaſenſis, in Ægypto 77.
Tiberius Diaconus XXII.
Timotheus presbyter. 81.
Valerianus Epiſcopus 5.

XIII. Index Chronologicus Episcoporum Archi-Episcoporum & Patriarcharum Alexandrinorum.

1 Marcus Evangelista usque ad A. C. 65
2 Anianus (Arabibus *Hananias*) 87
3 Abilius (Coptitis μιλῶι, Arabibus *Melianus*) 99
4 Cerdo (Arabibus Kerdanous) 110
5 Primus (Orientalibus *Abrimius*) 122
6 Justus 130
7 Eumenius 143
8 Marcianus (al. *Marcus*) 153
9 Celadion (al. κελασδιανὸς vel κλαυδιανός) 167
10 Agrippinus 179
11 Julianus (male al. *Lulianus*) 189
12 Demetrius 231
13 Heraclas (al. *Hieroclas*) 247
14 Dionysius ex Sabaismo conversus 264
15 Maximus 281
16 Theonas 300
17 Petrus qui Martyrium obiit 311

Sedes vacat per anni spatium *

18 Achillas (Arabibus *Archillas* vel *Archelaus*) tantum per quinque menses 312
19 Alexander, Achillæ frater 326
20 Athanasius Arii Adversarius. 373

Georgius Tarbasthenites, Arianus. vide Nyssen. lib. 1. contra Eunomium Tom. II. pag. 294

21 Petrus II. 380

Lucius Arianus, ejus loco intrusus.

22 Timotheus 385
23 Theophilus 412
24 Cyrillus I. 444
25 Dioscorus 458
25 b. *Proterius* quem loco Dioscori depositi A. 451. in Concilio Chalcedonensi electum pro legitimo Patriarcha non habent Jacobitæ 458

26 Ti-

* Gelasius II. 1. de Actis Concilii Nicæni.

26 Timotheus Ælurus. usque ad A. C. 472
27 Petrus III. Moggus 490
28 Athanasius II. 497
29 Johannes Mela, 507
30 Johannes II. ἔγκλειστος sive incluſus 516
31 Dioſcorus junior 518
32 Timotheus III. 535
33 Theodoſius 567
34 Petrus 569
35 Damianus 593
36 Anaſtaſius 614
37 Andronicus 622
38 Benjamin 659
39 Agatho 677
40 Johannes III. Semnudæus 686
41 Iſaac 688
42 Simon Syrus 700

Vacatio per triennium.

43 Alexander II. 724
44 Coſmas 727
45 Theodorus 737
45 b. *Cosmas* Melchitarum Patriarcha, quem non agnoſcunt Jacobitæ ab A.C. 730. ad 742
46 Chail ſive Michael 766
47 Mennas ſive *Minas* Monachus S. Macarii 774
48 Joannes IV. 798
49 Marcus 819
50 Jacobus 836
51 Simon tantum per menſes quinque & dies ſexdecim 837
51 b. *Sophronius* Melchitarum Patriarcha ab A.C. 844. per annos 13. 857
52 Yuſab ſive Joſephus 850
53 Ghail ſive Michael 851
54 Coſmas II. Semnudenſis 859
55 Sanutius (al. Σενόδιος vel *Chemida*) 881
56 Chail S. Michael III. 899

Vacat ſedes aliquot annis.

57 Gabriel 923

57 b. *Chriſtodulus* Melchitarum Patriarcha ab A. 906 usque ad 932
58 Coſmas III. 933
58 b. *Eutychius* Melchitarum Patriarcha ab A. 932. ad 940
59 Macarius 953
60 Theophanius 958
61 Minas ſive Mennas 976
62 Ephræm Syrus filius Zaraa 980
63 Philotheus (al. *Theophilus*, in latina Elmacini verſione male *Philoponus*) 1002
64 Zacharias 1032
65 Sanutius 1047
66 Chriſtodulus 1078
67 Cyrillus II. 1092
68 Michaël IV. 1102
69 Macarius II. 1129
70 Gabriel fil. Tarik 1145
71 Michaël V. 1146
Sophronii Patriarcha Alex. meminit. Jo. Cinnamus lib. V. p. 228. res Anni 1160. referens.
72 Johannes V. 1167
73 Marcus filius Zaraa 1189
74 Joannes filius Abugaleb 1216
Vacatio ſedis per annos XX.
75 Cyrillus III. filius Laklaki ab A. 1235. ad 1243
76 Athanaſius 1261
77 Johannes Abuſahi, irrita facta Gabrielis electione 1269
78 Gabriel 1271
78 b. Joannes iterum 1293
79 Theodoſius, filius Zuabel 1300
80 Joannes ex Moniet Koufis 1320
81 Joannes 1326
82 Benjamin ex Democrad 1339
83 Petrus 1348
84 Marcus ex Kelioul 1363
85 Joannes Damaſco Oriundus ab A. 1365.
86 Gabriel Archimandrita Monaſterii Moharrak
87 Matthæus

88 Ga-

88 Gabriel auctor ritualis libri Coptorum, confirmati A. C. 1427.
89 Joannes
90 Matthæus ex Sahid, sive Thebaida.
91 Gabriel Archimandrita Monasterii occidentalis (S. Antonii)
92 Michael Semelouti.
93 Joannes sive Yunes Nekaddi.
94 Johannes Misrà seu Kahira vetere oriundus.
95 Gabriel Monschari, ad quem legatus a Pio IV. Christophorus Rodericus S. I.
96 Joannes Monfalutensis, ad quem scripsit Papa Gregorius XIII.
97 Gabriel qui scripsit ad Urbanum VIII.
97 b. *Meletius* Græcus
98 Marcus ex Biad ab A. 1602. ad 1610
99 Joannes Melawani
100 Joannes ex Touk 1645
101 Marcus ex Mahjour ab Ao. 1645. ad 1660
102 Matthæus (pro quo Wansleb. perperam *Baramus*) ab Anno 1663. adhuc erat 1673
103 Joannes Toukhi fuit adhuc 1703
104 Samuel, cujus Epistola ad Reginam Angliæ Annam data Ao. 1712. legitur Anglice versa in V. C. Michaelis de la Roche Diario literario Londinensi, cujus titulus *Memoirs of Literature* T. 3. p. 273.

*** *** ***

A tempore Dioscori, præsertim post captam a Muhamedanis Ægyptum, duo semper Patriarchæ, unus Græcus Melchita alter Coptita sive Jacobita.

Sed in hoc Catologo fere Jacobitæ sive Coptitæ modo Patriarchæ recensentur, quemadmodum & in illis Patriarcharum Alexandrinorum elenchis & notitiis quæ hactenus vulgatæ sunt a *Joh. Michaele Wanslebio* ad calcem libri de Ecclesia Alexandrina, Paris. 1677. in 12. ab *Ottone Dappero* in descriptione Africæ p. 87. a *Lud. Moreri* in Lexico Tom. I. voce *Alexandrie*, ab *Eduardo Pocockio* in Indice ad Eutychii Annales, ab *Athanasio Kirchero* in prodromo Copto & post Lexicon Copticum p. 518. seq. ab *Abrahamo Ecchellensi* in Chronico Orientali (usque ad A. C. 1250.) Paris. 1680. fol. maxime vero a *Ioh. Baptista Sollerio*, S. I. in Actis Storum Junii Tomo V. Antwerp. 1708. fol. &

denique ab *Eusebio Renaudoto* V. C. in Historia Patriarcharum Alexandrinorum, Paris. 1713. in 4. De antiquioribus vide *Caroli a Sto Paulo* Geographiam sacram p. 275. seq. & *Ioach. Camerarium* ad Nicephori Constantinopol. Chronographiam p. 141. seq. *Henr. Dodwellum* c. 6. diss. de successione Pontificum p. 53. sq. 77. seq. *Dav. Blondellum* præf. de Episcopis & presbyteris p. 20. *Dionys. Petavium* Tom. IV. dogm. Theol. parte 2. p. 714. seq. &c.

Index Episcoporum, Archi-Ep. & Patriarcharum Alexandrinorum, Alphabeticus.

Abilius 3.
Abrimius 5.
Achilles 18.
Agatho 39.
Agrippinus 10.
Alexander 19.
Alexander II. 43.
Anastasius 36.
Anianus. 2.
Andronicus 37.
Archillas sive Archelaus 18.
Athanasius 20.
Athanasius II. 28.
Athanasius III. 76.
Benjamin 38.
Benjamin II. ex Democrad. 82.
Celadion, sive Celasdianus 9.
Cerdo 4.
Chail 46.
Chail II. 53.
Chail III. 56.
Chemida 55.
Christodulus 57. b.
Christodulus II. 66.
Claudianus 4.
Cosmas 46.
Cosmas II. Semundæus 54.
Cosmas III. 58.
Cyrillus 24.
Cyrillus II. 67.
Cyrillus III. filius Laklaki 75.
Damianus 36.
Demetrius 12.
Dionysius 14.
Dioscorus 24.
Dioscorus junior 31.
Ephraim, filius Zaraa 62.
Eumenius 7.
Eutychius 58. b.
Gabriel 57.
Gabriel II. filius Tarik 70.
Gabriel III. 78.
Gabriel IV. auctor ritualis Coptorum 88.
Gabriel V. Archimandrita 91.
Gabriel VI. Monschari 95.
Gabriel VII. 97.
Hananias 2.
Heraclas sive Hieroclas 13.
Jacobus 50.
Joannes Mela 29.
Joannes II. incluſus 30.
Joannes III. Semundæus 40.

Joannes

Joannes IV. 48.
Joannes V. 72.
Joannes VI. filius Abugaleb 74.
Joannes VI. Abuſahi 77. & 78. b.
Joannes VII. ex Moniet Kouſis 80.
Joannes VIII. 81.
Joannes IX. Damaſcenus 85.
Joannes X. 89.
Joannes XI. ſive Yunes Nekaddi. 93.
Joannes XII. ex Misra ſive Kahira vetere 94.
Joannes XIII. Monfalutenſis 96.
Joannes XIV. Melawari 99.
Joannes XV. ex Toukhi 100.
Joannes XVI. ex Toukhi 103.
Joſephus 52.
Iſaac 41.
Julianus 11.
Juſtus 6.
Kerdanous 4.
Lucius Arianus, poſt 21.
Lulianus 11.
Macarius 59.
Macarius II. 69.
Marcianus 8.
Marcus Evangeliſta 1.
Marcus II. 8.
Marcus III. 49.
Marcus IV. ex Kelioub. 84.
Marcus V. ex Biad. 98
Marcus VI. ex Mahjour 101.
Matthæus 87.
Matthæus II. ex Sahid ſive Thebaide 90.
Matthæus III. 102.
Maximus 15.
Meletius 97. b.
Melianus 3.
Mennas ſive Minnas 47.
Mennas ſive Minnas II. 61.
Michaël 46.
Michaël II. 53.
Michaël III. 56.
Michaël IV. 68.
Michaël V. 71.
Michaël VI. Semelouti 92.
Petrus, Martyr 17.
Petrus II. 21.
Petrus III Moggus 27.
Petrus IV. 34.
Petrus V. 83.
Philotheus 63. (al. Philoponus, male)
Primus 5.
Proterius 25.
Samuel 104.
Sanutius 55.
Sanutius II. 65.
Senodius 55..
Simon Syrus 42
Simon II. 51.
Sophronius 51. b.
Sophronius II. poſt 71.
Theodoſius 37.
Theodoſius II. filius Zuabel 79.
Thomas 16.
Theophanius 60.
Theophilus 23.
Theophilus II. 63.
Timotheus 22.
Timotheus Ælurus 26.
Timotheus III. 32.
Yuſab, ſive Joſephus 52.
Yunes, vide Joannes.
Zacharias 64.

CAP.

CAPUT XXVIII.

De PROCLO Constantinopolitano, ASTERIO Amaseno & Joanne CLIMACO.

Procli Constantinopol. ætas & vita. 1. *Scriptorum editiones.* 2. *De Homiliis quæ exstant circiter viginti.* 3. *De traditione Divina Liturgiæ.* 4. *De Fide, Epistola.* 5. *Aliæ Epistolæ.* 6. *Scripta deperdita.* 7. *Asterius Amasenus.* 8. *Homiliæ ejus editæ.* 9. *Scripta deperdita.* 10. *Alii Asterii amplius viginti.* 11. *Ioannes Climacus.* 12. *Ejus scala paradisi, ac de veteribus scriptoribus qui eam illustrarunt.* 12. *Epistola ad Pastorem.* 13. *Editiones & versiones.* 14.

I.

PROCLUS S. Chrysostomi, qui A. C. 407. obiit, amanuensis, postea notarius fuit Attici, post Arsacium Chrysostomi successorem Archi-Episcopi Constantinopol. A. 425. defuncti, qui ex Lectore eum Diaconum ac deinde presbyterum ordinavit. A Sisinnio Attici successore postea designatus A. 426. Episcopus Cyzici, munus illud non obtinuit, Dalmatio a Cyzicenis: ei prælato licet in inscriptione homiliæ primæ Proclus Episcopus Cyzicenus appellatur. Constantinopoli inde commoratus, sacris Concionibus zeli doctrinæ & eloquentiæ præclaram tulit laudem, ac post depositum in Concilio Ephesino Nestorium, Sisinnii successorem, Archiepiscopus A. 431. desideratus a populo, sed A. 434. demum successor Maximiano post Nestorium suffecto, & prid. 15. April defuncto, datus a Theodosio juniore, & Archi-Episcopus Constantinopolitanus constitutus est, arduamque illam dignitatem cum laude industriæ ac probitatis gessit usque ad A. 446. Memoriam ejus celebrant Græca & Latina Ecclesia 24. Octobr. De illo videndi e veteribus Socrates VII. 28. & 40. seq. Tripartita XII. 3. & 11. seq. Nicephorus XIV. 29. & 37. seq. Georgius Alexandrinus & Simeon Metaphrastes in S. Chrysostomi vita, Theophanes p. 75. Facundus &c. E recentioribus Vincentius

centius Riccardus in Vita Procli, quam ab eo acceptam * Bzovius epitomæ Annalium Baronianor. ad A. C. 446. inſeruit, & Riccardus ipſe Procli opuſculis a ſe collectis præfixit: Tillemontius T. XIV. memor. Hiſt. Eccleſ. p. 704--719. & 571. ſq. Memoriæ litterariæ Trevoltinæ A. 1710. p. 579. ſeq. & Jo. Garnerius ad Marium Mercatorem Tom. II. p. 25. Dictio ejus Græcis auribus talis ferme qualis eſt Latinis Petri Chryſologi, Combefiſio judice: ſed ut Eliæ du Pin notatum, antithetis & acuminibus crebrioribus vim & robur orationis ſubinde frangit.

II. Ex ſcriptis Procli, quæ potuit reperire, Græce ac Latine edidit *Geverh. Elmenhorſtius* Lugd. Batav. 1617. in 8. longe plura *Vincentius Riccardus*, Clericus Regularis Theatinus, cum nova verſione & copioſis animadverſionibus, Rom. 1630. in 4. Ab eo tempore Homilias Procli ad MSS. Codices recenſuit & nova ſive recognita verſione donavit brevibusque notis illuſtravit *Franciſcus Combefiſius* in auctario novo Bibl. Patrum T. I. Pariſ. 1648. fol. Latine etiam Procli ſcripta exſtant in Bibl. Patrum edit. Lugd. T. VI. p. 589. Pleræque itidem illius Homiliæ leguntur Latine in Bibliotheca Combefiſii Concionatoria. Nonnulla quoque in ſupplemento Bibl. Patrum Morelliano T. I. p. 645. ſeq.

III. *Exſtant e Procli Conſtantinopol. ſcriptis:*

1. Ἐγκώμιον εἰς τὴν παναγίαν Θεοτόκον Μαρίαν. *Laudatio in Sanctiſſ. DEI genitricem Mariam.* Neſtorii hæreſin clariſſime refellens, dicta Conſtantinopoli a Proclo adhuc Cyzici Epiſcopo † circa A. C. 429. cum Neſtorius Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ præeſſet. Incipit: Παρθενικὴ πανήγυρις σήμερον τὴν γλῶτταν ἡμῶν. Hæc cum verſione ** *Theodori Peliani*, S. I. ſæpius prodiit ſub initium Actorum Concilii primi Epheſini, Romæ, Coloniæ & Pariſiis editorum: Cum eadem verſione *Geverhardus Elmenhorſtius* inter Procli opuſcula p. 52. edidit, & *Vincentius Riccardus* p. 1. qui præterea aliam interpretationem *Dionyſii*, ut opinatur, *Exigui*, e MS. Vaticano vulgavit p. 673.

* Vide Allatii apes Urbanas p. 253.

† Adde Tillemontium T. 14. memor. Hiſt. Eccleſ. p. 315. ſeq 706. & 750. ſeq.

** Hæc primum lucem vidit in Actis Synodi Epheſinæ, Peltano interprete editis, Latine Ingolſtad. 1576. Deinde Heidelberg 1579. 8. inter ſeptemdecim homilias Græcorum Patrum in præcipua CHriſti Salvatoris feſta a Peltano editas. Et in latina Actorum Synodi Epheſinæ editione apud Commelin. 1604. fol. p. 394. Nam Græce exſtat in actis ejusdem Concilii a Commelino editis 1591. fol. p. 249.

aliam item p. 668. Denique ex Mazarini Codice castigatam ac suppletam cum nova versione *Franciscus Combefisius* auctarii Novi Tom. I. p. 301. Cum veteri illa versione, quam *Marii Mercatoris* esse putat, exhibet Jo. Garnerius T. II. operum Mercatoris p. 19. præmissam extemporali Nestorii homiliæ qua Proclo videtur respondere. Confer eundem p. 165.

2. Εἰς τὴν ἐναν θρώπησιν τ̃ Κυρίε ἡμῶν Ἰησ̃ Χρισ̃, καὶ εἰς τὰς ἐπαρυσρίδας. *de incarnatione Domini nostri JEsu CHristi, & de infusoriis.* * Incipit: Καλὴ μὲν ἡ τῶν ψαλμῶν λύρα. Arium, Eunomium, Macedonium & Nestorium τετράπωλον τ̃ διαβόλε ἅρμα *quadrijugum Diaboli currum* appellat p. 316. edit. Combefisii. Hanc primus non modo cum sua sed & p. 677. ex alia incerti versione vulgavit Riccardus, quam depromisit e Bibl. Vaticana.

3. Εἰς τὰ γενέθλια, sive εἰς τὴν ἐναν θρώπησιν τ̃ Κυρίε ἡμῶν Ἰησ̃ Χρισ̃. *In Natalem Domini nostri JEsu Christi.* Incipit: πολλαὶ καὶ διάφοροι πανηγύρεις. In hac homilia quam primus edidit Riccardus, dies festos qui illa ætate inter Christianos celebrabantur, commemorat his verbis:

Αἱ τῶν Χριστιανῶν πανηγύρεις θεῖαι καὶ παράδοξοι, καὶ ὄντως πηγαὶ καὶ θησαυροὶ σωτηρίας. ἡ μὲν γὰρ πρώτη ἡμῶν πανήγυρις, θεὸν πρὸς ἀνθρώπους ἐπιδημίαν κηρύττει. ἡ δὲ μετ' ἐκείνην, ὑδάτων ἁγιασμὸν, καὶ βαπτίσματος εἰκονογραφεῖ μήτραν. ἡ τρίτη, καταδύσιν θανάτε, καὶ σταυρ̃ τρόπαιον, καὶ ἀναστάσεως δῶρον, καὶ πατράσιν ἐλευθεροποιὸν εὐαγγελίζεται. ἡ τετάρτη, τ̃ ἡμετέρας ἀπαρχ̃ς τὴν εἰς οὐρανὸς ἄνοδον, καὶ τὴν ἐκ δεξιῶν κάθεδραν. ἡ πέμπτη, Πνεύματος ἁγίε κάθοδον, καὶ μυρίων χαρισμάτων ὄμβρος σαλπίζει.

At Christianorum solemnia divina sunt & admirabilia, vereque fontes ac thesauri salutis. Nam prima nostra celebritas, Dei ad homines adventum prædicat. Quæ vero hanc sequitur, aquarum sanctificationem, ac baptismatis fontem graphice exprimit. Tertia, mortis interitum, ac trophæum crucis, resurrectionisque donum, ac quo patribus parta est libertas, læto fausto que nuntio indicat. Quarta, primitiarum nostrarum in cœlos ascensum, earumque a dextris consessum clamat. Quinta, Spiritus sancti descensum, ac sexcentos gratiarum imbres ceu tubæ præconio

ζει.

* Septem infusoria in septem lampades Zachar. IV. 2. interpretatur septem dona Spiritus S.

ζει. αὕτη ἐστὶν αἱ ἑορτὴ ἃς ἐποίησεν ὁ Κύριος, ἀγαλλιασώμεθα καὶ εὐφρανθῶμεν ἐν αὐτῇς.

alte intonat. Hæc ſolemnia ſunt quæ fecit Dominus, exultemus, & lætemur in eis.

4. *In* eundem *Natalem CHRISTI.* Incipit: λαμπρὰ καὶ παράδοξος. Hanc primus ſed Græce tantum & minus emendatam vulgaverat Elmenhorſtius p. 248. e Codice Bibl. Palatinæ, additis Meurſii caſtigationibus. At Riccardus ex aliis tribus Romanis emendavit. In Actis Concilii Epheſini T. I. edit. Binianæ parte 2. p. 381. legitur homilia ſimilis & iisdem incipiens verbis ſub nomine *Theodori* Ancyrani. Procli Conſtantinopol. λόγον εἰς τὸ γενέθλιον laudat Ephraimus apud Photium Cod. 229. p. 423. Idem p. 435. citat & Proclum ἐν πλαχερίαναις (homiliis præſente Pulcheria dictis) περὶ τὸ γενέθλιον.

5. Ἐγκώμιον εἰς τὴν ἁγίαν παρθένον καὶ θεοτόκον Μαρίαν. *Laudatio in S. Virginem ac Dei genitricem Mariam.* Incipit: Πᾶσιν μὲν αἱ μαρτυρικαὶ * πανηγύρεις. Hanc inter Chryſoſtomi ἀμφιβαλλομένας. Græce ediderat Savilius T. V. p. 887. Sed Proclo recte vindicat Riccardus teſtimonio Codicis Vaticani, cui auctoritas Jo. Damaſceni, Epiſtola de triſagio ſuffragatur.

6. Aliud paullo uberius *S. Virginis Encomium.* Incipit: κλέπτει τὰς πόνας τῶν ἐμπόρων. Primus publicavit Riccardus e Codice Vaticano. Combefiſius collato altero Regis Chriſtianiſſimi multa emendavit.

7. Εἰς τὰ ἅγια Θεοφάνια. *In ſancta Theophania.* Incipit: Χριστὸς τῷ κόσμῳ ἐπεφάνη. A Natali CHriſti tanquam προλαβέσῃ ſive præcedente feſtum Theophaniorum diſerte diſtinguit ſub init. Hanc homiliam primus vulgavit Riccardus.

8. Εἰς τὴν μεταμόρφωσιν τοῦ Κυρίου. *In transfiguratione Domini.* Incipit: δεῦτε φίλοι, καὶ σήμερον. Hanc primus Græce inter dubias Chryſoſtomi edidit Savilius T. VII. p. 332. Deinde e Codice Bibl. Palatinæ a Grutero acceptam Elmenhorſtius cum ſua verſione p. 81.

9. Εἰς τὰ βάια. *In ramos palmarum.* Incipit: ἀπροσδιόρατος ὁ παρὼν, ὦ φίλοι, καιρός. Primus edidit Riccardus e Codice Bibl. Cryptæ ferratæ, quæ illas quoque quas ſecundo & tertio loco memoravi,

* alii Codd. μαρτυρίαι καὶ πανηγύρεις

moravi, illi ſuppeditavit. Alia Procli homilia εἰς τὰ θεοφωτίσματα καὶ εἰς τὴν ἔγερσιν τῦ λαζάρυ καὶ εἰς τὰ βάϊα exſtat MS. in Bibl. Cæſarea teſte Lambecio V. p. 27. atque incipit: ἤδη τῆς δεσποτικῆς πανηγύρεως θαλπύπτει τὰ χαρίσματα.

10. Εἰς τὴν ἁγίαν πέμπτην. *In ſanctum quintam feriam* magnæ hebdomadæ. Incipit: ἐστέρηται τῶν ἱερῶν μυστηρίων ἡ πανήγυρις.

11. Εἰς τὸ πάθος τῦ Κυρίυ, τῇ ἁγίᾳ καὶ μεγάλῃ παρασκευῇ. *In Dominicam paſſionem, in ſancta & magna paraſceve.* Incipit: φοβερὰ τῆς σημερινῆς παραπάξεως τὰ μυστήρια. Primus quemadmodum & novem proxime ſequentes edidit Riccardus.

12. Εἰς τὴν ἀνάστασιν τῦ Κυρίυ. *In Domini noſtri JEſu CHriſti reſurrectionem.* Incipit: φαιδρὰ πανταχῆ τὴν τεσσαρεσκαιδεκάτην πάθος τὸ ἄνθος. Videtur ἀπάνθισμα, non integra Oratio.

13. 14. Εἰς τὸ ἅγιον πάσχα. Homiliæ duæ. *In ſanctum Paſcha.* Prior incipit: Νικάτω καὶ λόγων εὕροιαν. Poſterior: λαμπρὰ μὲν ἡ τῦ πάσχα πανήγυρις. λαμπρὸς ὁ.

15. Εἰς τὸ ἅγιον πάσχα, καὶ εἰς τὸ· ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ λόγος. *In ſanctum Paſcha, & in illud:* In principio erat verbum. *Ioh. I. 1.* Incipit: οἱ μὲν ἄλλοι εὐαγγελισταὶ τὴν κατ' σάρκα γενεαλογίαν. *Legunt*, inquit Combefiſius, *Græci illud Evangelium ipſo die Paſchæ, ut bene Riccardus colligit ex Chryſoſtomi homil. 7. de reſurrect. T. III. Habentque etiamnum Græcorum libri Eccleſiaſtici, quibus Evangelia digeſta ſunt in uſum totius anni. Tota vero hebdomada legunt Evangelia quæ vocant matutina, quibus continetur Dominicæ reſurrectionis hiſtoria.*

16. Εἰς τὴν ἁγίαν πεντηκοστήν. *In ſanctam Pentecoſtem.* Incipit: σήμερον, ἀγαπητοὶ, ἐπεφοίτησε.

17. & 18. Ἐγκώμιον εἰς τὸν ἅγιον πρωτομάρτυρα Στέφανον. *Encomium* duplex *in ſanctum protomartyrem Stephanum.* Prius incipit: ὡς ἱερὸς ἀληθῶς καὶ καλῶς τῶν. Hoc licet ſub Procli nomine a Riccardo editum tamen Photii auctoritate Cod. 271. Bibl. *Aſterio* Amaſeno vindicatur, cujus nomine reſtitutum Græce cum nova verſione ſua edidit Combefiſius T. I. auctarii novi pag. 683. Alterum incipit: ὁ μὲν αἰσθητὸς ἥλιος ὑπὲρ γῆν ἀνατέλλων.

19. Ἐγκώμιον εἰς τὸν ἅγιον Παῦλον Ἀπόστολον. *Encomium S. Pauli Apoſtoli.* Incipit: ἀδεὶς ἀσθενεῖ Παύλυ ἀθλήσαντος.

20. Ἐγκώμιον εἰς τὸν ἅγιον Ἀνδρέαν Ἀπόστολον. *Encomium S. Andreæ Apoſt.* Incipit: ἰσχυρὸν τῆς Ἀποστολικῆς ἁλιείας τὸ δίκτυον. Latine ſub Chry-

Chrysostomi nomine ediderat e *Sirleti* versione, Lipomanus Tom. VII. & Surius ad 30. Nov. Sed Proclo restitutum Græce primus vulgavit Riccardus. Latine vertit etiam *Carolus Fabianus*, ex cujus versione occurrit Latine in supplemento Bibl. Patrum Morelliano T. I. p. 813.

21. Pars *laudationis S. Chrysostomi*, dictæ cum illius reliquiæ * Constantinopolim translatæ essent, ex antiquo Lectionario Bibl. Vallicellanæ primum Latine edita a Baronio ad A. C. 438. Incipit: *Certe gratias Deo, fratres charissimi.* Exstat etiam Latine tantum in Elmenhorstii, Riccardi, & Combefisii editionibus.

IV. Περὶ παραδόσεως τῆς θείας λειτουργίας. *De traditione Divinæ liturgiæ* sive *Missæ*, Græce præfixum antiquis Liturgiis ediderat Guil. Morellus Paris. 1560. fol. & Latine *Claudius de Sanctes* Antwerp. 1562. in 8. Aliam versionem suam addidit Elmenhorstius p. 157. aliam etiam, notasque Riccardus. Nam Combefisius & hoc apospasmation, & cætera quæ deinceps referam, homiliis Procli subjungere omisit. Incipit: πολλοὶ μέν τινες καὶ ἄλλοι. Non prætereundum autem est illud fragmentum an vere a Proclo ita scriptum sit, dubitari etiam a viris doctis in ipsa Ecclesia Romana. *Quia veritati deesse nequeo*, inquit Richardus Simon in notis ad Gabrielem Severum Philadelphiensem p. 204. *quamvis sciam Scriptores gravissimos, qui id argumenti attigerunt, totos a Procli illius auctoritate dependere, hunc de traditione Missæ tractatum extra controversiam, Procli esse, non ausim contendere.* Dubitasse etiam se professus Allatius est p. 17. de libris Ecclesiasticis Græcorum. E nostris conferendus est W. Ernestus Tentzelius ὁ μακαρίτης de disciplina arcani adversus Eman. Schelstratenum Tom. II. diss. select. p. 255.

V. Περὶ πίστεως, *de fide* Epistola celebratissima *ad Armeniæ presbyteros & Archimandritas* scripta Theodosio juniore XV. & Valentiniano IV. Coss. hoc est A. C. 435. Incipit: ὑ μετρίως ἀδελφοί. Non exstat in Micropresbytico, ut Labbeum secutus scripsit præclarus Caveus, nec in Orthodoxographis. Sed cum *Dionysii Exigui* versione (præmissa ejus Epistola ad Felicianum Pastorem) occurrit in Antidoto adversus hæreses Basil. 1528. & Paris. 1538. fol. & in hæresiologia Joh. Heroldi, Basil. 1556. fol. pag. 565. nec non in Bibliothecis Patrum, in auctario Ducæano Paris. 1624. T. I. & in editione Morel-

* Vide Sam. Basnagii Annales ad A. C. 438. n. 3.

liana Pariſ. 1654. Tom. XI. ut alias editiones in quibus Latine tantum legitur, omittam. Exſtat & Græce ac Latine in Conciliis edit. Labbeanæ T. III. p. 1217. Etiam Elmenhorſtius Dionyſii verſionem exhibet in ſua opuſculorum Procli editione p. 123. quemadmodnm Riccardus p. 680. qui antea etiam utraque lingua dederat, quemadmodum Elmenhorſtius p. 2. cum verſione *Antonii Agellii*, Epiſcopi Acernenſis, quæ etiam in nonnullis Bibliothecæ Patrum editionibus exhibetur. Prodiit & Pariſ. 1539. ex officina Claudiæ Guillardæ. Meminere hujus tomi ſive Epiſtolæ, Patres Synodi V. Conſtantinopol. collatione quarta, * quinta & ſexta, Cyrillus Alex. in Epiſtolis quæ Actis Concilii Epheſini addi ſolent ad Johannem Antiochenum & ad Monachos Anaſtaſium, Alexandrum & Martinianum: Facundus pluribus in locis, Liberatus in breviario cap. 10. Agobardus adverſus Felicem T. XIV. Bibl. Patrum Lugd. p. 249. Jo. Maxentius in Catholica profeſſione de Chriſto, & Imperator Juſtinianus qui *magnum Proclum* vocat lib. I. tit. 1. Codicis de ſumma Trinitate, leg. 7. Alia fuit ad reverentiſſimum Clerum & amicum CHriſti orthodoxum populum Epiſtola Procli cujus meminit Dorotheus Mœſiæ Metropolitanus in Baluzii nova collectione Concilior. p. 840.

VI. *Epiſtola* Synodica ad *Dommum*, *Antiochenum* Epiſcopum pro cauſa *Athanaſii* ** Perrhæ Epiſcopi. Incipit: Τὸ φιλάλληλον, θεοφιλέστατε. Prodiit ſæpius Græce & Latine in Actis Synodi Chalcedonenſis Actione XIV. T. II. edit. Conciliorum Binianæ, Labbeanæ Tom. IV. atque ex *Dionyſii Exigui* verſione in veteri Latina illorum Actorum interpretatione ex qua edidit Elmenhorſtius p. 117. & Riccardus p. 695.

Ad Joannem Antiochenum Epiſtola de cauſa *Theodori* Mopſueſteni & *Ibæ* Edeſſeni Epiſcopi. Latine tantum ſervata in Actis quintæ Synodi Conſtantinopol. collatione V. & VI. Incipit: *Arbitror te cognoſcere, Religioſiſſime.*

Hiſce

* In eadem quarta collatione T. 2. Concilir. edit. Binianæ parte 2. p. 68. Latine exſtat fragmentum libelli Proclo porrecti a presbyteris & Diaconis qui miſſi erant ab Epiſcopis, Clericis & Monachis & cæteris magna Armeniæ & Perſidis & aliis gentibus. Confer Tillemontinm T. 14. p 629. ſq. Fallitur Baronius qui ad Martyrolog. Rom. 24 Octobr. ſcribit Procli Epiſtolam ad Armenios in Synod. Epheſina allegari.

** Vide Tillemont. T. 14. p. 647. ſqq.

Hiſce Epiſtolas alias duas ad Johannem Antioch. & unam ad Maximum Diaconum, ex Facundi VIII. 2. & 5. aliasque quasdam aliorum Epiſtolas & fragmenta Riccardus ex Actis Concilii Chalced. & Conſtantinopolitani V. adjunxit, de quibus vide, ſi placet, Labbeum T. II. de Script. Eccleſ. p. 240. ſeq.

VII. Plures Procli Homilias intercidiſſe patet ex Ephraimo apud Photium Cod. 229. p. 422. qui laudat Proclum ἐν τῇ πεντηκοστῇ *in homilia quadrageſima*, niſi verba illa homiliam initio jejunii quadrageſimalis dictam denotent, uti p. 423. laudatur Nazianzenus ἐν τοῖς γενεθλίοις, id eſt Homilia εἰς τὰ γενέθλια. Homiliam qua verba Ezech. XXXVIII, 3. ad victoriam de barbaris Hunnis relatam applicavit, memorat Socrates VII. 43. & ex eo Tripartita XII. 11. Nicephorus XIV. 38. Ex homilia in illud Eſ. IX. 6. *Puer natus eſt nobis*, affert nonnulla Synodus Chalcedonenſis T. II. Binii p. 349. & Anaſtaſius Sinaita in hodego p. 110. & 166. Idem p. 160. laudat quædam ex Procli λόγῳ εἰς τὴν θεοτόκον, quæ in editis non reperio.

VIII. ASTERIUS Amaſeæ, Metropolis Ponti Epiſcopus, Homiliâ in ſervum Centurionis, cujus argumentum Photius nobis ſervavit (Cod. 271. p. 819.) narrat ſe in juventute a quodam Scytha ſervo quem Antiochenus quidam civis emerat edoctum liberalibus diſciplinis. Homilia 3. in avaros teſtatur ſe vicinum ætati Juliani Imp. qui A. C. 363. eſt obtruncatus. Et homilia in feſtum Kalendarum p. 75. deplorat necem Rufini, qui apud Arcadium tantum valuit, Eutropiique, * quorum ille Ao. 395. hic 399. παρελθόντος ἐνιαυτοῦ, ſive anno ante hanc homiliam habitam perierat. In Epiſcopatu Amaſeno ſucceſſiſſe Eulalio ** videtur in exilium ejecto per Arianos, ſed poſt mortem Valentis A. C. 378. reſtituto, cujus meminit Sozomenus VII. 2. atque ſucceſſorem habuiſſe Palladium qui A. C. 431. Epheſinæ Synodo interfuit. εἰς βαθὺ γῆρας τὸν βίον καταντήσας ad extremam ſenectutem perveniſſe ex quadam ejus (quæ hodie non exſtat) homilia notavit Photius in Amphilochiis quæſt. 125.

IX. Exſtant ejus Homiliæ:

1. Εἰς τὸν πλούσιον καὶ εἰς τὸν λάζαρον *de divite & Lazaro*, Luc. XVI. 19. ſeq. Incipit: ὁ τοῖς ἀποφατικοῖς καὶ δογματικοῖς μόνον. Laudat tunc adhuc

* Conſer Sam. Petitum III. 7. Obſervat. p. 338. ſeq. & Valeſium p. 162. ad Sozomeni VIII. 7.

** Cotelerius T. II. monument. p. 516. Tillemont. T. X. p. 408. ſeq.

huc ineditam Philippus Rubenius lib. 2. cap. 1. electorum. Locum de Christo non pingendo, ex ea allatum in Synodo septina, actione 6. Tom. III. Binii p. 658. vindicat Nicephorus Constantinopolitanus in antirrheticis, & Theodorus Studita lib. 2. Epist. 36. ad Naucratium Tom. V. Opp. Sirmondi p. 438.

2. Εἰς τ̃ὸ οἰκονόμον τ̃ης ἀδικίας. *De œconomo iniquitatis* Luc. XVI. 1. seq. Incipit: Πολλάκις ὑμ̃ιν εἶπον διαλεγόμ@.

3. Κατὰ φιλονεξίας. *Adversus Avaritiam.* Incipit: Ἄνδρες Χρ@ιστιανοὶ κ@ὶ κλήσεως.

4. Λόγ@ κατηγορικὸς τ̃ης ἑορτ̃ης τ̃ων καλανδ̃ων. Sermo adversus donationes, ineptias ac superstitiones *Calendis Januariis* illa ætate usitatas. Incipit: δύο κ@ὶ ταυτὸν ἑορτή.

5. Εἰ ἔξεστιν ἀνθρώπ@ ἀπολῦσαι τὴν γυναῖκα αὐτ@ῦ κ@ὶ πᾶσαν αἰτίαν. *Num liceat dimittere homini uxorem suam quacunque ex causa* ad Matth. XIX. 3.

Hasce quinque Homilias hactenus memoratas primus Græce ex Codice Cardinalis Ascanii Columnæ cum versione *Philippi Rubenii* edidit Johannes Brantius, Antwerp. 1615. in 4. unde recusæ sunt utraque lingua in Auctario Ducæno Paris. 1624. Tom. II. p. 563. & in Bibliotheca Patrum Paris. 1644. (1654.) Tomo XIII. sed ope Codicum quos a Sirmondo Ducæus acceperat, accuratius recensitæ. Tum Latine in Bibliotheca Patrum Colon. 1618. Tom. IV. Rubenii versionem *Combefisius* ita interpolavit, ut novam veluti adornaverit. Gallice transtulit Franciscus Maucroix, * Paris. 1695. in 12. consilio Pauli Pelissonii, qui inter disertissimos Græcos Ecclesiæ Doctores locum singularem Asterio tribuendum esse non dubitavit.

6. Εἰς τ̃ὸ προφήτην Δανιὴλ, κ@ὶ εἰς τὴν Σωσάνναν. *In Danielem Prophetam & Susannam.* Incipit: ἀεὶ τ̃ὸ Πνεύματ@ ἡ χάρις. Ex MS Regis Christianissimi.

7. Εἰς τὸν ἐκ γενετ̃ης τυφλόν. *In cœcum a nativitate* Joh. IX. Incipit: ἠκούσαμεν ἀρτίως τ̃ὸ υἱ̃ὸ τ̃ης βροντ̃ης. Ex Codice Sirmondi & Segvieriano. Legit Photius & loca ex hoc sermone profert in Bibliotheca Cod. 271. p. 820. edit. primæ.

8. Εἰς τοὺς ἁγίους κορυφαίους Ἀποστόλους, Πέτρον κ@ὶ Παῦλον. *In sanctos Principes Apostolos, Petrum & Paulum.* Incipit: πᾶσαι μὲν αἱ συνήθεις

* Journal des Savans 1695. p. 629. edit. Amst.

ἡθεις αὐτοι. Ex venerandæ antiquitatis Codice Seguieriano, recens allato ex celebri monasterio τῆς ἐγκλείστρας, Græciæ.

9. Ἐγκώμιον εἰς ἅγιον ἱερομάρτυρα Φωκᾶν. *In S. Martyrem Phocam*, Sinopensem, passum Romæ sub Trajano. Incipit: καλὴ καὶ συμφέρουσα. Ex Codice Regis Galliæ & autographo Sirmondi. In quibusdam Codicibus (ut Cæsareo apud Lambecium VIII. p. 243.) incipit à verbis p. 171 edit Combefisianæ: ἱερὸς μὲν καὶ θεσπέσιος ἅπας ὁ τῶν γενναίων μαρτύρων κατάλογος. Atque ita Latine tanquam Simeone Metaphraste autore legitur apud Lipomannum T. VI. p. 274. b. & Surium ad 22. Sept. Duos Phocas Martyres in hoc sermone ab Asterio confundi notat Baronius ad Martyrolog. Rom. 14. Jul. quem vide etiam ad 5. Martii ubi notat verba quædam (quæ p. 178. edit. Combefisii leguntur,) laudari in septima Synodo.

10. Εἰς τὰς ἁγίας μάρτυρας. *Encomium in sanctos Martyres.* Incipit: ἔστιν ὡς ἔοικεν καὶ ὧδε τῶν. Ex Codice Card. Columnæ, describente Jac. Sirmondo. Loca duo e MS. Cæsareo emendat Lambecius VIII. p. 373.

11. Εἰς μαρτύριον τῆς πανευφήμου μάρτυρος Εὐφημίας, ἔκφρασις. *Enarratio imaginis qua exprimitur martyrium clarissimæ Martyris Euphemiæ*, sub Diocletiano passæ. Incipit: πρώην μὲν ὦ ἄνδρες δημοσθένην ἔχον ἐν χερσὶ τὸν δεινόν. Hanc ἔκφρασιν Asterii laudant Photius in Bibliotheca Cod. 271. pag. 820. & in Amphilochiis quæst. 125. & Adrianus II. Papa, lib. de imaginibus, profertque integram septima Synodus actione 4. Tom. III. Binii pag. 544. seq. Laudat iterum p. 659. Actione VI. & p. 700. Actione VIII. Combefisius vero ex Codicibus duobus Regiis castigavit, & nova versione donavit. Gallice cum primis quinque Homiliis vertit Franciscus Maucroix. Paris. 1695. in 12.

Sex quas proxime hactenus retuli, primus Græce & Latine edidit, Rubenianisque quinque subjunxit, & universas notis illustravit *Franciscus Combefisius* Tom. I. Auctarii novi Bibliothecæ Patrum, Paris. 1648. fol. Latine deinde ex Combefisii versione subjunxit Theophilus Raynaudus, operibus Latinorum scriptorum Leonis Magni, Maximi Taurinensis, Petri Chrysologi, Fulgentii, Valeriani Cemeliensis & Amedei Lausanensis Episcopi, quæ sub titulo Heptadis præsulum Christiana sapientia & facundia clarissimorum Lugd. 1652. &

Paris. 1661. fol. *una hac*, ut quæritur in Bibl. Concionatoria Combefisius, *officii gratia, quod expunctum meum producentis nomen est.* Nimirum Dominicani Combefisii nomen libenter supprimendum ratus est Jesuita Raynaudus, professus etiam Cyriacorum adversarius. In illa Combefisii Bibliotheca Concionatoria pleræque etiam Asterii homiliæ ex Combefisii versione Latine exhibentur.

12. Ἐγκώμιον εἰς τὸν ἅγιον πρωτομάρτυρα Στέφανον. *Laudatio S. protomartyris Stephani.* Incipit: ὡς ἱερὸς ἀληθῶς καὶ καλῶς. Ex Photii testimonio Cod. 271. Asterio Amaseno vindicatur & sub ejus nomine a Combefisio exhibetur Græce & Latine Tom. I. Auctarii novi p. 283. licet Codices quidam referunt ad *Proclum* Constantinopolitanum, inter cujus Homilias a Vincentio Riccardo edita est, ut supra, in Proclo dixi. At fallitur Clariss. Oudinus qui homiliam in Protomartyrem, Stephanum, quæ inter Nysseni Opera T. III. p. 354. legitur, Asterii esse scribit p. 59. supplementi de Scriptoribus Eccles. Illa enim licet similia quædam habet, alia est, atque incipit: ὡς καλὴ τῶν ἀγαθῶν ἡ ἀκολουθία. Vide quæ supra cap. XX. in Nysseni scriptis, num. 44.

13. *In Psalmum IV.* Incipit: ὥσπερ ὁ τῇ ποικιλίᾳ. Prodiit e MS. Cæsareo Græce inter homilias Chrysostomi T. VII. edit. Savilianæ p. 431. sed auctoritate Catenæ in Psalmos 50. a Daniele Barbaro Latine editæ, Asterio vindicatur a *Cotelerio*, qui Varias Lectiones Codicis Regii Tom II. monument. p. 516. seq. publicavit.

14. 18. *In Psalmum V.* Homiliæ quatuor. Prima incipit: Ὁ τὸ μακάριον τέλος τῆς ζωῆς. Secunda: οὐκ ἔτως ἐωσφόρος ἀπαλοῖς σκιρτήμασι. Tertia: ὥσπερ οἱ παρ' ἡμῖν λαμπρότεροι νυμφίοι. Quarta: Τὰ ῥήματά μου ἐνώτισαι Κύριε. ποια ῥήματα. Quinta, in qua & de ospho, dicta τῇ μεγάλῃ δευτέρᾳ magna secunda feria, sive feria secunda Paschatis. Incipit: εὐφραινέσθω καὶ νῦν ἡ κληρονομος ἐκκλησία. Has quinque homilias ex Codice 2402. Regis Galliæ Græce primus cum versione sua vulgavit *Jo. Baptista Cotelerius* Tom. II. monumentor. Ecclesiæ Græcæ Paris. 1688. in 4. p. 1 --- 48.

19. *In Psalmum sextum.* Incipit: στρατιῶται πολυμελήσαντος ἀπολογία. Edidit Græce & Latine idem Cotelerius p. 48 -- 63.

20. *In Psalmum septimum.* Incipit: ὥσπερ ὁ τῆς βασιλικῆς εἰκόνος θεατής. Edidit idem Cotelerius cum versione sua p. 63 --- 81. Cæterum

terum cum Asterius quoque Scythopolitanus, (ne de Asterio Cappadoce dicam) Psalmos exposuerit teste Hieronymo, incertum num harum in Psalmos homiliarum, ex quibus Catenæ Græcorum Patrum in Psalmos subinde nonnulla jam sub Asterii, jam sub Didymi nomine allegant, auctor sit Asterius Amasenus, an vero Asterius Scythopolita vel Cappadox.

21. Προτρεπτικὸς εἰς τὴν μετάνοιαν. *Adhortatio ad pœnitentiam.* Asterio * vindicatur ex Photii auctoritate Cod. 271. licet in quibusdam Codicibus refertur ad *Gregorium Nyssenum*, inter cujus opera prodiit Tom. II. edit. Ao. 1638. p. 165. & in Appendice Græcolatina operum Nysseni A. 1605. cum versione *Petri Francisci Zini.* Incipit: ἀνὴρ Φαρισαῖος ὡς ἀρτίως ἠκούσαμεν.

22. Εἰς τὴν παρείσβασιν τῶν νηστειῶν. *In ingressum jejuniorum.* Etiam hanc Asterio Photius Cod. 271. vindicat, licet sub Nysseni nomine vulgavit Jac. Gretserus, Ingolstad. 1617. in 4. Atque inde in Appendice operum Nysseni A. 1605. & in editione A. 1638. Tom. II. p. 247. prodiit cum ejusdem Gretseri versione. Incipit: Σύνθετον ζῶον ὁ ἄνθρωπος.

X. Desiderantur sermones quos legit & ex quibus loca quædam in gustum protulit Photius Cod. 271.

1. In illud Lucæ X. 30. *Homo quidam descendit ad Jerusalem in Jericho.*
2. In illud Lucæ XVIII. 10. *Duo homines ascenderunt in templum ut orarent.*
3. *De Zachæo* Luc. XIX. 1.
4. *De duobus filiis.* Luc. XV. 11.
5. *In servum Centurionis.* Luc. VII.
6. *In Jairum & mulierem αἱμορροοῦσαν.* Matth. IX. 20. quæ postrema homilia Asterii citatur etiam a Nicephoro Constantinopol. in antirrheticis MSS.

His adde 7. *Encomium Basilei* Episcopi Amaseni qui sub Licinio circa A. C. 320. passus est 26. April. Typicum S. Sabæ ad illam diem: ** τῇ ἁγίᾳ μάρτυρος Βασιλέως ἐπισκόπου Ἀμασίας. Εἰς τὸν ὄρθρον ἀναγι-

* Combefisius auctar. novissim. p. 538. *Nyssenus homilia de peccatrice, mihi potius Asterius, ut & aliæ quasi appendice Gregorio Nysseno adscriptæ.* Idem de homilia Nysseno tributa *contra fornicarios* & altera περὶ εὐπραξίας sentit Tillemontius T. X. p. 413.

** Coteler. T. 2. monument. p. 515. Tillemont. T. V. memor. Hist. Eccles. 515. & 787.

νώσκομεν τὸ ἐγκώμιον Ἀστερίου ἐπισκόπου Ἀμασίας. Elogium Basilei * edidit quidem Henschenius Græce & Latine in Actis Sanctor. ad 26. April. Sed id recentiorem habet auctorem. Incipit: Οἱ τὸ ἐπίγειον κρατοῦντες.

Photiana excerpta cum versione sua & notis Combefisius Homiliis Asterii subjunxit p. 211. seq.

Fragmenta quædam occurrunt & Asterii in Catena Græcorum Patrum ad Lucam, quam Latinè Balthasar Corderius vulgavit Antwerp. 1628. in fol.

Homilia in tres CHristi tentationes, quæ incipit: Ἥλιος μὲν ὑπὲρ γῆς ἀνέτειλε, quam Tom. VII. Chrysostomi p. 301 Savilius Græce edidit, atque Combefisius in Bibl. Concionatoria Asterii esse suspicatus est, Marius Mercator docet *Nestorii* esse, sub cujus nomine Græce cum versione sua exhibet Jo. Garnerius Tom. I. Marii Mercatoris p. 85. Confer. Tillemontium Tom. XV. memor. p. 749.

XI. Alii Asterii.

1. Asterium Amasenum Balthasar Corderius eundem putat esse Asterium, qui una cum Acacio Berrhoeensi frequentavit *Julianum Sabam* teste Theodoreto cap. 2. religiosæ Historiæ. Sed rectius alii viri docti utrosque distinguunt, licet perperam Natalis Alexander ** eum de quo Theodoretus loquitur, *Petræ* in Arabia Episcopum fuisse affirmavit. Illum vero Juliani Sabæ discipulum, a puerili, ætate in Monastica vita adsuetum, ac denique religiosorum Monasterii (Gindarensis) circa A. 372. præfectum sive Abbatem, & Catholicæ doctrinæ defensorem fuisse scribit Photius in Amphilochiis, *** sive dubiis ad Amphilochium Cyzicenum.

2. Ab utroque, Juliani Sabæ discipulo & Amaseno illo diversus fuit Asterius *Cappadox*, ex Sophista Ethnico χριστιανίζων ἐπαγγελόμενος,

* Alia sunt Basilei Amaseni Acta, quæ sub Johannis presbyteri Nicomediensis nomine exstant etiam Latine apud Surium 26 April. Incipiunt: Ἐγένετο μὴ τὸ παταξαι Κύριον. Alia quæ sine nomine citat Eustrathius Constantinopol presbyter in libro contra Psychopannychitas c. 20 ad calcem Allatii de purgatorio p. 501. λέγει τοίνυν ὁ τὴν διήγησιν ἐκ μαρτυρίων ποιησάμενος τὸ ἁγίου Βασιλέως ἐπισκόπου Ἀμασίας καὶ Μάρτυρος.

** Sec. IV. p. 148.

*** Locum Photii exhibet Combefisius T. I. Auctor. novi p. 281. & Montfauconus p. 346. Bibl. Coisiimiana.

μῷ, sed in persecutione Diocletiani & Maximiani circa A. C. 304. iterum idolorum cultor: inde quum Luciano Martyre magistro suo † ad pœnitentiam eum reducente ad Christianos rediisset, promachus Arianorum, Episcopatum quem ambiit nullum adeptus est, quod persecutionis tempore sacrificasset. ἐπιθυμήσαντα μιᾶς πόλεως ἐπισκοπὴν προθυμέμενον, ἱερωσύνης μὴ ἠξόχησε, διὰ τὸ ἐπιπεθυκέναι ποτὲ τὸν διωγμόν, ut narrant Socrates lib. I. c. 36. & Nicephorus lib. 8. c. 53. Vide & Epiphanium LXXVI. 3. Scripsit σύνταγμα, quo CHristum rebus creatis accensuit, citatum ab Athanasio, & Epiphanio, confutatum a Marcello Ancyrano. Confer Hermantium in vita Athanasii T. I. p. 344. seq. & Tillemont. T. VI. memor. Hist. Eccles. p. 291. *Commentarios* hujus Asterii *in Psalmos*, allegat Eusebius in Psalmos p. 28. & Catena * MS. in Psalmos in Bibl. Coisliniana: memorat Hieronymus de scriptoribus Eccles. c. 94. ubi etiam *in Epistolam ad Romanos & in Evangelia* scripsisse testatur: Et *contra Marcellum, libros*, quibus Sabellianæ eum hæresis arguit, (id. c. 86.) *multaque alia, quæ a suæ partis hominibus studiosissime leguntur.* (id. c. 94.)

3. Quartus est Asterius itidem Arianus, Episcopus Cyrensis, quem precibus Juliani Sabæ (circa A. C. 372.) morti datum narrat Theodoritus in religiosa Historia cap. 2. & Photius in Amphilochiis quæst. 125.

4. Incertum sitne idem cum hoc Asterius Episcopus Arianus, quem in Concilio Seleuciensi (A. C. 359.) a Semiarianis ob crimina quæ illi imputabantur excommunicatum narrat Socrates lib. 2. c. 40. Tillemontio quidem videtur is esse Asterius Cyrensis, Blondello Scythopolitanus, auctori perpetuitatis fidei Catholicæ Petræus, de quo mox.

5. Alius Asterius Monachus, quem laudat Nazianzenus protreptico carmine ad Hellenium T. II. p. 109. Τίς δέκεν Ἀστερίοιο σαοφρονέων ἐλελάθοιτο &c.

† Philostorgius II. 15.

* Vide Clariss. Montfauconi catalogum Bibl. Seguierianæ sive Coisliniana p. 137. Etiam in Catena Corderiana ad Psalmos sæpe Asterius allegatur, sed incertum intelligatur ne Asterius Scythopolita, qui & ipse in Psalmos scripsit teste Hieronymo Epistola 74. ad Augustin.

6. Asterius *Petræ* in Arabia Episcopus, qui Concilio Sardicensi A. C. 347. interfuit, quemque ab Arianis (circa A. C. 347.) in superiorem Libyam relegatum tradit S. Athanasius ad solitariam vitam agentes T. I. p. 820. Vide Martyrologia 10. Jun. Interfuit adhuc Concilio Alexandrino A. 362.

7. Asterius subpræfectus Cappadociæ, ad quem Epistolæ Nazianzeni CXXV. CXXVI. CXXVII. Alius Nysseni ὀικέτης, cujus meminit Basilius Epist. 44.

8. Asterius *Scythopolita*, quem inter celeberrimos Ecclesiæ scriptores refert S. Hieronymus Epist. 83. ad Magnum Oratorem p. 656. & post Origenem, Eusebium & Theodorum Heracl. in universos Psalmos scripsisse ait Epist. 74. ad Augustin. Male Hendreichius in pandectis Brandenburgicis hunc eundem facit cum Asterio Cappadoce.

9. Asterius Patriarcha *Alexandrinus* (tempore Justini Imp.) memoratur in Actis Arethæ & Sociorum apud Surium ad 24 Octob. Sed Nicephorus Constantinopol. Theophanes & alii qui Catalogum Episcoporum Alexandrinorum texuere, hunc Asterium ignorant: unde commentitius videtur Antonio Pagi ad A. C. 521 n. 18.

10. Asterius præfectus tempore Maximiani, cujus mentio in Actis S. Victoris Martyris Massilienſis apud Franciscum Bosquetum T. II. Ecclesiæ Gallicanæ p. 134.

11. Turcius Secundus Asterius *Consul* A. C. 449. & alius A. 494. Incertum idemne sit Turtius Rufus Asterius qui emendavit præclarum Codicem Virgilii, obvium in Bibl. magni Hetruriæ Ducis (de quo Henr. Noris in Cenotaph. Pisam. 363. diss. IV. c. 2.) Alius Asterius Turcii Aproniani (qui A. C. 363. præfectus Romæ fuit) filius, de quo clariss. Muratorius diss. 2. ad 5. Paulini carmina, T. I. anecdoton Latinor. p. 143. Tillemont. T. IV. Hist. Imperator. p. 981. 1158.

12. Asterius *præfectus Orientis* sub Arcadio, de quo Nicephorus XIII. 2. Alius, imperante Mauricio. id. XVIII. 12. & 13.

13. Ab eo diversus Asterius Comes, & Armeniæ Dux cujus meminit S. Athanasius in fine Apologiæ T. I. p. 688. & Epist. ad solitariam vitam agentes T. I. p. 845.

14. Asterius presbyter *Antiochenus*, Eunomianus, cujus mentio apud Philostorgium lib. X. cap. 1. Nicephorum XII. 8. Hist. 15.

15. Asterius *Amidenus* in Mesopotamia Episcopus inter Orientales illos fuit qui Cyrillum Alex. & Memnonem in Synodo Ephesina deposuere A. C. 431.

16. Asterius Episcopus *Tridentinus* cui Virgilius successit A.C. 385. vide vitam S. Vigilii apud Bollandum 29. Maj.

17. Asterius sub Valeriano Imp. *Senator* Romanus, Martyr de quo Nicephorus lib. VI Hist. c. 14. In Eusebii Codicibus Græcis l. 7 Hist. c. 16. Ἀσύριος. Sed Asterium habent, præter Rufinum etiam Martyrologia 3. Martii, & Menologia 7. Augusti. Omitto alios Martyres hoc nomine; Edessenum sub Numeriano 20. Maj. Ægeatem sub Diocletiano 23. Augusti. & Ostiensem sub Alexandro Severo 21. Octobr. & Rufinam ac Secundam martyres, Asterii clarissimi filias, 10. Jul.

18. Asterius *Medicus*, cujus collyrium refert Aetius tetrabibli 2. lib. 3. cap. ult.

19. Asterius πρεσβύτερος, cujus mentio in Synesii Epist. 61.

20. Asterius *subdiaconus* per quem Hieronymus A.C. 396. & 402. Epistola V. ad Augustinum misit, quemque filium suum & necessarium appellat Epist. 69. edit. novæ & Augustinus Epist. ad Hieronymum ejus mentionem faciens: *nunc tamen eis ipsis respondebo literis, quas mihi per sanctum filium nostrum Asterium jam mittere dignatus es.* Hic postea *Vici* Africæ *Episcopus*, qui Collationi Carthaginiensi A. C. 411. interfuit.

21. Asterius *presbyter* & *notarius* in Concilio Constantinopol. A. C. 448. quo Eutyches damnatus est. Idem Asterius ad quem Leonis Magni Epistola 53. Ao 450. data in qua & Asterii *Episcopi* a se ablegati mentio, sed qui in aliis Codd. Etherius appellatur.

22. *Asterius Urbanus* qui allegatur ab Anonymo adversus Montanistas apud Eusebium lib. V. hist. cap. 6.

23. Omitto Asterium Cretensem, cujus servus Marnas a Gazæis cultus pro DEO, ut tradit S. Epiphanius in Ancorato c. 108. T. II p. 109.

XII. JOANNES cognomento Scholasticus (ὁ Ἡσυχίου Σχολαστικός, in titulo vitæ a Daniele Monacho scriptæ) notior est nomine CLIMACI, quod accepit ab edito opere a) cui titulus κλίμαξ,

* Scholasticus, id est, eruditus.

a) Sic a scriptis suis cognomina tulerunt Hermes Pastor, Gregorius Dialogos, Antonius Malissa, Micrologus, Ligurinus &c. Vide Clariss. Jo. Molleri Homonymo-

μαξ, sive *scala Paradisi*, unde ὁ τῆς φωτιζούσης κλίμακος ὑποφήτης *illuminantis scalæ interpres* dicitur ab auctore vitæ S. Stephani junioris b) Quanquam omni humaniore doctrina imbutus c) esset, tamen annos natus undeviginti Asceticam vitam prætulit, atque inter Monachos velut rudis atque illiteratus vixit per annos quadraginta: Hinc Abbas montis Sina constitutus, in summa pietatis laude admodum senex obiit d) successore in Abbatia relicto Georgio fratre, qui decimo post eum mense similiter est defunctus. De anno obitus non plane constat, licet circa A.C. 580. scripsisse Johannem Climacum, Labbeo, Pagioque e) assentior. Memoriam ejus Græca & Latina recolit Ecclesia 30. Martii. Vitam ejus breviter tradunt Græcorum Menæa ad eundem diem: Incipit: ἔτος ἑκκαίδεκα χρόνων ὑπάρχων. Paullo fusius *Daniel* Monachus Raithuensis. Incipit: Τὸ μὲν τίς ἡ ἐνεγκαμένη τὸν κὺρ ἀνδρέψασα. Præterea Anonymus quidam, non multo, ut vult videri, Climaco junior. Incipit: Ἐλθόντος ποτὲ τοῦ Ἀββᾶ. Hæc tria scripta Græce & Latine a Matthæo Radero exhibentur in Isagoge quam Climaco suo præmisit, & in qua alia etiam de illo aliorum testimonia quædam præfixit. Vitam a Daniele Monacho traditam habes Latine præfixam Climaco in Bibliothecis Patrum & in aliis Climaci editionibus. Latine quoque dederat Lipomannus Tom. II. p. 401. & Surius ad 30. Martii. Conferendus etiam Henschenius in Actis Sanctorum ad illum diem. Plures Græcorum Canones sive Odæ in Climacum in Ecclesiasticis illorum libris leguntur, e quibus Ignatii Melodi canonem laudat Allatius contra Hottingerum, p. 195. Confer Triodium in Syna-

nymoscopiam p. 875. seq. Cæterum lepidus est Trithemius, qui *Climaci* nomen Latine *Scholasticum* sonare scribit, neque enim *scalasticum* Raderi & Labbei in mentem illi venisse suspicor.

b) In Analectis Græcis sive T. 4. monumentor. Ecclesiæ Græcæ Cotelerii p 419.

c) Elias Cretensis de Joanne Climaco: καίπερ τὴν ἀνθρωπίνην πᾶσαν σοφίαν ἀκριβῶς ἠσκημένος, καὶ ἰδιώτας ὡς ἄγροικος δηλαδὴ καὶ ἀπαίδευτος ἐβιώσευε παπεινῶν ἑαυτὸν διὰ τὸν θεὸν.

d) Labbeus, Oudinus & Caveus scribunt in Menæis tradi, quod Joannes Climacus pæne Centenarius obierit. Hoc in iis non reperio, quæ ex Menæis Raderus de Climaco præmisit.

e) Labbeus de scriptoribus Eccles. T. I. p. 266. & 552. Antonius Pagi in Critica Baroniana ad A.C. 594. 9. Cæterum Elias du Pin T. V. Bibl. scriptor. Eccles. p. 98. seq. natum putat Clinacum circa A.C. 525. & obiisse sub initia sæculi septimi.

Synaxario Dominica IV. Quadrageſimæ. Denique Johannis Climaci, Johannis Damaſceni & Joannis Eleemoſynarii vitas moralibus documentis illuſtratas edidit Johannes Vincartius Jeſuita, Tornaci 1664. in 4. Citatur Climacus a Dorotheo Archimandrita, quemadmodum ipſe laudat anteceſſorem ſuum Sabbam, nec non Johannem Caſſianum. Iconem ejus ære deſcriptam una cum elogio habes in Theophili Spitzelii τῦ μακαρίτυ Academia JEſu CHriſti pag. 206. ſeq.

XII. Rogatus a Joanne Abbate Raithuenſi, cujus Epiſtola cum Climaci reſponſione præmittitur, ſcripſit jam Abbas, adeoque ſexagenario major, librum in triginta capita ac totidem veluti virtutum gradus diſtributum, qui ut jam dixi inſcribitur κλίμαξ *ſcala* ſive πλάκες πνευματικαὶ *tabulæ* præceptorum aſceticorum *ſpiritales*. Hoc veluti præcipuum religioſæ vitæ commonitorium Monachis commendatiſſimum per multa ſæcula fuit, unde toties deſcriptum occurrit in omnibus propemodum Bibliothecis, Cæſarea, Vaticana, Vallicellana Romæ & in monaſterio S. Baſilii, in quo antiquiſſimum Codicem aſſervari refert Clariſſ. Montfauconus p. 215. Diarii Italici: tum in Beſſarionis Veneta, Florentina Medicea, Urbini & Piſauri, Meſſanæ, Scoriacenſi, Bodlejana, Regia Pariſienſi, Seguieriana ſive Coisliniana. Plures etiam illud ſcholiis & commentariis illuſtrandum pridem in ſe ſuſcepere, ut

1) *Joannes Raithuenſis* monaſterii ad Elim ſive LXX. fontes Abbas, idem qui libri ſcribendi auctor Climaco fuit, cujus ſcholia Latine tantum hactenus viderunt lucem in Bibliothecis Patrum cum Climaco. Pariſ. 1610. & deinde ibidem, Coloniæ, Lugduni.

Ambrosius p. 210. 257. 262. 284. 293. 299. 305. 309.
Hexaëmero 140. 217.
de Paradiso 199. 200. 207. 208. 209. 212. 300. 303. 305.
in Lucam 232. 233. 259. 261. 265. 300. 303.

Aristoteles 12. 84. 229.
Athenienses στοιχεῖα litéras appellant, quarum compositione articulata vox componitur 141.
Augustinus 23. 24. 56. 62. 69. 79. 84. 105. 116. 117. 119. 120. 134. 136. 144. 150. 153. 169. 182. 192. 211. 227. 239. 244. 275. 289. 298. 299. 301. 308. 309.
in Apostolum 5. de libero arbitrio 287. de baptismo parvulorum 192. de categoriis Aristotelis 28.
de civitate DEI 4. 5. 131. 167. 176. 180. 193. 194. 195. 196. 250. 295. 299. 304. in vicesimo libro, tredecimo capitulo 296.
Confessiones 32. 108. 154. 168.
ad Dardanum 294. Decades, sive in Psal. 63.
de Genesi ad literam 193.
in Hexaëmero 3. 35. 105. 175. 181. 198. 214. 221. 233. 260. 270. 275.
de Musica 22. 154. In opusculis 105.
de S. Trinitate libri p. 12. de vera religione 49. 152. 157.
Basilius 129. 134. 136. 141. 142. 145. 148. 157. 158. 159.
in Hexaemeron 43. 57. 134. 142. 148.
Boëthius summus utriusque linguæ Philosophus in libris de Arithmetica 31. 174. 176.
de SS. Trinitate 233. magnifici Boëthii de Matheſi libri. p. 113.
Chrysostomus 289. 290. 303.
Cicero κατάφασιν & ἀπόφασιν *intensionem & repulsionem* transfert 11.
Dionysius Areopag. 1. 8. 11. 41. 43. 51. 60. 63. 91. 93. 107. 111. 127. 183. 236. 244. 251. 268. 307.
in amatoriis hymnis 42.
de divinis nominibus 27. 33. 37. 44. 95. 98. 245. 254. 259. 262. 282. 287.
Epistola ad Dorotheum 256. ad Gajum id. ad Titum Pontificem 108. sententia quam ex Theologicis commentis scientissimi Hierothei sumsit 108.
de Hierarchia cœlesti hoc est Episcopatu 107. 43. 83. 177. 225. 248. 304.
de perfecto & uno 157.
de Symbolica Theologia 10. 168. 169.

Epi-

Epiphanius 201. Ancorato 1. 160.
de fide 83. 85. 161. 245.
libro de Hebraicis nominibus 225.
Eratosthenes 146. 147.
Græcorum moderni μίαν οὐσίαν, τρία πρόσωπα & τρεῖς ὑποστάσεις in DEO admittentes 93.
Gregorius Nazianzenus 1. 5. 9. 13. 22. 45. 77. 79. 91. 309.
de baptismo 198. in epitaphio Cæsarii 233.
contra Eunomianos 9. de Filio Oratt. 1. 84. 94.
de grandine 234.
de Nativitate CHristi 303. de Paschate 210.
Gregorius Nyssenus 20. 21. 33. 78. 154. 156. 157. 158. 168. 184. 186. 191. 197. 201. 230. 231. 245. 255. 258.
de imagine liber 76. sermo 20. 21. 168. Gregorio Theologo præter rem tribuitur 258.
Hebræi 226.
Hieronymus 226. in Ezechielem 279. 303.
Hilarius 296.
Marcianus Capella 147. 148.
Maximus Monachus venerabilis Magister 54. 63. 69. 71. 91. 122. 123. 266. 299.
de ambiguis 40. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 210. 229. 232. 242. 270.
in Dionysium 43. Dionysii & Nazianzeni elegantissimus expositor Maximus 93.
in Oratt. Nazianzeni 4. 5. 6. 17. 22. 94. in sermonem Naz. de Nativitate 303.
in expositione Nyssæni, 195. 197. 210.
in Scholiis 221 243.
Nicæna Synodus 72. 85. 90.
Origenes 199. 201. 214. περὶ ἀρχῶν 261.
libro III. in Epist. ad Romanos 258.
Plato Timæo 19. 32. 136. 156.
Plinius Historiæ Nat. scriptor, 135. 147. 148. 151. 156. 159.
Ptolemæus 147.
Pythagoras 145. 149.
Septuaginta interpretes 57. 60. 221. 224.
Symbolum Romanæ linguæ, de Spititu S. a Patre per filium procedente 92.

Sy-

Syrus quidam 60. 61. ex S. Basilio.
Theologia dicit 61. 103. ubi affertur dictum S. Scripturæ.
Virgilius 19. 58. 144.

Scripta S. Maximi inedita vel deperdita.

49. Διάλεξις Ὀρθοδόξου καὶ Μανιχαίου, citatur a Georgio Sholario versus finem libri MS. quem contra Latinos Joanni Comneno Trapezuntio Imperatori nuncupat. Vide Mich. le Quien ad Damascenum T. I. p. 428.

50. *Lexicon*, quod in arte etymologica longe versatum ostendit Maximum, sine nomine auctoris MS. in Cardinalis Mazarini Bibliotheca, in quibusdam Italiæ Maximo adscriptum, quo tamen gravare ejus operum editionem non est visum, inquit Combefisius in notis ad Max. T. I. p. 680.

51. *De secundo adventu.* Incipit: Ἀπὶ τύπος πᾶσιν. Ex Seguieriano Codice editurum se promisit Combefisius in conspectu operum S. Maximi, edito Paris. 1660.

52. *Chronologia succincta Vitæ CHristi*, MS. inter alia hujus argumenti in Codice Cæsareo de quo Lambecius V. pag. 114. Incipit: γέγονεν ὁ εὐαγγελισμὸς τῆς παρθένου τῷ πεντακισχιλιοστῷ πρώτῳ ἔτει.

53. *Quæstiones sacræ Miscellaneæ* ad *Nicephorum* Chartophylacem Constantinopol. ἐρωτήσεις Μαξίμου μοναχοῦ πρὸς τὸν ἁγιώτατον κύριον Νικηφόρον, γεγονότα χαρτοφύλακα τῆς τοῦ Θεοῦ μεγάλης ἐκκλησίας, περὶ διαφόρων κεφαλαίων. MS. in Bibl. Cæsarea. vide Lambecium VI. p. 56.

In plerisque Bibliothecis paullo instructioribus, plura Maximi opuscula manu exarata occurrunt, ut apparet ex Apparatu Possevini, Labbei Bibl. nova MSS. & aliis scriptis in quibus MSS. Codicum notitia traditur. Inprimis Locorum Communium opus, quod hoc loco de Maximi scriptis differendi ansam mihi dedit, ter vel quater exstat MS. in Bibl. Cæsarea, quos Codices cum Combefisiana editione conferri operæ pretium esset, quemadmodum & plæclarum Seguierianum, de quo Montfauconus V. C. in Catalogo Bibl. Coislinianæ pag. 374. seq. Quæ autem in eodem Catalogo pag. 310. negantur reperiri S. Maximi Epistola ad Georgium Præfectum Africæ, legitur in editione Combefisiana Tom. II. pag. 201. quemadmodum spiri-

ſpiritalis & dogmatica oratio ad Stephanum Dorenſem Epiſcopum T. II. p. 81.

Alii Maximi.

Maximus ad quem exſtant hæc Ovidii II. 3. e Ponto:

Me tuus ille pater Latiæ facundia linguæ
Quæ non inferior nobilitate fuit,
Primus ut auderem committere carmina famæ
Impulit, ingenii dux fuit ille mei.

Maximus qui ſub Commodi Severique imperio inſigni volumine, ut ait Hieronymus cap. 47. de S. E. ventilaverat quæſtionem unde malum, & quod materia a DEO facta ſit.

Maximus Abbas, martyr in Gallia A. C. 625. de quo Bollandus 2. Januar. T. I. p. 91.

Maximus ex Abbate Lerinenſi Epiſcopus A. 433. Reienſis ſive Regienſis ſcripſit teſte Sigeberto Gemblacenſi c. 113. de Scriptoribus Eccleſ. librum de Eccleſiaſticis miniſteriis & de habitu clericorum. Hujus Maximi vitam ſcripſit Dinamius Patricius. Ejus homilias quasdam extare inter eas quæ ſub Euſebii Emeſeni nomine vel Eucherii Lugdunenſis feruntur, jam notarunt eruditi.

Maximus Ægienſis, quem de Apollonio Tyanenſi laudat Philoſtratus lib. I. c. 5.

Maximus Alexandrinus, infra in Maximo Cynico.

Maximus Byzantius ſive Epirota Philoſophus Pater Euclidis, Juliani Imp. Magiſter, quem a Maximo Epheſio Philoſopho qui & ipſe Julianum docuit, diſtinguunt Socrates III. 1. & Nicephorus X. 1. Scripta ejus memorat Suidas: περὶ ἀριθμῶν, *de numeris*, & in Ariſtotelem ὑπόμνημα, nec non alia quædam Juliano inſcripta, & περὶ ἀλύτων ἀντιθέσεων, *de inſolubilibus oppoſitionibus* quod Aſtrologici, opinor, argumenti fuit, quemadmodum & alterum περὶ καταρχῶν *de principiis* poëma, quod dedi ex Codice Mediceo.

Maximus Cæſarauguſtanus Epiſcopus, cujus hiſtoriam de iis quæ temporibus Gothorum in Hiſpaniis acta ſunt memorat Iſidorus Hiſp. de ſcriptoribus Eccleſ. c. ult. Sed Chronicon quod velut

Dextro continuando sub ejus nomine jactatur, suppositititium est, & multis argumentis exploditur a Nicolao Antonio in Bibl. veteri Hispana, qui illud una cum Epistola ad Argebatum Episcopum Portugallensem præmissa exhibet T. II. p. 279--285.

Maximus Chrysoberges Monachus clarus circa A. C. 1400. cujus de processione Spiritus S. Orario ad Cretenses edita Græce & Latine a Leone Allatio in Græcia Orthodoxa T. II. p. 1074-1088. Hujus adversarius Nilus Damyla de quo vide Allatium de Nilis pag. 52. & 82. edit. à me curatæ & H. Warthorum in appendice ad Histor. literariam scriptor. Eccles. clarissimi Cavei.

Q. Cornelius Maximus JCtus, cujus Cicero meminit, VII. 8. Epist. ad familiar.

Maximus Alexandrinus patria, e Cynico Philosopho Patriarcha Constantinopol. A. C. 380. de quo dixi lib. III. c. 12.

Maximus Ephesius Philosophus, Juliani Imp. præceptor, ob Magicas operationes jussu Valentiniani interfectus, de quo Eunapius in Maximi vita, Socrates III. 1. Nicephorus X. 1. Ad eum exstant Juliani Epistolæ. Quanti apud eum Maximus hic fuerit, docet etiam Ammianus XXII. 7. Alius Maximus interfectus sub Valente, de quo apud Svidam in Φῆς.

Maximus Epirota. Supra, in Byzantio.

Q. Fabius Maximus Servilianus Annalium Rom. scriptor, qui cum L. Metello Consul fuit Anno U. C. 611. ante Christum 142. De eo Vossius lib. I. c. 7. Histor. Latin.

Maximus Grammaticus Madaurensis Afer, cujus Epistola ad Augustinum exstat pro Ethnicismo adversus Christianorum religionem. Ei respondet Augustinus Epistola XVII. edit. Benedict. (al. XLIV.) In illa Epistola per *Archimartyrem Namphainonem*, CHristum a Maximo intelligi, Cavei conjectura est parte II. Hist. literariæ S. E.

Maximus Hierosol. Episcopus & Confessor, post A. C. 355. de quo Acta Sanctor. T. II. Maji p. 7. Tillemont. T. VI. memor. Alios Maximos martyres (ut Neapolitanum de quo Acta 12. Jun. T. II. p. 517. seq.) Principes item ac duces hoc nomine, de industria omitto, quemadmodum illum Cypri & Sardiniæ præfectum a Pompejo, de quo proverbium κομπᾶς Μάξιμος, *jactator*

Ætator Maximus. Vide appendicem Vaticanam in proverbiis Andreæ Schotti p. 286. In numis Conſtantini, nomen Maximi non gloriæ ac virtutis titulum, ſed familiæ nomen eſſe contendit Joh. Harduinus in numiſmatis ſæculi Conſtantiniani pag. 474: Op. & in Memoriis litterariis Trevoltinis Ao. 1701. menſe Jul. & Auguſto p. 11.

Marius Maximus Hiſtoriæ Auguſtæ ſcriptor de quo Cauſaubonus ad Spartian p. 23. & Voſſius in Hiſt. Latinis II. 3. nam Latine ſcripſit, & fuit præfectus Urbi poſt Adventum, temporibus Macrini Imp. ut teſtis Dio lib. 78. Libros ſuos Varronis exemplo in ſeptenarios ſive hebdomades librorum digeſſiſſe videtur, nam primo ſeptenario laudat eum Spartianus in Geta.

Maximus Monachus, cujus quæſtiones ſacræ, ἐρωτήσεις περὶ διαφόρων κεφαλαίων ad Nicephorum magnæ Eccleſiæ Conſtantinopol. Chartophylacem exſtant Græce MSS. in Bibl. Cæſarea. Vide Lambecium VI. p. 56. Videtur idem cum Maximo Confeſſore, de quo fuſe ſupra.

Maximus quem natali Platonis apud Dionyſium Longinum celebrato interfuiſſe narrat Porphyrius apud Euſebium X. 3. præparat.

Maximus Planudes medio ſæculo XIV. clarus, de quo infra, ſuo loco.

Maximus Rejenſis ſive Regienſis. Supra in Maximo Abbate.

Maximus Rhetor, Plutarchi æqualis qui ejus meminit IX. 4. convivalium quæſtionum. Alius de quo Ariſtides T. 3. p. 525.

Rutilius Maximus JCtus, cui librum ad legem Falcidiam, quem alii ad Q. Cornelium Maximum referunt, Cujacius tribuit.

Statilius Maximus Grammaticus, de quo in Bibl. Latina.

Maximus Taurinenſis Epiſcopus qui Synodo Arauſicanæ A. 441. & Mediolanenſi A. 451. interfuit. Vide Miræum ad Gennadium de S. E. c. 40. Latinum Latinium Bibl. ſacro profan. p. 80. 164. ſeq. Martyrolog. & Acta Sanctor. 25. Jun. Tillemontii memorias Hiſt. Eccleſ. T. XVI. pag. 31. ſeq. *Homiliæ* ejus nonnullæ S. Ambroſii & Auguſtini ſermonibus permixtæ leguntur, ut præter alios notarunt Mabillonius in Muſei Italici Tom. I. parte 2. & Combefiſius in Bibl. Concionatoria. Editæ ſunt ſæpiſſime & ſeparatim, & cum Chryſologo, & in Patrum Bibliothecis, ut noviſſ. Lugdunenſi Tom. VI. Quinque ſermones in laudem S. Cypriani editurum ſe promiſit Clariſſ. Muratorius in Anecdo-

tis Bibl. Ambrosianæ T. I. p. 16. *Libros de Sacramentis* inter Ambrosii opera editos, Maximo huic fortasse tribuendos suspicatur Tillemontius p. 34. *Liber de gratia spiritali baptismi* Gennadio memoratus intercidit.

Maximus Tyrius Philosophus Platonicus Antoninorum ætate clarus, de quo dixi lib. IV. c. 23.

Valerius Maximus, de quo in Bibl. Latina.

XI. Post Maximum confessorem, Locos Communes ex omni genere scriptorum sacrorum, aliorumque concinnavit JOANNES DAMASCENUS, Presbyter & monachus, non confundendus ut multi fecerunt a) cum Joanne Mesue Damasceno Medico, b) vel cum Joanne Damasceno Serapionis F. itidem Medico, c) nec cum Damasceno Episcopo Rondinensi, d) vel altero Episcopo Dama-

a) Quemadmodum homonymia Theodosii Imp. qui ante Leonem Isaurum extitit, Vincentio Bellovacensi, Antonino Florentino, Andreæ Dandolo, Joanni Nauclero, Trithemio aliisque fuit fraudi, ut Joannem Damascenum sæculo IV sub Theodosio primo vixisse scriberent: ita alios decepit similitudo nominis, ut Johannem Damascenum nostrum confunderent cum Joanne Damasceno Medico. Vide Latini Latinii Bibl. sacram & profanam p. 79. b. & 81. a. Petri Bælii Lexicon Historicum in Damasceno, & Leon. Allatium apud Mich. le Quien in prolegomenis ad Damascenum, ubi errores illos refellunt. Idem Allatius confutat etiam & fabulosa esse evincit quæ de Damasceno Raph. Volaterranus libro XVI. Commentar. Urban. falso tradens eum Judæis parentibus natum & ex Judaismo ad Christianismum conversum esse, & Constantinopolin venisse, captumque a piratis Saracenis, postea a Theodosio redemtum magistrum ejus Epistolarum fuisse, mox abscissam ei dexteram, quod in suspicionem proditionis venisset. Ne dicam de fabulis, quas addunt auctor sermonis de Damasceni conversione, Vincentius Bellovacensis speculi Hist XVII. 103. Petrus de Natalibus Episcopus Equilinus in Historia sanctorum IV. 135. Jo. Nauclerus in Chron. aliique, restitutam ei manum beneficio Mariæ Virginis, reductum CPolin, &c.

b) Joannes Damascenus Medicus cognomento *Mesue*, adnepos Abdallæ Damasci regis, secta Muhammedanus circa A. 1200. floruit & Arabice scripsit, quæ scripta ejus deinde ex Arabico in Græcam & Latinam Linguam conversa sunt. Ex illis aliqua S. Joanni Damasceno presbytero male tribui notat Lambecius VI. p. 118. 131. 134. &c.

c) Joannes Damascenus Serapionis F. itidem Muhammedanus, Medicus, a Joanne Mesue laudatur.

d) Leo Allatius in prolegom. ad Jo. Damascenum ubi de variis hisce Damascenis differit, memorat MS. Δαμασκηνῦ ἐπισκόπυ Ῥονδίνης διάλογον μὲ τῦ ἡγεμένα τῆς ἁγίας Ἀναστασίας, ἤτοι παλανισμὸν κὲ τῶν νῦν τῆς ἑλλάδος

Damaſceno ſive Damaſci urbis, qui ſæculo medio decimo ſexto de animalibus ſcripſit ad Michaëlem Cantacuzenum, e) nec denique cum recentiore ſcriptore Damaſceno Monacho & Hypodiacono Studita, Theſſalonicenſi. f)

Hic Iohannes ex nobili genere, * patria Damaſcenus, dignitate presbyter g) & vitæ inſtituto Monachus, contumediæ cauſa *Sarabaita* h) & pro *Manſure*, *Mamzer* i) *ab aliis Arclas* k) & propter eloquen-

ἑλλάδος ἐπισκόπων. *Damaſceni Rondinenſis Epiſcopi dialogum cum Abbate S. Anaſtaſiæ, ſive deplorationem Epiſcoporum Græciæ ſua ætate.* Incipit: τεσσαγαρέυω.

e) Damaſceni Epiſcopi librum communi Græcorum dialecto ſcriptum de natura animalium, conſtantem XC. capitibus, quem ex Ariſtotele, Æliano & Phile collegit atque Michaëli Cantacuzeno magno Domeſtico transmiſit legiſſe ſe MS. imperfectum tamen apud Petrum Velliam Romanum, teſtatur Leo Allatius loco jam laudato. Incipit: συνήθειαν ἔχουσιν οἱ ἄνθρωποι ὅταν θέλωσίνα ἰδῶσι τινὰ μέγαν ἄρχοντα.

f) Hic eſt Damaſcenus cujus theſaurus homiliarum in ſanctos, lingua Græca vulgari ſæpius prodiit Venetiis. ut 1603. 1618. 4. Omitto dicere de aliis Damaſcenis ut Nicolao Damaſceno, Damaſcio Damaſceno, & Damaſceno cujus δρᾶμα Σωσανίδος laudatur ab Euſtathio ad Dionyſium periegetem v. 976.

* Patrem Damaſceni Sergium τὸν τῦ Μανσὲρ, Quæſtorem generalem γενικὸν λογοθέτην Abdolmeleci Califæ Saracenorum, ex Theophane veriſimiliter conjicit laudatus Lequien.

g) Presbyterum fuiſſe, male negat Poſſevinus, qui conſtantibus veterum teſtimoniis refellitur. Vide Jo. Hieroſolymitanum in vita Damaſceni p. XXI. & ibi notas.

h) Apud Vincentium Bellov. XVII. 103. Imperator Theodoſius ad Joannem: *Sarabaita peſſime.* Niſi legendum *Sabaita*, nam in S. Sabæ Laura Damaſcenum diu vixiſſe conſtat; Et Sabaita dicitur Stephanus ejus fratris filius, Cæterum Sarabaitæ S. Hieronymo Epiſt. 22. ad Euſtoch. (edit. novæ 18. T. 2. p. 43.) *Remoboth, Monachorum genus deterrimum atque neglectum: hi bini vel terni, nec multo plures ſimul habitant, ſuo arbitratu ac ditione viventes.* De his viri docti ad regulam S. Benedicti c. 1. Caſſianus collat. XVIII. 4. & 7. Petrus Crinitus III. 15. de honeſta diſciplina, ubi Auguſtini locum illuſtrat de Sarabaitis ſacerdotibus.

i) ὑβριστικῶς ſive per contumeliam dictum eſſe Μανσὲρ ab Iconomachis, tradit Synodus ſeptima Act. VI. T. 3. edit. Binianæ p. 678. falliturque eruditiſſ. Cangius quando de alio neſcio quo Johanne hæretico Ægyptio & hæc verba & acclamationem Icommachorum p 677. Μανσὲρ τῷ κακωνύμῳ καὶ Σαρακηνόφρονι ἀνάθεμα, intelligendam eſſe putat gloſſ. Græco in Μανσὲρ. Aſſentior tamen Theopha-

tiam *Chrysorrhoas* l) cognominatus legitur. Damascenus a Cosma Monacho docto ex Italia captivo illuc adducto eruditus una cum Cosma Hierosolymitano(qui Melodi nomine deindecelebris & Majunensis Episcopus extitit.) Hinc neglectis quas Damasci Satrapa offerebat mundialibus dignitatibus, Hierosolymas in Sabæ monasterium concessit, ibique in literarum, sacrarum præsertim meditatione, consenuit & prope S. Sabam est sepultus. Certe tumulum Damasceni & Cosmæ spectatum eo loco, Joannes Phocas * meminit. Disciplinis philosophiæ egregie excultum& eruditione omnivaria ultra illius sæculi exemplum ornatum omnes fatentur: hymnis dulcissimis, scriptisque quam plurimis de quibus deinceps dicetur, celeberrimum. In his quod vosſellis quandoque non gladiis pugnat,narrationesque parum credibiles ingeritubi pro imaginum cultu & precibus pro defunctis descendit in certamen, ætati potius qua vixit quam ingenio ejus tribuendum existimo. Diem obiisse videtur non ante A. C. 756. m) Leonis Isauri & Constantini Copronymi iras parum, quoad vixit reveritus. Memoria ejus inter sanctos ab Ecclesia Latine

phani qui p. 350. Jo. Damascenum dictum esse ait *Μανσὺρ παπωικῷ ὀνόματι*, quo Davus ejus ita diceretur. Addit Theophanes voce Μανσὺρ significari λελυτρωμένον *redemtum*. Pro quo Scylitzæ & Cedreni Cod. monstrum habent vocabuli λέντραβον, sed λελυτρωμένον esse scribendum, recte idem Cangius annotavit. Non tam itaque contumeliosum erat nomen ipsum Mansur, pluribus aliis commune, quam quod per contumeliam illud Constantinus Copronymus corrumperat in *Μαμζηρὸν spurium*, quemadmodum ex eodem Theophane Cedrenus & auctor Hist. Miscellæ testantur.

k) *Ἰωάννου τοῦ Ἀρκλᾶ κανὼν ἀλφαβητόστιχον Ἰαμβικῶν εἰς τὴν ἁγίαν πεντηκοστήν.* Ita inscribitur Joannis Damasceni hymnus in Pentecostem, & agnoscit nomen *Ἀρκλᾶν*, quod *arcularium* significat. Damasceno tributum Eustathius Thessalonicensis in commentario ad illam hymnum, apud Allatium de Georgiis p. 320.

l) Theophanes, Cedrenus lib. Auctor Hist. Miscellæ XII. Sigebertus Gemblacensis c. 75. de scriptoribus Eccles.

* Jo. Phocas sæculi XII. scriptor in descriptione terræ sanctæ p. 28. in Symmictis Allatii. Deinde CPolin adductas Jo. Damasceni reliquias, ex Pachymeris Audronico lib. 1. c. 13. observat Mich. le Quien.

m) In Combefisii Bibl. Concionatoria errore calami vel typographi Damascenus traditur claruisse A. C. 830. pro 730. Libellus ejus adversus Constantinum Copronymum scriptus est post Synodum Copronymianam habitam A. 754. atque adversus illam Synodum strinxisse calamum Damascenus etiam ex auctore vitæ Stephani junioris Martyris cognoscitur.

tina colitur 6. Maji, a Græca 29. Nov. & 4. Decembr. Vitam ejus Commentarios de illa Arabice ſcriptos nactus, tradidit atque ex illis ut videtur fabulam illam parum credibilem de manu Damaſceni per S. Mariam reſtituta hauſit *Johannes Hieroſolymitanus* poſt medium ſæculi decimi clarus. Eam Latine a Lipomanno T. V. & Surio ad 6. Maj. Græce Rom. 1553. 8. cum Oratt. de imaginibus editam utraque lingua dedere in Damaſceni editione Baſileenſes Ao. 1575. fol. deinde Græce Papebrochius T. II. Act. Sanctor. Maji p. 723. ex Codice MS. Mediceo collato cum Codice Regis Chriſtianiſſ. & Latine p. 111. ex verſione *Antonii Franciſci Deſtieu*, S. I. Incipit: τοῖς πεπηρκόσι τὸ. Idem Papebrochius *Conſtantini Acropolitæ* ſermonem de Joanne Damaſceno p. 731. ex MS. Vaticano dedit Græce, una cum verſione *Jo. Franciſci de Rubeis* JCti. Incipit: τῷ Ἰωάννῃ τὸν λόγον, τῷ ἐκ Δαμασκοῦ τὰ ἐγκώμια. Nec non excerpta e Græcorum Synaxario & Menæis Damaſcenum ſpectantia. Conſtantinus Acropolita veluti paraphraſtes Joannis Hieroſolymitani in editione nova Operum Damaſceni omiſſus, at *Johannes Hieroſolymitanus* a Clariſſ. Viro Mich. le Quien Græce & Latine Tomo primo præmittitur notis etiam illuſtratus, quibus nonnullæ illius hallucinationes caſtigantur. Hinc ibidem ex editione Damaſceni Latina Colonienſi & Codice Regio Pariſ. Latino 3966. ſequitur *Narratio* ex Græco ut videtur converſa *de S. Joannis Damaſceni converſatione* quæ incipit: *quemadmodum dulce philocoſmis exiſtit.* Præterea excerpta e Vincentio Bellovacenſi, e Menæis, variaque variorum, veterum præcipue de Damaſceno teſtimonia. Et præclara *Leonis Allatii* de Damaſceni ſcriptis commentatio ex opere ejus inedito de Libris Apocryphis.

Amicitia conjunctos * ſibi habuit Joh. Damaſcenus præter Cosmam Melodum & a quo creatus eſt presbyter Joannem Patriarcham Hieroſol. Petrum Majumenſem & Petrum Damaſcenum: diſcipulosque, Joannem Laodicenum, Theodorum Abucaram (Carorum Epiſcopum) & Stephanum Eccleſ. Hieroſol. presbyterum ac ſyncellum, Anaſtaſiumque monaſterii S. Euthymii præpoſitum, auctorem libri contra Judæos quem Latine ex Turriani verſione H. Caniſius T. 3. Antiq. Lect. p. 67. edidit.

Edi-

* Vide notas ad vitam Damaſceni p. 23.

Editiones operum Jo. Damaſceni.

Græcæ.

Liber de fide Orthodoxa, cum Orat. de iis qui in fide obierunt, prodiit Græce auſpiciis Jo. Matthæi Giberti Veronenſis Epiſcopi, cum præfat. Donati Veronenſis ad Clementem VII. Pontificem. Veronæ apud Stephanum & fratres Sabios 1531. in 4. typis luculentis.

Vita & libri III. de imaginibus, Rom. 1553. 8.

Latinæ.

Quandoquidem verſio libri de Fide Orthodoxa a *Burgundione*, cive Piſano, Federici Ænobarbi præfecto Sæc. XII. compoſita & Thomæ Aquinati pridem lecta non vidit lucem :

Idem liber ex *Jacobi Fabri* Stapulenſis interpretatione Pariſ. 1507. in 4. primum editus eſt ex officina H. Stephanii avi. Et cum commentariis *Jodoci Clichtovei* ad Jac. Ambaſium Epiſcopum Claromontanum, Pariſ. 1512. & 1519. & ſine commentariis Marpurg. 1602. in 8.

Cum brevioribus Fabri interpretis notis, & Orat. de iis qui in fide dormierunt per Jo. Oecolampadium verſioni & Hiſtoria Joſaphat & Barlaam, Baſil. 1535. & 1539. præmiſſa vita Jo. Damaſceni ſcripta a Johanne Patriarcha Hieroſol.

Ex recenſione *Henrici Gravii* Noviomagenſis Ord. Prædicator. Colon. 1546. apud Petrum Quentel, in qua editione Latina acceſſerunt Damaſceni Logica, & introductio elementaris ad Joannem Laodicenum Epiſc. nec non liber de duabus voluntatibus & operationibus, Epiſtola ad Jordanem Archimandritam de hymno triſagio, liber de hæreſibus, fragmentum ſententiarum de octo vitiis, altercationes cum Sarraceno, & de judicio, carminaque & cantica varia, cum Coſmæ Majumenſis & Theophanis ac Scholarii quibusdam.

Ex verſione meliore vel recenſione *Jacobi Billii*, Prunæi Abbatis, Pariſ. 1577. in fol. in qua edit. præter plura in edit. Græcolat. Baſil. 1575. obvia primum acceſſerunt Latine tantum Parallela ſacra, Phyſica, Vita S. Stephani junioris & octoëchus. Græce vero & Latine Oratio de CHriſti transfiguratione, & de nativitate B. Mariæ Ora-

Orationes tres. Hæc editio, de qua in Apparatu Sacro Poſſevinus, non ſine auctario recuſa eſt Pariſ. 1603. & 1619. fol. curante *Frontone Ducæo.*

Græcolatinæ.

Baſileenſis apud Henricum Petri, cum *Marci Hopperi* præfatione A. 1548. fol. ubi ante Jo. Caſſiani, Latini ſcriptoris opera exhibetur Græce & Latine Jo. Damaſcenus de orthodoxa fide, cum commentariis Jo. Clichovei, & liber de iis qui in fide obdormierunt. Latine autem tantummodo cætera quæ in Colonienſi Gravii editione exſtare jam dixi. Repetita eſt hæc editio Baſil. 1559. in fol.

Baſileenſis tertia A. 1575. fol. prioribus duabus longe plenior, & itidem Caſſianum habens adjunctum, atque utraque lingua exhibens præterea dialogum Damaſceni contra Manichæos, aliaque ſcripta complura. Cum ejusdem Hopperi præfatione.

Pariſienſis denique, curante præclaro atque eruditiſſimo Viro *Michaele le Quien*, Morino Bolonienſi, Ordinis FF. Prædicatorum, qui provinciam quæ ante ipſum *Jo. Auberto* a) *Franciſco Combefiſio* & *Philippo Labbeo* b) deſignata videbatur, occupavit cum ſumma laude

a) *Aubertus* poſt Cyrillum Alex. voluit etiam Jo. Damaſceni editionem curare ex decreto illuſtris Cleri Gallicani A. 1636. 21. Jan. Sed dum Ephraimum Syrum edere prius inſtituit, neutrum perfecit, neque *Combefiſius* potuit ab eo vel ab ejus heredibus impetrare quæ *Leo Allatius* ad Aubertum Roma Lutetiam miſerat, & quorum Catalogum ex Allatii συμμίκτοις p. 448. ſeq. laudatus le Quien in prolegomenis exhibet. Meminit & Allatius Epiſtola ad Aubertum diſſertationi 2. de libris Eccleſiaſticis Græcorum præmiſſa. Combefiſius vero cui Cleri Gallicani judicio ſparta hæc deinde ornanda fuit commiſſa, *dolet periiſſe*, inquit in Bibl. Concionatoria. *tanta illa Allatiana Auberto Damaſceni operum editionem pollicenti miſſa.*

b) *Labbeus* Pariſ. 1652. in 4. edidit conſpectum operum Damaſceni in quatuor partes tributorum, in quo non vult videri uſus transmiſſis ab Allatio, ſed de illis velut necdum ſibi viſis loquitur, licet Allatius in Epiſtola ad Nihuſium quæ ſymmictis p. 446. inſerta eſt, haud obſcure plagium ipſi eo nomine objicit. Idem Labbeus T. I. libri de ſcriptoribus Eccleſiaſticis A. 1660. editi pag. 556. conſpectum ſuum novæ editionis Damaſceni memorans, *quam tum demum*, inquit, *aggrediar, tum ex aliis occupationibus liber emerſero, & eruditos viros, quorum operam auxiliumve etiamnum imploro, in ſubminiſtrandis ad eam perficiendam ſubſidiis paratiores fuero expertus.*

de c) atque egregie obivit, publicatis Græce & Latine Jo. Damasceni Operibus sic, ut non modo plura inedita ex MSS. in lucem protulerit primus, aut Latine tantum vulgatis Græca addiderit, sed etiam quæ utraque jam lingua exstabant castigaverit reddideritque nova vel castigata versione illustriora, & doctis notis, præmissisque præter priorum præfationes editionum luculentis prolegomenis atque de doctrina Damasceni dissertationibus d) explicuerit. Paris. 1712. fol. 2. Volum. Non me fugit, hoc opus certatim laudatum esse & laudatum esse ex merito a Diariorum eruditorum scriptoribus in Ephemeridibus Paris. A. 1712. mense Januar. in Actis Erudit. quæ Latine eduntur A. 1713. p. 1. & quæ Germanice, T. I. p. 311. 365. in Diario quod sub novi Musei titulo, itidem vernacula lingua Lipsiæ menstruis intervallis prodit (neue Bücher-Saal) parte XXXIII. p. 600. &c. Sed puto tamen ab illis mihi relictum esse locum obsequendi instituto meo quod in aliis scriptoribus Græcis hactenus observavi, ut Damasceni Scripta secundum ordinem editionis hujus optimæ Lectori annumerare, mihi liceat.

To-

c) Conspectum operum Damasceni à Lequinio A. 1700. Parisiis separatim editus est, atque extat præterea in Diario eruditorum Hanoverano Cl. V. Jo. Georgii Eccarti (Monathlichen Auszug) A. 1700. mense Augusto p. 526. seq. Vide & Memorias litterarias Trevoltinas A. 1707. mense Augusto, pag. 2440. seq. Scripta quæ in duobus tomis Lequinii non exstant, & in conspectu vel Lequiniano vel Labbeano aut Allatii Catalogo, commemorantur, referam infra post notitiam editionis Lequinianæ.

d) Dissertationes Damascenicæ ab editore operi præmissæ sunt septem I. de processione Spiritus S. II. de auctoritatibus quibus Eutychiani hæresin suam tuebantur III. de Epistola Chrysostomo tributa ad Cæsarium Monachum & aliis quibusdam à Damasceno primum laudatis scriptis. IV. de Epistolis ad Petrum Fullonem de Trisagii additione, & de expositione fidei inter Justini Martyris Opera. V. de Oratione Damasceni de iis qui in fide obdormierunt & de purgatorio secundum Orientalis Ecclesiæ sensum. VI. de azymis & postremo CHRISTI Paschate. & VII. de Christianis Nazarenis & eorum fide, nec non de Ebionitis.

Tomo I.

In hoc familiam ducit ΠΗΓΗ ΓΝΩΣΕΩΣ * ſive opus tripartitum, quod titulo *Fontis ſcientiæ* auctor ipſe commendavit, hoc eſt *Dialectica*, *liber de hæreſibus*, & liber *de Orthodoxa Fide*.

1. Κεφάλαια φιλοσοφικὰ *Capita Philoſophica*, ſive *Dialectica*, cum præfixa Epiſtola ad *Coſmam* Majumæ jam Epiſcopum, adeoque ſcripta poſt A. C. 743. p. 1--74. Hujus Dialecticæ, in qua Porphyrium de quinque vocibus & Ariſtotelis Logica ſcripta ſecutus Damaſcenus eſt, compendium Latine prodierat in antiquis editionibus, ex verſione fortaſſis *Burgundionis* Piſani. Ac in editione Baſil. 1575. Græcis fuſioribus epitome Latina male accommodatur. Eandem epitomen interpretatio Arabica repræſentat teſte Lequinio, quæ non eſt edita. Idem Græca integra ex pluribus codicibus Regiis MSS. & editione Baſil. recenſuit, novaque verſione donavit.

2. Περὶ αἱρέσεων ἐν συντομίᾳ, πόθεν ἤρξαντο καὶ πόθεν γεγόνασιν. *De hæreſibus* compendium unde ortæ ſint & quomodo prodierint p. 76--118. Ex S. *Epiphanii* Anacephalæoſi ad verbum fere repetitum cui ex Theodorito, Timotheo & Sophronio paullo plusquam viginti ſectarum enarrationem & de Mohammedanis nonnulla Damaſcenus ſubjecit. In prioribus editionibus occurrit Latine tantum, ex verſione *Joachimi Perionii*. In Colonienſi, alia legitur interpretatio incerti auctoris quem Lequinius putat *Burgundionem* Piſanum. Partem poſtremam de Mohamedanis Græce e Godice Auguſtano ſuppleverat latinamque verſionem addiderat *Fronto Ducæus* in editione Damaſceni Latina Pariſ. 1619. in fol. Græce librum integrum primus ex Codice Regio Pariſ. 2336. vulgavit *Io. Baptiſta Cotelerius* cum verſione ſua & notis, in tomo primo monimentor. Eccleſiæ Græcæ Pariſ. 1677. in 4. Lequinius præterea contulit cum Codicibus Regiis 3244. & 2930. atque Auguſtano, nec non illo quo Perionius ad verſionem ſuam concinnandam eſt uſus, & cum Epiphanio cæterisque hæreſiologis, & uberiores notas adjunxit. Profeſſio

* Vide notas ad vitam Damaſceni ſcriptam à Jo. Hieroſol. p. XIX. & Allatium de Damaſceno §. 20.

fidei qua librum de hæresibus obsignavit Damascenus, Græce vulgata est a Lambecio VIII. p. 426.

3. Ἔκδοσις ἀκριβὴς τῆς ὀρθοδόξου πίστεως. *Orthodoxæ Fidei accurata expositio*, p. 123---304. Capitibus centum, non quatuor libris hoc opus a Damasceno distributum est, ut ex Græcorum Codicum MSS. inspectione Lambecius & Lequinius testantur. Addit hic vir doctissimus nec in editione Græca Veronensi 1531. in 4. partitionem in libros quatuor exhiberi, quod de contextu ipso verum est, sed in summis paginis per totum opus, quatuor librorum numeri notati comperiuntur. Nec illa divisio in vetustis priscæ versionis Latinæ MStis occurrit, nisi forte secunda recentiorique manu & atramento in marginalibus quorundam oris annotata. (In Bibl. Tarvisiana *rubricæ libri Io. Damasceni presbyteri, in quo est traditio certa Orthodoxæ fidei, traducta de Græco in Latinum a Burgundione Iudice cive Pisano sub Eugenio III. Pont. Max.* apud Clariss. Montfauconum p. 75. Diarii Italici.) Vestigia distinctionis in quatuor libros jam deprehenduntur apud S. Thomam Aquinatem, qui versione Latina usus est. *Quamobrem, existimo*, inquit Lequinius, *ejusmodi partitionem a Latinis excogitatam introductamque fuisse ad instar quatuor librorum Petri Lombardi.* Nam ut inter Latinos *Scholasticos* Petrus hic, Magister sententiarum, tot aliis præivit, * ita primus fuisse Damascenus inter Græcos Ecclesiæ Doctores cognoscitur, qui plenius & σωματικώτερον subtiliusque universum Theologiæ systema ordine fuit complexus, ipsis plerumque verbis, quibus divina mysteria edisserit, usus præclarorum Patrum (Basilii M. Gregorii Nysseni, Nemesii, Athanasii, Epiphanii, Chrysostomi, Cyrilli Alex. personati Dionysii Areopag. Leonis M. Leontii Byz. Maximi confessoris, præcipue vero Gregorii Naz.) Annotationes *Roberti Grosshead* sive *Capitonis* Lincolniensis Episcopi, qui sæculo XIII. in Anglia claruit, in librum Damasceni de Orthodoxa fide, male e Græco interpretatum, memorat Jo. Lelandus pag. 285. de scriptoribus Britannicis. Sed nec Burgundionis interpretatio, nec Roberti annotationes hactenus editæ sunt. Idem Robertus in libro de cessatione legalium p. 92. & 167. citat *Iohannem Damasce-*

* Jac. Thomasius diss. de Doctoribus Scholasticis Latinis, Lipsi. 1676.

mascenum in lib. sententiarum, opus hoc innuens. *Iac. Fabri* Stapulensis versio cum *Iodoci Clichtovei* commentariis prodiit Paris. 1507. in 4. ac deinde sæpius tum Græcis addita, tum sine illis, ut supra in editionibus operum Damasceni retuli. Post Fabrum vertit *Iac. Billius*, cujus interpretatio in editionibus Latinis Paris. A. 1577. 1603. & 1659. fol. occurrit, & subinde indiget castigatione, ut Rich. Simoni etiam notatum T. II. Bibl. selectæ p. 35. *Sedebat animo*, inquit Combefisius, *Clichtovei, hominis nihil Græci, commentariis remotis, quibus onerati potius libri ac fide quam serio illustrati, puriorem textum multiplicum Codicum collatione, nova etiam seu interpolata* (Billii) *versione auctum edere, atque ad fontes, Patres scilicet antiquiores, quos totos Damascenus loquitur, a se nihil scribere professus ipse, reducere.* Quod Combefisius aliis occupatus implere supersedit, magno studio Lequinius executus est, qui hoc Damasceni opus servata utraque & capitum & librorum distinctione, ad Græcos Codices MSS. accurate recensitum cum nova versione sua & notis exhibet. Non omittendum quod Epitomen universæ Theologiæ ex hoc Damasceni opere contextam vulgavit *Christophorus Pelargus* Francof. ad Viadrum 1605. in 4. qui cum in Reformatorum partes trahendum illum scriptorem duxerit, ex nostratibus B. D. *Balthasar Mentzerus* avus Giessæ A. 1614. edidit & Respondente Jo. Sauberto Altdorfino publice defensitavit *delineationem brevissimam libri III. Damasceni de Orthodoxa fide, in qua quæ Auctoris hujus de CHristo Θεανθρώπῳ sententia fuerit & confessio contra infelices nonnullos rerum Theologicarum Criticos ad oculum ostenditur.* Constat etiam B. D. *Eliam Veieltum*, Ecclesiæ Ulmensis Antistitem meritissimum, a longo tempore id agitasse consilii, ut Damasceni hoc opus ad MStos Codices Augustanæ † & Cæsareæ Bibl. recensitum Græce & Latine cum commentariis ederet, sed præclaro proposito fatum Viri præstantissimi intercessit. Duas interpolationes lib. 3. c. 3. & 7. in Codicibus aliquot MSS. repertas & Damasceno ab aliena manu insertas Græce & Latine dedit Lequinius pag. 659-661. Quæ porro sub Cyrilli Alex. nomine Io. Wegelinus edidit de SS. Trinitate & Aubertus tomo ultimo operum Cyrilli

† De Augustanis Codd. vide B. Antonii Reiseri Catalogum MSS. Bibl. Augustanæ p. 29. De Cæsareis Lambecium lib. V. p. 1. &c.

rilli exhibet, jam supra p. 571. notare me memini esse Damasceni, licet è Cyrilli scriptis magnam partem repetita.

4. πρὸς τὰς διαβάλλοντας τὰς ἁγίας εἰκόνας *adversus eos qui sacras imagines calumniantur.* Λόγοι ἀπολογητικοὶ tres p. 307 -- 390. ἀπιστολιμαίους λόγους vocat Jo. Hierosolymitanus in Damasceni vita cap. 14. meminitque eorum iterum cap. 33. *Primus* scriptus est post A. C. 727. Leonis Isauri decimum, quo ille edictum adversus imagines promulgavit, sed ante quam καλὸς ille ποιμὴν τῆς λογικῆς χριστοῦ ποίμνης, quibus verbis Germanum Patriarcham Constantinopol. Damascenus p. 308. intelligit, a Leone depositus esset, quod accidit sub extremum Anni 729. *Secundus* post Germanum in exilium pulsum cujus meminit p. 336. καὶ νῦν ὁ μακάριος Γερμανὸς, ὁ βίῳ καὶ λόγῳ ἐξαστράπτων, ἐρραπίσθη, καὶ ἐξόριστος γέγονε, καὶ ἕτεροι πλεῖστοι ἀπίστοποι καὶ πατέρες ὧν οὐκ οἶδα μὴ τὰ ὀνόματα. *Tertium* quem Joanni Damasceno sine magna causa abjudicat vir egregius Humfredus Hody prolegom. ad Chronicon Johannis Malalæ cap. 32. secundo est simillimus, & scriptus uterque adhuc ante anathema adversus Leonem pronunciatum publice, hoc est ante annum ejus tertium decimum, CHristi 730. Prodierunt primum cum vita a Joanne Hierosol. scripta Græce edente *Nicolao Majorano* qui eos Cardinali Joanni Petro Caraffæ dedicavit, Rom. 1553. in 8. Latine vertit *Godefridus Tilmannus* Carthusiæ Parisiensis Monachus, Paris. 1555. in 4. Antwerp. 1556. in 12. Ante eum *Petrus Franciscus Zinus* Venet. 1554. in 8. cujus versionem additis Græcis recusam in Basileensi edit. 1575. etiam Jac. Billius in Latina sua editione servavit additis paucis castigationibus, Paris. 1577. 1603. 1619. Denique (ne de Gallica versione dicam vulgata Verduni 1573.) Lequinius ex utraque interpretatione Latina nova tertiam concinnare operæ pretium duxit, adhibitis etiam emendationibus Billii. Singulis hisce libris a Damasceno subjuncta sunt loca varia Patrum pro imaginibus, quorum indicem hoc loco subjiciam.

IN-

INDEX SCRIPTORUM

quos in libris de imaginibus laudat JO. DAMASCENUS.

Ambrosius Episc. Mediolanensis ἐκ τῆς πρὸς πᾶσαν Ἰταλίαν ἐπιστολῆς 344. ad Gratianum Imp. περὶ τῆς ἐνσάρκου οἰκονομίας καὶ θεοῦ λόγου 383.

Anastasius Sinaita, ἐξ ἁγίας ὄρους Σινᾶ. 378. in novam Dominicam & Apostolum Thomam 388.

Anastasius Archi-Episc. Theopolis (Antiochiæ) & Patriarcha περὶ σαββάτου καὶ πρὸς Συμεὼν ἐπίσκοπον Βόστρης 344. 386.

Anastasius Imp. 377.

Arcadius Archi-Ep. Cypri in vita Symeonis Thaumaturgi, miraculo CXXXII. 378.

Athanasius 319.

Alexandrinus lib. III. κατ' Ἀρειανῶν 383. ἐκ τ῀ γραφέντων ἐκατὸν κεφαλαίων πρὸς Ἀντίοχον τὸν ἄρχοντα κατ' αἴρεσιν καὶ ἀπόκρισιν, κεφάλαιον λή 366. 383. Hæ quæstiones junioris Athanasii sunt, quem post A. C. 700. vixisse Lequinius non diffitetur.

Basilius 317. 362. ἐκ τῆς εἰς τὸν Ἡσαΐαν ἑρμηνείας 366. in Barlaamum Martyrem 320. 342. 363. in Gordium Martyrem 322. 342. ad S. Flavianum de Samaritana muliere 384.

ἐν εἴκοσῳ ἑβδόμῳ τῶν πρὸς Ἀμφιλόχιον περὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος τριάκοντα κεφαλαίων 318. 321. 342. 364.

in XL. Martyres 322. 323. 342. 364. 381.

Chalcedonense Concilium 380.

Clemens Alexandrinus τοῦ ἀρχαιοτάτου κλήματος πρὸς Ἀλέξανδρον, ἐκ τοῦ ἑβδόμου βιβλίου τῶν στρωματέων 382.

Constantinus Imp. 370.

Cyrillus Alex. ἐκ τοῦ συμφωνητικοῦ πρὸς τὸν βασιλέα Θεοδόσιον 367. ἐκ τῶν Θησαυρῶν 367. ἐκ τοῦ πονήματος, ὅτι Διὰ πάσης τῆς Μωϋσέως γραφῆς τὸ τοῦ χριστοῦ μυστήριον σημαίνεται 367.

Cyrillus Hierosol. ἐκ τῆς δωδεκάτης κατηχήσεως 383.

Dionysius 354. Areopagita ὁ πολὺς τὸ θεῖα 355. καὶ κατ' αὐτὸν περὶ θείων διασκέψεως 311.

περὶ θείων ὀνομάτων 320. 742.

Dio-

Dionysius περὶ ἐκκλησιαστικῆς ἱεραρχίας 320. 342. 363.
Epist. ad Titum 319. 342. ad Joannem Theologum 363.
Dioscorus 380.
Ephesina synodus λῃστρική 329.
Epiphanii liber e quo contra imagines producitur testimonium, τυχὸν παρεγγεγραμμένῳ καὶ ἀπίστως 319. γνῶθι ὡς ἀποστάσιος ὁ λόγος 339. ubi conferendæ notæ. Leontius Cyprius commodus verborum Epiphanii interpres 326. Epiphanii Ecclesia in Cypro, imaginibus exornata 339.
Eusebius Pamphili lib. V. τῶν ἐν εὐαγγελίοις ἀποδείξεων 367. lib. VII. Ecclesiasticæ Historiæ 369. lib. IX. 370. Vita Constantini 371. 372. 380.
Euthymius Exarchus Arianus 376.
Eutychianus 377.
Flavianus Martyr in synodo Ephesina λῃστρικῇ *interfectus* 329. *alius Antiochenus* 381.
Gennadius Archi-Ep. Constantinopol. 386.
Germanus Patriarcha Constantinopol. 308. *missus in exilium* 336.
Gregorius ὁ θεολόγος (Nazianzenus) 312. 355. ὁ θεῖος 316. 346. ὁ θεόλογος 319. ἐκ τῶν περὶ υἱοῦ, λόγος β' 367. ἐκ τοῦ λόγου τοῦ εἰς Ἰουλιανὸν τὸν ἀσεβάτου 371. ἐκ τῶν ἐπῶν 381. 382. εἰς τὸ βάπτισμα 384.
Gregorius Nyssenus Basilii frater 323.
ἀναπληρωματικὸν (supplementum Hexaëmeri Basiliani) περὶ κατασκευῆς ἀνθρώπου 324. 342.
Oratio de divinitate Filii & Spiritus S. & de Abrahamo 324. 342. 364.
Helladius in vita S. Basilii 327. 365.
Hieronymus presbyter Hierosol. 385. locus qui affertur est Hieronymi Græci scriptoris de quo supra.
Ἰωάννου Ἀντιοχείας τοῦ καὶ Μαλάλα χρονογραφία 368.
Joannes Chrysost. de uno legislatore 343.
ἐκ τῆς ἑρμηνείας τοῦ δικαίου Ἰώβ 371. ἐκ τοῦ λόγου, τοῦ, ὑπίγνωσαι ὅτι ἐν μέσῳ παγίδων διαβαίνεις (XV. de statuis) 379. in Maccabæos 384. κατὰ Ἰουλιανοῦ τοῦ ἀθέου ἐκ τοῦ πρώτου λόγου 384. εἰς τὸν νικήραν. 384.

Joan-

Joannes Chryſoſt. in Meletium Antioch. incipit: παντα χῦ τῆς ἱερᾶς ταύτης 343. in S. Flavianum Antioch. 381. in Coloſſenſes ἐκ τῦ τρίτυ λόγυ 367. in Epiſt. ad Timoth. κεφάλ. ή. 382.
ἑρμηνεία in Epiſt. ad Hebræos 324. 342. 364. 367. in parabolam ſeminis 343. de proditione Iudæ & in Paſcha 343. in Pſal. III. de Davide & Abſolone 367.
apud Eudoxiam delatus ac ſi Origenis hæreſin ſequeretur 385.
Ioannes Diaconus 377.
Iſidorus Diaconus. Ejus χρονογραφία 385.
Iulianus ἀθεώτατ@ καὶ ἀποστάτης 327. 365. alius 380.
Τὸ χῆ Λέοντα εὐαγγέλιον, ab Iconomachis Evangelium Leonis Iſauri ſcribi jubet per ſarcasmum 338.
Leontii Neapolis in Cypro Epiſcopi ἐκ τῦ χῦ ἰουδαίων λόγυ 325. 326. 342. ἐκ τῦ ε λόγυ 373. 374. 375. 376.
Macedonius 380.
Magnus presbyter 376.
Manichæi 314. 336. αἱρετικὰ καὶ μυσαρὰ καὶ ἀκάθαρτ@ γραφὴ μανιχαίων τε καὶ ἑλλήνων καὶ τ̃ λοιπῶν αἱρέσεων 334. 350. Μανιχαῖοι συνέγραψαν τὸ χῆ Θωμᾶν εὐαγγέλιον 338.
Maximi Philoſophi & Confeſſoris ἐκ τ̃ περὶ αὐτῦ πεπραγμένων μεταξὺ αὐτῦ τε καὶ Θεοδοσίυ ἐπισκόπυ 344. 387.
Mercurius Martyr 365.
Methodii Patarenſis Epiſcopi περὶ ἀναστάσεως 389.
Olympius 376.
Pantaleonis & Marini Martyrum reliquiæ 377.
Polychronii ἑρμηνεία in Ezechielem 372.
Proclus (Conſtantinopol.) 328.
Severiani Gabalorum Epiſc. εἰς τὰ ἐγκαίνια τ̃ ſταυρῦ 327. 343. 365. ἐκ τ̃ λόγυ τεσσαρτυ εἰς τὸν ſταυρόν 385.
Magni Simeonis τῦ θαυμαστῦ ὄρυς, περὶ εἰκόνων 386.
Socratis Hiſtoriæ Eccleſ. liber I. 370.
Sophronii Hieroſol. Archi-Epiſc. λειμωνάριον 328. 344. 352. de Martyribus Cyro & Johanne & Theodoro hypodiacono, podagra laborante 387.
Stephani Boſtreni contra Judæos, κεφάλαιον δ 370.
Symbolum 309. 345.
Synodus quinta 386. quiniſexta 389.

Theodoritus Episcopus Cyri, ἐκ τῆς φιλοθέου ἱστορίας, εἰς τὸν βίον τοῦ ἁγίου Συμεῶνος κιονίτου 366. περὶ Μακεδονίου Ἀσιανίτου 380. ἑρμηνείαν in Ezechielem 372.

Theodorus Æliotes Abbas 328. 344. 352.

Theodorus Mopsuestenus 386.

Theodori Lectoris Constantinopol. Historia Ecclesiastica 380. 386. ἐκ τοῦ δ' τόμου 376.

S. Theodorus Episcopus Pentapolis. Ejus narratio parum credibilis de Dione servum fugitivum Martyris imagine efficta ad reditum cogente 382. seq.

Θεολογικῶς εἰπεῖν *ut cum Theologo loquar* 310. 349. respiciuntur Nazianzeni loca.

Thomæ Evangelium a Manichæis suppositum 338.

Timotheus Constantinopol. 380.

Vita S. Basilii ab Helladio scripta 327. Chrysostomi 328. 343. 365. Abbatis Danielis 388. Eupraxiæ 328. 343. 389. Eustathii τοῦ καὶ πλακίδα martyrium 372. Mariæ Ægyptiæ 328. 343. 388.

Simeonis Thaumaturgi, scripta ab Arcadio 378.

Multa loca eadem veterum Patrum de imaginibus citantur in Actis *Synodi septimæ* sive *Nicænæ II.* A. 787. celebratæ: cum itaque inter legendum illa acta indicem scriptorum in iisdem memoratum composuerum, lubet antequam Damasceni scripta enumerare pergam, & illum hoc loco cum Lectore communicare. Actio I. incipit pag. 462. II. pag. 498. III. pag. 523. V. pag. 600. VI. pag. 618. VII. pag. 681. & VIII. pag. 699.

INDEX SCRIPTORUM IN ACTIS SYNODI II. NICÆNÆ LAUDATORUM.

ad paginas edit. Binianæ A. 1618. tom. III.

Adriani Papæ Epistola ad Constantinum & Irenem August. 449. ad Tarasium Patriarcham 509. ad Simeonem Bostrensem Episcopum λόγος περὶ σαββάτου 561. Incipit: εἰ πατέρας δεῖ καὶ τὸν λόγον.

Adriani

Adriani ejus dictum: ὅπου ὁ χριστὸς θεμέλιός ἐστι, τ ἀγαθῶν ἔργων ἐξακολουθεῖ ἡ οἰκοδομή 510.
Ambrosius 654. ad Gratianum Imp. lib. III. c. 9. p. 505.
Amphilochius 654. 657. Iconii Episc. περὶ τ ψευδεπιγράφων τ θεσπεσίων αἱρετικῶν 607.
Anastasii Episc. Theopol. 644. sive Antiocheni Epistola ad quendam Scholasticum, quæ incipit: εἰ τῷ μόνον ἐπερωτήσαντι 560.
Martyrium Anastasii Persæ Martyris, quod incipit: ὁ μονογενὴς υἱὸς καὶ λόγος τ θεοῦ δι' ὃν τὰ πάντα ἐγένετο 547. Miracula, quorum initium: Θαυμάτων διήγησιν προβαλέσθαι βέλομαι 547. mentio Anastasii iterum 584.
Anastasii, Bibliothecarii præfatio ad Joannem VIII. p. 471. vide & Græcam editoris notam p. 506.
Antiochensium Cler. & Monach. δέησις in synodo Constantinopol. sub Menna data contra Severum Acephalum 610. incipit: Νῦν ὑπὲρ καιρὸς ὦ μακαριώτατοι.
Antipatri Bostrensis ἀντίῤῥησις contra Eusebium pro Origene liber 1. incipit: ἐγὼ μὲν ἀρκύντως ἐνόμιζον γεγραφηκέναι 609. εἰς τὴν αἱμορῥοῦν, ἣν ἡ ἐκκλησία, ὅτι μὲν πρώτη ἡ Ἰουδαίων κλῆσις 544.
Apostolorum Periodi ψευδεπίγραφοι 605. incip. ποτὲ βουλόμενον τὸν Ἰησοῦν κρατῆσαι. ab Amphilochio rejectæ 607.
Asterii Amasseni ἔκφρασις in Euphemiam Martyrem 544. 657. 700. in Lazarum & divitem 658.
Athanasius 656. 666. Epist. ad Eupsychium presbyterum Cæsareensem 663. ad Marcellinum, commentariis in Psal. præmiss. 680. Epist. ad Rufinian. 487. 489. 524. de incarnatione 505. de imagine Berytensi 548. ὁ κατ' εἰδώλων λόγος 583. ex λόγῳ δ' contra Arianos qui incipit: οἱ Ἀρειομανῖται ὡς ἔοικε 566. in Psalmi illud: qui sedes super Cherubim 586.
Augustinus ὁ μέγας διδάσκαλος ἐν ταῖς ὑποθέσεσιν in admonitionum sermonibus 504.
Basilii Ancyrani confessio Synodo II. Nicænæ oblata p. 481. seq.
Basilius magnus citatur 706. 679. 666. 665. 483. 535. 575. 587. 583. 637. 644. 654. 658. Eustathium Sebast. recepit 487. sq. 525. Φωστὴρ καὶ διδάσκαλος τῆς ἐκκλησίας θεὸς καὶ πνεύματι ἁγίῳ μεμυημένος τὰ θεῖα 567.
ἐν εὐχῇ τῆς θείας ἀναφορᾶς 643.

Basilii XXX. κεφάλαια ad Amphiloch. de Spiritu S. 566. in Esaiam 715.
Canones 486. 707.
Epistolæ 487.
πρὸς δυτικὰς 487.
πρὸς Εὐαγσηνὰς 487.
ad Episcopos qui sub ipso 715.
ad Julianum ἀποστάτην 504. 567.
ad Terentium Comitem 488.
ad Nicopolitas 497.
Epist. Canonica ad Amphiloch. 487.
in XL. martyres 656. 504. 647. in Barlaamum Martyrem 570.
λόγος contra Sabellianos Arium & Anomœos, cujus initium: Μάχεται Ἰουδαϊσμὸς ἑλληνισμῷ 566. 646.
Canones Apostolorum 486. 524. 701. 702. 704. 714. 718. Synodorum, Basilii & aliorum Patrum in Bibliotheca Patriarchæ Constantinopol. p. 486.
Carolus Rex Francor. & Longobardor. ac Patricius Romanorum 507.
Chrysostomus. 483. 485. 575. 666. 655. 654. ejus vita 715.
Chrysostomus εἰς τὴν ἁγίαν πέμπτην τῆς πασχαλίας 504. Encomium Meletii 644. 700. 541. de uno legislatore 656. 542. 644. in II. ad Corinth. 651. 652. in parabolum de semente 504.
in lavationem quintæ feriæ εἰς τὸν νιπτῆρα 565.
Constantini diaconi magnæ Ecclesiæ Constantinopol. in omnes Martyres 611. incipit: αἱ μὲν χεῖσθε πανηγύρεις.
Cosmas notarius & cubuclesius διάκονος καβικλείων Patriarchii 612. 493. 494. 568.
SS. Cosmæ & Damiani miracula 563. 564. 565.
Cyrilli Alex. ὑπομνηστικὸν ad Maximum diaconum Antioch. 488.
ad Acacium Scythopol. de hirco emissario 543. 644.
ad Gennadium presb. & Archimandritam 488. seq.
in Matthæum p. 504. *in 2. Cor. V.* 16. p. 652.
Epistola 1. ad Succensum Diocæsareæ 663.
Cyrillus Episcopus Γοτθίας 515.
Cyrillus Hierosol. 654. Catecheses II. cujus initium: δεινὸν ἡ ἁμαρτία 601.
Dionysius 701. περὶ ἱεραρχίας 638. Epi-

Epiphanius Constantiæ Cypri citatur 505.
mini lib. II. cap. XI. Illisque addi velim duas hasce a me ibi prætermissas, unam *Arsenii* Monembasiæ Archi-Episcopi, qui Græce sine temporis & loci nota edidit (Florentiæ ni fallor) in 8. & Leoni X. dicavit * Ἀποφθέγματα φιλοσόφων καὶ στρατηγῶν, ῥητόρωντε καὶ ποιητῶν. His ordine literarum, quibus nomina auctorum incipiunt, dispositis, præter locum Clementis Alex. ex libro VI. Stomatum de plagiis Poetarum, sententiasque varias, subjiciuntur Sotadis ὅτι ὁ βίος πολλῶν φροντίδων ἀνάμεστος, Teletis in vitam humanam, Mich. Pselli jambi εἰς ἀρετὰς καὶ κακίας καὶ ἀπιστήμας. Ejusdem ἀναγωγαὶ εἰς Τάλαντον καὶ Κίρκην βελομένην τὸν ὀδυσσέα μεταμορφῶν. Ænigma Sphingis, Joannis Tzetzæ & Ptochodromi καρκίνοι sive versus retrogradi, & septem Hexametri quibus in singulis omnes litteræ Alphabeti continentur, cujus generis exstant etiam apud Porphyrium MS. ad Dionysium Thracem & apud Clementem Alex. V. Strom. p. 570. ad cujus locum illustrandum conferendus Salmasius ad Solin. p. 896. Thomæ Galei diss. ad Apollodorum p. 16. seq. & Rich. Bentleii Epist. ad Millium, Malalæ subjecta p. 48.

Altera collectio sententiarum Græca prosaria exstat in volumine ** cui titulus: scriptores aliquot Gnomici, Basil. apud Jo. Frobenium A. 1521. 4. pag. 144--182. ἀνδρῶν ἀπιστήμων γνῶμαι, ordine auctorum Alphabetico qui sunt: Αἰσχίνης, Αἰσχύλος, Αἴσωπος, Ἀλέξανδρος, Ἄμασις, Ἄμφις, Ἀναξαγόρας, Ἀνάχαρσις, Ἀναξιμένης, Ἀνταγόρας, Ἀντίγονος, Ἀντιδένης, Ἀντιφάνης, Ἀπελλῆς, Ἀπολλώνιος, Ἀρίσαρχος, Ἀριστείδης, Ἀρίστιππος, Ἀριστοτέλης, Ἀριστώνυμος, Ἀρκεσίλαος, Βαβύλας, Βαρνάβας, Βασίλειος, Βενέδικτος, Βεσελεήλ, † Βίας, Βλάσιος, Γαΐος, Γελάσιος, Γενναδίος, Γερβάσιος,

* Post Arsenium longe diligentius, e Græcis maxime scriptoribus Plutarcho, Laërtio aliisque, sed & ex Latinis quoque Apophthegmata collegit & Latine edidit *Erasmus* VI. libris primum A. 1531. 4. Basil. apud Froben. deinde libris VIII. Nonnulla in illo opere T IV. operum Erasmi recuso castigarunt Paulus Leopardus, Petrus Nannius & Franciscus Robertellus. Ex invidia porro in Erasmum factum est, quod *Paulo Manutii* prodieruut nomine (Erasmi expuncto) Venet. 1590. Colon. 1666. 12. Multo ampliorem vero & sub titulis dispositam Apophthegmatum collectionem congessit *Conradus Lycosthenes*. Vide theatrum Vitæ humanæ Theodori Zwingeri & Laur. Beyerlingii.

** Dixi de illo Volumine, lib. II. c. 9. §. 8.

† Besaleelis hoc p. 156. dictum refertur: διαφέρει τὸ νηπίῳ, καθ' ἡλικίας ἀδὲν ὁ ἐν ταῖς φρεσὶ νηπιάζων.

βάσιος, Γερμανὸς, Γεράντιος, Γρηγόριος, Δημάδης, Δημήτριος ὁ Φαληρεὺς, Δημόκριτος, Δημοσθένης, Δημώναξ, Διαγόρας, Δίδυμος, Διογένης, Διονύσιος ὁ πρεσβύτερος, Δίων, Ἐμπεδοκλῆς, Ἐπίκτητος, Εὐκλείδης, Εὔκριτος, Εὔπολις, Εὐριπίδης, Εὐσέβιος, Θαλῆς, Θεανὼ, Θεμιστοκλῆς, Θεόκριτος, Θεόπεμπος, Θεοφύλακτος, Θεόφραστος, Θουκυδίδης, Ἰσοκράτης, Ἰωάννης ὁ Κλίμαξ, Λύκων, Μενέδημος, Σολομῶν, Χρυσόστομος.

Variæ Locorum Communium collectiones ineditæ.

Anonymi Ἀποφθέγματα καὶ γνῶμαι Διαφόρων φιλοσόφων κατὰ στοιχεῖον MS. in Bibl. Cæsarea Lambec. III. p. 200.

Michaelis Apostolii Ἰωνιά. vide quæ notavi lib. IV. cap. 9. §. 9.

Georgidii Monachi Γεωργιδίου Μοναχοῦ γνωμῶν ἐκλογὴ συλλεγεῖσα ἐκ τῆς θείας γραφῆς καὶ ἁγίων πατέρων καὶ τῶν ἔξω διδασκαλιῶν. Memorat Allatius de Georgiis p. 427. qui testatur in alio Codice inscribi: γνῶμαι συλλεγεῖσαι ὑπὸ Ἰωάννου μοναζοντος τοῦ καὶ Γεωργίδη, κατὰ στοιχεῖον.

Joannis Monachi Damasceno antiquioris Parallela in Codice Seguieriano & in non paucis diversa ab illis quæ sub Damasceni nomine Lequinius edidit. Vide Clariss. Montfauconi Bibliothecam Coislinianam pag. 390. qui etiam de variis aliis Collectaneorum voluminibus MStis in illa Bibliotheca videndus, *Anonymis* quidem pag. 188. 192. 412. 413. sq. tum de collectaneis Moralibus *Antiochi*, p. 190. seq. & *Niconis* p. 197. seq.

Orionis Thebani συναγωγὴ γνωμῶν ἦγεν ἀνθολόγιον πρὸς Εὐδοκίαν τὴν γυναῖκα Βασιλέως Θεοδοσίου τοῦ μικροῦ, βιβλίοις γ', Suidæ memoratur, & nescio an integra usquam adhuc exstat, licet fragmenta quædam illius servata esse videntur in Codice Cæsareo de quo Lambecius V. p. 279. seq.

CA-

CAPUT XXXI.

CHORICII Sophistæ Orationes duæ,

Una in funere PROCOPII Gazæi Sophistæ, altera in SOMMIUM Ducem, nunc primum editæ e Codice Holsteniano.

PROCOPIUS e Gazâ Phœniciæ, scriptor Christianus, a Procopio Cæsareensi (de quo alibi * dixi) diversus, licet iisdem Justiniani clarus temporibus, prænomine JOANNES appellabatur, siquidem is est de quo hoc Scholion ad Joannis Gazæi Grammatici ἔκφρασιν τῦ κοσμικῦ πίνακος e MS. Palatino legitur apud Holstenium ad Stephanum Byz. in Γάζα. ἡ πόλις αὕτη φιλόμουσος ἦν καὶ πρὸ τῦ τὰς λόγους εἰς ἄκρον ἐσχολακυῖα. Ἐλλόγιμος τύτης τῆς πόλεως Ἰωάννης Προκόπιος· Τιμόθεος ὁ γράψας περὶ ζώων Ἰνδικῶν, καὶ οἱ τῦ Ἀνακρεοντικῶν ποιηταὶ Δάφνος. Illum Procopium Magistrum suum, functum fato, laudavit pro funere discipulus CHORICIUS, cujus Orationem memoravit jam pridem Photius Codice CLX. γέγονε Χορικίῳ καὶ ἡ διδασκάλῳ τελευτὴ ἐπιτάφιος ὑπόθεσις. Ex illa profert nonnihil Allatius ad Georgium Acropolitam pag. 269. & ad Epistolas Socraticorum p. 138. Ante Allatium Casaubonus p. 89. ad Polybium. Atque edere integram voluit idem Allatius libro συμμίκτων septimo. Holstenius quoque, qui ex Vaticano Codice exscripsit, editurum se pollicitus est in Vita Porphyrii Philosophi. Eandem descriptam e Codice Holsteniano pridem miseram ad desideratissimum amicum nostrum D. GODFRIDUM OLEARIUM, qui illam Procopii in libros sacros Commentariis præmitterere destinabat. Sed quoniam acerbo Viri eruditissimi obitu etiam præclari illius operis spes intercepta, vel saltim in longius dilata tempus est, rogavi præstantissimum Virum JOANNEM CHRISTIANUM WOLFIUM, Reverendi ac sæpius laudati mihi celeberrimique JO. CHRISTOPHORI WOLFII, Pastoris ad S. Catharinæ dignissimi Fratrem, ut Orationem illam Latine verteret, quod etiam promte ac feliciter est executus. Ei alteram ejusdem Choricii Orationem subjunxi in Sommium

* in Volumine VI. Bibliothecæ hujus p. 248. seq. Vide etiam, si lubet, quæ ibi dixi de Procopio Gazæo p. 258. seq.

mium Ducem cum versione, quam itidem suadente me composuit Nobilissimus Vir GUILELMUS de HERTOGE, Hamburgensis, cum in Gymnasio nostro Græcis litteris haud ignaviter daret operam. Comperi porro in Regis Christianissimi Codice MS. 2662. pag. 100. de Choricio Sophista quædam legi paullo aliter ac in Photii Bibl. cap. 160. Deinde sequi orationes illius quatuor, 1) in Σέμμον στρατηλάτην, 2) ἐπιτάφιον ἐπὶ Μαρίᾳ μητρὶ Μαρκιανοῦ Γάζης ἐπισκόπου, καὶ Ἀναστασίᾳ ἐλευθεροπόλεως ἐπισκόπου. 3) ἐπιτάφιον ἐπὶ Προκοπίῳ Σοφιστῇ Γάζης. Et 4) μελέτην quandam, plures enim Choricii μελέτας & συντάξεις λόγων διαφόρους Photius memorat. Citatur etiam Choricius aliquoties in Collectaneis Antonii Melissæ & à S. Maximo.

Χορικίου Σοφιστοῦ Ἐπιτάφιος ἐπὶ Προκοπίῳ Σοφιστῇ Γάζης.

I.

Ὁ λόγος ἔυχεται μὲν, εἰς ἀνάγκην τοιαύτης ἐλθὼν ὑποθέσεως, τιμᾶν ἢ τὴν ὁσίαν ἐκ τοῦ τεθνεῶτος ἐμοὶ παιδευτὴν, ταύτην αὐτῷ καὶ δύναμιν ἀποδιδὺς ἀμοιβήν. Ἴσως μὲν ἄλογόν τι δόξω ποιεῖν, εἰ ψυχαγωγίας αὐτὸς ἑκάστου μᾶλλον δεόμενος, εἶτα τοὺς ἄλλους ὠφελεῖσθαι πειρώμην· ὠφελητέον γὰρ, ὥσπερ ἂν, εἰ σφόδρα ποδὸς νοσῶν, τοὺς ἧττον ἀλγοῦντας χειραγωγεῖν ἐβουλόμην.

II. Πλὴν, ὅσῳ πικρότερον ὑπὸ τῆς ἀθυμίας πιέζομαι, τοσούτῳ μᾶλλον ἃ φέρω σιωπᾶν, ὅσα φιλοῦσιν οἱ λίαν ἀχθόμενοι πάσχειν, οἷς τε καὶ μόνος ὢν τις τυγχάνῃ, ἰδίαν αὐτὸς ἑαυτῷ διεξέρχεται λύπην. Ἐγὼ

Choricii Sophistæ Oratio funebris in Procopium, Sophistam Gazæum.

Jo. Christiano Wolfio interprete.

I.

Dolet præsens oratio sibi tale argumentum necessario tractandum obvenisse, cupitque sanctam honorare Præceptoris mei demortui memoriam, & hanc illi retributionem pro virili rependere. Fortasse quidem stulte agere videbor, si ipsemet solatio præ reliquis omnibus indigens, tamen alios consolari tentem. Idem enim propemodum est, ac si pedibus gravissime ægrotans, minus laborantes manuducere vellem.

II. Sed quanto magis mœrore premor, tanto minus silentium servare queo, quod illis, qui valde cruciantur, usu venire solet, in quibus etiamsi quis solus sit, ipse tamen suam sibi tristitiam exponit.

ἢ καὶ ἄλλως ἀχαρισίας ἔγκλημα φέρων πρὸς τὴν τῶν δακρύων ἠγωνισάμην φορὰν, ἀνακόπτειν φιλονεικήσαν τὸν λόγον, ἄπρεπον, ὡς εἰκὸς, εἶναι νομίσας, παρ' ᾧ λειμῶνας ἀττικοὺς ἐδρεψάμην, τούτου τὸν τάφον σιγῇ παρελθεῖν. Πάλαι μὲν νενομοθετήτη τοῦτο τοῖς θαπτομένοις, ὅσοι τὸν βίον ἀμέμπτως διῆλθον, ἆθλον καὶ γέρας ἀπολαμβάνειν τὸν ἔπαινον. εἰ δὲ καὶ μήπως κείμενος ἔτυχεν ὁ θεσμὸς, ἐντεῦθεν ἂν ἔδει νόμον κρατῆσαι τοιοῦτον, ὑπὲρ δόξαν τοῦ τεθνεῶτος, ποίαν δ' εὐκλειαν χαρίζεται λόγος ὀπίσω τῆς ἀξίας βαδίζων, πρὸς ὄνησιν δὲ μᾶλλον τῶν ζώντων. Μεγίστη γὰρ ἔτι τοῦ βελτίω προκλησις ἡ τῶν ἀγαθῶν εὐφημία.

III. Ἡ μὲν οὖν φύσις δοκεῖ μοι τὸν ἄνδρα τοῦτον ἐνεγκεῖν εἰς ἀνθρώπους, ὥσπερ ἀρετῆς ἀνθρωπίνης εἰκόνα, βελτιόνη φιλοτεχνῆσαι καὶ πρᾶξαι σαφῶς, ὅπως ἑκάστῳ βιῶναι πρέποι. Ἐλπὶς δὲ ἡ πάντα πείθουσα προχωρεῖ τοῖς ἐκείνου πλεονεκτήμασι, καὶ οὐκ ἀνέχεται πεῖθειν, ὡς ἄνδρα παρόμοιον ἥξει ποτὲ φέρων ὁ χρόνος. Ἐκεῖνος γὰρ ἔτι παιδίον, αὐτὸν καταλείψαντος τοῦ πατρὸς, εὐκοσμίᾳ καὶ τρόπῳ καθεστηκότι τοὺς ὑπὸ γονεῦσιν ἀπεμελῶς τρεφομένους ἀπέκρυψε· Καὶ προαιρουμένων αὐτῷ ῥᾳστώνην διώκειν δυοῖν ἀμάχων συμβούλων, νεότητός

Ego vero ingrati alioqui animi maculis notandus, lacrymarum effusioni restiti, quæ sermonem impedire contendit: absurdum enim, ut par est, judicavi, apud quem prata attica decerpsi, hujus funus silentio præterire. Olim quidem lege sancitum est hoc de sepultis, quotquot cursum vitæ recte confecerunt, ut præmii & muneris loco laudem acciperent. Imo vero si vel maxime nunquam hæc lex lata esset, vel ab hoc tempore tamen æquum foret, talem legem non quidem in gloriam demortui, (qualē illi enim celebrationem affert sermo, qui infra meritum subsistit) sed potius in emolumentum viventium obtinere. Maximum enim ad meliora incitamentum est bonorum laus.

III. Igitur natura quidem mihi videtur virum hunc inter homines collocasse, tanquam quæ vellet virtutis humanæ exemplar perspicue effingere & exhibere, secundum quod unum quemque vivere deceat. Spes autem, quæ nihil non persuadet, illius prærogativis cedit, nec persuadere conatur, aliquando tempus esse venturum, quod assimilem virum ferat. Ille enim adhuc patre orbatus puer modestia & moribus bene constitutis illos, qui sub parentum curâ educati erant, obscuravit: Et cum duo invicti consiliarii illum admo-

π

τε καὶ πατρὸς ἐρημίας, ἔδειξε πεῖρα τῶν ἔργων, ὅτι φύσις δεξιὰ κἂν ἐξ ἡλικίας κἂν ἐξ ὀρφανίας ὅπῃ τὸ χεῖρον ὠθῆται, αὐτὴν πρὸς τὸ δέον ἑαυτὴν οἶδεν ἀνθελκεῖν.

IV. Τοιγαροῦν ὅπῃ μὲν θύρας ἦκε ποιητικὰς, ἡλικίαν ἔχων, ἣν οἱ τὰ πρῶτα παιδευόμενοι γράμματα. Εἰς ἑρμᾶ δὲ παλαίστραν ἐφοίτησεν, χρόνον ἄγων τοσοῦτον, ὅσον οἱ τὰ μισᾶν ἔτι μανθάνοντες, βῆμα, ἢ καὶ νέων χορὸς αὐτὸν διεδέξατο τοῖς τὰ ῥητόρων τελεμένοις ὁμήλικα. Ἦν δὲ θαυμάσιον θέαμα καὶ τερπνὸν τοῖς μαθηταῖς ἡλικιώτης διδάσκαλος, ὁ μὲν τὸ βραχὺ τῆς ἡλικίας ἐυκαταφρόνητον ὑπῆρχε τοῖς φοιτηταῖς, ἀλλὰ τὸν νέον ὡς πρεσβύτην ἠχύνοντο τὴν ὑπεροψίην αἰδέμενοι. Περικλέης μὲν ἦντε μέγα καὶ θρυλλύμενον ἦν πλεονέκτημα, ὅτι τὴν ἐκκλησίαν τὴν ἀττικὴν αὐτὸς μὲν ἀπόντος σύγχυσις εἶχε καὶ ῥαθυμία καὶ παραχή, καὶ κόσμος ἦν οὐδεὶς τῶν ποιουμένων. Φανέντος δὲ, πρὸς τὴν πρώτην ὄψιν ὁ δῆμος μετερρυθμίζετο. Τὴν ἐκείνου δὲ ποίμνην εἶδες ἂν παρόντος καὶ μὴ, τὴν αὐτὴν εὐχημοσύνην φυλάττουσαν, βεβαίως αὐτοῖς ἐρριζωμένης τῆς εὐκοσμίας.

V. Δύο γὰρ ὄντων, οἷς χρετὴ βασανίζεται σοφιστὴ, τῶν τε θεάτρων συνέσει λόγων καὶ

nerent; ut voluptati indulgeret, juventus nempe & orbitas patris, ipsa rerum experientia ostendit, quod natura dexterior quamvis a juventute & orbitate ad deterius impellatur, se ipsam tamen ad officium retrahere noverit.

IV. Itaque ad fores poeticas venit, cum ejusdem ætatis esset cum illis, qui primis literarum elementis imbuuntur. Palæstram vero oratoriam ingressus est, talem agens ætatem, qualem illi, qui studia humanitatis adhuc discunt. Suggestus vero & chorus juvenum illum recipiebat arte oratoria initiatis æqualem. Atque discipulis coætaneus Præceptor mirabile & jucundum spectaculum erat, nec sane parva ætas contemtior erat discipulis, sed juvenem tanquam senem reverebantur, scientiam venerantes. Periclis quidem illustris & celebris admodum fuit gloria, quod eo quidem absente comitia attica confusione & negligentia & tumultu laborabant, rerumque transactarum nullus erat decor; redeunte vero illico ad primum conspectum populus in ordinem redigebatur. Hujus vero, etiam ubi abesset, cœtum videres sane eandem honestatem servare, quia in illis modestia altissimis defixa erat radicibus.

V. Cum enim duo sint, quibus virtus Sophistæ probatur, theatra nempe sapientia & elegantia ser-

κάλλει, τῶτε τὰς νέας μυσαγωγεῖν τοῖς τῶν ἀρχαίων ὀργίοις, ἐκεῖνοι γὰ, εἴτε τὴν παλαιὰν ἀφισώζοντες παροιμίαν, χαλεπὰ γὰρ φησι τὰ καλά, εἴτε τὴν πολλὴν ἀκοὴν ἀμύητον εἶναι τῶν οἰκείων βυλόμενοι συγγραμμάτων, εἴτε τὴν ἀνθρωπείαν ἅπεις ἀμφοι φύσιν τὸ μὴ εὐκόλως ἀνυόμενον θαυμάζεσαν, τιμῶσαν δὲ τὸ πόνῳ τινὶ κατορθύμενον. Ἐκεῖνοι τοίνυν ἓν τιτῶν εἰρημένων ἢ καὶ σύμπαντα ταῦτα σκεπτσαντες, ἁ πᾶσι βασίμοις τὰς οἰκείας προὔθηκαν τέχνας. Οὐδὲ παντὸς ἀνδρὸς, τὸ λεγόμενον, ἔτός ἐστιν ὁ πλοῦς· ὁ δὲ φύσεώς τε ῥώμη καὶ πόνων ἐπιμελείᾳ καθάπερ ἑκάστῳ συνεσκευασμένῳ ὅσα πεποίηκεν ἕκαστον, ἕτω σὺν ἀκριβείᾳ τὰ πάντα ἦγεν εἰς φῶς.

VI. Τὰ μὲν δὴ λεχθέντα τοιῦτον. Πρὸς ἢ τὴν τῶν νέων ἀκρόασιν ποῖός τις, ἁ λέξις αὐτὸν ἀλλοτρίᾳ ἐλάνθανε τῆς ἀτθικῆς· ἁ νόημα πόρρω πλανώμενον τοῦ σκοποῦ, ἁ συλλαβή τις ἐπιβυλεύσα τῷ ῥυθμῷ, ἁ συνθήκη τὴν ἐναντίαν ἔχυσα τάξιν τῆς εὐφραινούσης τὰ ὦτα. Ῥᾴον ἄν τις διέλαθεν Ἀρίωνα ἢ Μεθυμναῖον, ἢ ἢ Λέσβιον Τέρπανδρον ἐκμελῶς κινῶν τὰς χορδὰς, ἤπερ ἐκεῖνον ἄῤῥυθμόν τι φθεγξάμενον. Ἀλλὰ μὴν ἡνίκα τὰς οἰκείας γονὰς εἰς θέατρον ἤρχετο φέρειν, ἐποίει ἢ τοῦτο πολλάκις εἰς ἔρωτα λόγων ἐγείρων τὰς νέας, λογάδα πᾶσαν ἐξ-

monum attonita reddendo, & juvenes veterum mysteriis initiando. Illi enim sive vetus proverbium servantes, quod difficilia esse affirmat quæ sunt pulchra, sive vulgus auditorum suarum commentationum imperitos esse cupientes, sive naturam humanam intelligentes, quæ facile expedita non admiratur, honorat vero, quæ labore quodam prospere cedunt; illi igitur vel unum aliquod dictorum vel etiam omnia hæc considerantes, non omnibus obviis suas artes proponunt, nec, juxta tritum illud, unicuique hæc succedit navigatio. Hic vero sicut naturæ vi & laborum industria cum uno quoq; certabat, & paria faiciebat cum singulis, ita accuratissime omnia in lucem protulit.

VI. Talis quidem fuit in illis quæ dicta sunt. In audiendis vero juvenum declamationibus qualis? non vocabulum ab attica puritate discedens illum latuit, non sententia a scopo longius aberrans, non syllaba quædam numero oratorio infesta, non structura ab ea dicendi ratione aliena, quæ aures delectare posset. Facilius aliquis Arionem Methymnæum aut Lesbium Terpandrum lateret, si minus concinne chordas pulsaret, quam illum, si quid dissonum loqueretur. Sed quando ipsi fœtus suos in theatrum producere placebat, faciebat

ἑωλητ-

ἐπλήσθην ἀκοὴν καὶ τὰς τὸν σύλλογον περιεστῶτας ἐκήλει, ὥσε τὴν Ἰσοκράτους ἐν τῷ τάφῳ Σειρῆνα δηλῶσαν ὡς ἔθελγε πάντας ὁ ῥήτωρ, ἔχειν αὐτὸ μεσσήκει τὸ μνῆμα.

VII. Διωλῆς ἂν, ὅπερ ἔφην, ἔσης βασάνου, καθ' ἣν τις γνησίως ἐνομάζεται σοφιστὴς, οὐκ ἂν ἔγνωσαν, ὅθεν τὸν ἄνδρα μᾶλλον θαυμάζειν. Ἔφης δ' ἂν εἰκότως Δημοσθένους τύπον εἰς ἀνθρώπους ἐλθεῖν. καὶ ἔγωγε, εἴ μοι ποστὸν ἐξῆν, ὅσον τοῖς τῶν δραμάτων δημιουργοῖς, καὶ πρόσωπα πλάττειν παρεῖχον νόμοι ῥητόρων, αὐτὴν ἂν εἰσῆγον ῥητορικὴν ἐν εἴδει γυναικὸς πενθικὴν ἐσθῆτα περικειμένης, ἃ τὰς ὀφρῦς ἐπαιρέσης, ἃ βαδίσματι σοβαρῷ κεχρημένης, καὶ ἐκ φύσεως ἔχη τὰ τοιαῦτα ῥητορικὴ, ἀλλὰ συνεσταλμένης τε καὶ ταπεινοφρονέσης, εἰκότως, ὅτι τῶν Θιάσου τὸν κορυφαῖον ἐστέρηται, καὶ πρέποντα τῷ πάθει βοώσης· τίς γένωμαι; τίνα λάβω παραψυχήν; πόθεν μοι γενήσεταί τις Ὀρφεὺς, κρέμασι θέλγων τοὺς καθ' ὑπὸ θεοὺς, καὶ μισθὸν ἀπαιτῶν μοι τῆς μελῳδίας, τὴν ἐκείνου ψυχὴν, οἷα δὴ ραψῳδοῦσιν οἱ ποιηταί.

autem hoc sæpius, ut juvenes ad dicendi studium excitaret, peritissimos quosque auditores stupefecit, nec minus, qui concionem circumstabant, demulsit, ut Sirenen, quæ in tumulo Isocratis innuit, quemadmodum Orator iste omnes delectaverit, ipsius monumentum habere sit æquissimum.

VII. Cum igitur, quod dixi, duplex sit documentum, quod Sophistæ genuini nomen conciliare cuiquam possit, non sane sciverunt, quid magis in viro isto admirarentur. Merito autem diceres expressam Demosthenis imaginem in mundum venisse. Equidem, si tantum mihi liceret, quantum Tragœdiarum Scriptoribus datum est, & leges permitterent, Rhetorum personas fingere, ipsam Rhetoricam introducerem specie mulieris lugubri vestimento indutæ, non supercilia tollentis, non incessu arroganti utentis, quamvis Rhetorica a natura talia habeat, sed animum contrahentis & humilitatem præ se ferentis, idque merito, quia cœtus sui coryphæo destituta est, affectuique suo convenienter exclamantis: Qualis fio? Quodnam admittam solatium? unde mihi obtinget Orpheus aliquis, chordarum pulsibus demulcens DEos inferos, animamque illius cantus præmium mihi reposcens, sicut carmine decantant Poëtæ.

VIII. Ταῦτα δικαίως ἂν εἴποι ῥητορικὴ τοσούτου χηρεύσασα παιδευτοῦ, κέντρον ἐμβαλόντος ἐρωτικὸν ταῖς μεγίσταις τῶν πόλεων καὶ λόγων ὀρεγομέναις. Ἐπόθησε τοῦτον * ἡ περὶ τὸ Ὀρόντην κειμένη πόλις ἡ Λιβανίου μήτηρ· ὁμοίᾳ πόθῳ ** ἡ Φοινίκων μητρόπολις· παρῆλθεν ἑκατέρας τὸ φίλτρον ἡ Καίσαρος, *** τὰ μὲν βιαζομένη, τὰ δὲ κολακεύσασα, τὰ δὲ πειρομένη χρυσίῳ πολλὰ δελεάζειν, ὅπως ἀεὶ μηχαναῖς ἕρκος πρὸς ἄγραν κέχρηται παιδικῶν ἕως οὗ μὲν εἶλε τὸ θήραμα.

* Antiochia. ** Tyrus.
*** Cæsarea Palæstinæ.

IX. Ἑλοῦσα δὲ φυλάξειν οὐκ εἶχεν ἰσχυροτέροις ἀγομένου λίνοις πόθῳ τῆς ἐνεγκούσης, καὶ τὰ τροφεῖα καλῶς ἀπέδωκε τῇ πατρίδι, τοσαύτας ὁμοῦ καὶ τοιαύτας ἐν δευτέρῳ θέμενος πόλεις, καίτοι χωρὶς ἀξιωμάτων λαμπρῶν καὶ μεγέθους κατασκευῆς, ὅις αἱ πόλεις σεμνύνονται, ἴδιον ἑκάστη πλεονέκτημα κέκτηται, πρὸς ἕρωτα δεινὸν ἐρεθίσαι.

X. Ἡ μὲν Ἀντιόχεια τὸν ὁμώνυμον χῶρον τῆς Ἀπόλλωνος ἐρωμένης, * ὅπου χαρίεντα καὶ διαφανῆ καὶ πότιμα νάματα, πλάτανος δὲ πολλὴ καὶ κυπαρίττοι πλείους ἀμφιλαφεῖς τε καὶ ὑψηλαὶ καὶ ὀρνίθων ᾠδαὶ καὶ αὖραι τὰ σώματα ἀναψύ-

* Daphne.

VIII. Hæc merito dixerit Rhetorica tanto magistro viduata, qui stimulum amatorium urbibus maximis eloquentiæ ejus cupiditate ductis injecit. Hunc urbs Oronti fluvio adjacens, Libanii mater, desideravit. Simili affectu eum expetiit Phœnicum metropolis. Utriusque lenocinium etiam supergressa est urbs Cæsaris, modo vi gestiens cogere, modo capere adulationibus, modo argenti copia demulceare tentans, qualibus artibus amans ad capturam deliciarum suarum uti solet, donec prædam caperet.

IX. Neque tamen, cum cepisset, servare illam potuit, quia validioribus retibus trahebatur, desiderio scilicet patriæ, cui pretium nutritionis egregie rependit, cum tot simul & tales illi urbes postposuit, quamvis præter dignitates splendidas & magnitudine structurarum, quibus urbes istæ celebrantur, unaquæque sua prærogativa gaudeat, satis idonea, quæ ad amorem alliciat.

X. Antiochi quidem urbs agro, qui est ejusdem nominis cum Apollinis amica, ubi grati & pellucidi & potabiles rivi, platanusque multa & cupressi plurimæ amplæ & altæ, & avium cantus & auræ refocillandis corporibus. Antiochia igitur illicebras habet nemus, Tyriorum urbs Gratias, sic enim æ-

χουσι.

χθσιν. Ἡ μὲν ὖν Ἀντιόχθ δέλεαρ ἔχει τὸ ἄλσ☉, ἡ δὲ Τυρίων τὰς χάριτας, ὅτω γὲ ἄξιον προσειπεῖν τὰς πηγάς· ἡ Καίσαρ☉ δὲ λυτρῷ καλλωπίζεται, ὅπερ ἡδὺ μὲν ὁρῶντί σοι δόξει, τερπνότερον δὲ λελυμένῳ.

XI. Ὑπὸ τοιούτων σειρήνων ἑλκόμεν☉ ἔσχετο τῆς θρεψαμένης, δεινὸν εἰκότως ὑπολαβὼν, τὸν ῥήτορα μὲν τῶν Ἀχαιῶν Ἰθάκης ἐρᾶν, κραναῆς περ ἐούσης, αὐτὸν δὲ τοιαύτης ὑπερφρονῆσαι πατρίδ☉, τάτε ἄλλα καλῆς καὶ νικώσης ἀρεταῖς οἰκητόρων, ὅσῳ μάλιστα τρόπῳ πόλις κοσμεῖται.

XII. Ἐπεὶ δὲ Ὀρόντ☉ μνήμην ἐποιησάμην, ἕτερον εἰς νῶν εἴληφα ποταμὸν τὸν Αἰγύπτιον καὶ τὴν τῷ ποταμῷ γείτονα πόλιν. Ἐκεῖ πρὸς ἄνδρα πάλαι μεθοδεύοντα λόγους ἔτι μειράκιον ὢν ἀπεδόσατο ἅρτι πεῶτον ἐν ἑρμῇ ταχθεὶς ἀθλητὴς καὶ τέχνῃ καταπαλαίσας, ἐφ' ᾗ μέγα φρονῶν ἐκεῖν☉, ἐστεφανωμέν☉ ἀπῆει. Ἀλκιβιάδης μὲν ὖν ὁ κλεινίου ἐπειδὴ νέ☉ ὢν ἔτι τοὺς ὁμοτέχνους ἐνίκα, χαυνούμεν☉ τε τῇ νίκῃ καὶ τῷ μεγέθει λαθρυπτόμεν☉ τῶν τιμῶν, καταβραχὺ τὸ σπουδαῖον ἐχάλα, καὶ ῥᾳθυμότερ☉ ἀπέβη τῶν μὲν ἄλλων ἀμείνων, τῆς οἰκείας δὲ φύσεως ἧττων· ὁ δὲ, πάντων αὖτῳ σοφιστῶν τὰ πεῶτα νεμόντων εἰκότως, καὶ μέγαν ἑκάστῳ κόσμον ἡγουμένῳ κερδαίνειν, εἰ δεύτερ☉ ὀνομάζοιτο, τὴν ἁπάντων ὑπερεβάλλετο σπουδήν· εἰσιὼν γὲ πὸς

quum est appellare fontes: Cæsaris vero urbs balneis effertur, quæ jucunda quidem tibi videbuntur, cum oculis usurpaveris, jucundiora vero, cum lotus illis fueris.

XI. A talibus igitur Sirenibus allectus, tamen ab urbe nutrice tenebatur, iniquum merito existimans, Rhetorem quidem Achæorum, amare Ithacam, quamvis sterilis sit, se vero talem patriam contemnere, quæ præter cætera etiam incolarum virtutibus, quibus maxime civitas ornatur, præstet.

XII. Quoniam vero Orontis mentionem feci, alius mihi in mentem incidit fluvius Ægyptius, & urbs fluvio vicina. Ibi viro, qui olim præcepta oratoria dabat, traditus est, cum adhuc puer esset, atq; modo primum inter Eloquentiæ athletas constitutus, arte qua ille se efferebat, cum eo contendit & coronatus abiit. At Alcibiades quidem Cliniæ filius, quoniam adhuc juvenis commilitones suos vicerat, ob victoriam elatus & magnitudine honorum dissolutus, brevi tempore diligentiam remisit, & orator extitit, aliis quidem melior, natura vero sua inferior. Noster autem, omnibus Sophistis primas illi merito deferentibus, & unoquoque maximo sibi honori ducente, si lucratus esset, ut secundus ab illo vocaretur, omnium seduli-

οικα-

ὅτε καὶ δὲ εἰς ἐκεῖνα, πλήθους ἑώρα βιβλίων παντοδαπῶν· ὧν τὸ μὲν ἀπετίθετο, τὸ δὲ ἀνειλήφει, βίβλα δὲ εἶναι χωρὶς ἀδαμῶς ἐκαρτέρησεν.

XIII. Ἐγὼ δὲ πρὸς ἐμαυτὸν, ὡς ἑώρων ἤδη τῷ γήρᾳ κεκυφότα, τὴν Ἀγαμέμνονος ἐποιούμην εὐχήν, ἣν ὑπὲρ τοῦ πυλίου ἐκεῖνος πεποίητο, τὴν Νέστορος μὲν πολιὰν ἑτερόν τινα νέον εὐχόμενος ἔχειν, μεταβαλεῖν δὲ τὸν Πύλιον τῆς ἥβης τὸ νέον. Ταῦτα μὲν Ἀγαμέμνων εὐχετο Νέστορι, νεάζοντα τῇ παιδὶ θεασάμενος. Ὁ δὲ Τυδέως *τὴν ἀπληστίαν αὐτοῦ θαυμάζει τῶν πόνων, ὥστε καὶ ἀνιᾶται προθυμίας ὑπερβολὴν ὁ νέος τῷ γέροντι. ** Σχέτλιος, λέγων, εἶ γεραιὲ, σὺ μὲν πόνου ποτὲ λήγεις. Τοῦτο τὸ ἔπος οἶδα πολλάκις πρὸς ἐκεῖνον εἰπὼν, μᾶλλον δὲ μέρος τοῦ ἔπους· ὅτε σχέτλιον καλεῖν ἀνεχόμην, ὅτε γεραιὸν προσειπεῖν καρτερῶν, ὅπως εὐχόμην νέον ἰδεῖν.

XIV. Ἦκει δὲ πάλιν ὁ Περικλῆς, ἑτέραν ἡμῖν παράθεσιν προξενῶν· ὃς ἐν ὅλῳ δήμῳ ποτὲ φορτικὸς ὤφθη καὶ σοβαρὸς πᾶσαν ἑαυτῷ χαριζόμενος ἀρετήν. Ῥήτωρ εἰμὶ, λογίζομαι τὰ χρησά, φράζω τὸ δέον εἰς κάλλος, ἀγαπῶ τὴν πατρίδα, δωροδοκίαν μισῶ. Ἀμβλύνεις ὦ βέλτιστε, τὰ ξύμπαντα ταῦτα φιλοτιμίας ὑπερ-

* Agamemnon. ** Iliad. κ'. 164.

tatem superabat. Intrans enim aliquis in illius domum multitudinem librorum omnigenorum videbat, quorum alium deponebat, alium assumebat, sine libro autem esse nunquam sustinuit.

XIII. Ego vero apud me ipsum, cum vidi illum senectute jam incurvatum, Agamemnonis votum nuncupabam, quod pro Pylio ille fecit, optans, ut quidam alius juvenis canitiem Nestoris haberet, Pylius vero in pubertatem juvenis transiret. Hæc quidem Nestori Agamemnon vovebat, juvenili illum industria conspiciens. Tydides vero laboribus eum fatiari non posse miratus, juvenis seni exuperantiam diligentiæ exprobrat, *Miser*, dicens, *es Senex, qui a labore nunquam cessas.* Memini me hanc sententiam vel potius partem sententiæ ad illum dicere, quoniam neque *miserum* vocare volui, neque *senem* appellare, quem optabam juvenem videre, sustinui.

XIV. Enimvero occurrit iterum Pericles aliam nobis suppeditans comparationem. Hic in publica concione aliquando cum fastidio insolens & arrogans apparuit, omnem sibi virtutem tribuens. Rhetor sum, utilia cogito, ea, quæ decent, eleganter edisserо, patriam amo, largitionem odi. Obtundis, optime, omnia hæc ambitionem manifestant, quæ supra

βολὴ,

βολὴ, τοιαύτην ἐκεῖνος ἀφῆκε φωνὴν ἀδαμῆ. Παν μὲν ἔν τινανπίον, εἴ τινος, αὐτὸν ἐπαινοῦντος, ἀκήκοεν, ἄλλοτε ἄλλην ἤλλαξε χρόαν, κύπτων εἰς γῆν, καὶ σάζων ἱδρῶτα, καὶ δεινῆ κατηφείᾳ ἀφωνία· Ἐνταῦθα μόνον ἄπορος ἦν, τῆς αἰδοῦς αὐτῷ τὴν γλῶτταν ἀγχούσης.

XV. Τοσοῦτον ἦν τοῖς αὐτῷ καὶ σεμνότητος ἔνειμι· ἔκκυν οὐφθη τις ἔτως ἀναιδείᾳ προσκείμενος, ὡς ἐ προσβλέψας αὐτὸν ἡρυθρίᾳ, καὶ πῶς αὐτὸς ἑαυτοῦ κοσμιώτερος ἐγεγόνει. Καπέπερ τὸν Πολέμωνα λόγος ἐπειδὴ τὸν Ξενοκράτην προσέβλεψε, τὴν προτέρων διαβαλεῖν ἀταξίαν, ὁ ψοφαγίαν τε καὶ αὐλοὺς καὶ τὸ κωμάζειν αἰσχρῶς. Ἦν μὲν ἔτω σεμνὸς τὰ πεπυγμένα βαδίζων, καὶ τὴν ὀρθὴν τὴν ἔ λόγου φυλάττων ὁδὸν, ὅθεν ἐν ἀγορᾷ φαινόμενος πᾶς ἀνθρωπος ἐπανίστατο, καὶ πλείστην προσάγων τιμὴν ἐλάττω νέμειν ἡγεῖτο τῆς προσηκούσης.

XVI. Αἱ χάριτες ὅ τὸ πρόσωπον ὅλον περιεκεχυντο. Ὅθεν καὶ εὐφραίνετό τις αὐτῷ μειδιῶντι προσβλέπων, ἐν δὲ ταῖς συνουσίαις μόλις μὲν ὅπως ἀναχωρεῖν ἐκαρτέρει. Οὐτὲ δ' ἂν ποτε τοῦτο ἐποίουν βελτίων ἕκαστος γενέσθαι νομίσας καὶ γεγονώς. Εἰ γὰ καί τινα χρὴ καὶ εἰκόνα λαβεῖν τῶν προσόντων ἐκείνῳ καλῶν, φαίην ἂν αὐτὸ τὴν ψυ-

modum procedit. Ille talem vocem nequaquam ullo tempore emisit; Imo vero si quem se laudantem audiret, alium subinde atque alium colorem duxit, oculos in terram deflectens, sudorem emittens, & ad profundum silentium redactus. Tunc solum animo anxio erat, pudore illius linguam cohibente.

XV. Tanta illi modestia & verecundia inerat. Non temere quisquam inveniebatur impudentiæ ita indulgens, ut non illum aspiciens erubesceret, seque ipso modestior evaderet. Sicut Polemonem constat, postquam Xenocratem vidisset, priorem perversitatem abjecisse, edacitatem nempe & tibias & comessationes turpes. Hunc igitur in modum honestus erat, juxta compositũ fas incedens & rectam rationis viam tenens, unde cum in foro videretur, unusquisq; statim illi assurgebat, & maximum honorem exhibens, minorem justo tribuere se putabat.

XVI. Faciem ejus totam insederant Gratiæ. Unde oblectabatur, quisquis illum subridentem, aspiciebat. In consuetudine ac cœtibus vix quisquam discedere ab eo sustinebat, sed sero faciebant hoc tandem, quia unusquisque putabat se meliorem fieri, & re ipsa fiebat. Quodsi imaginem bonorum, quæ in illo fuerunt, repræsentare opor-

χὴν, πηγὴν εἶναι τινὰ, παντοίοις βρύουσαν νάμασιν, ὠφελείᾳ τε καὶ τέρψει συγκεκραμένοις.

XVII. Τάχα τοίνυν τις ποτὲ τοσαύτης πολήθους κατορθωμάτων ἀκούσας, τοιαύτην περὶ ἑαυτὸν ἔννοιαν λήψεται. Ἄνθρωπος ἔτος, τὸν τελευτήσαντα λέγων, ἐπώποτε θείων, ὡς ἔοικεν, ἥψατο συγγραμμάτων. Ποίαν δ' εἶχε σχολὴν τοσαύτας μεριζόμενος ἀρετάς; ταῦτα μὲν ἐκεῖνον ἄν τις ἀγνοῶν ὑποβάλοι. Τῷ ὄντι τοσοῦτον καὶ ταύτης περιῆν τῆς παιδείας, ὥστε πολὺν ἐν σχήματι μόνον, πάντα ἦν ἱερεὺς, τὰ μὲν δόγματα τῆς εὐσεβείας, πάντες τούτοις ἀντιλέγειν ἐπιχειροῦντας, τὰ μὲν, ὅπως ἐπιτηδεύση, μαθὼν, τὰ δὲ πρὸς ἔλεγχον ἐπισάμενος, ἄμφω καλῶς ἐπαιδεύθη.

XVIII. Οὐ μὴν ἐπεπόλαζε τῶν θείων οὕτω μαθημάτων ἡ γνῶσις. Οὐ γὰρ εἰπεῖν καὶ προσμένοντι τοῖς ἄλλοις ταύτην μετῆει τὴν παίδευσιν, ἀλλὰ τοῖς ἔργοις ἀπεδείκνυ τὴν ἐπιστήμην. Πολλοῖς ὀρφανίας ἐγένετο αἴσθησις, πολλοῖς ἡ χηρεία κοῦφον ἐφάνη, ψυχαγογοῦντος ἐκείνου τὰ πάθη. Οὐδεμίαν δὲ μάχην ἡττήθη πρὸς αἰσχρὰν ἀγωνιζόμενος ἡδονὴν, πολλοὺς μὲν ἀπόροις προσκειμένους ἐπιθυμίαις ἀνέπεισε σωφρονεῖν. Ἐπὶ τοίνυν αὐτῷ δίαιτα ἦν ἡ πολυτελὴς, ἡ προτερέχουσα λάκωνος τράπεζαν. Ἀλλ' ἔπου πνὸς ἑορτῆς ἀγομένης εἰσίασεν, ἀβροτέραν

tet, dicerem sane, animam ejus fuisse fontem quendam multifariis rivis utilitate & jucunditate temperatis scatentem.

XVII. Forsan vero aliquis tanta multitudine præclarorum studiorum ejus audita, talem apud se cogitationem suscipiet. Homo hic (defunctum innuens) nunquam sacra Biblia tractasse videtur; quale enim otium illi superfuit, tot virtutibus distento. Hæc quidem aliquis, qui eum non novit, suspicaretur. Ille vero etiam hac scientia adeo imbutus erat, ut si habitum externum exceperis, in omnibus Sacerdos esset. Nam & præcepta pietatis ipsa, & quæ his contraria opponunt, probe callebat, ista quidem ut excoleret, hæc vero ad redargutionem animo complexus.

XVIII. Neque vero notitia divinarum doctrinarum leviter ac superficietenus in illo apparebat. Non enim aliis hanc disciplinam verbis præcipere & commendare satagebat, sed operibus scientiam declarabat. In multis nullus orbitatis sensus erat, multi viduitatem in levi habebant, quoniam ille affectus hos demulcebat. Neque unquam pugnâ inferior erat, quando cum turpi libidine certabat, sed multis, qui insolentibus cupiditatibus erant dediti, persuasit, ut resipiscerent. Insuper victus ratione non pretiosa, mensamque laconicam

μὲν

μὲν τῆς συνήθους ἐτέλει τὴν εὐωχίαν, ἧθιέ τε τῶν ἐωθότων οὐδέν. Ἐσχηματίζετο δὲ τοῦτο ποιεῖν, τοὺς παρόντας βλέπων, καὶ τὸν τῶν σιτίων καιρὸν ὡς πρὸς τρυφὴν ἀπλῶς καὶ γαστρὸς ἡδονὴν ἐδαπάνα, διηγήμασι δὲ σοφοῖς ὁμοῦ καὶ τερπνοῖς ἡδίω τὴν θοίνην τοῖς ἐστιωμένοις ἐποίει. Ἐγενόμην καὶ ἐγὼ τῶν δαιτυμόνων πολλάκις, καὶ πεῖραν ἔχω ἣν ὑμῖν διηγοῦμαι.

non excedente utebatur. Sed si festo die aliquos convivio exciperet, illud quidem consueto lautius apparabat, ipse autem non plus quam consueverat, edebat. Quod facere instituebat, ut rationem convivarum haberet, & tempus edendi non in luxum prorsus & ventris libidinem impendebat, sed narrationibus eruditis pariter ac jucundis convivium vocatis dulcius reddebat. Equidem convivis ipse sæpius interfui, & vobis narro, non quæ audivi sed quæ expertus sum.

XIX. Μικρᾷ μέ τι διέδραμεν τῶν ἐκείνου κατορθωμάτων. Ἐωθότων γὰρ ὅσοι τὴν ὅλην σπουδὴν ἀπονέμουσι λόγοις, εἴ ποτε πράγμασιν ὁμιλεῖν ἀναγκάζοιντο, λίαν ἀχρείως φέρεσθαι καὶ καταγέλωτα κινεῖν τοῖς τοιαῦτα δεινοῖς, οὐδενὸς ὤφθη δεύτερος, τῶν ταύτην μόνον ἠσκημένων τὴν τέχνην.

XIX. Parum abest quin aliquid in quo præclare officii rationes implevit dicere sim oblitus. Cum enim, quotquot omnem diligentiam studio dicendi impendunt, si quando in rebus gerendis versari cogantur, soleant turpiter se dare, & harum rerum peritis risum movere, hic visus est a nullo illorum secundus, qui in hac tantum arte exercitati erant.

XX. Χωρὶς δὲ τῶν εἰρημένων, ὅσοις ἔνδειά τις ἢ νόσος ἐπέσχεν, μέγιστον ἅπασιν ὄφελος ἦν, τοῖς μὲν γὰρ τὸ σῶμα νοσοῦσι πυκνὰ παρεκάθητο καὶ Γοργίαν τὸν Λεοντῖνον μιμούμενος φιλονείκως ἐνίοτε πρὸς ἰατρείαν τινὰ φερομένους, δυσάρεστον γὰρ οἱ νοσοῦντες, ἔπεισεν ἐγκρατῶς τὰ παρασκευασθέντα δέχεσθαι, τοῖς δὲ πενομένοις ὁπόθεν ἐπεκούφιζε τὴν ἀ-

XX. Præter hactenus dicta omnibus quoque maximæ utilitati erat, quotquot inopia quadam aut morbo laborabant. Illos enim, quorum corpus ægrotabat, crebro invisebat, & Gorgiam Leontinum æmulatus, illis qui difficilius non nunquam ad medicinam aliquam sumendam impellebantur, (morosi enim sunt ægrotantes) persua-

πορείαν. Τοῦτο ἐδόκει πλοῦτος ἐκείνῳ· Τοῦτο Μίδᾳ χρυσός.

XXI. Εἰ δέ τις τὴν ὡρισμένην ἅπασιν ὁδὸν ἐπορεύετο, εἴτε τὰ πρῶτα φέρων τῆς πόλεως, εἴτε τῆς μέσης ὑπάρχων μερίδος, εἴτε καὶ εἰς δῆμον τελῶν, ἀκολουθῶν ὅμως τὸ μνῆμα δάκρυσι μὲν ἐτίμα τὸν ἀπελθόντα, λόγοις δὲ τοὺς προσήκοντας ἐθεράπευε τὴν ἐκ τεθνεῶτος ἀντεισφέρων φιλοσοργίαν, ὡς γὰρ ἀγαπῶν τὸν ἀποβαλόντα γονεῖς, ὡς πατέρα τιμῶν τὸν παίδων ἐσερημένον, ὡς ἀδελφοῖς εὐνοῶν τοῖς ἐνταῦθα ἥκουσι τύχης.

XXII. Εἰ τοίνυν, ὥσπερ ἐν εὐθυμίαις πανδήμοις ψαφιστέρασμασι χρώμεθα πρὸς ἄλλην ἐξ ἄλλης ἠρτημένοις οἰκίας, οὕτω συνηθες ἦν, ὑφάσματα κατηφῆ μετεωρίζειν ἐν κοινοῖς ἀτυχήμασιν, καιρὸν ἂν εἶχον ἀναπεταθῆναι τοιαῦτα, πένθους τοσούτου συμβάντος, ὅσον ὅλην σαθέσθαι τὴν πόλιν. Ἀνὴρ σοφίας μετὸς, ὅτι καλῆς μοίρας τῶν λόγων τεχθεὶς, δεινὸς τὰ δέοντα γνῶναι, καὶ λαμπρὸς ἑρμηνεῦσαι, ὅτου μηδέπω σφόδρα γηράσας ἀπῆλθεν.

XXIII. Εἶεν, ἐπεὶ τοσαύτας αὐτοῦ καλελέξαμεν ἀρετὰς, φέρε σκεψώμεθα, τί ποτε ἄρα φέρων ἄνθρω-

sit, ut fortiter oblata reciperent, pauperum vero egestatem de suo sublevavit. Hoc habebat pro divitiis suis, & pro Midæ auro.

XXI. Cum vero quis viam omnibus præstitutam iviſſet, sive ille ex primatibus civitatis esset, sive ex mediocribus, sive etiam plebejis annumeraretur, secutus usque ad monumentum discessum ejus e vita lachrymis honorabat, cognatos vero sermonibus suis deliniebat, parem cum defuncto amorem illis præstans: illum enim qui parentes amiserat, sicut filium amabat, qui liberis orbatus erat, sicut Patrem honorabat, & instar fratrũ habebat, qui in hanc (ut fratrem desiderarent) jacturam inciderant.

XXII. Quodsi igitur, sicut in lætitia publica aulæis ex alia ad aliam domum appensis utimur, ita usus ferret vela mœrori significando in communi calamitate suspendere, gravissima sane jam erat causa, quamobrem talia protenderentur, cum tantus luctus acciderit, quanto tota civitas afficitur. Vir sapientia pollens, sub fausto literarum & eloquentiæ natus sidere, in cognoscendis officiis sagax, & in illis tradendis splendide versatus, hic inquam ætate nondum valde senex discessit.

XXIII. Sed æquo hæc feramus animo, & cum tot ejus virtutes enarraverimus, age quid homo sit,

πο.

πᾶ. Ἦ δῆλον, ὅτι δᾳλᾶ ὑπάρχει μοιρῶν, παρ' αἷς ἔκ ἐστιν ἐλευθερίας τυχεῖν, κἂν ἄπαγλά τις ἀνέγκληᾶ ᾖ. (Οὐ γὰρ ἄν μοι τὸν παιδευτὴν ἀφῆκαν ἐλεύθερον) ἀλλὰ πότε πεφηλθέ τις, ἐξελάζασᾳ ἢ μέχρι τίνος αὐτῷ διώρισαν ζῆν, μηδὲν μελήσασαι πρὸς ἀγγὸς τὸ βίῳ, κἂν ἴδωσι παῖδας ὀδυρομένους κύκλῳ ᾧ κάμνονᾶ, κἂν μητέρα γραῦν κοπτομένην, κἂν πατέρα πρεσβύτην τὴν οἰκείαν τίλλονᾶα πολιάν, τούτων ὧδὲν ἴασιν ἐλεεῖν, κἂν τις αὐᾶαῖς μυρίας ἀπαριθμήσηται πράξεις εὖ μάλα πεπραχθείσας, ὧδὲ ταύᾶας φιλᾶσιν ἐρυθριᾶν.

XXIV. Διὰ ταῦτα, ὡς ἔοικεν, ὅτε τὴν Θέτιν ἠτήσατο Ἀχιλλεὺς μακρότερον βίον, ὅτε ἡ Θέτις ὑπὲρ ἐκείνου τὸν Δία. Ἀναμνήσασα δὲ τὸ θεὸν, ὅπως εὐηργέτησεν ἢ ἔπει ἢ ἔργῳ, μίαν αἰτεῖ τῶν εὐεργεσιῶν ἀμοιβὴν, ὃ ζῆν ὀλίγον πολὺ τὸν χρόνον καίπερ ὠκυμορώτατον ἁπάντων ἀπισαμένη καὶ ὀνομάζουσα, καὶ τελευτῶντος αὐτοῦ μὴ μένουσα μητὴρ, ἀλλὰ μὴ ζῆν ἐν αἰσχύνῃ τοῦτον ὃν ἔλαχε χρόνον.

XXV. Εἰ δὲ δεῖ περαιτέρω τῷ Θεσσαλῷ, καὶ δεύτερον ἐκ τούτου λαβεῖν τῷ λόγῳ παράδειγμα, ἴσχε

& quæ ejus natura, videamus. Manifestum certe quod servus existit fatorum, per quæ nemini licet libertatem tenere, quamvis in omnibus sit inculpatus (nam alioqui & mihi præceptorem immunem reliquissent) quin hæc facta inquisitione, quando aliquis natus sit, & quousque vitæ terminus illi sit constitutus, omnibus insuper habitis, finem vitæ imponunt, quamvis liberorum, decumbentis casum lugentium coronam, matrem vetulam pectus percutientem, patremque senem canos suos evellentem videant. Nihil horum miserari sciunt, etiamsi quis illis innumeras enumeret res præclare gestas, neque propterea erubescere solent.

XXIV. Hinc ut videtur, neque Achilles a Thetide, neque Thetis pro illo a Jove diuturniorem vitam petiit, sed DEO in memoriam revocans, quænam in illum contulerit beneficia, sive dictis sive factis, unum beneficiorum postulat præmium, non ut diu filius viveret, quamvis illum præ reliquis omnibus cito periturum sciret, atque appellaret, & illo defuncto non maneret mater, sed ut tempus hoc, quod nactus erat, ne cum infamia transigeret.

XXV. Quodsi licuerit Thessalo huic paulisper immorari, & alterum ab hoc orationi meæ mutuari

μὴν ἕκτωρ αὐτὸς τὴν ἀσπίδα, πάτροκλον ἀνελὼν, ἐπεὶ δὲ τῷ φίλῳ πμωρεῖν ἐπειγόμενος ὅπλων ἐδεῖτο, ὁ μὴν τὴν τεκοῦσαν, ἡ δὲ τὸν Ἥφαιστον ᾔτει δημιουργεῖν. Τί οὖν πρὸς τὴν Θέτιν ὁ Ἥφαιστος; πασῶν μὴν ἀρίστην ἀσπίδα ποιεῖν ἐπαγγέλλεται, ἀσθενεστέραν δὲ τῆς εἱμαρμένης. Ταῦτα Ἥφαιστος τῇ Νηρέως. Ὅμοια τοῖς Ἀπόλλων τῷ Κροίσῳ τὴν πεπρωμένην εἰπὼν ἀδύνατον εἶναι νικᾶν καὶ θεῷ.

XXVI. Ὁ αὐτὸς τοίνυν ἔστω θεὸς πρὸς τὸν αὐτὸν ἄνδρα πυθόμενον ὅπως ἂν εὐτυχῶς διέλθοι τὸν βίον; σαυτὸν, ἔφη, γινώσκων, εὐδαίμων Κροῖσε, περάσεις· εἰ τοίνυν ὁ μὲν γνοὺς ἑαυτὸν, εὐδαίμων κατὰ τὴν Ἀπόλλωνος ψῆφον, γινώσκει δέ τις ἑαυτὸν, ὅτι ἂν ὁ θεὸς πράξειε, σέργων, εὐδαίμονες ἄρα γενήσεσθε μὴ δυσχεραίνοντες τὸ πρᾶγμα. Οὐ σμικρὸν μὴν ἔργον λύπην ἀκμάζουσαν πιθανεύειν τε καὶ πραΰνειν. Ἀναπλάττετε γὰρ οἶμαι τῇ διανοίᾳ τὸν ἀδελφὸν νῦν μὴν τὸ τῶν νέων βόσκοντα ποιμνίον, νῦν δὲ συλλέγοντα, πρὸς ἀκρόασιν τὰ τέλη τῶν πολιτῶν, νῦν δὲ τὰς ἐπιδείξεις ποιούμενον εἰς ἀγορὰν πρόιόντα, καθήμενον οἴκοι παίζοντα τῆς ἀδελφῆς τοῖς ἐγγόνοις, οὐδὲ παίζειν γὰρ σεμνῶς καιρὸς καλῶς ἀπῆκεν.

exemplum, Hector quidem illius clypeum habebat, cum Patroclum sustulisset; quoniam vero ad vindictam amici incitatus, armis indigebat, ille rogavit matrem, hæc a Vulcano petiit arma fabricari. Quid igitur ad Thetin Vulcanus? Omnium quidem optimum clypeum se facturum pollicetur, fato autem infirmius. Hæc Vulcanus ad Nerei filiam. Similia his Apollo Crœso, affirmans, fieri non posse, ut vel DEus fatum vinceret.

XXVI. Hic igitur idem DEus ad eundem Virum sciscitantem, quomodo vitam feliciter peragere queat? Te ipsum, inquit, noscens, Crœse, felix vitam transiges. Quodsi igitur, noscens se ipsum juxta Apollinis effatum felix est, is autem se ipsum cognoscit, qui acquiescit illi, quodcunque DEus fecerit; felices omnino eritis, si id, quod præsens est, non graviter feratis. Non leve quamvis opus est, tristitiam invalescentem sedare & mitigare. Mente enim concipitis puto fratrem nunc juvenum gregem pascentem, nunc optimates civium ad auscultandum congregantem, nunc publicas recitationes facientem, progressum in forum: nunc domi sedentem, & liberis sororis præludentem, neque enim decenter ludere tempore ferente subterfugiebat.

XXVII.

XXVII. Λογίζεσθε τὰς ἐλπίδας, ἃς ὑπὲ τούτοις εἴχετε τοῖς παιδίοις, ὡς τὴν μὲν τῶν ἀῤῥένων ξυνωρίδα τιμήσει, τὸ δὲ θῆλυ συνάψει νυμφίῳ καὶ τὴν παστάδα κοσμήσει λόγον ᾀδων γαμήλιον. Φαντάζεσθε τὰ λειρὰ, τὰ τεμένη, τὰς ὑπηνδείους, τὰς φοιτητὰς, οὓς δακρύσειεν ἄν τις ἰδὼν, ὥσπερ ἄνευ νομέως ἀγέλην. Λαμβάνετε νῦν ὡς ἐν παισὶ μὲν ὀξὺς, ἐν ἡβῶσι δὲ γέγονε σώφρων, καὶ συνετὸς ἐν ἀνδράσι καὶ πρᾶος ἐν γήρᾳ, μᾶλλον δὲ πάντα καθ' ἑκάστην ἡλικίαν ἐκέκτητο, ὥστε εἴπις ἔκειτο νόμῳ, διάφορον πλέκεσθαι στέφανον τῷ πᾶσαν ἡσκημένῳ τὴν ἀρετὴν ἐκ παίδων εἰς γῆρας, ὥστε παῖδα μὲν ἐκ ῥόδων στεφανηφορεῖν, ἐξ ἴων δὲ πρόσηβον, καὶ τοῖς ἄλλας ἡλικίας ἄνθεσιν ἄλλοις, πάντας ἂν αὐτὸν τὰς στέφανους λαβεῖν.

XXIIX. Ἐκ τούτων ὀδύνη τις ὑμῖν, ὡς εἰκὸς, ἐνοχλεῖ· Ἦπται καὶ τοὺς εἰκόνας ὁρῶντες ἐκείνου δακρύετε, καὶ τὴν τῶν χρωμάτων μορφὴν πρὸς τὴν ἔμψυχον ἀναγόμενοι μείζονι πολήτειαθε πόθῳ, καὶ πρὸς τὴν τῶν γραφέων ἴσως ἄχθεσθε τέχνην, ὅτι μὴ δύναται καὶ φωνὴν τοῖς οἰκείοις ἐνθεῖναι φιλοτεχνήμασιν· εἶτα τὸ παρυσχὸν ποιεῖσθε πρόφασιν μνήμης, ὅσοι γὰρ ἐν τοιαύταις γίνονται τύχαις, ἀφορμὰς ἑαυτοῖς ὑπινοοῦντες δακρύων ἐκ παντὸς βιάζονται τρόπου τοὺς τελευτήσαντας ἐννοεῖσθαι καὶ σφίσιν αὐτοῖς ὑπογράφειν. Ταῦ-

XXVII. Perpenditis ſpes, quas in his liberis habuiſtis, quomodo maſculorum par eſſet ornaturus honoribus, fœminam cum ſponſo copulaturus, & thalamum carmine nuptiali decantato ornaturus. Contemplamini balnea, nemora, familiares & diſcipulos, quos aliquis tanquam gregem ſine paſtore videns deploraverit. Mente reputatis, quomodo in infantia fuerit alacris, in adoleſcentia modeſtus, in ætate integra ſapiens & in ſenectute mitis vel potius omnibus in his quavis ætate præditus, adeo ut ſi qua lex lata eſſet, de diverſis coronis illi nectendis, qui a teneris usque ad ſenectam virtute præſtitiſſet, ut ſcilicet puer coronam ex roſis, juvenis ex violis, & in reliquis ætatibus ex aliis floribus ferret, ille omnes coronas acciperet.

XXVIII. Ex his dolor aliquis vobis, ut æqvum eſt, moleſtiam exhibet. Nimirum vel imagines ejus videntes lachrymamini, & colorum ſpeciem ad vivum reducentes majori deſiderio laboratis, forſan quoque arti pictorum ſuccenſetis, quod vocem quoque operibus ſuis indere nequeat, deinde obvium quodvis in recordationis prætextum aſſumitis Quicunque enim in ejusmodi caſibus verſantur, dum ſibi ipſis anſam lacrymarum excogitant, omnibus modis conantur defunctos recordari & ſibi ipſis de-

τε δάκνει τὸν λογισμὸν, ταῦτα τὸν ὕπνον ἀφεῖ, ταῦτα καθεύδουσι μόλις ἐνύπνια γίνεται.

XXIX. Τί ἂν οἰχήσεται τοιάυτης ἀνδρας ἡ λύπη χειρωσαμένη; καὶ μάτην ὑμῖν ὁ Θεοδώρε * φησὶ, μήτ' εὐτυχῶν ἔσο ἄφειλαρὴς, μήτε πρᾴλτων ἑτέρως ἄφείλυπ@. Ἡ τῆς παραινέσεως, τὸ μὴ ὑμῖν ἓυ ἔχειν δοκεῖ, μετρίάζετε γὰρ ἐυπραγοῦντες, τὸ δὲ λοιπὸν ἀφιέψεθε, καίτοι Ξενοφῶντι δοκεῖ χαλεπώτερον εἶναι πράγματα φέρειν μετρίως, ἤπερ ἐγκρατῶς πανάντία. Μὴ τοίνυν τὴν μείζω καρτερίαν τῆς ἐλάττον@ ἀμελήσητε. Ἐσθλὸς γὰρ ἀνὴρ, ἡ Τραγῳδία φησὶν, ἅπαντα φέρειν καλῶς. Πάρεστιν ἤδη καιρὸς τὰς ἡμετέρας ἐξετάζων ψυχάς.

* Xenophon.

XXX. Τὸν καλὸν ἐγὼ θηρευτὴν πρὸς τὰ μάχιμα δοκιμάζω θηρία, τὸν ἀγαθὸν κυβερνήτην πρὸς ἀντιπνέοντας ἀνέμους τῷ πλοίῳ. Ἀνδρεῖον καλῶ στρατιώτην τὸν ἐν τοῖς κινδύνοις μὴ λελοιπότα τὴν τάξιν, τὰς φιλοσόφῳ βίῳ χρωμένας ἐν ἀκμῇ δυσκολίας ὅπως φέρουσι θεωρῶ. Ἰδιώτῃ μὲν γὰρ φάρμακον ἔστω λύπης ὁ χρόν@, ὁ δ' ἀπὸ μύσης ἐλθὼν καὶ θείων γευσάμεν@ ἀκροσμάτων, μή μοι τοιαύτην θεραπείαν ἀναμενέτω. Δεῖ γὰρ τῆς ἰατρείας ἔγχρόνε τὰ ἔγ λογισμῷ φάρμακα προηγήσασθαι, ἢ τί πλέον ἡμῖν οἱ λόγοι δωρήσονται; Τῶ δ' χάριν πονηρὰ πρὸς

lineare. Hæc mentem mordent, hæc ſomnum removent, hæc dormientibus tandem inſomnia fiunt.

XXIX. Quando igitur triſtitia tales viros ſubigens evaneſcet? Et fruſtra vobis ille Theodori F. dicit: *Neque in rebus proſperis eſto ſupra modum lætus, neque in adverſis nimium triſtis*, aut prior moniti pars bene ſe habere vobis videtur, moderati enim eſtis, cum res e voto fluant, alterum vero negligitis, quanquam Xenophonti difficilius videatur, bona moderate, quam contraria fortiter ferre. Ne igitur majorem animi conſtantiam præ minori negligatis. *Boni enim viri eſt*, inquit Tragœdia, *omnia recte ferre*. Adeſt jam occaſio, qua animi noſtri explorantur.

XXX. Equidem bonum venatorem in immanibus & feris belluis probo, peritum gubernatorem in ventis adverſus navem ſpirantibus: fortem militem apello qui re inclinata aciem non deſerit, philoſophicam vitam agentes in ſummo diſcrimine, quomodo ſe habent, agnoſco. Indocto quidem tempus ſit remedium triſtitiæ, qui vero literis eſt imbutus, & divinas diſciplinas guſtavit, ille nequaquam talem medelam expectet. Oportet enim temporis medicinæ rationis remedia præire; quid alioquin amplius ſtu-

τῶν

τ παλαιῶν ἐκμανθάνοντες τύχας, οὐ γὰ ἵνα τὸν χρόνον ἀνόνητον δαπανῶμεν, ἀλλ' ὅπως ὠφελείαν θρεψώμεθα, καὶ τοιάτε συμβάν[illegible] καιρὸς πρὸς ἄνδρας ἴσα πεπονθότας ἡμῖν ἢ πικρότερα πάθη τὸν νῦν ἀναφέροντες, ἕτως ἥσομεν ῥᾷον.

dia nobis proderunt ? Ideo enim casibus veterum cognoscendis operam damus, non ut tempus inutiliter consumamus, sed quemadmodum puto, aliam inde utilitatem decerpamus, & cum tale tempus acciderit, animum ad viros paria nobiscum vel acerbiora fata passos appellentes, facilius feramus.

XXXI. Ἅρπαγος τοίνυν ὁ Μῆδος, ἀνεῖλε μὲν Ἀστυάγης αὐτῷ τ παῖδα τὸν μόνον, καὶ λαβὼν τὸ σῶμα, κατατεθήκειν εὐωχίαν τῷ φύσαντι τὸν υἱὸν, ὁ δ' ἧττον ἐθαμβᾶς ἠλλοιώθη τῇ θέᾳ, πᾶν εἰρηκὼς ἄρεσκον ὑπάρχειν αὐτῷ τὸ δοκοῦν βασιλεῖ. Εἰ τοίνυν ὃ ποιεῖ βασιλεὺς, φορητὸν ἀνδρὶ λόγων ἀμοίρῳ, πολλῷ μᾶλλον παιδείαν ὑμῖν ἠσκημένοις, ὅτι ἂν πεάξῃ Θεός. Ἐ μὲν ἐκάσῳ δεινότερον πάθος υἱὸς τεθνηκὼς, ἢπερ ἀδελφῷ τελευτή. Φύσει γὰ ἅπασιν ἥδιστον πάντων παῖδες. Ἐπεὶ δ' τὴν ἰδίαν ἐνίοτε συμφορὰν ἕκαστος οἴεται τὰ τῷ πλησίον ὑπεραίρειν κακὰ, ὑμεῖς δ' καὶ ἄλλως ἄπειροι τέκνων ὑπάρχετε, ἕτω τυχὸν ἔχετε δόξης καὶ θάνατον ἀδελφῷ χαλεπώτατον οἴεσθε πένθος, ὁμοίοις ὑμᾶς ἰάσομαι παραδείγμασιν.

XXXI. Harpagus igitur Medus, cum Astyages ejus filiolum unicum occideret, hujusque corpus in frusta secans, Patri filium epularum loco apponeret, hoc spectaculo nequaquam perturbatus est, sed dixit, quodcunque Regi bonum videretur, id sibi quoque placere. Quodsi igitur, quæ Rex fecit, a Viro non literato ferri potuerunt, quanto magis a vobis doctrina ornatis, quæcunque fecerit DEus. Et sane unusquisque obitu filii gravius afficitur quam morte fratris. Liberi enim a natura omnibus maxime jucundi sunt. Quoniam vero nonnunquam unusquisque putat propriam calamitatem proximi malis graviorem esse, vosque liberorum expertes, hunc casum fortasse ita reputatis, ut mortem fratris acerbissimam existimetis, luctum vestrum similibus exemplis sanare instituam.

XXXII. Ἤνεγκεν ὁ Μενέλαος τὴν Ἀγαμέμνονος τελευτὴν ὑπὸ γυναικὸς πλησθεῖσαν, καὶ ταῦτα συνοί-

XXXII. Tulit Menelaus Agamemnonis mortem, quam mulier atque illa quidem conjux inferre

κα. Ἤνεγκεν Εὐφορβος ἀδελφὸν πεσόντος, αὐτὸς πρώην γεγονότος νυμφίος, μέμνηται τῶν ὑμεναίων, ἀμέλει καὶ συνάχθεται χηρευούσῃ τῇ νύμφῃ, ἤνεγκε δ' ἐν ἰδὼν Φονέα Μενέλαον καὶ Μαιθακὸν αἰχμητήν.

XXXIII. Τί ἂν ὑμῖν ἐγκράτειαν ἀνδρῶν διηγοίμην. Μέμνησθε δήπου τῆς ἱερείας ἐκείνης, ἧς οἱ παῖδες ἀπόντων αὐτῇ τῶν βοῶν οἷς εἰώθει πρὸς τὸ τῆς Ἥρας ἄγεσθαι τέμενος, δηκόνει γὰρ τῇ Θεῷ παρούσης ἤδη τῆς ἑορτῆς, τὸν ζυγὸν ὑποδύντες, εἵλκον τὴν ἅμαξαν τῆς μητρὸς ὀχουμένης. Μέμνησθε πάντες, καὶ ὅτι τὴν Ἥραν ἱκέτευσε τοῦτο νεῖμαι τοῖς τέκνοις τὸ δῶρον, ὅπερ ἄριστον ἀνθρώπῳ λαβεῖν. Ἤκουσεν ἡ θεὸς καὶ πληροῖ τὴν εὐχὴν, καὶ θανάτῳ δωρεῖται τοὺς νεανίας. Ἤνεγκεν ἡ γυνὴ τὸ συμβὰν ἡ μήτηρ, δύο παῖδας ὁμοῦ νεανίσκους ἀποβαλοῦσα, καὶ δοκοῦσα τῆς τελευτῆς αἰτία γενέσθαι, καὶ γέγονεν ἐναργὲς τῇ μαρτυρίᾳ τῆς Ἥρας ὡς ἄριστον ἀνθρώπῳ δῶρον ὁ θάνατος.

XXXIV. Ἔοικα δὲ τηνάλλως ὑμῖν ἐνοχλεῖν, ὁπόθεν ἐγνωκόσι τὸ δέον. Εἶδον γὰρ, εἶδον νικῶντας καρτερίᾳ τὸ πάθος. ἐκ ὀλίγους ὑμᾶς φιλοσοφοῦντας ὑπέδειξα πολλὰ τὸν μέγιστον τῶν δακρύων καιρὸν, καὶ μάλα πρεσήκοντα ὑμῖν ἔτος ὁ πρώτος, ἄνευ γὰρ τῆς ἐγκρατείας, ἥτις ὑμῖν

ausa fuerat. Tulit Euphorbus fratrem cadentem, cum ille paulo ante sponsus esset factus, recordatus est nuptiarum, profecto etiam doluit vicem sponsæ viduæ. Tulit tamen, cum Menelaum cædis autorem & Mæthacum armatum videret.

XXXIII. Sed quid vobis continentiam Virorum narro? Mementote sane mulieris illius Sacerdotis, cujus filii, cum illi boves deesſent, quibus ad delubrum Junonis duci solebat (sacra enim faciebat Deæ) jugum subeuntes, quia festum jam aderat, currum traxerunt, quo mater vehebatur. Mementote inquam hujus, & recordamini, quod Junoni supplicaverit, ut donum filiis daret, quod homo optimum accipere potest. Audit Dea & preces implet, & juvenes morte donat. Tulit casum mulier mater, cum duos liberos juvenes simul perderet, & sibi videretur mortis causa fuisse, & testimonio Junonis declaratum est, mortem homini optimum esse donum.

XXXIV. Videor autem nobis frustra molestiam facessere, qui ex vestro met ipsi ingenio quæ officii ratio sit scitis. Vidi enim, vidi vos affectum constantia vincentes: Non infrequentes vos circa tempus luctuosissimum Philosophiæ studio operantes observavi.

ἐκ

ἐκ φύσεώς τε καὶ λόγων παρεσκεύασται τυγχάνει, τίς ἂν φιλόψυχος ὁστισοῦν βδελυρὸς ὁ βίος ἐφαίνετο, πραγμάτων γέμων ἀεὶ ποικίλων ἡδείαν ἑκάστῳ τὴν τελευτὴν, ὅπερ ἔφη τις εὐφρονῶν τῷ Περσῶν βασιλεῖ. Ἰδὼν γὰρ τοῖς ἐπὶ γῆς συναχθόμενον, ὅτι καὶ τὸ πλῆθος τῶν ἀνθρωπίνων ἐτῶν χρόνος ἐστὶ βραχὺς, λόγον ὁ βάρβαρος ἑλληνικὸν ἀπεφθέγξατο. Οὐ τὸ σύντομον, ὦ βασιλεῦ, τὸ βίου δεινὸν, ἀλλ' ὅτι βραχὺς πεφυκὼς ποικίλας ἔχει φροντίδας. Τὰ μὲν κακὰ τὴ παρουσίᾳ τοὺς ἔχοντας ἀνιᾷ, τὰ δὲ χρηστὰ μήποτε παύσηται, θορυβεῖ.

XXXV. Καί μοι δοκεῖ, εἴ τις θεῶν πάντας ἀνθρώπους εἰς ἕνα τι χῶρον συναγαγὼν, ἕκαστον ἀπαιτήσει τὴν ἑαυτοῦ διηγήσασθαι τύχην, εἶτα πάντων εἰπόντων, ἑκάστῳ παθοίτο πάλιν, ποίαν ἔχειν ἕλοιτο; πάντας ἂν ἀπορῆσαι σιγῇ μηδένα ζηλωτὸν θεωμένους. Ἐντεῦθεν ἄρα τινὲς, Τραῦσους ὅλως τὸ γένος ἀποκαλοῦσι, πικρομένους μὲν τινας ὡς λοφύρονται σκοποῦντες, εἰς ὅσα ἦλθε κακὰ, ἀποδύρασθαι δὲ πανήγυριν ἦγον, ὅσων ἠλευθέρωται δυσχερῶν ἐννοούμενοι.

* i. e. Græco dignam auctore.

Et ſane hic mos vos decet; Quis enim absque moderatione quæ vobis ex natura pariter ac ſtudiis ineſt, adeo vitæ eſt cupidus, ut illi vita inamœna non videatur, ſcatens ſemper rebus, quæ unicuique mortem jucundam reddunt, quod ſapiens aliquis Regi Perſarum dixit. Cum enim illum videret vicem hominum dolentem, quod ætas humana etiam longiſſima breve tantum tempus ſit, barbarus ſententiam græcam * pronunciabat: *Non ob brevitatem vita eſt gravis, o Rex, ſed quod in brevitate iſta multis curis angitur.* Mala enim miſeros præſentia ſua diſcruciant, bona autem turbant, quia verendum, ne aliquando ceſſent.

XXXV. Et mihi quidem fit veriſimile, ſi quis Deorum omnibus hominibus in unum locum congregatis, ab unoquoque poſceret, ut fortunam ſuam enarraret, deinde poſtquam omnes dixiſſent, iterum ſingulos interrogaret, qualem habere eligerent, omnes animi pendentes ſilentium ſervaturos eſſe, quia nullam exoptandam vident. Inde igitur nonnulli, Trauſos ni fallor gentem appellant, lugebant, cum aliquis naſceretur, conſiderantes, quantis malis implicetur, cum vero e vita diſcederet, panegyrin celebrarunt, quantis malis liberatus ſit, cogitantes.

XXXVI. Πάλαι ταῦτα βοῶσι καὶ ποιηταὶ καὶ φιλοσοφίαν ἀσκήσαντες, ῥήτορές τε καὶ συγγραφεῖς ὥσπερ εἰς ἓν συνελθόντες, καὶ πρὸς ἄλλους συνθέμενοι μίαν ἅπαντες γνώμην περὶ τῶν ἀνθρωπείων κακῶν ἀπεφήναντο. Πλὴν ὅσον ἔνεστιν ἐπὶ γῆς ὄντα πεπαῦσθαι, καλῶς πένεσθαι ἔσχεν ἐξ ἀρχῆς τὴν τύχην, ὅσῳ δὲ τῶν ἄλλων σοφώτερος, τοσούτῳ μᾶλλον εὐδαιμονέστερος ἦν, ἔπερ ἡ σοφία κατὰ τὸν Πλάτωνος ὅρον εὐδαιμονίας κεφάλαιον. Ἀλλὰ μὴν τοσαύτην βεβίωκεν ἡλικίαν, ὥστε μήτε γήρως ἄμοιρος εἶναι, μήτε τὴν ἑπομένην τοῖς σφόδρα πρεσβύταις ἀναμεῖναι παλαιπωρίαν. Ἄνευ δὲ τούτων ὅσων γέγονε παιδευτὴς, τοσούτων ὑπῆρχε πατήρ. Ἴσα καὶ τέκνων τοὺς φοιτητὰς ἀγαπῶν. Εἰ δέ δή τι καὶμοὶ λόγου πρόσεστιν ἄξιον, καὶ παιδεύειν ἐπιχειρῶ, ὁ πατὴρ, ὡς ἔοικε μόνον, ἀλλὰ καὶ πάππος * ἤδη γεγονὼς ἐτελεύτα.

XXXVI. Jam pridem hæc & Poëtæ & Philosophi, Rhetores quoque & Historici clamant, ac si inter se convenissent, & cum aliis transegissent, & omnes unam de malis humanis sententiam enunciarunt. Sed quantum licet homini res humanas in hac vita feliciter agere, hic noster secundo fortunæ cursu usus est inprimis: quo sapientior enim aliis erat, eo etiam felicior, siquidem sapientia juxta Platonis definitionem caput est felicitatis. Sed tantam ætatem transegit, ut neque senectutis expers esset, neque miseriam perferret, quæ decrepitos sequitur. Præterea vero quot discipulos Præceptor habuit, tot liberorum etiam extitit Pater, quia discipulos instar liberorum amavit. Atque egomet si quid præclari scio, & docere conor, non pater solum, ut videtur, sed avus jam fuit, qui obiit.

* Ut Choricii, qui Procopium audivit, discipuli atque auditores fuerint velut i Procopianæ doctrinæ nepotes.

XXXVII. Καὶ μὴν ἀξίαν ἔσχε βίου τὴν τελευτήν. Οὔτε γὰρ ἀπεμάρανε νόσου μῆκος τὸ σῶμα καὶ φερομένην τὴν ὑσάτην· ἴδιόν τε τὸ πάθος ἕκαστος ἐλογίσατο, καὶ δακρύων ἀφῆκε πηγάς, ἥτε ὁσία τοιάδε τοῖς αὐτῷ τετιμηκόσι τρόποις οἷς νομίζεται θάνατον ἱερεῖος πιμάδαι. Κύρῳ φασὶ τῷ Καμβύσου καθεύδοντι, δόξαι τινὰ προσελθόντα, σκευάζειν, λέ-

XXXVII. Mortem quoque vita dignam occubuit. Non enim diuturnus morbus languidum reddidit corpus, extremum spiritum ducentis, & luctum quisque suum existimavit; & fontes lacrymarum profudit. Exequiæ autem tales illi celebratæ sunt, quales Sacerdoti defuncto facere solenne est. Dicunt Cyro Cambysis Patri aliquem

γειν,

γειν, ὦ Κῦρε, ἤδη γὰρ εἰς τὰς κρείττονας ἄψει. Ὁ μὲν εἶπεν, ὁ δὲ προέγνω τὴν τελευτὴν, ἐκ τῶν βεβιωμένων αὐτῷ τὴν πρὸς τὰς κρείττους πορείαν ἐνθυμηθείς. Πείθομαι τοῦτον εἰς τὴν ὁμοίαν τῷ Κύρῳ πάλιν ἐλθεῖν, εἴτε χωρίον ἐστὶ τερπνὸν, ὃ δὴ μακάρων νήσους οἱ μῦθοι καλοῦσιν, εἴτε καὶ ἄλλη τις ὥρισται τοῖς ἀγαθοῖς ἀμοιβή.

XXXIIX. Τοιούτοις ἐγὼ λογισμοῖς ἐμαυτὸν ἰασάμην, καὶ τὴν μεγίστην ὅπως δυναμαθίαν προσέθηκα. Ἀπῆλθε καὶ Δημοσθένης τὴν αὐτὴν τῷ τεθνεῶτι βεβιωκὼς ἡλικίαν. Ὁ πᾶς Ἀθήνας, ὁ τὴν Ἑλλάδα τῇ γλώττῃ φυλάξας, ὁ πρὸς Φίλιππον χρυσίον πόλεμον ἀκήρυκτον πολεμῶν, ὃς οὐκ ἀπεῖπε πρὸς φάλαγγα προδοτῶν ἀνθιστάμενος, ὃν Ἑρμοῦ λογίου δυνάδειγμα σοφῶν τις καλεῖ. Ὅμως ἀπῆλθε καὶ προσέπι βιαίῳ θανάτῳ καὶ τὴν Ἀθηναίων τύχην σαλευομένην καταλιπὼν, δίκην νεὼς περικλυζομένης, ἀνέμων τε βίᾳ καὶ συγχύσει καμάτων.

XXXIX. Ὁ δὲ τὴν ἐνεγκοῦσαν ἀφῆκεν εἰς ἀσφαλῆ τε καὶ μέγαν ὁρμιζομένην λιμένα * τὸν ἱερέα. Οὕτως ὁ παλαιὸς λόγος ἐστὶν ἀληθὴς, ὡς οὐδὲν ἄκρατόν ἐστι τῶν κακῶν, ἀεὶ δέ τι προσπέφυκεν ἀγαθόν. Ὅθεν

* Episcopum Gazæum.

in somno visum esse, qui ad se accederet diceretque, Para te, o Cyre, statim enim ad Divos es abiturus. Hic quidem prædixit, ille vero præscivit mortem, quod ex vita a se acta abitum ad Superos conjiciebat. Equidem persuasus sum, hunc in similem cum Cyro locum venisse, sive sit ager amœnus, quem fabulæ insulas beatorum vocant, sive etiam aliud aliquod præmium bonis destinatum sit.

XXXIIX. Talibus ego cogitationibus me ipsum sanavi, sed nec sic quidem maximum solatium attuli. Abiit etiam Demosthenes eundem cum defuncto annorum numerum agens, qui Athenas, qui totam Græciam, lingua sua servavit, qui adversus Philippi aurum bellum irreconciliabile gessit, qui phalangi proditorum resistere non destitit, quem Mercurii eloquentiæ imaginem aliquis Sapientum vocat. Tamen abiit & quidem violenta etiam morte, & fortunam Athenienſium fluctuantem & instar navis vi ventorum fluctuumque impetu jactatam relinquens.

XXXIX. Hic vero patriam reliquit in tutum & magnum portum appulsam, Sacerdotem nempe. Adeo vetus proverbium est verum, nihil esse ex omni parte malum, sed semper aliquid boni admix-

ψυχὴ ξ γεγονότ⊙ ὁ πάνχρησ-
τος ἱερεὺς δέδοται τοῖς ἐνοικοῦσιν. Τὰς
μὲν ὖν ἄλλας εὐεργεσίας αὐτοῦ πρώην
ὁ πολὺς ἐκεῖν⊙ ἐπεδείξατο σοφι-
στὴς, * καὶ νικᾶν εἰωθὼς τοῖς λό-
γοις τὰ πράγματα, τότε πρῶτον ἐ-
φάμιλλ⊙ ὤφθη τοῖς ἔργοις, ὡς ἔ-
δει γε καὶ τὰς ἄρτι σοι προχθείσας
τῇ πόλει φιλοτιμίας, τὴν ἐκείνῃ
προλαβεῖν τελευτὴν, ἵνα ξ πρὸς ἀ-
ξίαν ἔτυχον κόσμ τοιαύτης ἀπολαύ-
σασαι γλώττης.

* Procopius.

XL. Νῦν δὲ τίς ἀ κατόπιν χωρή-
σει τῶν εἰργασμένων, ὧν π παρεὶς
τίν⊙ μνηθῶ; ἥτε γὰ πόλις τοσοῦ-
τον προσέληφε μέγεθ⊙ τῶν ποῶν,
ὡς ἐξεῖναι ποιητικῶς εὐρυάγυιαν αὐ-
τὴν ὀνομάζειν. Ἐντεῦθεν ἐστιν ἁβρό-
χοις τὰς ποὰς διιέναι, λελυμένων,
ὅσα τοῖς παρεῖσιν ἐμποδὼν ἐγεγό-
νει, τότε λυτρὸν ἀνέῳκται λάσεσι τοῖς
ἀ παντᾳχᾶ τῆς πόλεως ἀδεῶς φοι-
τᾶν δυναμένοις, καὶ μαντεύομά γε,
πλείονά τε καὶ μείζω γενήσεσθαι τ
γεγονότων.

XLI. Ἀλλὰ τούτων μὲν ἕκαστον ἰ-
δίᾳ προὸς ἔπαινον ῥήτορ⊙ δεῖπν. Μίαν
δέ σε πράξιν ἐγὼ προὸς τὴν παροῦ-
σαν ὑπόθεσιν πρόσφορον διηγήσα-
σθαι βούλομαι· ἔθηκε νόμον ὁ χρό-
ν⊙ ὀδυνηρὸν γυναιξί. Τίς ὖν ἀ-
τός ἐστι; Ἐπειδὰν ἄωρ⊙ γένηται τε-
λευτὴ, ἀ τῇ κινήσει τὰ πάθη ὀρ-
κοῦντα προὸς ὀδυρμὸν, ἀ τῇ γυναι-
κείᾳ φύσει ῥαδίως καταφερομένη

tum habere. Unde Sacerdos utilis-
simus incolis solatio casus hujus
datus fuit. Alia ejusdem beneficia
nuper celebris ille Sophista recita-
vit, & qui res vincere oratione so-
lebat, tunc primum, argumentum
par cum quo certaret nactus esse
visus fuit, ut largitiones etiam
nunc civitati a te factæ morti il-
lius merito antevertere debuis-
sent, ut tali lingua celebrari pro
meritis, atque ornari illis conti-
gisset.

XL. Nunc vero opera tua quis non
longe posterior relictus asseque-
tur dicendo, ex quibus quid præ-
termittam? quid memorabo? Urbs
enim adeo amplas porticus est ade
pta, ut æquum sit illam latas vias ha-
bentem cum Poëta appellare. Hinc
licet porticus pluvia carentes per-
transire, destructis illis, quæcun-
que viatoribus impedimento fue-
rant, & balneum illis qui non ubi-
que in urbe tuto ire poterant, te
parario apertum est, & auguror
plura & majora his futura esse.

XLI. Sed ad singula hæc cele-
branda singuli oratores adhiberi
debebant. Equidem ex tuis factis
unicum tantum quod præsenti ar-
gumento convenit, enarrare volo.
Tempus mulieribus legem mole-
stam tulit. Quænam quæso illa?
Quum acerba morte aliquis rapi-
tur, ad lamentandum non com-
motio affectus, non muliebris in-

προὸς

πρὸς δάκρυα. Ἀλλὰ μισθῷ τινὰ θρήνους αὐταῖς ἄδεσαν, ἢ ᾗ τῇ συμφορᾷ φλεγομένας μᾶλλον ἐξάπτει, καθάπερ ἂν εἴ τις ἔλαιον ἐπιβάλλοι πυρί. καὶ κρείττων αὕτη τὴν τέχνην, ἡ μείζους ἐπισαμένη κινεῖν οἰμωγὰς καὶ τὰς ταλαιπώρους γυναῖκας δακρύων μισθὸς ἀπαιτεῖ. Τοῦτο τοίνυν ἔσβεσας εὐποιῶν, ἐλεεινὸν ἡγησάμενος μηχανᾶσθαι παραθήκην ταῖς ἐμφύτοις ὀδύναις. Τοιοῦτον ἐν κηδεμόνα λαχόντες ἐπικαθίζεσθε τῆς ἀθυμίας, καὶ τῇ πατρίδι συνεύχεσθε ἕδε τε χρόνον ἀπολαῦσαι μακρὸν, καὶ ὡσαύτως ἐνεγκεῖν τῷ πεπνευκότι πολίτας.

XLI. Ταύτας, ὦ ποθεινοτάτη κεφαλὴ, τὰς χοὰς ὁ σὸς ἐπιστένδει σοι φοιτητὴς, ἔδει γὰρ καὶ μὴ τῶν ἄλλων δακρύσαι, ἢ πλεῖον τι τῶν ἄλλων εἰσαγαγεῖν τὸν πλείονα ὡδάσοι τυχόντα φιλοσοργίας.

doles ad lacrymas proclivis illis sufficit, sed mercede conducunt fœminam, quæ illis lugubria carmina canat. Hæc vero calamitate accensas magis accendit, non aliter ac si oleum igni injicias: & illa artis suæ peritior existimatur, quæ majores ejulatus movere potest, & a miseris fœminis mercedem lacrymarum exigunt. Hoc igitur abrogasti optimo consilio, miserabile existimans naturalibus insitisque doloribus cumulum moliri. Cum igitur talem moderatorem adepti sitis, tristitia paululum sublevamini, & simul patriæ optatis ut per longum tempus frui illo liceat, & cives defuncto similes alat.

XLI. Has inferias, ὁ desideratissimum caput, tuus discipulus tibi facit; fas enim fuit illum etiam cum aliis illacrymari tibi, & aliquid amplius præ aliis in medium afferre, cum a te intensiore amore dignus judicatus fuerit.

ΧΟΡΙΚΙΟΥ Β΄ αὐτοῦ λόγος εἰς ΣΟΥΜΜΟΝ στρατηλάτην.

CHORICII Oratio II. in SUMMUM * Ducem,

Guilelmo de Hertoge, Hamburgensi Interprete

I.

Ἄτοπον μὲν ἴσως ἐγχείρημα δόξει καὶ θράσος μεσὸν, εἰ νῦν, ὅτε κρείττως ἔδει μοι γενέσθαι τὰς λόγους, ὅσα δὴ μείζω τολμῶντας ἡγεμό-

I.

Ineptum pariter & audaciæ plenum videbitur institutum, si nunc, cum orationi meæ, quæ tantum sustinet laudare Imperatorem, insur-

να

* Nomen Ducis *Summus* infra c. 10. ἀδὲν ἄπρακτον ὅπου ἂν τύχῃ Σοῦμμος παρών.

να κοσμεῖν, ἐλάττονα γλῶτταν ἥκω σοι φέρων, ὀλίγῳ καιρῷ τὴν εὐφημίαν ἐργασάμενος. Πλὴν ἐπειδὴ βραδέως σκέψω τὸν ἔπαινον, νικῶμαι τῷ μεγέθει τ̃ ἀρετῶν, ἄσμενος εἶξα τῇ συντομίᾳ τ̃ χρόνου, τὴν σκ τ̃ τάχους θηρεύων συγγνώμην.

gendum esset altius, imparem linguam affero, extemporali oratione laudes tuas celebraturam. At, cum diu ampliſſimam tibi laudis materiam comparaveris, virtutum tuarum magnitudine vincor, libenterque cedo brevitati temporis ex ipsa festinatione mihi pollicitus veniam.

II. Ἤδη μὲν ἄν τις τὰ Μουσῶν ἐργαζόμενος ἡδυ μάλα ποιητικῇ σειρῆνι τὸ θέατρον ἔθελξεν, ἔνιά σου τῶν γνωρισμάτων ἐποποιΐας τῷ μέτρῳ. Οὐ μὴν ἐντεῦθεν ἡμῖν οἱ λόγοι σενοχωροῦνται, ἀλλ' ὥσπερ μέγα πλέουσι πέλαγος ὁλκάδες πανταχόθεν πολλαὶ, καὶ φόβος ἐδεὶς μὴ λάθωσί πῃ τινες ἀλλήλας πιέζουσαι, οὕτως ἡ τῶν σῶν ἔργων εὐρυχωρία παντὶ δίδωσιν, ἐπαινέτῃ τόπον ἀρκοῦντα.

II. Jam quidem aliquis Musarum Cultor dulci Poëmate Auditorum aures opportune demulsit, & nonnulla virtutum tuarum capita versibus inclusit. Neque vero proinde orationi meæ præreptа est materies, sed quemadmodum plurimæ naves magnum undique Oceanum pervehunt, nec verentur, ne alteram altera offendat; ita rerum a te gestarum immensa magnitudo unicuique virtutum tuarum prædicatori sufficientem materiam præbet.

III. Δεῖγμα δέ σου πρῶτον ἀρχικῆς ἐπιστήμης τὸ δὶς τὴν αὐτὴν λαχεῖν ἐξουσίαν. Οἱ γὰρ τοιαύτης ἀπαίδευτοι τέχνης, ἢ τὸν ἅπαντα χρόνον εἰς ἰδιώτας τελοῦσιν, ἢ μιᾶς ἀπολαύσασι δυνασείας ἐλεγχομένης αὐτῶν τῆς ἀμαθίας. Τῇ πείρᾳ σου δὲ καλῶς ἄρξαι τὴν πρώτην ἡ δευτέρα τεκμήριον. Τὸ δὲ βεβαιοῦσθαι τὴν πρώτην ὀρθῶς ἐφάσαντος βίου σημεῖον. Οὐ γὰρ ἐν τῷ ἄνδρα γενέσθαι

III. Primum omnino Imperatoriæ tuæ peritiæ documentum est, quod bis eodem ornatus fueris munere. Quicunque enim hujus artis imperiti sunt, aut per omne tempus privatam agunt vitam, aut, si semel imperio admoti fuerint, ignorantiam suam manifesto produnt. Tuæ autem in primo munere dextre gerundo experientiæ alterum est indicio. Primoque quod

ὅτι πιστὸν, εἰ μὴ καλῶς ἐν παισὶ καὶ μειρακίοις ἐτράφοις.

IV. Ἀλλὰ τί σε τὰς βραχυτέρας ἄγομαι ἡλικίας εἰς μέσον, μηδὲ τὰ τῆς παρούσης πλεονεκτήματα χωρῆντος τε λόγε· Ἤδη δὲ πρὸς ταῦτα πορεύσομαι. Ἐγένετο καιρὸς τὴν Ἀντιόχειαν (τότε γὰρ Ἀντιόχεια προσηγόρευτο,) σαλεύων τε καὶ κινῶν ἕως εἰς ἔδαφος ἔκλινεν. Οὗτος ὁ καιρὸς οὐδὲ τῶν Ἀπόλλωνος ἐφείσατο παιδικῶν, ὅτε καλλος τῆς ἐρωμένης ἠλέησε ϗ Θεός. Οὐ τὸν ζέφυρον ἠρυθρίασε πράως ἀεὶ πνέοντα τὸ χωρίον. Οὐ τῶν ὀρνίθων ὤκτειρε πὰς φωνὰς, ὅσοι πῆς δένδρεσιν ἐφιζάνοντες ᾄδουσιν ἡδὺ καὶ τερπνὸν, τότε δὲ ἴσως ἐλεεινὸν εἴ τις ἄρα κακῶν ὄρνισιν πέφυκεν αἴσθησις. Ἐν τούτοις μὲν ἦν ἡ πόλις καὶ τὸ ἄλσος αὐτῆς.

V. Εἰ δὴ τότε Δέλφοις ἔχων ἐτύγχανεν ὁ Ἀπόλλων, καί πις ἐπύθετο ϗ Θεός, πίνα τρόπον αὖπω τὴν πορθυμένην ἰάσονται, καὶ τὴν ἐκείνης ἄρχουσαν πόλιν, ἀνεῖλεν ἂν δυοῖν ἰατροῖν δεῖσθαι, τὴν ψυχὴν ἀγαθὸς βασιλέως, καὶ στρατηγὸς πολεμικὸς τὴν γνώμην, τὸ μὲν ὀρθοῦντος τὰ πεπωκότα, ϗ δὴ τὴν τῶν ἠτυχηκότων ἔνδειαν θεραπεύοντος. Ταῦτα ἔχρησεν ἂν, εἴγε μάντις ἐπῆρχεν ὁ Πύθιος. Ὁ μὲν γὰρ ὤρεξε χεῖρα τῇ πόλει πλησίαν, ὥσε μηδὲ ἐπὶ τε πέπωκε προσελθόντα ῥᾳδίως

ornatus fueris, vitæ bene gestæ signum est. Non enim, viro facto hæc tibi evenissent, nisi ab ineunte ætate bene institutus fuisses.

IV. Verum quid infimam ætatem tuam in medium profero, cum ne præsentem quidem oratio capere possit? Huc itaque me converto. Erat aliquando tempus, cum Antiochia (tunc enim Antiochia vocabatur) terræ motu concussa & eversa est. Illud tempus neque Apollinis pepercit deliciis, neque dilectæ DEO urbis decus respexit. Non Zephyrum erubuit, locum illum leniter semper perspirare solitum, neque vocum miserum est avium, quæ in arboribus saltitant suaviterque canunt, tunc autem nescio quid quiritabantur, si quis tamen avibus malorum sensus fuit. Hæc urbis & adjacentis luci facies erat.

V. Tunc si Delphis cultus fuisset Apollo, & quis ex ejus Numine scisciatus esset, quomodo devastata regio ejusque primaria urbs sanari iterum posset, responsum edidisset, duobus opus esse Medicis, bono nimirum Cæsare & ad votum formato belli Duce, quorum alter ea, quæ conciderunt, erigeret, alter adversam fortunam passorum inopiæ mederetur. Hæc oraculum edixisset, si vates Pythius consultus fuisset. Ac Cæsar sane civitati auxiliatricem præbuit ma-

αὐθέσθαι, καὶ τῷ ἄρτι τὸ πρότερον ἀπενεγκεῖν κάλλος, ὃ συγχωρήσας τῇ γῇ καὶ ταύτην καλύψαι τὴν δάφνην, ὥσπερ πάλαι τὴν ὁμώνυμον κόρην. Καὶ τὰ μὲν αὐτοῦ τοῦ βασιλέως τοιαῦτα. Ὁ δὲ πάντα πολὺς ἑστὶ ταῖς ἀκμαῖς τοῦ κινδύνου παρὼν ἑκάστῳ τὸ πρόσφορον συνεισέφερε, βίᾳ μὲν ἀφορμὰς τοῖς δεομένοις, τοῖς δὲ κειμένοις τὰ νομιζόμενα, τοῖς δὲ μηδαμῶς ὁρωμένοις, πολλὰ δὲ ἀφανῆ γέγονε σώματα, τούτοις, τί δὲ ἕτερον ἦν, ἐδωρήσατο δάκρυα.

VI. Τότε δὴ πάντα πόρον ἀναγκαίας τροφῆς τοῖς ἐν χρείᾳ χορηγῶν διετέλεις. Τότε σε τὸ μέγεθος τῆς φιλοτιμίας ἀπέζωσε, καὶ τῆς ἀξίας τὸ σχῆμα παρεῖδες, ἵνα τὴν ἀξίαν αὐτὴν ἔργῳ σεμνύνῃς. Εἵλου δὲ εὐποιῶν ζώνης ὀφθῆναι μᾶλλον ἢ φιλανθρωπίας γυμνὸς, καὶ τὸ σῶμα μᾶλλον ἢ τὴν ψυχὴν ἄκοσμον ἔχειν. Διὰ τοῦτό σοι πλοῦτος γέγονεν ἀρετῆς ἡ τοιαύτη πενία.

VII. Ἰδὲ πάλιν ἐκείνους οἰκτείρεις τοὺς ἄνδρας, καὶ πρόσωπον ἐμφαίνεις συαχθομένῳ νῦν ὅτι τὰ εἰρημένων τὸ πάθος λαβών. Καὶ τοῦτο ἄρα σε μόνον ἡ φιλοτιμία λυπεῖ, ὅτι τῇ μνήμῃ τῆς δωρεᾶς ἡ συμφορὰ συνεισέρχεται. Τοιγαροῦν συστέλλω τὸ

num, adeo ut præteritum casum ne persentiscere quidem amplius videatur, & pristinum urbi reddidit decus, neque passus est Daphnen ut cognominem quondam puellam terra tegi. Et hæc quidem Cæsaris erant. Dux vero noster cum præsentissimo ubique adesset periculo, singulorum commodis prospexit, victum suppeditavit egentibus, humi jacentibus debitum præstitit auxilium, absumtis vero & jam nusquam conspiciendis, nam multi inter eos oculis erepti fuerant, iis, inquam, quid enim aliud superarat, suas impertivit lacrymas.

VI. Tunc omnem necessarii cibi apparatum inter inopes distribuere pergebas. Tunc te honoris cupido pecuniis exuit, dignitatisque splendorem tantisper deposuisti, ut ipsam dignitatem re vera illustrares. Satius enim esse credidisti benefaciendo pecuniæ quam humanitatis inopem videri, præstareque corpus quam animum absque ornatu esse. Hinc divitias tibi virtutis inopia hujusmodi comparavit.

VII. Ecce, dum hæc loquor, rursus horum misereris virorum, & personam ex animo condolescentis præ te fers, perque ea, quæ jam memoravi, ad misericordiam te commoveri pateris. Et in hoc solum tua te pietas dolore afficit, quoniam munificentiæ tuæ recor-

ἐπαι-

ἔπαινον, ἵνα μὴ τὴν λύπην ἐκτείνω.

VIII. Ἐπειδὴ τοίνυν ἐν τούτοις ἠγγέλθης τῷ βασιλεῖ, λαβὼν ἐκεῖνος εἰς ἔννοιαν, ὅσην εἰκὸς τῆς ἰδίας χώρας ἐπιμέλειαν ἔχειν τὸν τῆς ἀποστολῆς τοσαύτην θέμενος πρόνοιαν, ὑποπέπτωκε σὺ παλαιστίνην τῷ νεύματι. Σὺ δὲ πρόφασιν ἐδέξω τὸ γέρας, ἀ πρὸς ἀρχὰς ἔχων ἐρωτικῶς, ἀλλὰ τροφαίων τῇ χώρᾳ πρόφασιν ἐξευρών. Αὕτη τῶν Παλαιστίνης ἐγένετο πραγμάτων ἀρχὴ καὶ κατάστασις πρώτη. Ἐντεῦθεν οἱ δυσμενεῖς ἠρεμεῖν ἠναγκάζοντο ἄνδρες σοβαροὶ καὶ φιλοκίνδυνοι καὶ μισοῦντες τὴν ἡσυχίαν. Καὶ πρόρριζοι τοῖς πόλεσιν ἐλευθερία σαφὴς ἐξ ἀφορήτου δουλείας, ἥτις ἐπενέπιπτο μὲν τῶν ἀλλοφύλων τοῖς γείτοσιν, κατέβη δὲ πρὸς τοὺς τούτων ὁμόρους, ἥψατο δὲ τῶν ἀπωτέρω χωρίων, ὁδῷ δὲ προῆλθε καὶ πρὸς ἡμᾶς ἦκε τῇ φήμῃ, σὲ δὲ φανέντος μικρὸν ἀποστρέψασα γίνεται πρὸς τοὺς ἐναντίους.

IX. Οὕτω τὰ Παλαιστινῶν πράγματα παραδέδωκας τοῖς τὴν αὐτὴν μέλλουσι παρειληφόσιν ἀρχήν. Οἱ δὲ πιστῶν αὐτοῖς ἀπαρχόντων παραδειγμάτων, ἕως μὲν τοῖς ὑμετέροις ἴχνεσιν ἕποντο, τῶν ἀπόντων ἀμεμπτῶς ἐκράτουν. ἐπεὶ δὲ τὰ πάντα σε μιμεῖσθαι πειρώμενοι λειπομένην εὗρον τῆς προθυμίας τὴν δύναμιν, datione priſtina calamitas ſimul in memoriam rvocatur. Contraho itaque laude tuas ne tr ſtitiam augeam.

VIII. Poſtquam igitur tam præclara de te fama ad Cæſarem pervenit, ille eam, quam credibile eſt propriæ regionis curam gerens, qui tantam quoque non ſuæ habuit, nutui tuo Palæſtinam ſubjecit. Tu vero ſummo cum gaudio hoc munus accepiſti, non quod imperii cupidus eſſes, ſed quod in provincia ſtatuendorum tropæorum occaſionem invenires. Et hoc rerum in Palæſtina a te geſtarum initium ac primus veluti actus fuit. Inde viri malevoli, inſolentes, temerarii & inquieti quieſcere coacti ſunt. Et civitatibus manifeſta libertas eſt reddita poſt intolerabilem ſervitutem, quæ gentium alienigenarum vicinis impoſita ad horum finitimos deſcendit, reliquasque attigit regiones, ac via patefacta etiam ad nos fama pervenit, donec te adveniente momento temporis reverſa in hoſtibus conſpicitur.

IX. Ita res in Palæſtina gerendas iis tradidiſti, qui poſt te cum imperio fuerunt. Illi vero cum talia ipſis ante oculos eſſent exempla, quamdiu tua ſequebantur veſtigia, cum laude ſuis imperavere. Cum vero in omnibus te imitari conati ſenſerunt voluntati deeſſe facultatem, (Omni enim imitatione ſuperio-

(Κρείττω γὰρ ζήλου τὰ σὰ) τότε σου τῶν ἰχνῶν ἔξω πλανώμενοι εἰκῇ τὰ τῶν ἀρχομένων ἤθυνον πράγματα, ὥστε δοκῶ μοι τὴν τύχην εὐνοίᾳ τῇ σοῦ σε τῶν αὐτῶν ὑπηκόων ἑτέρους καταστῆσαι δεσπότας. Εἰ μὲν γὰρ ἄλλος ἀδεὴς ἦν τὴν αὐτὴν μετά σε παρῆλθεν ἀρχήν, ἄδηλον ἦν εἰ μόνον τὸ σὸν ἴσχυε φρόνημα τοὺς ἐχθροὺς ἡμερῶσαι καὶ βιάσασθαι σωφρονεῖν. Νῦν δὲ μαρτυρία παρῆλθεν ὅτι σε μόνον τὴν ὅλην ἀναφέρουσα πρόφασιν. Τοὺς μὲν γὰρ πρὸ τῆς ἡμετέρας ἀρχῆς τῶν αὐτῶν ἡγησαμένους πραγμάτων, οὐδεὶς θαυμαστὸν κατόπιν σου γενέσθαι τῶν ἀρετῶν, ἃ γὰρ εἶχον οὐ τινα δέοι μιμήσασθαι. Τὸ δὲ τοὺς ὕστερον ἄρξαντας ὑπολείπεσθαι, δείκνυσιν εἰς πᾶσαν ὑμᾶς νικῶντας ὑπόθεσιν, ὡς ἐξεῖναί σοι πανταχόθεν εἰκότως μέγα φρονεῖν. Ἐκ μὲν τῶν παρελθόντων, ὅτι τούτους παρέδραμες ἁ μετρίως. Ἐκ δὲ τῶν μετά σε τὴν ἀρχὴν εἰληφότων, ὅτι μιμήσεως κρείττων ἐφάνης.

X. Οἷον γὰρ, οἷον ἐκεῖνο σου θέλω λόμενον, ἐνίσει ποτὲ τῶν ἡμετέρων φυλῶν κεφάλαια, δυοῖν ἀνδρῶν ξυνωρίς. Καί τις ἀμφοτέροις ἀκρίτως ἦν ἔρις καὶ ταραχή. Δειναὶ γὰρ ἀεὶ καὶ δυσίατοι τῶν φίλων αἱ πρὸς ἀλλήλους διαφοραί. Λελυμένων τοίνυν λαμπρῶς τῶν σπονδῶν, καὶ πάντων ἐλπίδι μιᾷ κρατυμένων ἀπέραντον εἶναι τὴν στάσιν, πολλοὶ γὰρ διαλλάττειν ἐπιχειροῦσι σωθυμίαν ἐπέδειξαντο μόνην, ἔδειξεν ἡ

res sunt res tuæ gestæ) tunc extra vestigia tua progressi res eorum, quibus imperabant, male gesserunt, adeo ut fortuna mihi videatur ex mera in te benevolentia alios iisdem dominos dedisse; nam, si nullus aliis idem post te gessisset munus, haud constaret, num tua solius prudentia hostes pacare inque ordinem redigere posset. Nunc autem omnium omnino testimonium obtines; nam quod ii, qui ante te iisdem præfuerunt, nihil virtutibus tuis simile gesserunt, nihil mirum est, neminem enim habuerunt, quem imitari possent: quod vero eos etiam, qui post te imperarunt longe post te reliqueris eosque omni modo anteiveris, merito usque quaque fas est te efferre. Respectu priorum quidem quod eos non mediocriter superaveris, subsequentium vero, quod omni imitatione major compertus es.

X. Quantum enim, quantum, inquam, iliud tuum facinus omnium ore deprædicandum, cum laborarunt discordia gentis nostræ capita, biga præstantissimorum virorum, inter quos intercessit contentio & tumultus. Gravia enim semper & ægre sanabilia sunt amicorum inter se odia. Cum igitur jam palam rupta essent fœdera amicitiæ, & omnes uno consensu crederent, dissidium fore insocia-

πῆσα

πεῖρα σαφῶς, ὡς ἁδὲν ἄπρακτον ὅπῃ ἄν τύχῃ Σύμμῳ παρών. Ἀναμνήσας γὰρ ἀμφοτέρους τῶν συνθηκῶν καὶ σικρῶς ὀπιπλήξας, ὅτι καθάπερ ἐν νυκτομαχίᾳ πρὸς ἀλλήλους ὁπλίζονται, βεβαίας αὐτοῖς συνεχήσω διαλλαγάς.

XI. Ταύτην ἐγὼ τὴν διάλυσιν πάντες φημὶ τροπαίῳ τιμιωτέραν, Ἡροδότῳ χρώμενον δικαστῇ. Ὅσῳ γὰρ εἰρήνη, φησὶν, πρακτέρα πολέμου, τοσούτῳ πόλεμος ἔφυ ῥάσεως ἱμερώτερος. Ἔοικε δὴ τούτῳ καὶ Ὅμηρος μαρτυρεῖν. Ποιήσας γὰρ πόλεμον Πάριδος, τὴν Ἀχιλλέως ἤτησε μῆνιν ἄδειν τὴν Μοῦσαν.

XII. Ἔχοι δ' ἄν τις καὶ τρόπον ἕτερον ἄγαθαί σε τὴν πρᾶξιν. Ὅτι τόξου καὶ πανοπλίας καὶ δόρατος καὶ βίας πολεμικῆς ἐστὶ ψιλή. Εἰ γὰρ ἀσπίδι πολλῇ καὶ βελῶν ἀφέσει πυκνῶν ἱππέωντε καταλόγοις καὶ πᾶσι στρατοπέδου πληρώμασιν αἱ πρὸς ἀλλήλους αὐτοῖς διὰ σοῦ προῆλθον συνθῆκαι, καὶ μικρὰ πρόφασις καὶ τὸ τυχὸν ἐναντίωμα, πάλιν ἀνέστρεπε τὰς σπονδάς. Τὰ γὰρ εὐνοίας χωρὶς καὶ πόθου συνισάμενα σαθρά τε καὶ σφαλερὰ καὶ ἔρρωσται ἀνθήσαντα χρόνον ὀπομαραίνεται.

bile; alii vero, qui componere illud cuperent, nihil nisi pronam suam voluntatem ostenderent, manifesto experientia comprobavit SUMMO præsente, nihil non effici posse. Cum enim utrumque pacis faciendæ admoneres graviterque increpares, quod tanquam nocturno prælio invicem armarentur, firmam inter eos reduxisti amicitiam.

XI. Hanc ego inimicitiarum dissolutionem omni tropæo præclariorem esse duco, Herodoto usus judice: Quanto, inquit ille pax bello sedatior, tanto bellum seditione placidius est. Idem etiam Homerus testatur; nam Paridis bellum ipse scripsit, Achillis iram Musam canere jussit.

XII. Posset vero aliquis etiam alia ratione admirari hoc tuum facinus, quod absque ullo arcu, absque hasta, non per armaturam vimque militarem peractum sit. Si enim multis scutis & frequenti sagittarum missione equorumque multitudine & omni apparatu bellico per te reducta inter illos esset amicitia, vel levis prætextus & fortuitus casus amicitiam inter illos iterum dissolvisset. Quæ enim benevolentia carent neque ex animo fiunt, ut putrida & caduca cum per breve tempus floruerint, marcescunt.

XIII. Ἕτερον τοίνυν κατόρθωμα τὸ λεχθὲν προσδέχεται. Νομάδων γὰρ, ἀλλοφύλων τὰς ἡμετέρας καταθεόντων καὶ ληϊσαμένων τὸ προστυχὸν, καὶ τὴν λείαν ἐν ὄρει θεμένων, ὥσπερ τῆς ἀδικίας ἐπὶ χωρίον ὑψηλὸν καταλάβοι βεβαίως ἱδρυμένης τοῖς κεκτημένοις, ὕπου τούτων ἐν μετεώρῳ προκειμένων ἕτερος μὲν ἐτύγχανε στρατηγῶν. ὃ γὰρ ἂν ἐπράχθη τὸ τολμηθέν. Τοσαύτην δὲ τῇ χρείᾳ ῥοπὴν ἐχορήγησας, ὥστε τῶν εἰργασμένων τὴν εὐκλειαν καταλιπεῖν τὸν στρατηγὸν, σὲ δὲ μετασχεῖν, καὶ ταῦτα φιλεῖν τοῖς ἡγεμένοις ἀκολουθεῖν.

XIV. Ἀλλὰ γὰρ ὁ Νεῖλος προσηχεῖ μοι τὰς ἀκοὰς, καί με ποιητικῶς ἀμφὶ κτύπος ἔατα βάλλει. Εἰ γὰρ καὶ παρ' ἡμῖν οἱ ποταμοὶ διελέγοντο καθάπερ ὁ Σκάμανδρος ἐν τοῖς ἔπεσιν, καὶ ὥσπερ ὁ Νεῖλος αὐτὸς ἐμοὶ τῷ πρώτην ὑμᾶς ἀναμνήσαντι, καταβόησεν ἄν μου, φωνὴν ἀφεὶς, ὅτι μὴ τὴν πρώτην δέδωκα μοῖραν τοῖς περὶ τοῦτον σοι πεπραγμένοις τὸν πόνον. Ἐπιπεσόντων γὰρ πολεμίων τοῖς ἐν Αἰγύπτῳ τὸν βίον ἐν σκηναῖς ποιουμένοις, ὡς ἔγνως, ὡς μαθὼν ἠγανάκτησας, ὡς θυμοῦ γέμων ἐχώρεις, πολλοὶ μὲν τῶν πολεμίων ὑπὸ σοῦ γεγονότες δορυάλωτοι, πολλοὶ δὲ πάλιν τῶν ὁμοφύλων αἰχμάλωτοι πρός σε τῆς εἰρημένης πρεσβείας ἐπαυσαντο.

XIII. At jam aliud præclarum tuum facinus dicendum mihi restat. Cum enim Nomades agros nostros invaderent, & quicquid iis obveniret, prædarentur, prædamque in monte deponerent, tanquam si tuta futura esset in edito loco constituta injustitia, Ducum alter sublimem collem occupaverat. Non tamen audax facinus peragi potuit. Tantum enim necessitati momentum addidisti, ut rerum gestarum gloria Ducem relinquere, tibi que adesse coacta sit, licet Duces sequi consueta.

XIV. At Nilus me vocat, & ut Poëtice loquar cum strepitu mihi personat aures. Si enim etiam apud nos fluvii loquerentur, quemadmodum Scamander in fabulis, vel ipse etiam Nilus apud nuperum vestrum præconem: magna mihi voce exprobraturus esset, quod non primum locum his, quæ illo teste a te gesta sunt, assignaverim. Cum enim hostes in eos, qui in Ægypto tendebant, irruptionem fecissent, tu simul rem cognovisti, indignatus multos ex hostibus bello cepisti, multi vero e sociis capti per te libertati restituti sunt.

XV.

XV. Οὐ τοίνυν μόνον τῆς τῶ πολέμων ἀπαλλαγῆς ἔχουσι χάριν αἱ πόλεις, ἀλλὰ καὶ τῶν ἐν εἰρήνῃ τερπνῶν. Οὐ γὰρ ἔστι γλυκεῖαν ἄγειν εἰρήνην ἐν ὑποψίᾳ πολέμου. Ἡ γὰρ ἐλπὶς εἰσιοῦσα τὸν λογισμὸν κἂν βέλτιστά τις αὐτὸς ἑαυτὸν ἀπατήσας ψυχαγωγῇ, ἄυπνη ὢ καθημένη καὶ θύουσα καὶ φοβερὰς ἀναπλάττουσα φαντασίας, χήρας ἀθλίως ἐλεεινὸν, κόρην ὑβριζομένην, ἕλκοντα ἐς δουλείαν παῖδα, ἀγομένην ἐκ παστάδος γυναῖκα· τοιαῦτα τοίνυν ἐνεικονίζουσα τῇ ψυχῇ, ἐρέφει τε καὶ φοβεῖ καὶ πρὸς ἀθυμίαν ἀνθέλκει. Οὐκοῦν ἡ Λεσβίων πανήγυρις ἡδονὴν εἶχεν αὐτοῖς, ὅτε πόλεμος Ἀθηναίοις ἠπειλεῖτο τῇ νήσῳ.

XVI. Εἶεν. Πόθεν δήποτε λόγον ὤνατο φέρων ὁ Νεῖλος; ἐκ Παλαιστίνης οἶμαι, πρὸς ἣν βάλομαι πάλιν ἐπανελθεῖν, ὅπως ἐντεῦθεν ὅτι τὴν Ἀραβίαν ἀφίξομαι. Τί δέ μοι τῆς ὅτι ταύτην πορείας; ὥρμηταί τις ἐκεῖθεν ἐμὸς φοιτητής. Οἶσθα τὸν νέον ὃν ἐναγχός μοι συνέστησας, ᾧ γνώρισμα μέγιστον ὁ Πατήρ. Οὗτος ἐμοὶ διηγουμένῳ ὅπως διένειμας τοῖς αὐτοῦ πολίταις τὰς φόρους, ἀνέμνησέ με τοῖς πάλαι σοῦ λεγομένοις Ἀριστείδου τοῦ Λυσιμάχου. Ἐκεῖνος τοῖς νησιώταις τάξας τὸ σύμμετρον, ἣν ἐπεδείξατο τοῖς Ἕλλησιν ἀρετὴν, ταύτην ἔλαχεν ὄνομα. Καὶ σὺ τῶν Ἀρ-

XV. Non igitur ſolum ob extinctum bellum gratias tibi habent civitates, ſed etiam ob commoda, quibus in pace gaudent. Non enim dulcedine pacis frui licet, ubi bellum ſuſpicere. Timor enim dum ſemper cogitationi obverſatur, etiam ſi quis vellet ſpe ſe ipſum decipere bonoque animo eſſe, ille tamen ſemper inſtans fervensque terribilesque ſibi fingens imagines non parcitum iri ſenectuti, vitiandas virgines, abripiendos in ſervitutem liberos, abducendam ex thalamo uxorem, hæc igitur, dum ſibi fingit, animum verſat horroremque & triſtitiam injicit, uti nulla voluptate frui licuit Comitiis Lesbiorum, cum audirent, bellum inſulæ ſuæ ab Athenienſibus imminere.

XVI. At unde ſermonem meum Nilus abſtulit? Ex Palæſtina credo, ad quam nunc iterum revertor, ut inde in Arabiam me conferam. Quænam autem hujus itineris mihi cauſa? Trahit me huc quidam e meorum numero. Noſti juvenem quem nuper fidei meæ commiſit (quo nobilis eſt maxime) ipſius Pater. Hic mihi narranti quomodo civibus ipſius tributa pendenda deſcripſiſſes, per ea, quæ de te celebrabam, Ariſtidem Lyſimachi filium in memoriam mihi revocavit. Nam ille quidem cum inſularibus moderata impoſuiſſet,

ραβίων

ραβίων ἑκάστῳ τὴν ἐπιβάλλουσαν διωρίσας ἄτω μοῖραν, ὥσπερ εἰς λόγους ἐλθών πᾳ τῇ τύχῃ οἰκητόρων καὶ παρ' ἐκείνης ἀκηκοὼς ὅσοις μὲν ἐδωρήσατο πλοῦτον, ὅσους ἠ πενίᾳ πεπονημένους, & τίνες ἑκατέρου τῶν ἄκρων ἐν μέσῳ.

XVII. Οὔτε γὰρ οἴκτῳ τῶν δεομένων ἠδίκησας τὴν πλοῦτου μερίδα, ἔστε χάριτι τῶν ἐυπορούντων, τὰς ἐν ἐνδείᾳ πενήχθης ὑπερίδειν, ἔστε τῶν μέσων τὸ πλῆθος αἰδοῖ μᾶλλον ἐλυμήνω τὰς ἑατέρωθεν πεπαγμένας. Ὅσον ἠ τοῖς πράγμασιν ὄφελος ἡ συμμετρία τῶν φόρων, ἐκεῖθεν ἄν τις ἴδοι σαφῶς, εἰ τὴν ἐκ τῆς ἀμετρίας διαστρέψηται βλάβην. Ἐπεὶ καὶ σωμάτων ὑγεία ἠλίκον ἐστὶ τοῖς ἔχουσιν ἀγαθὸν, ἡ νόσος ἐμφαίνει.

XVIII. Ἐλαυνομένων τοίνυν ἐκ τῆς Ἀραβίων τῆς ἀμετρίας τῶν εἰσφορῶν, ἀδεμία τις πρὸς σὲ τοῖς αὐτόθι πλουτοῦσιν δωροδοκίας ἀφορμὴ, ἀλλ' ἡδέως μὲν ἂν προσεδόκων. Ἤχθοντο δὲ, προσδοκᾶν ἀδυνάμενοι. Αἱ γὰρ ἐλπίδες ἀπογίνονται πράγμασιν ἐναργῶς ἀμηχάνοις. Ἀττικὸς μὲν ἂν ῥᾳστα μέγα φρονείτω, ὅτι νόμῳ τὰς λειτουργίας πρὸς τὴν ἑκάστου μετρήσας οὐσίαν πολλὰ τῶν ἐυπόρων αὖπω δόσεων ὑπεχομένων, μὴ πιθέντι τὸν νόμον ὀπίσω τῶ

quam virtutem antea Græcis ostenderat, inde nomen accepit. Tu autem unicuique Arabum pro sorte sua tributum imperans tanquam rationes inires cum fortuna habitatorum, ut ex ipsa percepisses, quibus impertiverit divitias, quos in paupertate neglexerit, & quos medium ab utroque extremo tenere passa fuerit.

XVII. Neque vero pro misericordia erga inopes injuria affecisti divites, neque divitum in gratiam spernere inopes adductus es, neque mediocrium veritus multitudinem opulentiores pauperioresque læsisti. Quanti vero interfit ex æquitate in imperandis tributis, inde manifesto unusquisque videt, si contra damnum, quod ex inæqualitate oritur, considerat. Quemadmodum etiam morbus demonstrat, quantum bonum sit corporis sanitas.

XVIII. Profligata igitur per te in Arabum terra tributotum inæqualitate, nulla divitibus munerum offerendorum occasio oblata est, sed omnes libenter exspectarunt, atque anxii ipsa exspectatione fuerunt quam ferre non poterant. Quid enim sperarent in re, quam putabant fieri nullo modo posse. Orator itaque Atticus jactet se, quod cum tributa publica per legem unius cujusque statui accommodasset, divitesque ipsi mul-

δικαίᾳ

δικαίᾳ τὰς ἐκείνων ἔθετο δωρεάς. οὕτω μὴ ὅπως τούτοις μέγα φρονείτω. Σοὶ δὲ μείζων ἐκ τῆς Ἀραβίων ἔρχεται κόσμῳ. Τὸ γὰρ μὴ δῦναι τολμῆσαι, ἢ δεδωκότας ἀποτυχεῖν τιμιώτερον, νίκη γὰρ ἀθλητῇ λαμπροτέρα πρὸς ὃν οὐδεὶς ἀποδύεται.

XIX. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν αἱ φῆμαι σε πανταχῇ φοιτῶσαι βοῶσιν. Ἐφώρασα δέ σε κεκρυμμένην εὐεργεσίαν, ἢ τοῖς ἀπόροις ἐπικρύπτεις τὴν ἔνδειαν. Καὶ λυπήσω μὲν ἴσως ἄγων εἰς φῶς ἣν κρύπτειν ἐθέλεις. Πλὴν τοῦτο με μᾶλλον ἐρεθίζει πρὸς ἔπαινον, ὅτι μετρίῳ φρονήματι βούλει καλύπτειν. Ἐν τόπῳ τοίνυν ἔνθα τῶν ἱερέων τὸν κορυφαῖον ἱδρύσθαι νομίζεται, πλήθος χρημάτων ἀργὸς ὠνησάμενος τοῖς πένησι γεωργοῖς, καί μοι δοκεῖς φιλανθρωπίᾳ μείζονι χρώμενος ἀργὸς ποιῆσαι τὰ χρήματα, ὅπως ἀθάνατος εἴη τοῖς πενομένοις ἡ χορηγία διηνεκεῖ προσόδῳ φυλαττομένη.

XX. Μέλλων δὲ λήγειν ἤδη τῆς εὐφημίας, τὰς ἄλλας ὑμῶν φαντάζομαι πράξεις προσμειδιώσας τῷ λόγῳ. ταῦτα τοίνυν, αὐτὰς συγγνώμην αἰτήσας, βραχέα προθεὶς καταβήσομαι. Ἤδη τινὲς δεινοὶ τὸ πο-

ta pollicerentur, legem æquitati non posthabuerit, sed munera ipsorum repudiaverit. Sane jactet se eo nomine Aristides, tibi vero major ex rebus in Arabia gestis gloria provenit. Præclarius enim est efficere, ut ne offerre quidem audeant, quam non admittere offerentes, illius enim athletæ victoria illustrior, cum quo ne congredi quidem quisquam audet.

XIX. Verum hæc fama usque quaque de te satis superque prædicat. Ego vero occultum quoddam tuum benefactum detexi ac deprehendi, quo egenorum inopiam sublevas. Et forte rem tibi ingratam facturus sum, si virtutes tuas in lucem proferam, quas celare cupis. At eo magis ad laudes tuas dicendas commoveor, quo majori modestia occultare te optas. Nimirum in loco, ubi Princeps Sacerdotum sedem habere consuevit magna pecuniæ summa terras pro pauperibus agricolis emisti. Et per hoc ipsum majori charitate usus mihi esse videris, quod pecuniam agris permutasti, ut perenne esset in pauperes beneficium perpetuo proventu conservandum.

XX. Verum cum jam finem dicendi facturus sum, reliquas virtutes tuas orationi meæ veluti arridentes videre mihi videor. Ad has itaque petita prius ab illis venia breviter dicendas descendam. Sunt

λέμια, καὶ στρατηγεῖν ἀγαθοὶ, σκαιοί πως εἰσὶ τἄγε ἄλλα δύσκολοι. Σὺ δὲ καὶ τὰ τῶν πολέμων πευτανεύεις ἐπιμελῶς, καὶ πρὸς εὐθυμίαν ἐπαφρόδιτος εἰ δημοτελὴς. Τί δ' ἄν τις σ' θαυμάσειέ σε τῶν γνωρισμάτων, σ' πόνων τινὶ συμφερόντων ἔχεις ἀπλήστως, σ' τὴν ἡμέραν καὶ νύκτα πρὸς ἔργα καὶ βυλὰς ἐμετρήσω, τῇ μὲν τὸ πρακτέον σκοπῶν, τῇ δὲ τὰ δόξαντα νύκτωρ, ἄγων εἰς πέρας.

XXI. Οὐ δεξιά σοι πρόσεσι φύσις καὶ ξρησὰ νθετῶσιν εὐκόλως πειθαρχεῖν; Ἐκεῖθεν ἀμέλει σύμβυλον ἔχεις ἄνδρα παντοδαπῆς σοφίας μεστὸν, ὃν εἶπεν ἂν εἰκότως ἡ ποίησις λιγὺν Ἀραβίων ἀγορευτήν.

XXII. Ἀλλὰ γὰρ τῶν παρόντων ἐνίους αἰσθάνομαι συνθαμένους ἀλλήλοις, ὥστε τὸν στρατηγοῦντος ἀνυμνήσω τὸν ἀδελφὸν; ἤδη λόγου τὸ πέρας ὁρῶ, ἐπιλείποντος παρόντος ὡς ἔοικεν, ὃν καὶ ἀπόντα μνήμης ἐπαινομένης τυχεῖν ἔδει. Ὡς ἀγαθός ἐστι μισθοδότης τῶν ὑπ' αὐτῷ τεταγμένων, ὡς εὐβυλίας τῶν ἔργων αὐτῷ προηγεῖται, ὡς ἄρχειν πολλάκις λαχὼν ἐδὲ συκοφαντίας ἔδωκε λαβὴν ἑαυτῷ. Τοιαῦτα πρὸς ἀλλήλους οἷον εἰκὸς ἀποφθέγγονται. Ἐμοὶ δὲ λίαν ἄτοπον ἔδοξεν ἀνδρὸς ἀρετὰς ὅλην πληρώσας ὑποθέσιν ἐγ-

qui in bello terribiles & ad imperandum idonei sunt, ad cætera vero inepti difficilesque. Tu autem & res bellicas diligenter administras, & in pace amabilis es omnibus. Quid, quæso, in virtutibus tuis, quibus dignosceris non est admirandum? nonne laboribus, unde fructus & commoda ad alios proveniunt, nunquam exsatiaris? nonne dies noctesque consiliis atque operè ita dividis, ut illa quæ facienda sint speculatus de nocte, strenue diebus effecta reddas.

XXI. Nonne ea dexteritate es & bonitate, ut recta suadentibus non difficulter obsequaris? Hinc utique consiliarium habes virum prudentiæ plenum, quem Poëtæ voce merito dixeris dulcem Arabum Oratorem.

XXII. At Auditorum meorum quosdam a se invicem sciscitari animadverto, cur plane silentio involvam Ducis nostri fratrem, atque cum jam immineat orationis meæ finis, præsentis, ut videtur, obliviscar, de quo absente quoque mentio a me esset facienda. Memorant quod præclarus ille sit suorum, qui ipsi obsequuntur, remunerator, quod omnes actiones suas optimo consilio suscipiat, quod cum sæpe cum imperio præfuerit, nunquam calumniæ causam dederit. Hæc equidem, ut par est, Audi-

κωμίῳ

κωμίᾳ παρεργον εἶναι, ὅθεν τὸ τῆδε σιγῇ παραδὺς, πάλιν ὅπῃ σε μεταβήσομαι.

XXIII. Σὺ τὰ δαπάνης δεόμενα μόνῳ πληροῖς, σὺ τῶν πολεμίων τὰ λάφυρα μόνῳ κέκτησαι, πάντα ἢ διανέμεις τοῖς ἐρχομένοις, οὐδὲν οἴκαδε φέρων, τροπαίᾳ δὲ ἆθλον ἡ χρυσίον ἀλλὰ τῆς νίκης ἐρίζῃ, τὴν εὐκλειαν. Αὕτη παρὰ τοῖς Ἕλλησιν ἡ γνώμη πάλαι κρατοῦσα πολὺν ἔδωκε φόβον τοῖς Πέρσαις. Ἤγετο μὲν τὰ Ὀλύμπια, ἤρετο δέ τις τῶν Περσῶν, ὅ, τι τυγχάνοιεν πράττοντες Ἕλληνες. Ἠκουσε ταύτην αὐτοὺς τελεῖν τὴν πανήγυριν ἥπερ ἐτέλουν. Τί ἢ νίκης εἴη τὸ ἆθλον, πάλιν ἐπύθετο. Ὡς ἢ χρυσίῳ μὴ ἀδαμῶς, κοτίνῳ ἢ τιμᾶσθαι τοὺς νικῶντας ἀκήκοε, δεινὸν ἀνοιμώξας καὶ πρὸς τ βασιλέως σατράπην ἰδὼν, ἀ καλῶς, ἔφη, Μαρδόνιε, τοιούτους ἡμῖν προξένησας ἀντιπάλους, οἷς ἀ πεῖ χρημάτων ἀλλ ἀρετῆς ἀγωνίσασθαι πάτριον.

XXIV. Εἰ μὴ ἔν μέχει Παλαιστίνης τὰ ἅ στρατηγέντι εἰσήκει πλεονεκτήματα, ἑτέρωσε δέπω τῆς γῆς ἂν ἐφοίτα, ὑποψία τις ἦν τοῖς ἀλίαν αὐτὸν βλεπομένοις θαυμάζειν, ὡς ἐμπειρία πραγμάτων ἀπιχωρίων τὰς ἄλλας ἀπέκρυψε στρατηγὰς, ἀ πλείονι συνέσει καὶ προθυμίᾳ

torum meorum alter ex altero quærit. Mihi vero valde a re alienũ visum est, viri virtutes, quæ singularem sibi vindicant Panegyricum modo obiter & in transitu percurrere, adeo ut hujus res gestas silentio jam tradam & ad te redeam.

XXIII. Tu necessarios sumtus solus suppeditas, tu prædam unicus non possides, omnia inter milites distribuis, nihilque domui tuæ infers, non enim victoriæ præmium aurum sed gloriam esse putas. Hæc sententia cum olim apud Græcos obtineret, magnum Persis timorem injecit. Cum enim ludi Olympici celebrarentur, & quidam Persarum interrogaret, quidnam agerent Græci, edoctus ipsos celebrare Olympia, quidnam victoriæ esset præmium rursus scisitatus est. Cumque audivisset minime auro sed oleastro victores honorari, lacrymis obortis Regium Satrapam intuitus, non opportune, inquit, Mardonie, tales nobis elegisti adversarios, qui a patribus suis didicerunt non pro opibus sed de virtute pugnare.

XXIV. Si itaque res tuæ gestæ intra Palæstinam continerentur, nec in alias regiones penetrarent, suspicio iis, qui te non admodum admirantur, oriretur, te rerum in patria gestarum experientia potius quam majori intelligentia, promtitudine, recteque imperandi sci-

καὶ τῷ βελτίον ἄρχειν εἰδέναι. Ἐπεὶ δὲ σαυτῷ τοιοῦτος ὤφθης, ἀπεῖπεν ἡ λοιδορία ζητοῦσα τοιαύτας φάσεις, ἐκ ὅτω Λύσανδρος ἐκεῖνος ὁ Λάκων, ἀλλ' οἶκοι μὲν ἦν ἀγαθὸς καὶ αὐτὸς Σπαρτιάτης, ἰωνικοῖς δὲ πράγμασιν ἐγχειρῶν ἐδαμῶς ἐλακώνιζεν, οὐδὲ διετέλει βιοτεύων ἐν τῷ καθεστῶτι τρόπῳ, ὥστε καὶ ἐπέσκωψέ τις ἄγαν ἀστείως ὅτι τῆς Σπάρτης οἱ λέοντες ἔξω τῆς ἐνεγκύσης ἀλώπεκες γίνονται. Ἀλλὰ καὶ Παυσανίας ἕτερος Λάκων οἴκοθεν ἐξιὼν εἰς Μηδικὴν τοιοῦτελειαν καὶ τρυφὴν ἐξ εὐκοσμίας Λακωνικῆς ἀπενέχθη καὶ τὴν ἐπιχώριον ἐσθῆτα ῥίψας, τῇ βαρβάρων ἐχρῆτο, καὶ τυραννὶς μίμησις ἦν ἡ στρατηγία. Τὰ μὲν οὖν Λύσανδρον καὶ Παυσανίαν τῶν Λακεδαιμονίων ἡγεμόνας τοιαῦτα, τὰ μὲν γέλωτος ἄξια, τὰ δὲ κατηγορίας εὐθύνα καὶ ψόγε καὶ σκώμματος.

XXV. Ἐπεὶ δὲ Λακεδαιμονίων ἐμνήσθην, νόμος ἐστὶν ἐκείνοις ἀρχαῖος ἐπὶ τὸν ἤδη πολλοῖς ἀβρυνόμενον ἀριστείοις βραχυλογεῖν, κἂν μέγα τι διαπράξηται. Ἕπομαι τῷ νόμῳ τῆς Σπάρτης, καταλύω τὸν λόγον. Οὐ δεῖται μήκους εὐφημίας ὁ στρατηγὸς μεγάλα ποιεῖν ἐωθώς.

entia reliquos belli Duces vicisse. Quoniam vero tibi ipsi semper similis visus es, calumnia, quæ semper prætextum meditatur, despondet animum, non enim ita Lysander ille Lacedæmonius, qui domi quidem fuit vir egregius, Spartanumque se gessit, sed cum bellum in Jonia gereret, minime Laconem se præbuit, neque eundem tenorem vitæ observare perseveravit, ut nescio quis haud illepide dixerit, domi leones foris vulpes fieri. Verum etiam Pausanias alius Laco cum domo ex Laconica parsimonia in luxum Persicum delatus esset, patriam vestem abjecit, barbaricaque usus est, adeo ut præfectura ipsius in Tyrannidem evaserit. Hi Lysandri & Pausaniæ Lacedæmoniorum Ducum mores partim risu digni partim vituperandi culpandique sunt.

XXV. Cum vero Lacedæmoniorum mentionem fecerim, recordor legem ipsis antiquam fuisse eos, qui jam multa præclare gesserunt, breviter esse laudandos, quoniam, quæ verba legis sunt, magna gerere consueverunt. Obsequor Spartanæ legi, finemque dicendi facio. Non indiget prolixa laudatione Dux noster, qui maxima quæque gerere solet.

FINIS.